












3278/A

IACOBI HOLLERII STEMPANI,

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI,

De morborum internorum curatione, LIBER I.

Illustratus eruditissimis LVDOVICI DVRETI *rei medicæ apud Parisios Regij Interpretis digniss. Aduersarijs, opera Ant. Valetij Iunianensis selectis, suisq; locis digestis.*


EIVSDEM HOLLERII.

DE { Febribus. Peste. } DE { Remediis κατὰ τόπους in Galeni libros. De materia Chirurgica. } libri iiij

Accessit ad hæc Desiderij Iacotij Vandoperani Medici Præfatio de veterum Methodo in vsum reuocanda; & his, quæ in primis ad Medicinam faciendam necessaria sunt.




VENETIIS,
Apud Georgium Angelerium,
M. D. LXXI.





DESIDERII IACOTII VANDOPERANI MEDICI,

De ueterum Methodo in usum reuocanda, & his, quæ in primis ad Medicinam faciendam necessaria sunt, PRAEFATIO.



VOD plerique initio facere solent, ut uel eam artem, quã tractant & in qua uersantur, uel eius operis, quod in lucem editur, authorem diuinis laudibus efferant: id eò minus nobis hoc loco faciẽdum putamus, quò & I. Hollerij in bene acta uita integritas, in doctrina industria, in scribendo Hippocratica quędam grauitas omnibus notior est, & Medicinę ars pluribus commendatior, his præsertim gra

nisſimis temporibus, ut quæ ſola ferè ex omnibus ſophiſtica neſcio qua in utranque partem ſcribendi, diſputandique ratione in uarias ſectas, familias & diſciplinas nondum penitus diſtracta uideatur. Idem tamen omnino illi imminere periculum, niſi Doctiſsimi uiri, qui ipſam regia authoritate profitentur, ſumma cura diligentiaq; ſuccurrant, omnibus perſpicuum eſt. Iam enim pleroſque paſsim uidere licet, quos non pudeat inſolenter gloriari, ſe Empyricos eſſe, alios Galenicos, nonnullos Hippocraticos, ut ſiquis eorum, quos non probant, mentionem fecerit, tanquam ægri nauſeæ moleſtiam quandam ſuſcipiant. Nec deſunt, qui omnia in dubium reuocare puerili quodam gloriolæ ſtudio contendant, quòd alia ratione hominibus innoteſcere, & inanem quandam ſcientiæ perſuaſionem, ac uentum popularem aucupari non poſſint. Diſſentientibus ita inter ſe Medicis, aliiſque alios reprehendentibus ſenſim in animo uulgi opinio quædam de artis pulcherrimę inconſtantia radices altiùs agit, atque etiã propagatur ad nobiliores uſque, ut iam ferè mulierculis, quàm medicis quibuſdam, pleriſque in locis maior adhibeatur fides. Longè itaque meo quidem iudicio cõſultiùs omnes fecerint, ſi quod temporis ponitur, cùm in plurimis quęſtionibus dialecticis & inutilibus, tum in laudanda arte omnium maximè neceſſaria, quæſi,

ut

ut decet, tractetur, nobilitate ipſa blanda conci liatricula ſatis eſt laudabilis, id ipſum ſumeretur ad docendum, & qua ratione in communem Reip. uſum integra ſeruari posſit, & qua Methodo in maxima uitæ breuitate eius longitudo ſuperari. Nihil enim frequentiùs ferè occurrit, quàm ingenuos adoleſcētes aut alio animum appellere deuiis itineribus profectos: aut perſæpe reuerti ex itinere, cùm iam progresſi eſſent multorum dierum uiam, aut denique extremo confectos ſenio, longo uſu, ancipitique ægrorum curatione tandem diſcere, quæ diuina antiquorum Methodo paucis annis complecti potuerunt. Quænam autem illa ſit, aut qualis, neque tam breui exponi poteſt, neque ſi id fieret, facilè intelligi, aut perſuaderi aliter inſtitutis. Ab ea enim plurimùm differre nouimus, quæ uulgò oſtentatur, & experientia ipſa edocti, & diligenti in Hippocrate, Platone, Ariſtotele, Galeno obſeruatione, octo annorum ſpatio, quibus aliquãdiu in hac florentisſima Academia, deinde aliis locis Philoſophiam publicè profesſi ſumus, adiecto etiam Hebraicæ & Arabicæ linguæ ſtudio, quò nobis liceret Gentium illarum libros, quicunque a nobis cùm alibi, tum verò maximè apud Iudæos ipſos reperiri potuerũt perlegere, non tam ad idiomatis cognitionem, quàm rerum ſcientiam, ut ſi qua in re excellerent, aut reconditi aliquid ha

berent, diligenter annotaremus. In quibus certè omnibus inter cætera hoc quoque ſumus cō ſequuti, ut uix plus fuci, ſolidæ ſcientiæ minus extitiſſe unquam putemus, quàm hoc noſtro tē pore, exceptis admodum paucis. Idq́ue non quòd excellentiora ingenia noſtrorum hominum non ſint: ſed quia germanæ illius & antiquæ Dialecticæ, ſine qua exactè comprehendi nihil poteſt aut uia & ratione inueſtigari, ueram & expreſſam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur. Quod opere ad id parato, ſi id ex uſu Reipub. fore intellexerimus, aliàs (fauente diuino numine) ſumus demonſtraturi. Nunc uerò rem ita habere ut dicimus, facilè quiuis intelligere poterit, qui paululum repreſſo omni animi affectu, remotiſq́ue uerborum illecebris ac præſtigiis, tria ſibi proponet ad contemplandum. Primum quo in ſtatu ſint apud nos bonarum artium, ingenuarumq́ue literarum ſtudia. Deinde qui mores illorum, qui ſe ſolos natos putant ad omnia inſtauranda & innouanda, ut præ ſe neminem non contemnāt. Poſtremò an ea Methodo quæ uulgò circunfertur. Galenus Medicinam (de hac enim in primis intelligi uolumus, quæcunque ſumus dicturi) in ſectas miſerè diſtractam, & penè ex urbibus exploſam, in iucundisſimum uſum omnibuſq́; acceptiſsimum reuocarit, ornarit, auxerit, & magna ex parte inuenerit. Tū

enim

enim ex hac quaſi quadam comparatione perſpicuum fiet, quo cupidius illuſtrandis noſtris alia uia, quàm deceat, incumbimus, eò maiorem nos confuſionem inducere. Quod in nullius reprehenſionem dictum accipi uelim, ſed quaſi in communi concilio in medium prolatum ad deliberandum, ut ſiquid a nobis ad communem ſtudioſorum omnium utilitatem afferri uideatur, id non ſit contemptui.

Nunquid enim, quæſo, ut quod primũ fuit, paucis attingam, iam in nobis ipſi ſentimus res humanas ita habere, ut literis quidem maximè illuſtrentur, ſed ita illuſtrari, ut quantò lux maior a literis affulſit, tantò maiores tenebras in rebus dignoſcamus, & dum in utranque partem ſine Methodo ueroque iudicandi inſtrumento de omnibus diſſerimus, ad Socratẽ propius accedamus, qui quantò plura nouerat, tantò liberius profitebatur ſe nihil aliud ſcire, quã quòd nihil ſciret? Id liceat Socrati in quæſtionibus de rebus in naturæ maieſtate abditis, aut ad animi ſalutem uitamque parum conferentibus. In foro certè, cùm de crimine capitali agitur: in Medicina, cùm de morte ægri: in Theologia, cùm de ſalute animi, ſi Iuriſperitus Medicus, aut Theologus idem profiteatur quis ferat? Quòd ſi certam exactamque aliquam regulam iudicandæ ueritatis habemus, cur non profertur & omnibus communicatur? Cur huc

atq; illuc dialectica disputatione traductæ sententię sæpius desinunt in ἐποχὴν? Habere autem nos aliquam præter Dialecticam, passim Plato, Aristoteles & Galenus scripsere ut docebimus. Sed dum, ea neglecta aut ignorata, Academicorũ more uariè disputãdo, unicuiq; optio & potestas relinquitur liberè iudicandi quod uelit, gloriola, aut utilitate aliqua, aut perturbatione illaqueatus animus, aut ignoratione obcœcatus, pro eo, quod semel amplexus est, tanquam pro aris & focis pugnat: in subsidiũ Dialecticam, Rhetoricam, Grammaticam, & sæpius Sophisticam garrulitatem accersit, aut, si ne istis quidem sat potens est ad dimicandum, ad iniurias, insidias, uerbera, arma sese applicat, adeo ut quod Dyogenes Laertius scribit, Nihil tam stultum esse, & ridiculum, quod non ab aliquo Philosophorum affirmatum fuerit, sic nihil tam impium & a ueritate alienum sit, quod non hac præclara disputandi & ornatè loquendi methodo sustineri posse speremus. Sic iam audacter quasi manu armata incursionem atque impetum facimus in leges, artes, sciẽtias omnes, ut nulla iam sit, in qua hæc ars uestigia non posuerit, horribilemque stragem ediderit. Sola hactenus à reliquarum numero segregata fuerat Medicina. An nũ occultè iam & sensim in ea quasi actis cuniculis, modò pfringit quędam à ueteribus rectè constituta, modò irrepit
in

in ſenſus multorum, qui ſeipſos diſputationum mutuis iniuriis ornatarum laqueis irretitos tenent? Eas artes adhiberi in rebus grauioribus ueteres omnes prohibuere, Hebræi, Græci, Areopagitæ, Protagoræ libros Athenięſes, quòd publicè de diis & dialecticè diſputaret, palàm lata ſententia igni cremarunt, eumq́ue tãquam Sophiſtã & Dialecticum Reip. philoſophicæq́ue ueritati inutilem ſuis finibus expulerunt. Galenus Academicorum, Peripateticorum, Platonicorum, Stoicorum logicis diſputationibus & præceptis, quæ adhuc noſtris excellentiora fuiſſe demonſtrare poſſum, ſe penè Pyrrhoniũ factum ſcribit, & in omnibus rebus hæſitantẽ, niſi bona quadam fortuna ac diuiniore ingenio certiorem multoq́ue conſtantiorem Methodũ inueniſſet. Ergo, inquies, has artes uel ad orationis cultum & ornatum, uel ad rationis ſolertiam atque iudicium inueſtigatas, & æternis literarum monimentis relictas, explodi & labefactari uis? Minimè uerò: imò retineri, amplifiri, ornari, & in uſum priſtinum reuocari. Age enim, quæſo, Num rectẽ dubitatum eſt ab Antiquis, utrum eloquẽtia generi humano plus profuiſſet, an nocuiſſet? Num ſæpe conqueruntur, eloquentiam a natura ad ſalutem hominum & ad cõſeruationem datam, ad bonorum peſtem perniciemq́ue conuerti? Quomodo tanta quæſtio explicata eſt & definita? Nimirum ſi ſuis fi-

nibus ſepta teneretur: ſi altiore ratione tãquam frœno iniecto coerceretur: ſi non tanquam domina, ſed miniſtra, quæ diuiniore methodo inuenta eſſent & rectè cõſtituta, populariter per ſuaderet. Popularis enim (ait Cicero) eſt illa facultas, & effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio. Eloqui copiosè, modò prudenter (ait alio loco) melius eum, quàm uel acutisſimè ſine eloquentia cogitare. Rurſus. Et tamen (inquit) a Philoſopho, ſi eloquentiam afferat, non aſperner: ſi non afferat, nõ admodum deſiderem. Dialecticæ quoque uſum Ariſtoteles tribus aut quatuor terminis, tanquam cancellis, circunſcripſit ac definiuit. Valete enim ad commune colloquium, exercenda adoleſcentium ingenia, & ad Methodum diuiniorem ac certiorem uiam parare. Vbinam, quæſo, illa eſt Methodus præter Dialecticam, aut ubi docetur, aut quotuſquiſque eſt, qui ea in ſcribendo utatur? Inane quoddam Demonſtrationis nomen, & Apodicticæ ſcientiæ in Scholis ſæpius auditur, cuius ſplendidisſimo titulo infinita ſophiſmata teguntur. Sæpe uideas multos initio Apodicticè magno apparatu dicere ingreſſos, tertio quoq; uerbo in Dialecticã captiunculam, & ſæpius ſophiſticam incidere: auditorem uel lectorem, cui ſimile iudicandi inſtrumentum deeſt, mirari: circunſcriptum ac deceptum, cùm eam diſſoluere non posſit, deſciſce-

re a ueritate, sæpeque pro opinione inde concepta arma capere. An hoc docere est, an potius concitare discordiam, tantumque incendium, ut sæpe illi ipsi, qui accenderunt, ad id restringendum frustra conentur accedere? Decebat profectò, ut scribit Galenus, prius docere nos, quænam esset illa methodus, sine qua per eloquentiam & Dialecticam tot incommoda inuehuntur: deinde in ea multum diuque exercitatos, cæteris uti. Hoc enim si fiat, Dialecticis, Rhetoricisque artibus nihil utilius, nihil iucundius, nihil magis necessarium puto. Alioqui, in grauioribus scientiis docendis, describẽdis, inueniendis, in medendo, iudicando de capite, informando animo ad salutem, nō iam de communi colloquio agitur, aut exercendo ingenio, aut instituendo ad exactiorem methodum, aut captāda populi approbatione, quibus finibus Veteres duas illas artes concludi uoluerunt: sed hic uir requiritur omni scientiarum necessariarum genere cumulatus, qui rem exactissimè intelligat, duobus tribusve uerbis, argumentisque luce clarioribus iudicet quid facto sit opus, neque inani uerborum tumultu, rationumque probabilium multitudine, ut uulgus imperitum: sed uel naturæ quodam bono, uel certissima illa methodo, quam tātopere ueteres passim nobis commendarunt, cuiusque eruditionem metiatur. Si per hanc ueritate diligenter

ligenter inuestigata, rebusque tanquam ad exactissimam normam directis & diligentissimè pensis, ut te ad eorum, qui audiunt, captum accommodes, ornamenta Rhetorum, Dialecticorumque argumenta adiunxeris, modò prudenter id fiat, plurimùm profueris, idque ueteres sæpe facere compertum est. Sin his duabus solis artibus armatus accesseris, tanquam gladiũ in manu furentis crudeliterque inter populum sæuientis uidere uideor, cuius acies solis legibus retundi queat. Atque utinam ut armis ad bellum iustitiamque necessariis, certo tamen tempore cùm opus his non est, a Principibus interdici solet. ita (quod in cæteris omnibus nationibus longe, quàm nos, pacatius uiuentibus fieri comperio) eadem lex in huiusmodi artibus ferretur, cùm extra fines terminosque suos egrediuntur: aut saltem, si ad scribendi differendique de re qualibet licentiam unumquenque liberum esse uolumus, in singulis scientiis grauioribus uiri publico etiam sumptu præficerentur, qui longo usu, prudentia, uera illa methodo diligentissimè instructi scripta omnium, rationesque in speciem quidem (ut scribit Galenus) instar adulterinorum nummorum apparẽtes, sed si ad ueritatem conferantur, prauas expenderet, & publico scripto tanquam edicto quodam consignarent ac testarentur. Longè melius profectò cum literis, literatisque omnibus,

bus, atque adeo uniuersa Rep. ageretur, neque ſcientiæ uſque adeo contemptæ atque abiectæ apud pleroſque iacerent. Quis enim quotidie non uidet in iudicio, in foro, in curandis ægris, conſilio capiendo, deliberando de Rep. noſtra hæc ornamenta ſcholaſtica exſibilari & explodi, aut iiſdem, ſi æquiora ſint, uirorum grauisſimorum coronam ſolicitam ſuſpitione, ſuſpenſam uerbis, perturbatam prolixitate detineri, ubi ſiquis natura prudens, uſu confirmatus, ét cum mediocribus literis interuenerit, duobus uerbis omnia definiet? Vt iam quos in Scholis magnificis promisſis a nobis ſuperatos iri dicendo præceptores pollicebantur, eorum iudicio ridiculi ſubiiciamur. Hinc iam parẽtes maximis in erudiendis liberis ſumptibus, in nullos tamen, aut perexiguos fructus abeuntibus defatigati, a literis ſuos auocant, à præceptoribuſque tantùm hoc requirunt, ut paululum ultra primas literas progresſi pueri, ciuilem quandam prudentiam & morum honeſtatem doceãtur. Id enim multò præſtantius eſſe, quàm multa ſcire. Sed longius communis huius calamitatis dolore abductus fortaſſe progredior. Ad alterum caput uenio.

Cùm in animis hominum tantæ latebrę ſint & receſſus, quo quiſque animo ſit, quid agat, quid ſpectet, iudicare difficillimum eſt. Sed noſtris temporibus multò, quàm unquam aliàs, diffi-

difficilius,quibus homo hominem horret,dissi militudineque ſtudiorum ſocietate dirempta, quaſi humani nihil amplius relictum ſit, alter ab altero perpetuò inſidias ſibi parari ſuſpicatur. Nulla tamen unquam maior comitas,uerborum profluentia,eloquentia ſubtilitas,grauitas,aut, ut uerius dicam,uanitas. Totius mali una eademque eſt origo. Natura enim in pueris nuda uix apparet:in adultis leuiter tecta: in grandioribus & aulicis uariè perſonata:in omnibus oratione deformatur.Hinc immanitatis conſuetudine efferata,quodam quaſi ęſtu,efferueſcit,tandemque ferocitate & pertinacia inuſitata in proximum quenque inuadit.Solo tandem opere detegitur. Nullus enim tantiſper dum fallitur,falli ſe unquam putat,donec falſus ſit,tumque idipſum luce clarius intelligit.Naturam (inquit ille)expellas furca,perſones, tegas:tamen ipſa recurrit, ac ſe opere, uel euentis prodit. Hoc certisſimo argumento ſiquis harum artium per ſe quaſi ſine rectore propria & legitima opera expendat atq; æſtimet, perniciei noſtræ cum magna calamitate Reip.coniunctæ latisſimum campum ingredietur. Sed hoc ſilentio præterire ſatius eſt. Tantùm ſpectemus,num conferenda ſint Dialecticorum ſcripta cum operibus Hippocratis,Ariſtotelis,Galeni,& ſimilium. An ut illi ſectas conciliant,literarumve Profeſſores perfidia hominum diſſo
ciatos

ciatos rursus in pristinam cõcordiam reducũt? An potius eosdem in uarias sectas & disciplinas distrahunt? Suo tempore ueteres præclarissima Methodo, cuius authorem Plato Hippocratem facit, uel pertinacissimum quenque ad se alliciebant, breuissimoque tempore & ab aliis scripta cognoscebant, & in omni scientiarũ genere plurima per se ipsi inueniebãt, adeo ut Galenus ausus sit dicere, Platonis tot tantáque opera in Philosophia, Theologia, Medicina, Iureciuili, Mathematicis nihil aliud esse, quàm exercitationes eius diuinæ Methodi, cuius ideam animo consignatam tenebat, quasi themata, quæ uulgò in Scholis in diuersis rerũ generibus pueris dictantur, ut Rhetoricæ & Dialecticæ præcepta usu confirment. Horum omnium loco in lucem quotidie prodeunt nõ libri, sed typis excussę iniuriæ, iurgia, risus, scõmata, ut quo quisque maiorem alicui infamiã, aut contumeliam intulerit, eò doctior & eloquentior habeatur. Qui æquiores sunt, cornicum, quod aiunt, oculos configunt. Hinc, dum quisque tueri uult eum, cuius disciplinæ sese mancipauerit, dissidia oriuntur, qualia quilibet experiri potest, nihilque aliud, quàm in uitam alterius inquiritur, ut siqua labes præcesserit, eius narratione uirorum bonorum aures offendantur, qui uel nescire, uel obliuisci uoluerũt. Hoc iam non modò Christiano, Philosopho, aut

aut Medico, ſed ne homine quidem quantumuis immani & barbaro dignum puto. Sed cùm meliora non poſſint, orationem traducunt & conuertunt in uitiorum colluuiem, grauioreq́; ſe ſcelere obſtringunt quàm illi ipſi, qui perpetrarunt. In reprehendendo quoque conuenientius eſſet, modeſtiam, quam a Chriſto diſcere non potuimus, ſaltem ab Ethnicis acceptam imitari. Verùm, inquit Ariſtoteles, non ſolùm illis agendę ſunt gratiæ, quorum opinionibus quis acquieſcet, ſed illis, qui ſuperficietenus dixerunt. Conferunt enim aliquid iſti: habitum nanque noſtrum exercuerunt. Si enim Timotheus non fuiſſet, multum melodiæ nequaquã habuiſſemus. Si tamen Phrinis non extitiſſet, ne Timotheus quidem. Simili modo & de illis eſt, qui de ueritate aſſeruerunt. A quibuſdam enim opiniones aliquas accepimus: quidam uerò ut hæc fierent, cauſa fuerunt. Sed his prætermiſſis ad reliqua progrediendum.

Similia omnia his, quæ diximus, (Nam huiuſmodi tum artium, tum opinionum, tum Rerumpub. mutationes certo quodam quaſi circuitu redeunt (Galeni tempore fieri ſolita paſſim apud illum uidere licet, qui magnam partem in huiuſmodi erroribus refellendis uerſatur. Qua autem ratione ſibi cauerit, melioremque inuenerit uiam, qua ingredi tuto poſſet ſine caſu aliquo, aut prolapſione, cum ex aliis lo

cis infinitis, tum ex illo opuſculo de libris propriis intelligi poteſt. Confitetur enim Dialecticam ſibi plurimùm profuiſſe in his, quæ ex Ariſtotele diximus initio: in inueniendis autem & iudicandis, quæ ad Medicinam pertinent, alterius Methodi inuentione ſibi fuiſſe opus. Ob hæc (inquit) cùm deinceps me & Stoicorum & Peripateticorum illis temporibus celeberrimis, mancipaſſem, diſcebam quidem logicorum theorematum alia permulta: ſed quæ poſtea conſiderans, inutilia prorſus ad Apodixes inueni. Subiicit paulò poſt ſe ad Pyrrhoniorum ferè per præceptores hęſitantiam & ipſum recidiſſe, niſi Mathematicis inſtructus fuiſſet, quorum exemplo admonitus cœpit relictis illis diſputationibus logicis, lineares demonſtrationes ſequi. Theoremata autem, illa logica inutilia in Medicina eadem fuiſſe cum his, quæ a Cicerone in Topicis traduntur, aut ſimilibus Dialecticis, intelliges tum ex Cicerone ipſo, qui ea ſe a Stoicis, Academicis & Peripateticis accepiſſe paſſim fatetur, tum multò magis ex Galeno, præſertim in libris de dogmatibus Platonis & Hippocratis, ubi diſputat cum Chryſippo. Neque dici poteſt de Sophiſticis argumentis hęc intelligenda. Nam ibidem docet quatuor argumentorum genera eſſe, Sophiſtica, Rhetorica, Dialectica, & ſcientifica, ex quibus tria priora

ita reiicit, ut ſæpe ſat illi ſit ad refellendum, docere dialecticum argumentum eſſe. Coniugata, antecedentia, adiuncta, ſimilia, diſſimilia, Ethimologiam ſimpleſque locos Dialecticos ridet. Definitionem primo loco poni, diuiſionem ſubſequi in docendo ac demonſtrando, nihil aliud eſſe ſcribit quarto de Differentiis pulſuum, quàm petere principium. Ponitur enim, quod in quæſtione eſt, atque etiam φιλοριστίαν appellat, ueluti definiendi quandam pruriginem. Si quando definiendi methodo utamur, ut in Arte parua, id ad memoriam fieri: ad exactam doctrinam & demonſtrationem inutile eſſe. Vt enim Methodus illa compendiis artium deſcribendis aptisſima eſt, ita ſcientiæ ineptisſima.

Totam hanc ſcientificam inueniendi indicandique uiam & rationem uno loco conſtare, methodis pluribus. In artibus conſtituendis, una: in nominibus diſtinguendis, altera: ut & in definitione, diuiſione, quæſtione affirmante, negante, in reprehendendo, in demonſtrationibus ſuo ordine diſponendis. Hæc enim omnia tum inter ſe communem quandam habent methodum: tum per ſe unam propriam ac peculiarem, eamque certisſimam, qua perpetuò Plato, Hippocrates, Ariſtoteles, & Galenus utuntur. Has omnes collegimus ex Galeno primùm: deinde ex codice quodam

Ara-

Arabica lingua ſcripto, qui magna ex parte libros Galeni de Demonſtratione explicat. Longè aliud artificium eſt, iudicium, inuentio in Poetis, Oratoribus, Dialecticis, & ſimilibus, in quibus ſecundi iudicandi inſtrumentis utimur, quæ magis ad oblectationẽ, & opinionem audientium comparata ſunt, quàm ad ueritatis inueſtigationem, quod Plato quoque docet in Phedro. Proinde de cuiuſque animi peccatorum notitia atque medela Galenus monet, diligenter nobis conſiderandum eſſe: Nunquid qui ſuam ſententiam ferunt, iudicandi inſtrumentum altero egens inſtrumento afferant. Ex ea tanquam communi radice ſingula peccata exoriri. Ac ne decipiamur (inquit) primùm omnium iudicãdi inſtrumentum contemplemur, quod, ſcilicet, altero inſtrumento non egens inuenire opus eſt, inuentumq́ue omnibus hominibus oſtendere. Paulò poſt, Vtpote autem in re ualde difficili, quemadmodum opere didiciſti in iſtis uano ſapientiæ nomine præditis, petulantibus, ac propterea ludibrio habitis; quòd neque uulgaria quæſita ad primum illud inſtrumentum iudicandi redigere ualeant, ſibiipſi eum conſtare oportet, qui ſcientiæ capax eſſe uelit. Vbique autem teſtatur ſe in eam methodum perueniſſe primùm Mathematicorum exemplo, deinde aſſidua exercitatione in ſingulis Medicinæ præceptis,

ut tandem etiam longo hoc uſu de uariis rebus in promptu ad amicos multos libros ſcripſerit. Ariſtotelis quoque Analyticis parùm ſe adiutum initiò ſignificat. Tandem tamen multa his, quæ inuenerat, ſimilia in eo agnouiſſe. Conſueta enim (ait de Soph. in uerbo) huic Philoſopho dicendi breuitas, & ueluti per ſigna expromere multa: quia ad hos, qui iam audiuerant, ſcriberentur. Qui igitur expoſuerunt, alii hęc in diligentiam ferre, quod decebat, ne tentarunt quidem: alii non conſequuti ſunt. Nos uerò tentemus non Ariſtotelis cauſſa, neque ut orationi eius opem feramus, ſed cauſſa noſtra. De Elementis quoque conqueritur, ab interpretibus (Græcos ſignificat, quibus adhuc Latini ſunt inferiores) non intelligi. Videntur igitur (inquit) Hippocrates atque Ariſtoteles eodem modo ſuum diſpoſuiſſe ſermonem. Verùm expoſitores non aſſequuntur ſuum intellectum. Infinitis autem locis in Medicos ſui temporis inuehitur, qui cùm nihil aliud haberent in ore, quam Demonſtrationem, neque tamen ea uterentur, neque quid eſſet, cognoſcerent. Quod profectò ſi adhuc eſſet in uiuis, æquius multò in nobis reprehenderet. Neque ulla alia ratione diſſentientes inter ſe, & multum diſiunctas & diſpares hominum opiniones, ut ſuo tempore, conciliari poſſe doceret, niſi diuina illa metho-

do

do in uſum reuocata.

Scio, quid uulgò contra afferri ſoleat, Apodixibus illis exactis nos carere, probabilibus oportere eſſe contentos & popularibus argumentis. In quo certè plurimùm abeſſe mihi uidentur a ueterum ſententia, quaſi ſi argumentum ſcientificum deſit in quæſtione, Methodo tamen demonſtrandi, quæ propriam ſibi ac peculiarem habet & inueniendi & iudicandi rationem a Dialecticis multùm diſcrepantem, uti non oporteat. Deinde hoc etiam falſum eſt, cùm uix apud Galenum unam aut alteram quæſtionem reperire liceat, cuius demonſtrationem non afferat, ut illam de animi immortalitate. Neque enim hanc certitudinem intelligit, quaſi quod oculis cernimus, aut manibus contrectamus (nam id principiis duntaxat eſt tribuendum) ſed qua nulla certior poſſit ab homine excogitari. Ob idque Ariſtoteles melius affectum eſſe ſcribit, qui per ſenſum cognoſcit, quàm qui per ſcientiam. Omnia igitur ſiue certò inueſtigari poſſint, ſiue non poſſint, ad hanc certiſſimam regulam primùm expendi debent. Deinde ubi eo peruentum erit, quò exacta ſcientia deficiet, huic incommodo triplex remedium eſſe uoluerunt. Vnum, ut quàm maximè probabilia non uni aut alteri ſectæ, ſed communi hominum omnium conſenſui proferantur in medium, &

quæ parùm absint a uera demonstratione, adhibitis etiam testimoniis eorum, qui diis propinquiores & amiciores fuerunt, ut iubet Plato in Timæo. Alterum, ut ingenuè fateamur nos duntaxat probabilibus uti, & quibus non ita sit fidendum, quasi exactè demonstrarentur, Vt idem Plato præcipit in Timæo, & Galenus nono de Dogmatibus, ne qui audiunt, a nobis decepti humanam opinionem, tanquam certissimam scientiam apprehendant. Postremò ut siqua sint huius generis, legibus definiantur, aut oraculo diuino. De anima igitur (inquit Galenus ex Platone) quam partem mortalem, quam diuinam sortita sit, & ubi & quibuscum, & quomodo separatim condita fuerit, si Deus aliquis comprobaret, una hac demum ratione certum aliquid possemus confirmare. Quòd uerò a me illud, quod uerisimile uidetur, dictum fuerit, & nunc & postea maiori etiam adhibita consideratione asserere non dubitabimus. In quo etiam Galenus fatetur se nihil pronunciare audere. In his igitur, quę sub demonstrationem non cadunt, uel leges, aut sacras literas. (hoc .n. significat, quod dicit Plato, Si Deus aliquis comprobaret) uel si hæc desunt, quod rarissimum est, ad probabilitatem confugiendum, in qua nihil temerè affirmari debet, nec quasi pro aris & focis pugnandum pro opinione ut uulgò fieri solet, un

de

de ex communi ſapientium iugo fiunt doctrinarum diuortia. Eadem quoque uia & ratione probabilia illa exquiri debent, qua neceſſaria & ſcientifica argumenta. Sic nullus excuſationis locus relinquitur, quò minus diuina illa antiquorum methodo utamur, præſertim nobis, quibus longè plura, quàm illis, & legibus, & ſacris literis, & optimè a noſtris inuentis definita ſunt. Ob eam cauſſam Galenus non dubitandum ſcribit, quin recentiores Hippocrate multò edoctiores euadant, ſi hac inſiſtant uia. Nam & quæ ille multis annis magniſque laboribus inuenit, breui licet perdiſcere, & multò plura eadem ratione inuenire. Quòd ſi, ut ſemper ferè fit, demonſtratione uti poſſumus, quid opus eſt inani uerborum profuſione, dialecticarumque ratiocinationum congerie ſuperflua onerare ſtudioſum ad finem artis longiſſimæ feſtinantem, & pro ueriſſima ſcientia opinionum commenta obtrudere, quæ paucisſimis diebus, natura ueritatem indicante, aut euentu naturam horum hominum detegente, ſæpius poſt infinita homicidia, ſtrages, pericula, adoleſcentium corruptionem magno cum totius Reipub. periculo & literarum omnium deleri quotidie obſeruamus? Sic ſemper diſcimus, ad ſolidam exactamque ſcientiam nunquam penetraturi. Galenus ſcribit initio octaui de Placitis, una demonſtratione

lineari certisſimè comprehendi potuiſſe, quæ importunitate Dialecticorum argumentorum Chryſippi coactus in ſeptem libros protraxit. Quam etiam cauſſam fuiſſe comperio in multis aliis operibus, cur ad ſacietatem uſque exuberet in diſputando. Id enim non Aſiaticæ cuidam redundantiæ tribuendum puto, qui Hippocratis breuitatem pleriſque in locis uſqueadeo miratur, & amplectitur: ſed cum Medicis, quicquid in buccam ueniebat, in Scholis & libris garrientibus garrulus eſſe cogebatur, adhucque ſæpius conqueritur ſua ab illis non poſſe intelligi, qui quòd Demonſtratione carerent.

Hæc igitur certisſima, uerisſimaque ratio ſola mihi uidetur ſupereſſe, qua non ſolùm Medicina, ſed ſcientia omnis facilè comparari, conſeruari, ornari, amplificari posſit, diſſentientes hominum opiniones conciliari, bella, ſeditiones, iurgia tolli & radicitus euelli, quibus ſimul cum literis his miſerrimis temporibus pene oppreſſa eſt Reſpub. Huic uni Methodo, quantulacunque ſit in nobis, nos debere fatemur, quicquid adhuc ſumus in bonarum artium ſtudiis conſequuti. ſi modò aliquid conſequuti uidemur. Hac ſola, quæ ſunt in Philoſophia & Medicina, ingeniis eruuntur, ad id, quod neceſſarium eſt, acutis atque acribus: eaque exercitata oratione poliuntur.

Hic

Hic Medicus si minus erit usu peritus initiò, attamen in inueniendo, ueteribusque explicandis exercitatus: hac ipsa exercitatione communi istos quidem Philosophos & Oratores superabit, neque se ab iis contemni ac despici sinet. Sin aliquis extiterit aliquando, qui Academicorum more de omnibus rebus in utranque sententiam possit dicere, & in omni caussa duas contrarias orationes præceptis Dialecticorum cognitis explicare, aut Arcesilæ modo & Carneadis contra omne, quod propositum sit, disserat, quique ad eam rationem adiungat hunc rhetoricum usum, moremque exercitationemque dicendi: is sit uerus, is perfectus, is solus orator. Nobis profectò si nihil aliud afferat, nunquam summus aut Philosophus, aut Theologus, aut Medicus futurus est. Nam neque sine antiquæ illius methodi neruis satis uehemens & grauis, nec sine uarietate doctrinæ solidioris satis politus & sapiens esse talis potest. Patiamur igitur quemlibet pullos suos excludere in nido, qui euolent clamatores odiosi ac molesti: Has tamen pueriles delitias in grauioribus scientiis depingi si Respub. patiatur, id impune nunquam feret. Quòd si hæc a studiosis & ingenuè natis adolescentibus, in quibus diuini illi animorum igniculi alienis moribus, atque opinionibus nouis nondum sint restincti, æquo animo accipi intellexerimus,

rimus,

lineari certisſimè comprehendi potuiſſe, quæ importunitate Dialecticorum argumentorum Chryſippi coactus in ſeptem libros protraxit. Quam etiam cauſſam fuiſſe comperio in multis aliis operibus, cur ad ſacietatem uſque exuberet in diſputando. Id enim non Aſiaticæ cuidam redundantiæ tribuendum puto, qui Hippocratis breuitatem pleriſque in locis uſqueadeo miratur, & amplectitur: ſed cum Medicis, quicquid in buccam ueniebat, in Scholis & libris garrientibus garrulus eſſe cogebatur, adhucque ſæpius conqueritur ſua ab illis non poſſe intelligi, qui quòd Demonſtratione carerent.

Hæc igitur certisſima, uerisſimaque ratio ſola mihi uidetur ſupereſſe, qua non ſolùm Medicina, ſed ſcientia omnis facilè comparari, conſeruari, ornari, amplificari posſit, diſſentientes hominum opiniones conciliari, bella, ſeditiones, iurgia tolli & radicitus euelli, quibus ſimul cum literis his miſerrimis temporibus pene oppreſſa eſt Reſpub. Huic uni Methodo, quantulacunque ſit in nobis, nos debere fatemur, quicquid adhuc ſumus in bonarum artium ſtudiis conſequuti. ſi modò aliquid conſequuti uidemur. Hac ſola, quæ ſunt in Philoſophia & Medicina, ingeniis eruuntur, ad id, quod neceſſarium eſt, acutis atque acribus: eaque exercitata oratione poliuntur.

Hic

Hic Medicus si minus erit usu peritus initiò, attamen in inueniendo, ueteribusque explican dis exercitatus: hac ipsa exercitatione commu ni istos quidem Philosophos & Oratores supe rabit, neque se ab iis contemni ac despici si- net. Sin aliquis extiterit aliquando, qui Aca demicorum more de omnibus rebus in utran que sententiam possit dicere, & in omni caussa duas contrarias orationes præceptis Dialecti corum cognitis explicare, aut Arcesilæ modo & Carneadis contra omne, quod propositum sit, disserat, quique ad eam rationem adiungat hunc rhetoricum usum, moremque exercita tionemque dicendi: is sit uerus, is perfectus, is solus orator. Nobis profectò si nihil aliud af ferat, nunquam summus aut Philosophus, aut Theologus, aut Medicus futurus est. Nam ne que sine antiquæ illius methodi neruis satis ue hemens & grauis, nec sine uarietate doctrinæ solidioris satis politus & sapiens esse talis po test. Patiamur igitur quemlibet pullos suos excludere in nido, qui euolent clamatores o- diosi ac molesti: Has tamen pueriles delitias in grauioribus scientiis depingi si Respub. pa tiatur, id impune nunquam feret. Quòd si hæc a studiosis & ingenuè natis adolescenti- bus, in quibus diuini illi animorum igniculi alienis moribus, atque opinionibus nouis non dum sint restincti, æquo animo accipi intellexe

rimus,

rimus, noſtras in hac re obſeruationes, quas multas domi habemus ex ueteribus laborioſè ad noſtram utilitatem collectas, lubenter ſumus communicaturi, parum admodum ſolliciti de his, quæ ſophiſticè in contrarium afferri poſſint ab huiuſmodi artium ſcriptoribus, qui contra omnia ſubtiliter & ornatè diſputant.

Neque enim ob id uiri boni, quæ ſine ſuo detrimento tribuere aliis poſſunt, ita ſibi retinere debent, ut inde Reſpub. detrimentum capiat, potiuſque omne periculum ſubeundum, quàm patiantur literarum ſtudia ita diſtrahi, & in ſectas Philoſophorum dilacerari.

Homo (inquit Ennius) qui erranti comiter mõ
ſtrat uiam,
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit
Vt nihilominus ipſi luceat, cùm illi accenderit.

Ad hanc cœleſtem ac diuinam ingenii uim hominibus a diis immortalibus tributam, ut Plato ſcripſit, ſi quis naturam & uſum adiunxerit, ei ad abſolutionem perfectionemque ſummi Medici nihil deeſſe puto. Iudicium enim a Philoſophia primùm: deinde ab his artibus, atque diſciplinis, quæ inde ductæ ſunt, expolitur & confirmatur. Qui natura ualent, alii φαντασία, alii ratione & partibus διανοίας excellunt. Vſus confirmat utrunque, & utroque confirmatur. Hinc nullo metu, magno totius Reipub. commodo ad ęgros non Vates, non

Dia-

Dialecticus, non Orator, ſed ſummus Medicus omnibus tamen illis longè diuinior & admirabilior accedes, ſummaque prudentia morbi ſpeciem, cauſſas, accidentia, & ueluti proprietatem colliges, locumque affectum diligenter notabis, ægri naturam & omnium illius partium, quomodo ſeſe habeant ad remedia, remediorumque uires cum ægro comparabis. In cognitione autem morbi primùm quidem conſtitutionem anni, ſitum, uentos, aquas, conſuetum uictum regionis & ciuitatis intelligere oportet, deinde ea, quæ morbo ſunt propria. Ex his etiam neſcio quid proprietatis morbis accedit, ut his aut illis auxiliis vel iuuentur, uel lædantur ægri. Neque etiam ſolùm ſpectandum ut iuues, ſed ut ne lædas, aut è morbo morbum facias. Exempli cauſſa, In dolore capitis (ut in noſtris ſcholiis admonemus) ſi quis Paralyſi opportunus eſt, a cucurbitulis me tuendum. Si imbecillis æger pulmonibus, periculum eſt, ne fuſa materia & illecta maſticatoriis in pulmones deſcendat. Idem iudicium eſt, ſi fauces imbecilliores fuerint. In Errhinis metusquoque eſt, ubi uel oculi facilè læduntur, uel ozenis laborant nares. An æger ſicciore ſit uentriculo, uel hepate, uel uegetiore inteſtinorum ſenſu, & ſimilia, diligenter perpendes. Remedia enim quædam, quæ multis aliis prodeſſe ſolent, huic infeſtisſima ſunt. Hic agè,

grè, hic facilè mouetur. Ita remedia diſtinguenda ſunt, & ægris, morbis, ætati, regioni, & ſimilibus accommodanda. Atque hæc eò dico, ne putes tibi ſatis eſſe ad Medicinam faciendam remediorum præſcriptiones multas circunferre, aut libellos, quibus ad praxim inſtituimur, aut ſi remedia te aliquando feſellerint, in Authorem culpam conferas, ſed in te ipſum, qui ineptè & ſine methodo ea adhibueris. Neque enim Methodus illa minus neceſſaria eſt in medendo curandiſque ægris, quàm aut in ſtudendo, aut ſcribendo, aut docendo: imò fortaſſe magis, ut paſſim docet Galenus.


Hæc igitur ſunt, φιλιατροι, de quibus initiò præfationis loco putaui uos eſſe admonendos, neſcio quàm bene, certè amiciſſimè. Neque enim quiſquam alieni artificii ſtultus aut inuidus exiſtimator ita in animum inducat, quaſi hęc aut popularis auræ captandæ cupiditate, aut utilitatis alicuius ſpecie in lucem proferamus. Totum enim hoc, quicquid eſt, multis noſtris ſumptibus confectum eſt, & erant fortaſſe alia, quibus in hominum conſpectum uenire poſſemus, quanquam hoc quàm minimi facimus, præſertim hoc tempore, quibus quid, quæſo, ſperandum eſt uiro bono, potentiſſimo inimico faſtu, dominatione obtrectatorum, infidelibus amicis, pluribus inuidis? Adde quod ad id conſequendum breuitate

tem-

temporis impediebamur, cùm Typographi ita urgerent, ut uix sepositum tempus esset ad dimidiam eorum partem exscribendam, quę mẽte concepta tenebamus, tantùm abest ad corrigendam & perpoliendam. Sed cùm ita tulisset casus infestissimus, ut nobis Arelata urbe florẽtissima in patriam redeuntibus, necessariò hyemandum esset Lutetiæ, ob eamque caussam in idem cubiculũ conuenissemus ego & D. Chrystophorus Burgensis nobis amicissimus & in Medicina facienda exercitatissimus, Præceptorum quondam nostrorum Syluii, Goupyli, imprimisque Hollerii interitum grauissimè ferebamus. Hic enim si in uiuis adhuc fuisset, non ignorabamus, quanta nos solita illa sua beneuolentia & humanitate excepisset. Sed quod fortuna omnium bonorum inuida nobis de eruditissimis illius colloquiis ademerat, id singularis quædam liberalitas Consiliarii illustrissimi Andreæ Pastorei compensauit, diuini illius uiri multis libris manu scriptis exhibitis. In quibus perlegendis si cumulatè ingenio nostro satisfactum est, dolor certè non est imminutus. Dolebamus enim mirum in modum tantis operibus præmatura morte in pestilentissimo aere abreptum extremam manum imponere non potuisse, eodemque fato & Remp. tot bonis priuari, & memoriam præceptoris amantissimi imminui. Itaque ne id saltem omni ex parte fieret,
cùm

cum diſcedendi urgeret necesſitas,amplisſima hac occaſione oblata, neque laboribus & uigiliis,neque ſumptibus pepercimus, quò in præceptorem officium præſtaremus , ſi non quale aut exoptabamus,aut eius magnitudo poſtulabat , ſaltem quod per temporis breuitatem licuit.Facilius enim,ſi quid minus bene a nobis diceretur,aut perpoliretur,grauioribus aliis illius operibus ſarciri poſſe , minoreque multò ſtudioſorum incommodo uidebamus,quàm occaſionem ſemel prætermiſſam recuperare.Eoque conſilio interea hoc leuioris operæ in ordinẽ redegimus,auximus,ſcholiis illuſtrauimus, quòd multa deeſſe uiderentur ad exactã morborum,cauſſarum,ſignorum,remediorum cognitionem, ut quod non eo animo ſcriptum eſſet,ut in lucem ederetur,ſed ut potius in Scholis doctis iuuenibus conſueto more dictaretur. Multas illius Obſeruationes in marginibus ad memoriã deſcriptas,fideliter inſeruimus, quaſdam etiam noſtras adiecimus, quid cauendum eſſet,quid ſequendum,quæ recentiorum quorundam uirorum doctisſimorum de morborũ cauſsis ſententia a ueteribus disſidens, aliquando admonuimus,omnia quidem tanta breuitate,quanta fieri potuit, minutisſimiſq; literulis, ne quod enchyridii uice uolebamus eſſe ſtudioſis , id in moleſtam magnitudinem uoluminis excreſceret . In quo certè eò alacriore animo a nobis

nobis eſt elaboratum, quòd a celeberrimis in hac florentisſima facultate Pariſienſi Medicinæ Doctoribus, imprimiſq; D. Pietro Decano, D. Ioanne le Cõte, & D. Rochon, publicis Profeſſoribus (quibus ſtudioſi quantùm debeant, omnibus perſpicuum eſt) noſtrum hoc inſtitutum non modò non improbari, ſed uehementer etiam laudari intelligebamus. Ad id etiam faciendum nos adhortabantur D. Mizaldus uir omni ſcientiarum genere exornatus, & D. Gabriel Dauagneus Belignaceus Medicus doctisſimus & nobis amicisſimus. Tot igitur tantiſq; uiris φιλιατροὶ ſi quid utilitatis, ut ſperamus, noſtris laboribus eſtis percepturi, gratias etiã habere debetis.



IACOBI HOLLERII STEMPANI, MEDICI PARISIENSIS celeberrimi, DE MORBORVM INTERNORVM REMEDIIS, LIBER PRIMVS.

De dolore capitis. Cap. I.



OLET CAPVT, intemperie, aut ſolutione continui. Intemperies ſimplex, compoſita: ſine materia, cũ materia: illaque uel in toto cerebro, uel in uenis, arteriis, membranis, neruoſiſque corporibus. Solutio cõtinui fit acri humore erodente, putri, bilioſo, ſalſo, vulnere, caſu, contuſione pũctura, maligna qualitate, ut in lue uenerea, carie, diſtentione. Diſtẽtio fere à copia humorum, uel flatuum: humorum quidem, uel omnium, uel aliquorum, uel alicuius. Fit quoque obſtructione, cùm uidelicet anguſtias meatuum capitis intercipit humor craſſus & uiſcidus, aut ſpiritus uehemẽter uaporoſus, in ſuturis, oſſibus palati colatoriis, & quæ ad nares, aures, oculos & ſpinam pertinent. *Cauſſa.*

Dignoſcitur ex uarietate cauſarum efficientium, ex partium laborantium natura, ex loco, ex qualitate propria. Cauſæ efficiẽtes, externæ, internæ. Externæ, æſtus, perfrictio, ebrietas, caſus, ictus, uictus, uapor aliquis, ut fumus, grauis odor, aut naturæ ægri repugnans. Internæ, intemperies naturalis, aut contracta morbo, quantitas, qualitas materiæ humorum, uel uaporum, mala confor- *Signa.*

matio, obſtructio. A partium natura: neruoſorum corporum magis punctorius: arteriarum pulſatorius: ſtupidior in uenis & cerebri ſubſtãtia. In perioſtio ſuperficialis: altus in meningibus. Intra caluariam ad radices oculorum extenſus. In plenitudine grauis, in acri humore & uapore rodens: ſed uapor diſtendit magis, humor magis mordicat. Vbi diſtentio citra roſionem, ſpiritus flatuoſi uel humoris nõ rodentis copiam indicat. Diſtenſio cum pulſu, membranarum inflammationem ſequitur: cum grauitate, copiam membranis conceptam & inhærentem: ſine grauitate & pulſatione, copiam crudi flatus. A ſanguine fere in frontem: à pituita in occiput: à bile in dextrum latus: à melancholia in ſiniſtrum decumbit. Sunt quibus arteriarum intemperies ſanguinem ſpirituoſum multum colligit, unde dolor pulſatorius & uehemens excitatur. Quibuſdam uermes generantur in cerebro. Id rarum, quod tamen memoria noſtra uiſum eſt. Et cuidam Italo ex frequenti odoratu baſilicæ herbæ natus ſcorpio in cerebro uehementes dolores & longos, mortem denique attulit. Humor autem & uapor uel in cerebro gignitur, uel aliundè aſcendit, ab extremo police, & planta pedis à uenenato, uulnere clauſo, utero, hepate, liene, uentriculo, pulmone & aliis.

Curatio.

Curatio in his eſt. In Phlebotomia, Arteriotomia, Sanguiſugis, Cucurbitulis, Purgatione, Potionibus, & Medicamentis materiam præparantibus, Topicis repellentibus, concoquentibus, mitigantibus, alterantibus, digerentibus, roborantibus, Phenigmis, Sinapiſmis, Cauteriis, Paracenteſi. Hæc omnia remedia ſunt dolorum capitis.

Phlebotomia. Phlebotomia imperatur, ſi plenitudo & ſanguinis copia, ſi uehemens obſtructio eſt, ſi uulnus, caſus, concuſſio, febris, inflammatio, atque adeo, ubi intolerabilis dolor eſt.

Si à reliquo corpore uitium eſt, primùm axillarem, deinde cephalicam, aut ſemel mediam diuidito.

Si

Si à ſuppresſis menſibus, aut hemorrohidibus, uenas malleoli incidito: perſeuerante malo, uenam frontis, temporum, quæque poſt aures ſita eſt, apperito. Eã tamen eligito, in cuius regione dolor incumbit magis.

Arteriotomia probatur in iis, qui ob intemperiem arteriarum capite dolent, ac uertigine. Atque ubi ſanguis calidus & uaporoſus dolorem facit. Eligenda in fronte, temporibus, aut poſt aures, quæ micat, magis calet, & rubet, & ubi dolor acerbior eſt. Ex 6. de ſanit. tuẽ. 13. metho. lib. de ſang. misſione. *Arterioto-mia.*

Vacuato iam corpore & contumaci malo, ſanguiſugæ extremo naſo affiguntur, poſt aures, & uenis, quæ in caluaria eminent. Aliquando iis, qui ita aſſueti ſunt, & multi ſanguinis, poſt maiora remedia ſanguinem è naribus irritamus. *Sãguiſuga.*

Cucurbitulæ primùm leues occipitio uel ceruicis initio, deinde cum ſcarificatione affiguntur. *Cucurbitu-læ.*

Poſt phlebotomiam & ante phlebotomiam imperatur purgatio, aliquãdo ẽt ſine phlebotomia purgamus.

Ante phlebotomiam leui pharmaco, cuius uis hepar non ſuperet, ſed tantum uenter, meſenterium, ſima hepatis, & inteſtina repurgentur, quale hoc erit. *Minorati-ua.*

R. casſiæ aut cathol. unc. 1. aut casſiæ unc. s. quadrante horæ ante paſtum.

Poſt phlebotomiam, ſi quis humor uitioſus relictus eſt, & ſi quidem recens dolor eſt, materia ſequax, & ſubtilis, & tenuis, nulla quoque obſtructio eſt, leui pharmaco uteris, ut Casſia, Rhabarbaro, Manna, Catholico: Mollioribus atque diuitibus, Electuario de ſucco roſarum, Diaprunon, Hyeræ puluere: Catholico in aliis, quales ſunt hæ formulæ.

R. decoct. prunorum, tamarindorum, paſſularum, triũ florum cordialium, quantùm ſufficit ad diſſolutionem unc. 2. mannæ.

R. Casſiæ fiſtulæ unc. s. mãnæ vn. i. diſſolue in ſupradicta decoctione, uel ſero lactis, uel aqua hordei, ptiſana.

Pauperibus, loco mannæ, penidia imperabis, uel ca-

thol. ℥.6. casſiæ fiſtulæ unc. s. aut cathol. uel casſiæ ℥.6. diaprunis ℥.2. Ex his omnibus cum ſaccharo fiat bolus, aut, ut ſupra dictum eſt, diſſoluantur. Rhabarbarum aliquando per ſe, aliquando cum casſia imperabitur. Pueris ſcru. 2. infunduntur in aqua endiuiæ cum modico cinamomi: mulieribus, à ℈. 1. ad ℥. 1. & ſemiſſem: uiris, ad ℥. iii. Mollioribus, & quibus aluus facilè commouetur ℥. iii. casſiæ, & ſcru. 2. rhab. ſatis eſſe poſſunt. Ex his fit bolus cũ ſacharo. Aliis, casſiç fiſtulæ ℥. 6. addimus ſcru. 4. aut circiter rhab. Puluere hyeræ picræ ſic utẽdũ erit.

R. pul. hieræ picræ recentis. ℥. 2. excipiantur modica conſerua uiolarum (*ad tollendum amarorem.*) Aut hæ pillulæ fortiores erunt.

R. pul. aloes ℥. 1. maſtic. cinamo. ana ſcru. s. diagridii gr. 4. (*ad eradicationem*) cum ſucco citri fiant pillulæ.

In craſſis & uiſcidis humoribus, magnis quoque obſtructionibus, grauior fere atque contumacior morbus eſt. In quibus & phlebotomia, ſi cætera conſentiunt, neceſſaria eſt, & potiones, quæ materiam incidant, & attenuent, a quibus purgationes per interualla, ualidiq́ue clyſteres. Topica ex iis, quæ incidunt & attenuant. Errhina, Apophlegmatiſmi, Suffumigia, Gargariſmata, Frictiones, Vincula, Cucurbitulæ, Sinapiſmi, Setones, Ferrum, Ignis.

Phlebotomia, ut prius, inſtituenda ſatis amplo uulnere Oxymelite, aut aliis deſcriptis materia præparabitur, aut hac potione.

R. ſtechad. citrini unc. 2. fiat decoctio in aqua purisſima ad quart. 3. In expresſione collata diſſolue mellis communis, aut mellis albi, uel ſacchari albisſimi lib. s. plus minuſve. Fiat ſyrupus, utatur ieiunus, duabus horis ante cęnam, doſi trium unciarum. Hæc potio putredinem arcet, extenuat, detergit, roborat non ſolum cerebrum, ſed uiſcera omnia, & corpus, laudata Græcis & Arabibus. A qua, uſus eſſe poteſt ſyrupi de ſtechade incompleti, id eſt, ſine aromatibus (*detracto croco.*) Atque hinc ſyrupi completi, id eſt, cum ſpeciebus. Eodẽ modo

[Handwritten marginal notes: "usus syr. hiere picre." / "pils." / "cura doloris capitis [illegible] a crassis et uiscidis [humo]ribus:" / "phlia" / "preparo[tio] mat[eriae]"]

modo ex acoro, (*omnibus morbis à defluxione confert, quia aſtringit*) & fęniculi radice, oxymel parari poteſt, atque hinc hydromel.

Calidiores ſyrupi ſuſpecti ſunt, ubi plethora, febris cruditas in primis uenis. Hinc enim augentur febres, liquefacta cruditas trahitur in corpus, fuſa plenitudo apoplexias, febres, tabes, & alia mala inuehit (*Hic quoque conſiderãdum anni tempus, regio, ægri tẽperatura & ætas*) Purgationes fiunt ex hyera diacolocynthidos, agarico, & aliis, quale hoc eſt. *Syrupi calidi.*

℞. pul. hyeræ diacolo. ℥. s. agarici tro. ſcrup. 2. maſticis, bdellii, ana ſcru. s. nucis moſcatæ Gr. 8. cum ſucco abſynthii formentur pillulæ. Delicatioribus naturis poterunt excipi pulueres in modico conſeruæ anthos. Solent autem parare ſyrupos, quibus interuallis utendum ſit, quos ita conficies, ut in decocto deſcribantur quæ attenuent, concoquant, aperiant, roborent, & conuenienter purgent, quale hoc eſt. *Pillulæ*

℞. rad. graminis, petroſelini, aſparagi, ana unc. s. ſem. aniſi, & fœniculi ana ℥. 1. bethonicæ, ſtechados ana P. 2. florum cordialium ana P. 1. paſſul. mundatarum (*earum caro relaxat*) unc. s. liquiritiæ ℥. 2. polipodii quercini unc. s. aga. trociſc. ℥. 6. foliorum ſenæ (*orientalis. Noſtra nullius ferè eſt momenti*) mundatorum, & in fine decoctionis poſitorum unc. 2. s. fiat decoctio in aqua puriſsima ad gr. 3. In coll. diſsol. ſacch. albiſsimi q. ſ. Fiat ſyrupus mediocriter coctus, utatur ſingulis hebdomadibus unc. 1. s. cum unc. 2. hydromelis, aut ptiſanę. Erit autem calidius cum hydromelite, frigidius uerò cum ptiſana. Fortius. *Syrupus.*

℞. polipodii quercini, rad. acori, ireos, ſem. carthami ana unc. 1. s. ſem. aniſi, fœniculi, cuſcutæ ana ℥. 2. ſebeſten, N. 12. Cetherac, ſcolopendriæ, bethonicæ, ſummitatum lupuli, agrimoniæ ana P. 1. ſtechad. arabici, & citrini ana P. s. foliorum ſenæ mundatorum, & in fine decoctionis poſitorum unc. 4. agar. recenter tro. unc. 1. s. turbith gũmoſi unc. 1. fiat decoctio ad lib. 1. In coll. *Syrupus.*

dissol.sacch.albiss. & mellis albi bene despumati ana lib.s.Fiat syrupus coctus secũdum artem: accipiat unc. 1.cũ hydromelite,aut ptisanæ unc,2.semel in 12.dieb.

Pillulæ.

R.agar.recens troc.ʒ.2.turbith.ʒ.1.s.salis gemmæ, & zinziberis (*ad correctionem . Secus materiam subtilem uacuaret,relicta crassa.*)an.scrup.i. Infunde omnia in uino albo,fiat leuis feruor super calidos cineres,deinde fortis expressio.Expressæ materiæ adde pul.hieræ diacol.ʒ.iii.pul.hieræ picræ scru.4.malaxentur cum uino expressionis,fiat massa,capiat ʒ. 1.

Post purgationes imperare solent, quæ confirmant uentriculum & uiscera,quale hoc est.

Conseruæ. R.mithridati ueteris,conseruæ buglossæ, & acori an.ʒ.1.Capiat manè diei sequentis.

Trociscus. R.specierum electuarii diambræ ʒ.1.pliris sarcotici & aromatici rosati an.ʒ.s.excipiantur in modico conseruæ anthos,uel cum syrupo de corticibus citri, aut de stęchade,fiat trociscus.

Topica.

Repellentia in dolore calido: Repellentibus statim initio utendum est. Sed in dolore calido,magis refrigerantibus,ut & in corporibus durioribus,æstate regione calidiore iuuentute.Contra uerò temperanda res est in contraria conditione,quale hoc est,quod uehementer repellit & refrigerat.

Frontale. R.olei rosati recentis unc.2.aceti albi,& aquæ rosarum(*in potu nocet ob odorẽ,nisi sumatur aqua peculi ros.*) an.ʒ.ii.agitentur diu, & refrigerẽtur in aqua frigidissima putei,aut niue pro frontali. Aliud.

R.olei uiol.& ros.an.unc. 1.aceti albi, succi agrestæ an.ʒ.2.Diuitibus adde camphoræ gr. 4.Linteolum insuccatur:postea frigida uel in succis semperuiui, centinodiæ,portulacæ,lactucæ,psilii rosarum,malorum granatorum,capreolorum uitis,omphacis,mespilli,cucurbitulæ,cucumeris.parabilia remedia sunt: oportet autem hæc subinde renouari,quia statim incalescunt.

N.

R.Cerati

Secundus ordo.

R. Cerati Gal. diu ſubacti cum ſucco portulacæ, ut ſimili unc. 2. illinatur fronti,& ſuperponantur folia ſalicis.

R.mucilag.ſem.pſilii,mucilag.ſem.altheæ, & cidoniorum an.ʒ.6.agitentur cum modico aceti.

R.olei roſati & cham.ana unc. 1. aceti ʒ. iii. hieme pueris,eunuchis,& mulieribus conuenit. In quibus nimia refrigeratio periculoſa eſt. Iam progresſo morbo, olei cham.anethini,lilii aliquid adiiciendum.

In frigido .

R.dialtheæ unc. 1.agitetur in mortario,primùm quidem cum oleo roſato,deinde ut procedit morbus,cum ol.de maſtiche,de cydoniis,de ſpica. Et diuitibus addi poſſunt. Gr. 2.moſci.olea conueniunt cham.aneth.(*in declinatione,quia odoratum.*)de lilio,laurinum,maſtichinum,de ſpica,de coſto. In quo ſerpillum,menta,thimũ orig.roſmarinus,maiorana,calendula,pulegium, ben, nux moſcata,garyophilum,cinamomum coxerint. topica in frig. dolore.

R.ſerpilli M.1.coquatur in qr.iii.olei cham.& lib.s. uini rubri. Fiat decoctio ad conſumptionẽ uini in uaſe duplici. Deinde fortis expresſio,ſeruetur oleũ ad usũ. *Olea.*

R.garyophil.nucis moſcatę an.unc.s.fiat decoctio in qr.iii.olei cham.& uini rubri ʒ. 4. ad conſumptionem uini in uaſe duplici ut prius,lento igne, ac ſine fumo.

R.terebinth.lib.1. maſtich.cin.nucis muſcatæ ana ʒ. 1.garyophil.galangæ,zedoarię,ladani an.unc. 1.s.ſucci ebuli,ſucci cucumeris aſinini,ana unc. 1. Pulueriſatis pulueriſandis in alambico diſtilletur oleum ſecundum artem.

Laudant & oleum ſabacinum,iaſminum. Nec omittendum eſt remedium mulieris apud Paulum.

Præparatio.

Radices itaque cucumeris aſinini concides in taleolas,& cum abſinthii coma hydroleo incoques. Fouebis partem hydroleo,materiam uerò modo emplaſtri impones. remedium pauli dolore frig. capitis

SCHOLIA.


M. *Medico ad ægrum accedenti primùm pars affecta inuestiganda: deindè affectus: postremò ex utrisque ineunda curatio. Partes affectæ in capitis doloribus ita distinguuntur. Si digito pressa cute doloris sensus acerbior, pili erecti, & oculorum radices, uel partes internæ molestiam non sentiũt, cutis uel pericraneum laborat: sed pericraneum à frigore frequentius ob similitudinem, cutis ab æstu, sordibus, multis capitis integumentis, ut in mulieribus & similibus: dolorq; in pericraneo ad oculi palpebras usque, tantùm peruenit. Intra craneum dolor obtusus, arteriarum uenarum & substãtiæ cerebri affectionem indicat, quòd sensu sint imbeciliore: punctorius menyngum & neruorum. Sed in neruis communicatur parti cui inseruntur: in arterijs pulsus percipitur: contundens & profundus in membranis ossium hæret. Sic deprehensa parte affecta, ad affectus distinctionem & curationem primò uidendum, an cum febre, an sine febre. Si cum febre incœperit, & permaneat, internam partem affici significat, & futurum delirium portendit. In acutis post tertium aut quartum diem superueniens, sanguinis fluxus indicium est, modò cætera consentiant, atque hic nullo modo curandus, ne crisis impediatur. In ea tamen, quæ per uomitũ futura est, admoueri medicamenta possunt ad dolorem leniẽdũ, nullo naturæ impedimẽto. Quòd si sine febre sæuiat, uel in parte est dextra, sinistra, superiore, inferiore: uel in toto. Dolor sæpius recurrens, statisque temporibus & alterutrã partem occupans ad suturam usque, Hemicranea est: in anteriore parte, Cephalalgea: post multum tempus, Cephalea. Siccitas uehementem dolorem non infert, quia non sit confertim: nec proinde melancholia, nisi à bile flaua adusta, uel bile mixta, uel spiritu distendente. Neque humiditas, nisi ob copiam, ut pituitæ frigidæ, quæ noctu potissimùm infestat, facileq; proprijs signis pituitam significantibus discernitur. Distẽtio cum grauitate & pulsu, sanguinis copiam: sine grauitate, bilem demonstrat cæteris tamen perpensis, ut uictu*

si dolor capitis incipiat cum fe: et permaneat q.d. signi fiet: N.

præ-

præcedente, temperamento, regione, ætate, anni constitutione. A calore uehementissimi sunt dolores, sed breuiores: à frigore minus subiti & diuturniores: ab ossis carie, uermibus, scorpione, subiecto pure, angusto loco comprehenduntur. Postrema consideratio, an per consensum fiat. Cuius hæc sunt signa uniuersa. Si nulla euidens causa antegressa fuerit: si frequenter repetat: si cum alterius partis affectu inualescat & eo sublato læuetur: denique si uel totius corporis plenitudo & cacochimia sit, uel partis alicuius uitium præcesserit. Modus autem huius communicationis, siue consensus duplex. Nam partes inferiores uel ad caput aliquid transmittunt, ut uaporem aut humorem: uel sola connexione, & quasi contagione quadam cerebrum afficiunt. Ex uentriculi tunicis externis ac sinu, fumi efferuntur ad caput per neruorum rectitudinem, & per œsophagum, cuius signa sunt, cruditas antecedẽs, ebrietas, cibi corruptela, dolor, nausea, oris amaritudo. Ab utero fit post mensium retentionem, aut seminis putrescentis, aut siqua sit illic humorum perturbatio. Tunc dolor in occipite percipitur, uel illic incœpit, præsertim nulla materiæ translatione facta, propter consensum uteri cum cerebro per spinalem medullam, cui robustis uinculis connectitur. A iecore magis per uenam cauam: a liene per arteriam magnam fit materiæ ad caput translatio. Sed an à bile in dextrum latus, à melancholia in sinistrum dolor decumbat, controuersum est: cùm & uena caua & arteria magna à iugulo in utrunque latus traducant ramos, ut nulla ratio adferri queat, præter rectitudinem, cur in hanc potius, quàm in alteram partem dolor inuadat, cum tamen rectitudo parum momenti habeat in his, quæ per uias communes transferuntur. Sed dolor frequentius synciput prehendit multis de causis. Nam illic panniculorum partes suturis interseruntur, & uasa, arteria, præsertim, ac materia omnis seu uapor eò peruenit, suturæ raræ, craneum tenuissimum, & fistulosum, tenuium uasorum copia. Vnde fit, ut semper fere illic incipiat sudor. Atque hæc in uniuersum dicta sint de caussis & signis doloris capitis.

Do-


Dolor fit ab
Intemperie
calida,
frigida,
ſicca,
humida,
compoſita,
ſine materia in tẽperatis
curatur contrariis alterantibus, digerentibus, roborantib.
cum materia in plethoricis & cacochymis,
repellentibus cum aſtrictione, euacuãtibus, deriuantibus, diſcutiẽtib'. roborãtibus, materiæ accommodatis.
Solutione continui,
diſtẽtione à flatus copia,
digerentibus, extenuantibus, diſcutientibus, laxantibus, fomentis, cataplaſmatis, potionibus, clyſteribus, cucurbitulis.
craſſis & uiſcidis cũ flatu.
obſtructione uaſorũ.
cucurbitulis, attenuãtibus, euacuantibus, leuiter primùm, deinde magis digerentibus, fomentis, cataplaſmatis, potionibus, clyſteribus.
cõtuſione,
mixtis primùm aſtringentibus cum digerentibus, deinde ſolis digerentibus paulatim in dies auctis, ſedato prius dolore per topica.
humorũ acrimonia,
uacuatione, per uomitum, ſi in uentriculi ore fuerit: clyſtere, ſi deorſum tendat: incraſſantibus & acrimoniam retundentibus:

In omnibus capitis doloribus commune est, ut in principio parti repellentia admoueantur: in decremento, digerentia: in fine declinationis, roborantia.

Vbi intolerabilis dolor est. *Cornelius Celsus tantùm in dolore intolerabili uenam aperit. Sed citra hunc, in propositis conditionibus etiam secanda est. A quacunque autẽ causa dolor excitetur, si uehemẽtia urgeat, duabus de causis uena tunditur. Vna, quod uix dolor tantus esse queat sine materia calida: altera, quia metus est inflammationis, & resolutionis spirituum. In dolore quoque à bile emittitur sanguis, non ad uacuationem sed uentilationem. In quo si Phrenitidis metus sit, uenæ sub lingua aperiantur: uel cucurbitulæ ad humeros, aut collum applicentur cum scarificatione: uel fiant ligaturæ; & frictiones in extremis partibus, potissimum carpo & pedio. In uaporibus denique discutiendis ligatio colli, & ducta manus sursum, ut uis spiritus, caloris & sanguinis cogatur in caput, & ita uapor tenuetur, & discutiatur. Vbi cum febre dolor inuadit, liberior phlebotomia.*

Eam tamen eligito, &c. *In diuersione non est eligenda uena partis dolentis, sed uena frontis secanda, potissimũ si posterior pars capitis doleat. Sin anterior, & exigua sit quantitas materiæ, secatur, quæ est inter spatulas.*

Arteriotomia. *Arteriæ sectio remedium est singulare in omni dolore pulsatili, ut Rasis docet: sed periculosum, quia Chyrurgis minus usitatum. Debet autem arteria scindi è directo partis affectæ, & in principio ad maximam sanguinis copiam. In quo uidendum, num per maiores & internas arterias uapor efferatur. Sic enim nihil conferet, ut ex cap. 8. lib. 3. de locis affectis perspicuum est. Huius loco applicatur cauterium actuale in media parte capitis prope suturas. Si ignem refugiant, applicetur potentiale, Synapismi, Dropaces, Capitella ex aluta, inducta emplastris cõueniẽtib.*

Sanguinem è naribus irritamus. *Hoc fit nares frequẽter scalpendo, setis quoque, & folio arundinis, aut festuca, aut herbis quibusdam aculeatis, aut asperis uenas narium irritando ad hæmorragiam, aut sanguisugæ pinnis narium affiguntur: Sin neque his prodeat, cucurbitulæ cum scarificatione*

catione admoueantur, ut præcipit.

Cucurbitulæ. *Cauendum, ne æger facilè paralyſi capiatur ijs partibus, quæ neruos accipiunt à loco ubi debent cucurbitulæ applicari.*

Ante Phlebotomiam leui phar. *Hoc fit, ne eductione ſanguinis excrementa uentriculi & inteſtinorum in uenas rapiantur. Sed horum loco, clyſteribus (& tutius, propter caſſiam, quæ cerebrum fumis replet) ante ſanguinis miſſionem uti poſſumus, emollientibus & detergentibus, ſi ſine febre: infrigidantibus, ſi cum febre dolor ſit, præſertim: cùm reſiſtit aluus. Sæpe enim uaporibus ſurſum latis ſuppreſſa aluo, dolor commouetur: clyſtere iniecto, ſedatur. Sin perſeueret, uenam ſecato. Cæterum, hæc minoratiua dantur per quadrantem horæ, aut etiam per horam ante prandium: tũ ut cibi grauitate mittantur deorſum: tum ut fumos arceant, qui e cibo feruntur ad caput. Contrà fit, cùm caput purgandum nobis proponimus, ut pillulis. Exhibetur enim quatuor horis poſt cœnam, ut medicamentorum uis ſimul cum alimenti uapore ducatur ad caput. Ad diminutionem uerò materiæ pillulæ leues dantur tribus horis ante cœnam.*

Rhabarbarum, Manna, &c. *Rhab. fumoſum eſt admodum: ob id minus conuenit, niſi infundatur in aqua endiuiæ, uel uiolarum. Ab Hyera auferenda ſunt aromata, ut crocus, quia caput tentando, augent dolorem, ut Gal. docet de compoſitione hyeræ agens. Idem fiat in ſyrupo de ſtecade. Manna facile bileſcit in ualde biliofis. Minus nocent odorata, cum ualde laxantibus miſcentur, quia non diu retinentur in corpore. Aromata adduntur, quia roborant, & tenuitate partium iuuant medicamentorum penetrationem.*

Pillulæ. *In affectibus ſiccis melius purgabitur materia bolo, uel potius medicamentis humidis & liquidis, quia pillulæ omnes calidæ ſunt & ſiccæ, ſaltem ob aloem, proindeque maiorem inducunt alterationem.*

Phlebotomia, ut prius. *In craſſis & uiſcidis humoribus ac materia frigida, metuenda eſt uenæ ſectio. Si tamen uenæ tument, & ſanguis abundat, cæteraq; concurrunt, poterit fieri, dato ante clyſtere ad diuerſionem. Sin minus, à cly*

ſtere

ſtere incipiendum, qui materiam diſcutiat, incidat, alteret, & euacuet: deinde leui medicamento utendum, ne cruda materia agitetur, ut pillulis leuioribus, de hyera ſymplici, agar. tro. cum oxymelite ſimplici, paulatim progrediendo ad fortiora, niſi grauiora ſymptomata ſtatim extremis remediis cogant uti.

R. Stecados. *Flores anthos, ſtecados, chamomilæ in omnibus capitis doloribus ualent, etiam in materia calida. Nã mirificè roborant cerebrum. In declinatione tamen ponuntur potius, & repreſſa fluxione.*

Calidiores ſyrupi. *Leuioribus ergo antè eſt utendum, ut mell. roſ. ſyr. capill. uen. de bizantiis, acetoſ. ſimpl. & compoſito. Deinde de hyſſopo, de prasſio, de acoro, de ſtech. &c.*

R. graminis petro. *In affectu melancholico parùm cõueniunt hæc diuretica, quòd humor melancholicus per urinas uacuari nequeat, cùm ſplen nullum habeat conſenſum cum renibus per uiam communem, niſi addantur ad inciſionem & attenuationem. Sed tunc ſufficient ſemina aniſi, fœniculi, apii ad. 3. s.*

In aqua frigidiſſima. *Celſus ſcribit nihil æquè prodeſſe capiti, atque aquam frigidam: adeo ut eum, cui caput infirmum eſt, iubeat per æſtatem id bene largo canali quotidie aliquandiu ſubiicere. Obſeruatum quoque ab authore, quendam, cum 40. annos laboraſſet emicranea, fruſtra aliis auxiliis adhibitis, conſilio Medici frigida ſæpius lauiſſe frontẽ, atque inde perſanatũ, niſi quòd materia deriuata in œſophagũ & illic concreſcens, prohibebat deglutionẽ. Quia tamen cerebrũ frigidum eſt, & mẽbrũ princeps, à frigidisſimis metuendũ, aut cum ſummo iudicio utendum. Cæterum topica, quæ repellunt, tepida admouentur, ubi materia frigidior & crudior: frigida, ubi materia calida & biliofa.*

De diuturnis capitis doloribus. *Cap. II.*

IN diuturnis capitis doloribus intemperies cauſa eſt uel ſolutio continui. Intemperies, ut dictum eſt, ſine materia, quæ ubi firmata eſt, ægerrimè curatur, uel cum

materia,

materia. Atque hæc ferè frigidus uapor & flatus, uel materia crassa est & frigida. Flatus aliquando ex inopia caloris & materia alimenti: aliquando alimenti uitio; nunquam uitio pituitæ crassæ & uiscidæ, quæ membranis inhærescit, unde uehemens distentio membranarũ, ut inde suturæ relaxentur. Atque hic sensus primũ frigoris, quanquam aliquando agitatione materiæ & putredine calor succendatur, ubi iam febris, & aliquando inflammatio succedit. Sed sine his, quasi maleolis obtusis, acutis, feriantur, dolent. Rarius arteriarum uitio & bilis permixtæ flatibus, aut aliis de causis. Ex signis iã dictis, antecedente uita, temperamento tum totius corporis tum præcipuè capitis: deinde etiam uiscerum & aliis de causis requirendum.

Iam diuturno & contumaci morbo caput tondatur aut radatur ad cutem: tum fortioribus utemur remediis, quale est oleum de castoreo, & euphorbio, quod confici oportet ex lib. j. olei de Keiri, & un.s. euphorbii, uel castorei, quale hoc est.

R. ol. de Keiri lib.s. ceræ unc. 1.s. liquefiant in uase duplici, deinde insperge euphorbii ʒ. 2. plus minùsve.

Oppugnandus quoque morbus est Masticatoriis, Apophlegmatismis, Caputpurgiis, Errhinis, Pomis odortis, Sacculis, uel Cucuphis.

Masticatoria.

R. masticis ʒ. 2. piperis ʒ. 1. radicis capparis ʒ. s. cum aceto scillitico formentur tres pillulæ, teneat in ore & mandat. Idem facit illud.

R. staphysagriæ pulucrisatæ, condisi an. ʒ. 2. excipiantur melle, teneantur in ore. Aliud.

R. piretri, staphysagriæ an. scrup. 2. liquiritæ scrup. 1. masticis ʒ. 1. fiant pillulæ.

Apophlegmatismi.

R. sinapi unc.s. hyssopi. P. 2. fiat decoctio in uino rubro cum modico melle, fiat gargarismus.

Errhina.

Errhinum caputpurgium fit ex succo, uel aqua maioranæ

ioranæ,betæ,anagallidis,cucumeris agreſtis , adiecto pipere,caſtoreo,euphorbio,elaterio,heleboro,condiſi gallia muſcata,piretro,pane porcino,ſinapi,moſco.Succi itaque tepidi & excepti uola manus naribus attrahantur. Pulueres inſufflentur in nares,aut alicui oleo commixti illinuntur,ut oleo de coſto,de ſpica,irino, & ſimili.Delicatis additur modicum muſci, aut ambræ, quale hoc eſt.

R.ſucci maioranæ unc. 2.ſucci betæ unc. 1.aceti ſcyllitici unc.s.miſce,fiat errhinum,attrahat tepidum naribus. Aliud.

R.piperis,caſtorei an.ſcru. 1.helebori,galliæ muſcatæ an.ſcru. s. fiat puluis. Modicum inſufflectur in nares. Aliud.

R.olei de ſpica unc. 1.elaterii ʒ. 1. in diuitibus adde moſci gr. 2.illinantur nares interiores.

Pomum odoratum.

R.Cinamomi,garyophilorum,nucis moſcatæ, ligni aloes,pulu.maioranæ,an.ʒ.2.galliæ muſcatæ ʒ. 1.moſci,ambræ an.gr.2.fiat puluis omnium: deinde cum ladano & maſtice agitatis in mortario cum modico oleo de ſpica,de coſto,de ben,fiat pomum.

Cucupha.

R.ſem.cumini,& ſen.baccarum lauri an. ʒ. 2. nucis moſcatę,cinamomi,garyoph. an.ʒ. 1. galliæ muſcatæ, maſtichis,ſandaracæ an.ſcru.2.Fiat puluis omnium pro Cucupha facta cum raſura ſcarlatæ. Extrema remedia ſunt raſo capillo Sinapiſmi,Dropaces,Phenigmi,Cauteria,& Paracenteſis. De quibus alio loco.

Curatio ſodæ per communitatem.

R.aloes optimi ʒ.1.cina.xylobalſami, aſari , ſpicæ nardi,maſticis an.gr.6.croci gr.4.fiat puluis , detur cũ unc.3.aut 4.aquæ,aut ſeri lactis.

Proportio aloes eſt centum ad ſex.In delicatioribus uero , loco aloes, debemus imperare ſcrup.4.Rhabarbari.

SCHOLIA

SCHOLIA.

Masticatoria. *Pituitam purgant ex attrahentibus parata, ut piretro, staphisagria, cubebis &c. Digerunt ex resiccantibus magis, quàm calfacientibus, ut mastiche, nuce moscata &c. Modus utendi est, ut sacculis reponantur, aut excipiantur ficubus, cera alba, aut uino incocta contineantur ore, aut per se sumatur. Nocent, si fuerint ulcera in ore, uel faucibus, uel pulmones oportuni ulceri, phlegmoni, fluxioni. Tunc errhina commodiora, quæ materiam deducant ad nares. Nam etiamsi humor illectus è capite, uel mungendo, uel expuendo repurgetur, fit tamen humori consuetum iter, & noctu inter dormiendum ad partes infirmas delabitur. Tempus utendi matutinum, & ante cibum.*

Errhyna. *Sicca ex acri materia fiunt, elaterio, pipere, synapi, elleboro, melanthio, ciclamine, maiorana sicca, pyrietro, hyssopo, thimo, satureia, anagallide, & similibus. Liquida ex iisdem exsuccatis, uel liquore mixtis, succo betæ, foliorum hederæ, quibus & arida permiscentur. Sicca insufflantur corniculo, uel fistula, uel inspirando trahuntur, uel excepta oleo illinuntur, uel ex aceto, aqua maioranæ, hyssopi, aqua uitæ, inuoluta lintheolo raro in formam noduli admouentur naribus. Liquida attrahuntur tepidè. Efficacissima sunt, addito scammoneo & farina excepta, ut adhæreãt. Post horum usum, si mordicatio percipiatur, lac muliebre in nares iniiciendum, uel oleum uiolatum. Tempus utendi matutinum, longè à cibo: à balneo, uel aliter laxata cute. Ab imbecillioribus paulatim transeundum ad fortiora, ut euphorbium, elaterium, lacte, mucaginibus, butyro prius temperata. Nocent oculis imbecillioribus, & iam laborantibus, atque ubi nasus oportunus est ulceribus, ut aliquando in lue uenerea. Tum satius gargarismatis uti, quæ ab oculis diuertunt. Sternutatoria nocent in defluxione ad pulmones iuuant, quibus caput uaporibus repletum est, & quibus iam tenuata, incisa, & incocta est materia.*

Cucupha. *Puluis capiti inspersus commodior. Excutitur,*

tur, & nouus manè reponitur. Cucuphæ semper eædem adhibitæ, & sudore ac pinguedine imbutæ, sæpius nocent. Sunt tamen loco pilei.

De dolore capitis ab ebrietate. Cap. III.

EBrietas grauissima adfert symptomata, eaq; partim subitanea, partim longuo tempore contracta, quale illud est annotatum ab Hyppocrate, Si quis ebrius repente obmutuerit, &c. & quæ a Galeno annotata sunt, c.5. li.5. de locis affectis, Epilepsiæ, Dementiæ, Conuulsiones. Si dolor capitis solius, a crapula hesterna motus, & crudum uinum in stomacho restiterit, uomitus, aut male uomētibus, uentriculi *a* fotus, remedio ē. Vbi uacuus *b* uēter est, & tamē *c* uaporibus dolor commouetur, non sine ratione uulgò persuasum, uini noxam vini potu elui, quia inde uapores crassi dispurguntur eo modo, quo dolores oculorum inde ortos scripsit Hyppocrates *d* meraca potione discuti. Somnus, inedia, quies, optima: cibi euchymi, qui facilè coquantur, *e* gallorum testes in aqua hordei cocti, pulli collumbarum, pisces saxatiles & molli carne. Ebrietati naturali quadam proprietate repugnant amigdalæ amaræ, brassica, cuius meminit Theophrastus quarto de historia stirpium.

SCHOLIA.

Κραιπάλη *Hyppocrati dicitur hæc affectio, nostris crapula, omnis nimirum noxa è uino contracta præsertim in cerebro,* ἀπὸ τοῦ κάρηνον πάλλεσθαι. *Nec mirum grauissima symptomata uini immoderata potione induci. Cum enim sit temperatura calidum, substantia tenue, uel non admodum crassa, utroque sursum repit: tenuitate promptè omnia penetrat, & in substantiam neruorum ingreditur, ac uaporibus caput & cruditatibus replet, unde uniuersum corpus necesse est uariè affici. Sed quomodo uini noxam, eiusdem potio per sanat? Nimirum quæ mala suæ substantiæ tenuis copia inuexit, eadem sua qualitate tollit calefaciendo et exiccando. Sin minus, periculosa omnia subsequuntur.*

De dolore capitis a perfrictione. Cap. IIII.

NOn concidit facies, sed est *f* decolor, tardior, mēs, & animæ *g* functiones, frigidis nō iuuātur, sed calidis.

a *Vt ex radice cyperi, acoro uerò, carioph. ab synth. mentha origan. fiat sacculus uentriculo admouendus.*

b *Vomitione & fotu.*

c *Hi cùm exitum non hēant, distētione dolorem pariūt.*

d *Sec. 6. li. 2. Epidem.*

e *Gallorum testes nō sīt ueterū: sunt enim uirosi & essæti.*

f *Nā quæ sunt propinqua & uicina, itemq; cōta, ea primùm et maxime affici solent Hip. lib. de humor.*

g *Naturales, animales.*

Calefaciũt oleum rutaceum, irinum de ſpica, de therebinthina, coſtinum, quibus hyeme rigida, & ubi calore maiore opus eſt, ſtiracem calamitam, benioinũ, euphorbium, aquam uitę, mithridatium, *a* theriacã, & ſimilia permiſcemus. Affectu perſeuerante, raditur caput, aut detunditur, paulo craſsiora medicaměta, quam in æſtu adhibentur: ſed tonſis, & capillo pauco, aliquo tamẽ tectis, liquidiora. Ceratum διὰ εὐφορβίου, ex olei anethi un. x. tribus ceræ, una euphorbij. *b* Sinapiſmus, capitella, diachylum ireatum, & ſimilia conueniunt. Non eſt utendum phlebotomia, cucurbitulis, remedijs luis uenereæ, ubi ſola intemperies eſt. Alimenta, uinum tenue cibus calidus, *c* balneum, motus, loci calidi habitatio, odor ſuauis, calidus, *d* illitus narium, auris frictio.

SCHOLIA.

De hoc dolore à frigore, lege Aurelianum primo Chron. Rarò huiuſmodi dolores ex ſola intemperie fiunt, & ſi fiant, breui materiam accumulant, præſertim in plenitudine laborantibus, & caccohymis.

De vertigine. Cap. IIII.

Δῖνος Græcis, uertigo, nobis, quum caput *e* circũagi uidetur. Scotodinos, cum ẽt, tenebræ *f* oculis offundũtur, aut ſpectra *g* rubẽtia, quæ denuntiant *h* Maniam: aut rubore ſaturata, quæ Epilepſiam, ex inordinato motu ſpirituum & flatuum. Hæc omnia aliquando gignuntur in capite: aliquãdo ex *i* inferioribus partibus corporis huiuſmodi ſpiritus efferuntur. Quod iis fere cõtingit, qui cruditates colligunt: quibus ſępius hepar calidius eſt: quibus ex hepate in uẽtrẽ regurgitat *k* bilis: quibus arterioſum genus intemperatũ eſt, plenum feruido & ſpirituoſo *l* ſanguine. Si in capite primùm generatur malũ iiſdẽ remedijs utitor pro uarietate materiæ, quæ in dolore capitis deſcripta ſunt. Si ab arteriis arterię poſt aures incidantur. Si à cruditate, ea concoquatur & temperantior

a *Datur theriace ad magnitudinẽ auellanæ hora ſõni.*
b *De his ca. 5. li. 3. Inſtit. Chir.*
c *Cùm uniuerſale, tũ particulare idq; ex cephalicis.*
d *Hic oleo irino perfici poterit.*
e *Siue per idiopathiã cerebri, ſiue per ſympathiam.*
f *Quod fit translata ad neruum opticum materiã.*
g *Inflãmatis ſpiritib. ab æſtu, & incãdeſcente sãguine.*
h *Modò nulla perturbationis criticæ excuſatio poſsit adferri. Tun enim ad ſalutem hæmorrhagiam portendunt.*
i *Vt à pulmonibus & uentriculo: quæ tamen cardiogmo diſtinguuntur.*
k *Quæ cardiogmum committit. ex aph. 17. lib. 4.*
l *Cuius inordinatum motum marmarygæ ſequuntur.*

rantior uita instituatur. Si à regurgitante bile, (*sæpe .n. tenebricosa quædã bilis ex hepate & intestino in uentriculũ regurgitat*) pilulæ hæ singulis hebdomadib. *a* deuorent.

℞. hieræ *b* picræ, rhab. elect. agar. trociscati an. dr. s. masticis, spicæ, sandali citrini, rosſ. rũb. an. gr. vii. cum syrupo roſ. fiant nouem pilulæ pro tribus dosibus, sumendis hora ante cibum aliis uero diebus.

℞. specierum *c* aromatici rosati, *d* specierum triasandali an. dr. s. facchari rosati quãtum sufficit, cum syrup. rosato fiat electarium. Reliqua facienda sunt, ut diximus in dolore capitis, secundum materiæ diuersitaté.

a Ad exhauriendũ bilem ex uentriculo.
b Simplicis.
c Hyeme ad cruditaté.
d Vt ſtatæ.
e Vel facchar. in aqua rosacea dissoluti.

SCHOLIA.

Δῖνος turbulenta est cõmotio spirituum crassorum, aut flatuosorum, aut solius spiritus cum multo uapore, in anterioribus cerebri uentriculis. Scotodinos duobus cõstat symptomatis, δίνῳ seu uertigine, & tenebrosa oculorum offusione. Inde nomen Græcis compositum tenebricosæ uertiginis à uapore caliginoso. Scotoma pro utroq; sumitur, sæpius pro uertigine. Ab utroq; differt Epilepsia, tum materia, quæ est humor uel uapor: tum symptomate, quia conuulsionem affert. Hyppochima longe alius affectus ab omnibus. Habet enim causam coniunctam in oculo, non in cerebro, nimirum aquã uel fumũ. Quicquid ergo turbulentos illos spiritus procreare, uel procreatos commouere potest, siue internũ sit, siue externum, uertiginis causa est. In capite primariò affecto causæ sunt humores repente à uehementer agitati animi affectiões: oĩs intemperies, siue arteriarũ, siue cerebri coctionem impediens aut corrũpens, præsertim calida, humores extenuãs & in feruoré agens, aut multos uapores generãs: frigida, cruditatis parens, indeq; multorũ, & crassorũ uaporũ, unde senũ diuturnæ uertigines apud Hyppocratem: meatuũ quoq; densitas & obstructio, unde uapores intercluduntur, & ut in fornace, per uentriculos circumaguntur: naturæ conatus in secernendis humoribus per crisim: translata ad cerebrũ materia post crises imperfectas. Mittuntur aũt ad cerebrũ uapores è uentriculo per inediã, calore (alimenti inopia) humores noxios exagitante, acres incidente, calfaciente & uentriculum prauis succis replente: per cruditates, caloris natiui im

becillitate, qui uapores secernit, secretos dissoluere nequit. Ali quando humor illic prauus aceruatur, uel genitus, uel aliun de accitus, uel cibus corruptus continetur. Idem fit ab aliis uiscerib. hepate, liene, utero, toto corpore, excrementis reten tis, hæmorrhoidibus suppressis. Primariò caput affici conici mus, si sensus externi sensim læduntur, si in nulla parte infe riore uitium præcessit. Ab impuro corpore, cerebro infirmo, si coctionis tempore, & cum à somno surgunt, uehementius uertuntur tenuis urina, pauca, aluus dura, color cuti similis humori. A uentriculo, si nausea, deiecta appetentia, stoma chi dolor, & similia præcesserint. Curatio perficitur sublatis causis per contraria: sanguinis missione (si cōueniat) e cepha lica, uel mediana, uel basilica ex arteriis post aures: caute rio. In uaporib a materia calida primum digerendo, deinde uacuando, postea astringendo, uapores prohibendo pulueri bus, opiatis similibus: per topica discutiendo, roborando: ieiu nos reficiendo optimis alimentis, & citò nutrientibus. Nocet capitis frictio, nisi post purgationem, uel aliarū partium fri ctionem. In capite fiat panno sicco, partib. inferiorib. calido.

Spectra rubentia) Hippocrati, & Aureliano μαρμαρυγαὶ dicuntur λαμπηδόνες πυκναὶ πυρώδεις, spectra rubra oculis obseruantia, è quibus de humore peccante coniecturā facimus. Aliis ἀμαρυγαὶ, ἢ μαρμαρῖναι. Est autem facilis transitus uertiginis ad Epilepsiam, unde & ueteres paruam Epilepsiam uocauerunt.

De phrenitide. Cap. V.

PHreniticos ita *a* curabis. Viribus integris *b* sanguinē detrahes è *c* cephalica (nisi plenitudo *d* adsit, alioqui .n. oporteret *e* prius secare iecorariam) angusto *f* forami ne, ut uulnus celerius coalescat. Quod etiam fideliter ligabis, aut *g* pice obduces, ne temeritate phrenitici dis soluatur, & ita prorumpat sanguis. Obseruandum tem pus, quo minus furere uideatur. Ministris quoque opus est, qui phreniticum contineant: alioqui periculum, ne agitatione corporis uena phlebotomum eludat, aut am plior

a Si modo phrenitis cu rationē pos sit recipere, ut nec repē tè phreniti dis paroxys mus ex diu turna gene ratione abo riatur: nec phreniticus sit tremulus aut ēt fana ticus, cū al uie excremen tis biliosæ iī cturæ exper tibus, & im pedimento partiū, qua rum officio uita carere nequit.

b Sine ullo infirmitatis metu.

c Ad cau sæ coniūctæ remotionē, & antece dentis auer sionem.

d Vniuersi s. corporis, ad uasa.

e Nisi etiam symptoma prohiberet. f Ne ampla fiat spirituum dissipatio.

g Vel linamento ex aloe, albumine oui & pilis leporum confecto.

plior adigatur plaga, uel locus turpiter laceretur. Detrahatur pro uiribus, uitato animi deliquio. Paulus in iis, qui nimium corpus agitant, uenam in fronte, alii uenã nasi. Diocles uenam sub lingua diuidit. Nonnulli sanguisugas fronti, temporibus, naso, caluariæ insigunt. Sunt qui auriculas scarificent. Sed hæc omnia non nisi progresso morbo & uacuato corpore tempestiua sunt.

De aere, ubi collocentur, iã olim disputatum est. Antiqui ferè tales ægrotos in tenebris continebant, tum quia in luce spiritus agitati furorem exasperarent: tenebras quoq; ad somnum & quietem conducere existimabant. Asclepiades phreneticos in lumine esse habendos dixit, quia tenebræ terreant, quia lucido loco sensus occupantur, atq; interim mens quiescat. In tenebris uerò quietis sensibus, mens altis cogitationibus & uisis sese exagitat. Sed hoc fere Græcis & Latinis placuit, ut qui luce offenditur *a* habeatur in tenebris, aut mediocri luce collocetur: quem tenebræ lædunt, in luce collocato: qui utroque pariter offendit, mediocri luci habeatur. Et si uires ualent, lucido magis, si infirmæ, magis tenebroso iuuatur. Hæ & alia plura apud Celsum & Aurelianum de morbis acutis.

Fuit & alia controuersia de tondendis, *b* aut radẽdis Phreniticis, Asclepiades radi noluit, nec etiam tondi, quia, uidelicet, raso capillo aut detonso copiosior materia in caput attollitur, unde capilli fruticant magis, & seges detonsa uberius prouenit. Itaque cum oporteat materiam a capite reuelli, non in caput attrahi, non erunt tondendi. Hoc uerò reliquis omnibus Medicis placuit. Tondendi phrenetici (*Ab initio*) radendi etiam, nisi prohibeat frigus, remissionis tempore, longius a cibo. Sic enim remedia commodius adhibentur, caput leuatur onere, & fumi facilius digeruntur. Misso sanguine molliusculis *c* clysteribus (*Cauendo à calidis ut hyera, bene dicta*) utemur, interim etiam acriusculis, & maximè si phlebotomia omissa est, qualis hic est.

R. decoctionis furfurum libr. 1. In qua dissolue cathol. drach. 6. facch. rub. mellis ros. collati an. unc. 1. ol. uiolati

a Spirituũ dissipatione, et humoris biliosi orgasmo.

b Ad arcendam materiã, infringendã et digerendam.

c Ad reuulsionem bilis Talis autem clyster imperari poterit R. decoct. lactu. plãtag. nenuph. pariet. altheæ lib. i. in qua dissolue catholi. dr. 6. mel. ros. colati, facch. alb. an. unc. i. ol. uiol. unc. 3. sal. cõm. dra. ij. fiat clyster.

uiolati unc.3. ſalis communis drag.2. Imperandæ etiã *a* purgationes leues (*Et in pauca quantitate, ne calfaciant & agitent humores.*) quales deſcriptæ ſunt in dolore capitis ab humore bilioſo, aut hæ.

R. ſucci granatorum acidorum, & dulcium an. unc.1. s. ſacchari in aqua endiuiæ diſſol. dr.6. fiat potus, uel.

R. ſucci roſ. unc.2. ſacchari ſimiliter diſſol. dr.6. leuiter feruеant in calidis cineribus. Opulentos adhibitis miniſtris continebis, aut etiam uinculis colligabis, ut pauperes. Vincula enim utilia ſunt, quia motum retinent, & materiam à capite reuellunt.

Topica.

Vitandus aſsiduus refrigerantium uſus ne in Lethargum commutetur morbus. Deinde quia conſtringunt poros, unde fumi in capite retinentur. Licebit uti ijs, quæ in capitis dolore calido deſcripta ſunt. Primũ quidem repellẽtibus: deinde ijs erit admiſcendum aliquid chamomelini olei. (*Cum ſucco apij ad reſoluendum, uel fortiore, ut calam. origani, in declinatione*) Licebit etiam uti in declinatione *b* oleo, in quo ſerpillum & alia eiuſmodi coxerint, ut concilietur ſomnus. Hordeata parentur ex aqua decocti quatuor ſeminum frigidorum. Perfundatur caput & facies, abluantur pedes & manus, excipiatur quoque uapor: hoc modo.

R. uiolarum, hordei excorticati, capitum papaueris albi, rad. *c* mandragoræ an. M.j. fiat decoctio in aqua puriſsima. Vbi refrixerit facies ægri, inde abluantur pedes quoque manus. Deinde ſpongia immerſa in his, id eſt, in decocto, ſubinde naribus admoueatur.

Iuſcula cũ capite uno papaueris albi coquantur, multa lactuca alterentur, uel hoc nodulo.

R. quatuor ſem. frigidorũ maiorum, papa. albi an. dr. s. fiat nodulus, qui ĩponatur ĩ iuſculis. Vtatur cichorio, & lactuca, elixis, & modico ſaccharo uiolato cõſperſis.

Frontalia.

R. ol. roſ. unc. j. aceti drac. ii. populeonis (*Ad ſomnum Sed recens eſſe debet, quia antiquum calfacit*) dr. ii. miſce, p frõtali. Oleũ, in quo uiua torpedo extĩcta ſit, ac deinde

coxerit

a *Hæc purgatio aptè præſcribetur. R fol. end. ſcario. ſcab. acetoſ. flor. trium cordial. an P. i. tamarind. paſſul. munda. polyp. querni an. dr.3. ſem aceto. melon. cucurb. an. dr. i. fi. decoct. in qua infũ der rheiclect. dr. i. ſantal. citr. ſcrup. i. In expreſſo diſſol. caſtol. uel caſſ. un. s. ſyrup. ro. pall. lax. unc. s. fi. potio.*

b *Ad digerendum.*

c *Maſculæ.*

coxerit, in quo lactuca coxerit, folia aut capita papaue ris recentis, *a* oleum uiolatum, de nenuphare, de papa uere, de mandragora, de cucurbitula. Quale hoc est.

R. olei de mandrag. uel de aliquo alio ex supra dictis unc. ii. populeonis. unc. s. aceti drag. ii. Agitentur & mi sceantur pro frontali. Aliud fortius.

R. *a* opii, croci an scrup. i. distéperentur in uini albi, & aquæ ros. an. dr. i. cum linteolo in eo madefacto fiat frontale. Conciliato somno, & experrecto ægro, facies abluatur decocto cham. aut anethi. Non utendum som niferis, quæ intro sumuntur, nisi uires ualeant: alioqui horum usu languidus calor extinguitur.

a Succi papaueris nigri. Cæterũ hæc adhibentur, quum symptomatum summa sunt omnia.

Potio ad somnum.

R. syrup. de nenuph. syrup. de papa. an. dr. vi. decocti lactucæ, unc. ii. fiat potus. detur hora somni. Alia.

R. lactucarum P. i. *b* dactilos N. iii. caput unum papa ueris albi, fiat decoctio ad unc. iiii. In quibus dissol. sy rup. *c* ros. unc. i. s. misce, detur hora somni.

R. ros. uiolarum, absinthij an. unc. s. opii. gr. i. simul mixta leuiter bulliant, collentur cũ unc. 4. iusculi pulli, sorbeatur. Nimiũ sopitos his remediis ita excitabis.

R. succi. rad. fœn. unc. ii. s. aceti albi, in quo nux mu scata coxerit. unc. i. s. cum spongia ex aqua hyssopi ex pressa, & rursus madefacta in supra dicto succo, fiat er rhinũ, attrahatur naribus. In eũdem usum pulegiũ aut hyssopus teritur, & ex aceto naribus admouetur.

b Dactyli phreniticis nõ exhibendi, quod uaporibus caput oppleãt.

c De siccis uulgò dicti.

SCHOLIA.

Mania & Melancholia, deliria sunt sine febre: Phrenitis & παραφρεσύνη cum febre. Hæ duæ species distinguntur continuitate. Nam παραφροσύνη symptoma est in statu febrium ardentium, tum quibus incandescit, & remittitur. Phrenitis uero morbus est continuis, febrim, & mentis perturbationem inducens. Hipocrati tamen interdum Phrenitici dicuntur, quibuscunque mens oblæsa est. Caussa duplex una à bile naturali, idest tenuiore sanguine ad cerebri menyngas affluente, & in illis inflammationem, uel etiam in cerebro ob exitum è uasis, angusto loco coarctationem. & prohibitã trãspirationem, procreante, uel feruente dun

taxat, unde Hyppocrati deliria securiora cum risu. Altera a bile non naturali, idest, acri & adusta, quæ quò acrior est, & adusta magis, eò sæuiora & periculosiora accidentia inuehit. Signa patognomica sunt, febris, delirium, continuitas. Curatur primùm clysmate molliente & alterante, si & per morbi sæuitiam, & ægri morositatem liceat: sectione cephalicæ, aut eius loco, cucurbitulis humeris & natibus cum scarificatione admotis, aut sectione uenæ sub lingua, materia fluente: in statu, uenæ frontis. Topicis initiò repellentibus, deinde admixtis paulatim resoluentibus, purgatione bilis, potionibus cordi accommodatis in uirium imbecillitate, sed in bile adusta humectantibus & melancholico humori proprijs, aluo perpetuò humectata, urinæ prouocatione (si retenta sit) per admota non calfacientia.

Ol. de papauere, de mandragora) His cũ iudicio utendum, ne cerebro natura frigido noxa inferatur, idq; in minima dosi, & in principio aut uigilijs. Tẽperari possunt muliebris lacte puellã lactãtis, q̃d frigidiusculũ ẽ. Possumus quoq; pãnos succis intingere, uel aquis in hyeme, & admouere frõti, qui remouendi sunt, ubi incaluerint, & sæpius repetendi. Potest etiam è tritici farina sola cum succo & oleo uiolarũ fieri cataplasma, & fronti applicari non dormientium.

Syrupi de papa.) His quoque non utemur nisi coacti, & firmis uiribus. Cùm enim frigidissimi sint, de caloris natiui extinctione periculum imminet. Ad uirium robur & conseruationem addantur syrupus uiolatus, pulueres cordiales, ut de gemmis, diamargariton frigidum, aquæ buglossæ, borraginis, & in bile adusta, pulucrum loco, confectio alchermes in minima dosi pro imbecillitate uirium, & extra uentris fluxũ.

Opii) Vsus opis in pueris, mulieribus, mollioribus periculosus est: in robustioribus minus: assuetis, ut quarundam regionum incolis, nullo modo, etiamsi per os sumatur. Vidimus enim ab Hyspano in summo æstu semiunciam sine noxa deuoratam. In dolore capitis, non croco, qui molestiam auget, sed nuce moscata, debet corrigi.

De a Apoplexia. Cap. VI.

APoplecticum b ita curato. Hominẽ agitato, concutito c fricato. Sæpe. n. simi les apoplecticis cõcidũt ex leui

a Demotus & sẽsus uniuersi corporis priuatione: quæ fit, quum spũs aĩalis è cerebro exitu p hibetur, & uitalis aditu è corde ad cerebrũ.

b Si modo apoplexia fortis non sit, sed debilis. Est. n. insanabilis ualida apoplexia.

c Dura frictione, uinculis quoq; dolorificis, ut concreti humores fu dantur, ac spũs animalis exitu habeat, uitalis aditum.

leni obſtructione, quæ agitatione corporis diſcutitur. Ea obſtructio a craſſis uaporibus eſſe poteſt, uel quia pauca materia eſt, quæ obſtruit. Similis quoque Apoplecticis *a* ſunt, qui Apoplectici & Cataleptici uerius dicentur, ex plenitudine totius corporis uel capitis, unde uiæ ſpirituales intercipiuntur. Quibus uena brachii interna quidem, ſi totius corporis plenitudo eſt, cephalica, ſi tantùm capitis, ſtatim *b* aperienda eſt. Hoc enim remedium ſæpe ſatis eſt. Eiuſmodi hiſtoria eſt apud Aetium, capite de Catalepſi. Iuuenis quidam multi ſanguinis derepentè mutus factus eſt. Tres dies integros ita iacuit: quarto die multo profluuio ſanguinis è naribus liberatus eſt. Aphonian Græci affectum eum uocant. In apoplexia, quam frigidus & craſſus humor excitat, priuatione motus & ſenſus, ac prope extincta rectrice anima, hominem *c* loco lucido & tepido collocato, ac corpus uehementius concutito. Tum *d* multa frictio conuenit, unctio ex oleo calente, & maximè earum partium, quæ magis refrixerint. In Phlebotomia, quæ uel hominem liberat, uel occidit, ita te gerito. Si nihil *e* repugnat, præparato prius *f* corpore, & *g* in tempore uenam cephalicam incidito: parum detrahito. Poſt aliquot horas, ſi perſeueret malum, alteram cephalicam uulnerato, nec ita multum ſanguinis detrahito. Hæc uero repugnant, quòd aliquando immodica uenere, aut alia quauis ſpirituum inanitione uirtus corporis exhauſta eſt. Hic *h* ſcarificatione, cucurbitulis, ſanguiſugis toto corpore fixis contentus eſto quemadmodum in obeſis corporibus, mollioribus, & debilioribus: in quibus uenæ *i* uel non apparent, uel non ferunt phlebotomum. Pręparatur corpus, ſubducto prius uentre, totius corporis fotu ex oleo calido, chamæmelino, anethino aut ſimili, aſperam *k* frictione, cõcuſſione corporis

a *Ac præſertim ii, q. breuiore et craſſiore sũt collo, quib. uitalis ſpũs aditu ad cerebrum prohibetur.*

b *Nã aphoniã ſine febre uenæ ſectio ſoluit. ſect. 5. li. 2. Epidem.*

c *Vt ſplendore lucis materia foras euocet.*

d *Ad excitandam naturæ uim, liberanda obſtructa & præparãdã materiam.*

e *Vt effœtæ uires nõ ſint ut a uenere.*

f *Vt clyſtere acri.*

g *Si ſolius ſit cerebri ſymptoma.*

h *Effœtis a uenere uiribus, phlebotomiæ loco admouendæ ſunt cum ſcarificatu cucurbitulæ, natibus præſertim, ceruici & ſcapulis.*

i *Propter earum anguſtiam.*

k *Quæ naturam excitet, & humores fundat.*

corporis & ambulatu, ut sangnis crassior & frigore cōgelatus recalescat, attenuetur, & melius affluat, oportetque iustum uulnus infligere. alioqui subsistet sanguis quanquam non uniuersim, sed interuallis detrahēdus sanguis est. Occasio est in remissione, aut quo tempore non ingrauescit malum. Remissio intelligitur liberiore, quam antea, respiratione, pulsu meliore, & ubi partis alicuius torpor cœpit egelari. Alioqui si, quod sæpe fit, aliter uenam aperias, aut ęgrum pręcipitabis, aut nihil iuuabis, exitu materiæ negato. A Phlebotomia spes salutis, si pulsus, respiratio, faciei color, partium frigus, mens, motus, sensus, omnia, aut ex his aliqua in melius conuertantur. Alioqui si non accreuit malum, ex altera cephalica iteranda sectio est. Quod si ne tum quidem proficitur, desperatur æger. Secta uena quiescat æger, atq; interim stomacho & uisceribus consulamus hoc modo.

R. ol. *a* de spica un. 3. mast. unc. i. liquefiāt in *b* uase duplici, & cū ciperi, macis, cina. an. scrup. 2. coralli rub. scrup. i. misceantur cum rasura scarlatæ, aut gossipio applicentur calida. Poterit etiam aliquid syrup. *c* rosati deuorari. Visceribus sic.

R. summitatum absynthii. M. i. sem. carui, cumini an. unc. s. fiat decoctio in olei. & *d* uini an. quantū sufficit. Inde foueatur regio *e* hepatis & lienis. Post hæc clyster acris iniiciēdus est, ex decoctionis *f* capitalis lib. i. adiectis sem. carui, cumini, baccarum lauri unc. s. Deinde in decoctione dissolue pul. hieræ picræ, & diacolocynth. an. drag. 3. mellis *g* antosati, sacchari rub. an. unc. i. salis drag. 2. *h* olei anethini unc. 3. Sæpe fit, ut *i* resistat clyster, aut per os reuomatur: tum fiat tale suppositorium.

R. pul. hieræ diacolocynt. dr. 2. castorei, sem. carui, & rutæ an. scrup. 2. sal gemmæ scrup. 1. cum melle, q. s. fiat suppositorium bene longum. Quod si nec hoc modo aluus quicquam reddit, cucurbitulis utendum est, ex libello đ cucurbitula. Reddito clystere aliquātisper quiescat æger. Postero die.

R.

a *Vel olei de absynth. & mentha an. unc. 3.*
b *Balneo mariæ uulgò nuncupato.*
c *Ad arcendos fumos & inhibēdū catarrhum.*
d *Vt ī lib. s. ol. & quar. i. vini.*
e *Ad excitandā natura vim.*
f *Qualis esse poterit ex origa. calamint. stœch. beton. chamæp. foliorum lauri an. M. s.*
g *Ex floribus rorismarini cōfecti.*
h *Vel rutacei, dum effœta intestinorū uis languet.*
i *Motu peristaltico et subsultim facto.*

R.pul.hieræ *a* diacolocynth.drag.2.theriacæ *b* ueteris drag.i. diſſol. in aquæ uitæ & calendulæ an.unc.i. cũ cocleari, aut ſiphone infundatur in gullã. Interim quoq; utẽdũ eſt remedijs, quæ Apoplecticum excitãt. Oleum uitrioli plurimum commendatur. Quod ſi de eſt, diſſoluantur drag.2.uitrioli in unc.i. olei de ſpica, de coſto, de caſtorea, de ſcylla, aut ſimili, hoc modo.

a Vel ſimplicis.

b Vt ſeptennis, exoluta opij vi.

R.ſcill.cõciſæ in taleolas unc.2.caſtorei unc.s.uitrioli drag.3.fiat decoctio in olei anethini & uini an.lib.s. ad conſumptionem uini. Nares & palatum hoc oleo illinantur. Sunt & alia, quæ apud Græcos & arabes inuenias. Potio.

R.caſt.ſcrup.4.maſtich.ſem.rutæ, ſandali citrini, nucis moſcatæ an. ſcrup.s. ponantur in manica Hipp. & collẽtur quater. Cum aquæ uitæ & calendulæ an.unc.i.s.f.potio, infundantur in gulam.

R.cõſ.iris, *c* acori an.unc.s.conſ.ſalu.unc.2.diu agitẽtur in mortario, ex *d* aquæ ſaluiæ unc.2.Fiat fortis expreſſio cũ ſupradicta aqua uitæ. Traiiciatur per manicam Hippocratis, fiat potus.

c Calami aromatici.

d Aut aquæ uitæ, aut meliſophyli.

R.Capillorum hominis minutim conciſorum unc.s. caſt.ſcrup.2.heleb.ſcrup.i.incorporentur in opopanace fiat ſuffũ.

Suffumigium.

Caputpurgijs fortioribus, illitionibus palati ex pulueribus, maſticatoriis *e* apophlegmatiſmis utendum.

Sed prius ſuffumigiis & uaporibus materia incidenda. Radendum quoque caput eſt, fouendumq; ex oleo calẽte, in quo pulegium, ſerpillum, alia quoq; eiuſmodi coxerint.

e Horũ materia deſcripta eſt in cephalalgia frigida.

Deinde Dropacibus, Sinapiſmis *f* Sartagine Raſis utendum eſt. Cucurbitulæ quoque & ſanguiſugę, iam bene purgato corpore, conueniunt.

f Vt candenti ſartagine excitetur ſopita cerebri vis.

R. olei rutacei unc.3. picis nigræ lib.i. liquefiant in uaſe duplici, deinde adde pyrethri, ſinapi, piperis albi an drag.3.Miſce, extende in aluta, calidum appone, renoua priuſquam refrigeſcat.

R.ficus pingues q.ſ. leuiter incoque, deinde cum duplo ſem.ſinapi contunde ad formam emplaſtri. Aliud.

R.

a Id emplastrũ ab aceto & croco nomen hẽt. Hic uerò ad incidendum et foras euocãdum præscribitur.

b Vt quæ fortis existit.

R. *a* oxycrocei unc. ʒ. fortiter agitetur in mortario cũ oleo laurino. Deinde addantur gra. sinapi, pirethri, staphysagriæ, piperis albi, euphorbii ana dr. ii. misce.

Rasis sartaginẽ calefieri dũ candeat, interdũ laudat, & de proximo admoueri capiti. His remediis per lõgiora interualla utendum est, aut breuiora, ut res patitur.

Apoplexia secundo aut tertio die iugulat, aliquãdo *b* primo. Vt ergo celerior est, aut minus celer, ita erũt interualla remediorum, aut longiora aut breuiora.

R. succi rosarum, mellis albi an. unc. ʒ. fiat syrupus secundum artem: loco mellis potest substitui saccharum. Quædam apoplexia fit a multitudine humorum, quam plethoram uocant, & ea dicitur ἀπόληψις. i. interceptio arteriarum & uenarum. Eam sanat subita & diligens sanguinis detractio. Põt ãt esse repletio humorũ, & tñ erit inanitio spirituũ ut ĩ his q venere immodica statim a cibo utunt̃. Nã in coitu multus spiritus uitalis effũditur.

SCHOLIA.

In Apoplexia homo repentè concidit sine motu et sensu. Sic ab Authore obseruatum, in frigida & Austrina aeris constitutione Medicũ quendam Doctissimum sexagenariũ, ultimo Ianuarii, die Lutetiæ, a cœna concidisse mortuum, Ruellium Septembri periisse quarto die, sicut & Bibliopolam quendam eodem die, uia Iacobea. Pictorem quoque mense Aprili, anno 1545. interiisse, stertenti Apoplexia: eodẽ mense figulum in suburbio Iacobæo leui Apoplexia Paralyticũ altera parte euasisse, utrunq; uinosum & macilentũ, ut inde intelligas uim ambientis in suscipiẽte præparato. Nos quoq; eadem ferè constitutione temporis Arelatæ uidimus Medicũ apoplexia paulò ante cœnam correptum interiisse repentè. Acutissima Apoplexia mox iugulat, & spiritum adimit: fortis, uiolentum trahit: tertio loco est, quæ non uiolentum quidem & intentum, sed inæqualem, inordinatum, et intermittentem, desinitq; in Paralysim. Vnde animaduersione dignum illud uidetur, quod scribit Gal. in 51. Apho. lib. 6. Quicunque sani capitis dolore derepente capiuntur, & statim muti fiunt, & stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehendat. Interpretatur enim de Apoplexia forti,

quæ

quæ tamen primo, secundo, aut tertio die perimit. Hinc quoque perspicuum est ex difficultate respirationis de magnitudine morbi coniiciendum esse. Qua nota etiam distinguitur a Caro, & Catalepsi, in quibus libera manet respiratio. Apoplexia nomine non semper in hac significatione Hyppocrates est usus. Fiunt Apoplexiæ, uel quia spiritus animalis, qui per neruos descendit, non conficitur a cerebro ob intemperiē totius substantiæ ipsius: uel quia intercipitur, idque uel a pituitoso humore crasso & uiscido, confertim cerebrum irrigāte, quales sunt senibus familiares & hieme, ut scribitur 3. Apho. mulieribus minus molestæ ob menstruam purgationē: uel ab humore melancholico, periculosæ, & quæ hominem occupant a quadragesimo anno, usque ad sexagesimum, sicuti docetur Aph. 57. lib. 6. uel a sanguinis eruptione & plenitudine, aut crassis uaporibus cum humore uias spirituum intercludentibus, ut in ebriis quibusdam. Omnium facilis dignotio ex propriis cuiusque humoris signis. Si qua a sola intemperie, non nisi longua temporis progressione induci potest. Nullæ unquam uel difficulter curantur. Si qua tamen curationis spes, ea fiet primum clysteribus acribus, ab imbecillioribus initio sumpto, idest, qui fortiter trahentia non recipiunt, ut colocinthidem, quia prius inaniendum, quàm a partibus remotis trahendum: suppositoriis, dum clysteres parantur, sanguinis missione, præsertim, cùm uenæ tument, & distenduntur, ligaturis fortissimis, & dolorificis, frictionibus asperis extremarum partium, hemorrhoidum inflatarum apertione, potionibus excalfacientibus & extenuantibus, pillulis dissolutis in aquis sæpius repetitis, sinapi ori imposito, & dissoluto in oxymelite, uel benedicta, uel diaphenico, uel sinapi dissoluto aqua uitæ & naribus illito sale in os iniecto, frictione palati, sternutatoriis post uniuersalia remedia: appositis naribus ut ruta, castoreo, galbano, euphorbio, sinapis. dropace, cauterio, & si paroxismo liberentur, cocta materia & educta.

Hominē concutito, fricato.) *Collum commouendum, fricandū, et contrectandum durius, qua parte uenæ sunt et arteriæ. His enim prohibetur congelatio, sanguis incalescit, attenuatur, melius fluit, & præparatur ad uenæ sectionē.*

Vena brachii interna) *Magna inter omnes dissentio de*

a Lethargus affectio est cerebri à celeri & repẽtina oblinio ne nomen habens: aut est deliriũ intermissionis expers, cum febre, sopore et celeri obliuione coniũctũ, & phrenitidi sæpe succedit sed ad malum. Omnis.n. frigida intemperies calidæ succedẽs malo esse solet. Cuius morbi causa est intemperieti cerebri frigida, humida, pituitosa, quæ memoriã magis, q̃ facultates reliquas, lædit. Huius signa sunt inexpugnabilis dormeindi necessitas, frequens oscitatio, apertæ mandibulæ, magna rara spiratio, pulsus lenti, rari, languidi, manuum tremor, faciei decoloratio, pendulæ genæ, excremẽtorum alui liquidorum aut siccorum, non ægri sponte excretio, urinæ iumentorum similes, quæ magnam in uenis spirituum perturbationem significant.

uenæ sectione in Apoplexia Arabes initio eligũt saphenam uel maleoli. Sed cùm exigua sit, & ualde remota, nec sanguinis satis, nec sat citò inde reuelli potest. Poplitis uena cõmodior, quia amplior, & tutior. Deinde cephalica utriusque brachii, ad utramque partem exonerandam: posteà ad deriuationem, uenæ iugulares, quæ ualde tumẽt. Angusto tamẽ foramine, metu hæmorrhagiæ, sectio facienda, & cohibendus sanguis medicamento Galeni ex pilis leporis, aloe, thure, & albumine oui, conuenienti ligatura asseribus utrinq; ad collum applicatis supra iugulares, à clauiculis ad aures, & à sterno ad mentũ, ne prohibeatur libera respiratio. Qđ in cane sumus experti exectis etiam pilis. Venas linguæ aperire non licet, contracto ore. Ex uenulis nasi nihil iuuatur æger ob paucitatem sanguinis. Venæ frontis a iugularibus oriuntur, nec tam conspicuæ sunt. Hali Abbas non sine ratione sanguinis missionem reiecit in Apoplexia, in qua non tument uenæ. Sternutatoria quoque reiicienda, cùm sit humor in corpore cerebri, non in uentriculis.

Cucurbitulis) Vbi sectio uenæ non conuenit, illius loco cucurbitulis utendũ. Quæ si adhærere possint propè iugulares et quasi sub mẽto, melius erit, quàm in humeris aut dorso. In hypochondriis nocent, impediendo motum musculorum abdominis in respirando, nisi extra paroxysmum.

Theriacæ ueteris) Minus cõuenit tum propter adstringentia, quæ multa recipit, tum ob uim opii non omnino consumpta uetustate. Hæc omnia humorẽ cerebri corpus irrigãtẽ altius impingunt. Horũ loco detur dr. i. cocciar. dissolutarũ in aqua uitæ, uel cast. ℈. i. aut ii. tũ piperis, zinzib. et euphor. momentũ. Expurgato tamẽ cerebro cõuenire possunt.

De a Lethargo. Cap. VII.

LEthargi b signa colliges ex Actio, p̃dictionibus coacis

b Quibus distinguitur ab apoplexia, epilepsia caro, catalepsi et comate.

cis Hippoc. Quarto de causis pulsuum. Sed plenissime ex Aureliano, 2. acutorum.

Lethargum cognitum ita *a* curabis. Initio *b* materiã repelles: deinde ægrum *c* excitabis: tum materiã uacuabis: postremo cõfirmabis caput: accidentia corriges: & in primis rationem *d* uitę institueș.

Loco itaque lucido & tepido collocabis: materiam repelles oxyrhodino. Hoç autem minus aceti recipiat, quã in Phreniticis. Deinde oxyrhodinũ parandũ erit ex ol. rosac. chamemel. adiecta minori parte aceti. E.g.

R. ol. ros. & chamem. ana unc. 1. s. aceti drac. 3. oporterq; affundi in eã partẽ capitis, ubi iũctura est coronalis. Tũ clysteribus acribus, & suppositoriis utẽdum est, qualia ĩ Apoplexia descripta sũt. Postea uero Frictionibus, Vinculis, Vellicationibus: partim, ut his materia reuellatur: partim, ut inde æger excitetur. Excitatur quoque hac potione.

R. mithridatii drac. 1. dissol. in aquæ uitæ & calẽdulæ. an. unc. s. Similiter theriaca uti licet. Sed tutius post clysteres & uacuationes, & hoc quoque excitat.

R. *e* castorei, lapidis gagatis, cornu cerui, abrotoni, capillorũ hoĩs ana scrup. 1. Excipiant̃ pice humida: fiat fumus, qui adhibeat̃ naribus. Statĩ initio, si corpus sanguineũ est, & tolerãt uires, è cephalica sanguis detrahẽdus est. in lethargo, clysteribus & glãdulis acribus potius, q̃ pharmacis purgãtibus utẽdũ est. Vbi tamẽ diuturna passio est, & uires tolerãt, utimur primũ syrupis incidẽtibus, quales antea descripti sunt. Deĩde ex hyeris, Picra, & Diacoloc. & Agarico purgamus. Postea cucurbitulas ceruicis initio, ac deinde scapulis, metaphreno, lũbis, & cruribus affigimus, ex q̃bus ad purgationẽ localẽ ueniẽdũ est, p̃ errhina, Diamassemata, Illitiones palati, et capitis, Dropaces, Sinapismos, Phenigmos.

Pulegium itaq; thymum, origanũ, aliaq; id *f* genus in-

a *Si nõ sit insanabilis vt qui superuenit phreniti di, et in quo excrementa non sponte ægri ferontur, ut à delirio, tũ etiã à resolutione musculi sphyncteris.*
b *Quæ affluit à cruditate humorũ.*
c *Ne motrix cerebri facultas opprimatur. Erit aũt lethargicus excitãdus eo studio, cui sese addixerit, clãgore tubæ, si miles: tinnitu auris et argẽti, si auarus. etc.*
d *Quæ æquè pugnet cum morbo et naturæ studeat. Sed hic vino abstinẽdum, utẽdũq; hydromelite simplici, vel origanato, cibo mediæ materiæ, qualitate humido, cõsistentia sicco.*
e *Hoc suffumigiũ ijs minus cõueniat, qui epilepsia corripi solẽt.*
f *Vt hyss. calamint. stœch. cala. ai em.*

incocta aceto, naribus ita admouebis, ut calidus uapor ad cerebrum perueniat, ex quo nares inunges hoc modo

R. ol. irini unc. j. aceti scylli. unc. s. castoris dr. ij. *a* misce. Postea etiam errhinis suprà descriptis uti licebit. Palatum illines sinapi trito ex aceto & melle cōmixto. Dumq; hæc fiunt, per interualla clysteres iniicies. Caput æstate rades: hyeme *b* detōdes: fouebisq; primum, *c* decocto serpilli, satureiæ, puleg. orig. coctorum in ol. & aceto. Deinde inunges & fouebis ol. de scylla *d* prius descripto, ol. philosoph. de gagate, serap. de pipe. de euphor. quæ a Mes. describūtur. Alioq. irino, sāpsucino. i. de maiorana, aut rorisma. comparato, uel hoc cerato.

R. ol. laurini unc. 4. ceræ tantundem. Liquefiant in uase duplici, fortiterq; agitētur cum succo apii & rutę, quibus adde castorei puluerisati unc. i. Hinc ad dropacem prius *e* descriptū trāseundum est, ex quo ad sinapismum. Sinapismo āt sic utendum est, ut simul atq; pars erubuerit, reuellatur, parsque oleo calido foueatur. Quòd si dolor uehemens inde excitatus est, leniendus erit rosaceo, meliloti, chamemeli, aut maluæ decocto.

Oportet autem sinapismum subigi ex aqua, ut uult Oribasius, non ex aceto, ut recentiores fere Medici, & olim Archigenes. Aetius ex aqua, ubi præmaduerint ficus siccę. Credidit. n. Oribasius uim sinapismi aceto dissolui. Id quod experientia didicit. Huic rei utile est diacaphragias Aureliani: aliorum, diascyllatum, ex caprino stercore, aceto, uel postea subacto

Sunt & *f* Phenigmi, qui rubrificant, ex nasturtii semine, sinapi, helenii radice, columbarum agrestium stercore, scylla in mortario trita & illita, alliorum tunica, lacte thitimali, cantharidum puluere, urtica, attramento sutorio, euphorbio. Hæc autem tandiu inhæreant, dum pars erubescat. Si quæ ampullæ excitatæ sunt, compungantur. Ampullas attollet, quod sequitur.

R. sinapi, piperis, euphorbii ana drach. i. Incorporentur

a Vel, succi radicū fœni cu. unc. ʒ i acet. scyll. in quo nuc. moschatæ dr. s. infusa fuerit. unc. s.

b Ne frigoris vi humor et vapor exitu prohibeatur.

c Huius hæc erit formul. R. serpil. M. i. coquatur ī li. i. olei chame. et li. s. uini ad eiusdē consump.

Nec negligēdū mulieris illius remediū, cuius descripta ē a Pau. Aegi. historia. ca. de lethar.

d C. de apoplexia.

e Ibidem.

f Phenigmis & sinapismis minimè utendum in lethargo, quòd coniunctus cum febre sit, quæ hæc calida respuit.

quo. debeat cōfici sinapismus.

tur melle anacardino, & in parte sinantur, dum ampullæ tumeant. Mel anacardinum ita fieri oportet. Anacardos septem diebus in aceto macerabis prius contritos: tum in eodem coques, dum tertia pars aceti consumpta sit. Refrigerari sines. Quod supernatabit oleosum, mel est anacardinum. Albucasis in aqua macerat & coquit. Alii mel anacardinũ appellant, in quo anacardi fuerint cõditi. Oportet aũt, quemadmodum in apoplexia dixi, dum hæc fiunt, stomacho & uisceribus consulere.

SCHOLIA.

Lethargus, Caros, Arabibus Subeth, Catoche, Cataphora, Coma, affectiones sunt somniculosæ, in quibus somnus arctius, quàm pro naturæ lege, hominem complectitur, obidque inter morbos aut morborum symptomata numerantur. Sed neque de nominum distinctione, neque de causis satis cõstat inter Medicos: In Lethargo æger perpetuò in somnũ labitur, obliuiosus, stupidus, crebro oscitans. Sæpe ore hiante persistit, uelutos claudere oblitus. Vrinam reddit iumentorum lotio similem: sumptam matulam quandoque se tenere non meminit, argumentum læsæ potissimùm memoriæ, & posterioris uentriculi, aut potius substantiæ cerebri. Cã est intemperies frigida & humida cum pituita cerebrum madefaciente, & tumorem frigidum efficiente, quæ incalescens & semper putrescens febrem lentam inducit. Aliquando succedit Phrenitidi, febri continenti, & similibus ob cerebrum impensius refrigeratum, uel immodicam uacuationem, et natiui caloris imbecillitatem. In Κάρῳ siue sopore profundo, somnus profundior, quàm in superiore, oculi perpetuò clausi, oĩs sensus atque motionis priuatio, excepta respiratione, quæ manet illæsa. Vnde perspicuum, cum Lethargo conuenire materia, crassoq; & uiscido humore procreari, licet etiam & à crassiore uapore per consensum, uel à toto corpore, ut in uigore & accessionibus febrium à pituita: uel uentriculo, hypochondriis, intestinis, medicamentis calidis, aut laxantibus, putredine à uermibus, ut in pueris. Differre autem primùm loco, quia fit in anteriore cerebri parte, non uentriculo. Sic enim Epilepsiam potius inferret. Deinde materiæ putredine. Neque

enim humorem habet putrescentem, neque cum febre. Postremò, quia sequitur aliquem morbum, sæpius febrem pituitosam & spuriam, uehementiorem tamen febre lethargica, cuius uelut symptoma est. Succedit quoque comitiali morbo, cerebri compressioni, fracto cranio, oblæsis menyngibus, uehementiori in temporibus ictui. In Catalepsi æger exiguum quid aliquando loquitur, aliquando penitus motus est sensus sopiuntur. Ab utroque differt siccitate. Fit enim (si Galeno credimus) à vehementi refrigeratione, cum quadam siccitate. Deinde loco à Caro, quia fit in occipite. Sed certior distinctio & patognomonicum signum est, quod ægri oculos apertos habeant, atque in eo permaneant habitu, quo correpti sunt. Tẽsione nimirum inducta à siccitate, præcipuè in musculis oculorum, qui in superioribus affectibus humore dissoluti concidunt, & eosdem claudunt. Catoche idem significat. Scribit enim Paulus, affectum, qui veteribus κάτοχος, dicebatur recentioribus Catalepsim siue κατοχὴν nominari. Alij distingunt, catochẽ esse ἄγρυπνον κῶμα, soporem uigilantem, cùm æger somno premi videtur, & tamen uigilat, sed nec loqui, nec membrum ullum mouere potest, ut Scribit Galenus, Comm. 2. in lib. Prorrh. Cuius affectus contrariæ sunt caussæ, biliosus humor, & pituitosus. Cataphoram Galenus 13. Methodi sumpsisse videtur, tanquam genus omnium soporum sine febre. Rursus coma omnem Cataphoram significat, diuiditurq; in vigilans, & non uigilans, passim apud Galenum. Sed remota omni nominum ambiguitate, de qua toties ille ipse celeriter ad pactionem ueniendum esse iubet, ne rerum cognitionem, de quibus perpetuò agendum, præripiat, Medico ægrum sopore correptum cernenti, primò considerandum, an respiratio læsa sit. Sic enim erit Apoplexia. Sin libera appareat, proximũ, an oculos clausos habeat, an apertos. Clausi, Lethargum, uel Caron indicant. Quod ut distingatur, uidendum deinde, in sit febris, nec superuenerit alteri morbo. Sic enim erit. Lethargus, in quo etiam tremorem manuum, vultum discolorem, turgidũ, pulsus tardos, debiles &c. notat Hyppocrates. At si sine febre, & post alium morbum aut accessionem febris spuriæ, Caroticus æger est. Sin oculos apertos habeat,

tos habeat, & rigidum sit corpus, Catalepsim iudicamus. Cuius caussa (vt dicetur) uel sanguis est, uel melancholia. Si partim uigilet, partim dormiat ἄγρυπνον κῶμα. De humore exuperante deinde iudicandū ex proprijs cuiusque signis. Curatio perficitur, primùm sanguinis missione (si venæ tumeant) è cephalica: deinde vena frontis. Alioqui periculosa sanguinis missio in tanta frigiditate. Clysteribus primùm tenuantibus & alterantibus pituitam, postea trahentibus & acutis glandibus, frictione uehementi, ligaturis extremorum, auulsione barbæ, capillorum capitis, pudendorum, suffitu ex fœtidis, unctione synapi facta in palato, aut benedicta, aut hyera picra. Post hæc omnia, sternutamentis. In principio repellentia admouenda sunt sincipiti, licet magis in occipite sit affectus. Est enim rarius, & multis suturis peruium.

Excitatur quoque) longè lepidius, nō sine tamen medica ratione Opimium illum auarū apud Horatium Medicus fidelis e somno profundo reuocauit, qui. Satyr. 5. lib. 2.

Quondam lethargo grandi est oppressus: ut hæres.
Iam circum loculos, & claues lætus, ouansq;.
Curreret. Hunc Medicus multùm celer, atque fidelis,
Excitat hoc pacto: mensam poni iubet, atque.
Effundi saccos nummorum, Accedere plures.
Ad numerandum: Hominem sic erigit, addit & illud.
Ni tua custodis, auidus iam hoc auferet hæres.
Men' uiuo? Vt uiuas igitur, vigila.

Non dissimili techna alter uinosus excitatus fuit, cum audijsset vasa sua vinaria vehementius commoueri, atque inde uinum ebibi. Non inutile etiam sonitu tubarum & musica noctu aut interdiu ægrum aliquò, aut per cubiculum ambulantem circumducere. Cæterùm notādum, quod admonet Hippocrates 3. de morbis. Cum multum liquidumque per aluum deijcit Lethargicus, pusillam uitæ spem esse.

Castore.) Mirificè prodest neruosis affectibus, etiam in potu sumptum Mesue à granis tribus ad quatuor dabat ex noxymelite, idq; po st euacuationes.

Poſtea Cucurbitulis) *In ſtatu cum multo igne & ſcarificatione affigendæ ſunt occipiti, non ſolùm ad ſanguinẽ, ſed ut inde etiam calor natiuus excitetur, & materia reuellatur. In principio, humeris ad diuerſionem & euacuationem.*

De caro. cap. VIII.

CAros cum Lethargo conuenit, ſed maior ac profundior ſopor eſt. Stimulati non excitantur: interrogati non reſpondent.

Eadem curatio, quæ lethargi: niſi quòd magis incidentibus & attenuantibus utendum eſt.

Eſt & quoddam genus delirii inter phrenitidẽ & Lethargum ex bile & pituita. Veteres Tiphomaniam aut tiphoniam appellarunt. In qua affectione ſi ſuperat bilis, coma peculiariter appellatur: ſi pituita, Catochos.

Fit & Coma, ubi à calidioribus & humidioribus uaporibus ex reliquo corpore ſublatis caput repletur.

Catalepſis nomen ambiguum eſt. Nam aliquando ſubita uocis amputatio, ſenſus & motus priuatio intelligitur, quam Aphoniam Hyppocrates uocauit, Græci etiam Apolipſin.

Ea interim fit plenitudine ſanguinis, quæ uias ſpiritus animalis intercipit. Sed quæ peculiariter Catalepſis dicitur, à melancholico ſucco aut uapore poſterius cerebrum obturante & ſiccante fit. De repentè muti fiunt: neque concidunt: ſed in eodem habitu permanent: apertis oculis, ſi prius aperti eſſent: ſtantes, ſi ſtarent: ſedẽtes ſi ſederent: ex quo Vulgus credit nõ dolere, aut ita mortuos uiuere. Sed (ut loquuntur) raptos.

SCHOLIA.

Ea interim.) *An ab intemperie ſola fiat Catalepſis, an cum humore: & ſi cum humore, quiſnam ille ſit, non facile eſt diiudicare. Galenus enim uidetur ab intemperie frigida ſicca fieri cenſuiſſe. Sed cum repentè inuadat & deſinat, intemperies autem ſicca repentè induci nequeat, aut tolli, neceſſario confiteri cogimur aliquem ſubeſſe humorem. Aetius præter sãguinem, atram bilem ponit. At ſi ita res habet, cur non omnes melancholici incidunt in Catalepſim? Præſertim ſi fiat*

Melancholia

in uentriculis. Niſi dicamus in Catalepſi non uentres, ut in Melancholia, ſed uenas & arterias, quæ in cerebri menyngibus diſſeminatæ ſunt, eo humore repente & affatim impleri, inflatas diſtẽdi: inde ſequi rigorem totius corporis inſtar corporum frigore concreſcentium. Fit etiam à ſanguine multo et copioſo uenas inflante, & tenſas retinente, ſicuti cùm humores in conuulſione neruos contrahunt. Eodem ergo modo fit Catalepſis, quo Apoplexia, nimirum ſubſtãtia cerebri irrigata per defluxionem, uel ſanguine, uel melancholico humore.

Paralitica remedia. Cap. 9.

Paralyſis de qua hic agimus, familiaris apoplexię, reſolutio eſt dimidii corporis non totius, quarundam partium, non omnium, à craſſo & frigido humore à quo neruoſum genus remollitur atque reſoluitur.

In his clyſtere primum utendum eſt molli quidem, ſi diutius feces alui ſubſtiterint: deinde etiam acriori.

Partes reſolutæ oleo moderato, ſed calente, fouendæ ſunt.

De phlebotomia nõ cõuenit inter Grecos & Arabes.

Detrahendus quidem ſanguis eſt mediocriter ex cephalica partis integræ, authoribus Græcis. Frigidum.n. eorum corpus. Itaque larga ſanguinis miſsione languidum calorem extingui metuunt.

Raſis & qui hunc ſequuntur ex utraque cephalica ad tres aut quatuor libras. Poſtridie etiam ex uenis linguę ſanguinem detrahunt. Græcis tutius adhærebis.

Inſtituendus uictus. Primùm quidem leuiter incidat attenuet & detergeat. Potus ſit hydromel ex ſexcupla aqua, in qua modicũ ſtechados aut acori (*vulgaris aſtringit, & neruis robur addit*) aut ireos Florentiæ coxerit gratia exempli. horum & ſimilium unc. i. in lib. ii. aquæ quale eſt.

R. rad. ireos Florentinæ unc. i. coquatur in lib. ii. aquę dum dimidium libræ conſumptum ſit. In coll. diſſolu. mellis communis quartarium unum: deſpumetur, fiat hydromel deſpumatum. Poterit & cinamomum & maſtix, & garyophilum in aqua concoqui atque in-

de hydromel parari. Loco etiam mellis ſaccharo (*Candum magis exiccat.*) utemur ſi febris ſuſpitio eſt modico que cinamomi, aut rerum eiuſmodi uti oportebit. Quale eſt.

R. aquæ coctæ lib. i. colletur per manicam Hippocratis cum ſacchari unc. iii. & drac. ii. cinamomi.

Vtatur aſsis carnibus, quæ garyoph. cinam. & lardo configantur: uel lardum, quo figuntur, aſpergemus, pul. cinamomi, nucis moſcatæ, & garyophilorum.

Vtatur granis pini conditis, & canela tritis. Abſtineant aqua, & uino, & longiore ſomno.

Materia potionibus incidenda, ut hydromelite, (*oxy mel noxium, ob acetum*) in quo ſtechas, cæteraq; eiuſmodi coxerint ut eſt ſuper illum, pulegium, & ſimilia. Dein de purgandum hac potione.

R. pul. hieræ diacolocynth. drac. ii. maſticis, bdelii an. ſcrup. i. nucis moſcatæ, ſpicæ, roſarum an. unc. s. omnia incorporentur modico conſeruæ borraginis, uel hac ueterum potione.

R. polyp. querc. unc. s. ſem. aniſi, & apii an. drac. s. fiat decoctio ad unc. iii. quæ colletur per manicam Hypp. cum unc. i. mellis albi, cinamomi, drac. s. In coll. diſſol. pul. hyeræ diacolo. ſcrup. iii. pul. hieræ picræ ſcrup. ii. fiat potus.

Poſſumus uti & pillulis elephanginis, imperialibus, aſſaieret, de agarico, fœtidis, cochiis. Aliis quoque ſuprà deſcriptis, cap. de ſoda phlegmatica, ubi etiam ſyrupi deſcripti ſunt, qui plurimùm conferent, ſi per interualla paralyticis imperentur.

Dum hæc fiunt, oleo calente, ſed temperie non ita calida reſolutæ partes fouendæ ſunt. Stomacho etiam & uiſceribus, ut prius, conſulendum eſt.

Conſeruæ quoque inſtituendæ ſunt, iuæ, anthos, ſaluiæ, ſtechados (*quæ duæ principatum obtinent*) enulę, gentianæ, acori, ireos, zinziber conditum, condita nux moſcata, theriaca, mythridaticum. Doſis conuerſarum ad unc. i. aut. ii. quas utiliter commiſcebis cerebro leporis

aſſo

asso quod peculiari natura conuenire scribunt paralyticis.

R. conf. iuæ, conf. anth. & salu.an. unc.i.cerebri leporis recenter assi unc. s. cinamomi, nucis moscatæ an. drac.i.cum saccharo in aqua iuæ dissoluto fiat elect. secundum artem, uel conditum. Huius detur unc. i. uespere, duabus horis ante cibum, & in ingressu lecti.

Theriaca & mythridaticum, ut & alia omnia remedia fortiora, magis conueniunt post purgationes. Dosis scrup. ii. uel drac. i. quæ interim commiscebis conseruis, aliquando dissolutis in hydromelite, in aqua uel decocto iuæ, calendulæ, rorismarini, salu. stecha. aqua uitæ, aut uitis.

Post hæc cucurbitulę locis affectis sine scarificatione aptandæ sunt, ac deinde collocandæ, sed maximè radicibus neruorum.

Probant quoque uomitiones semel in hebdomada. *à cibo. In paralisi linguæ noxiæ*) Stuphas siccas, & balnea. Stuffę parari debent ex decocto herbarum conuenientium, maioranę, saluię, origani, calamenti, calendulę, sarmentorum uitis, pulegii, serpili, stechados, & rerum eiusmodi.

Collocabitur resolutum corpus loco bene concluso, ne fumus decocti euanescat. In decoctum, silices candentes iniiciemus, ut fumus fiat. Ex iisdem rebus balnea comparentur. Probant quoque balneum ex decoctione uulpis integrę, cum herbis suprà memoratis, inunctiones primùm molles seu leues, deinde acres.

Partes itaque primùm oleo cham. de meliloto, anethino. amygdalarum dulcium, de lilio, hyperico, iasmino, de Kyri, de nucibus, de sem. lini, de maiorana, de galbano, nardino, canubino, raphanino, ricinino, de costo, de spica, laurino, de cucumere asinino, sinapino, de pipere, de euphorbio, de pirethro. Oportetque à leuioribus ad fortiora progredi. Flocci lanę in his oleis inungendi sunt, & ex his fouendę partes affectæ, postea etiam contegendę.

Theriaca: cucurbitulę: stuphę: olea pro unctionib.

Olea cõponuntur ex olei quatuor, aut quinque partibus, aquæ uiuæ, aut ſucci conuenientis parte una, & aliorum quorundam medicamentorum decima, uel duo decima, quale hoc eſt.

R. ol. de Iaſmino lib. i. aquæ ſaluię, aut ſucci iuæ, uel uini, in quo iua coxerit, unc. iii. caſtorei, pirethri, euphorbii, piperis, beniouin, aſſæ fœtidæ, opopanacis, galbani, gagatis lapidis, horum unius unc. i. fiat decoctio ad aquæ, ſucci, aut uini conſumptionem. Olea compoſita. Oleum de ſcylla (*vel oleum antiquiſsimum, in quo ſit decocta ſcilla. Valde enim incidit*) prius deſcriptum. Aliud.

R. terebinthinæ lib. ii. laterum antiquorum, aut (*vt vult Albucaſis.*) recentium in oleo iaſmino extinctorum, macis, ſtiracis ana unc. i. beniouin unc. s. fiat diſtillatio in alambico uitreo. Tres humores fluent, quorum tertius erit optimus. Oleum de lateribus, lege Meſuem.

Balſamum, & oleum balſaminum mirè commendantur, ſed rariora ſunt, & tantùm principum. Sed his reſpõdere uolunt, quòd ſeqnitur.

R. thuris albiſſ. maſt. ana unc. ii. ligni aloes unc. i. garyoph. galangæ, cinamomi, zodoariæ, nucis moſcatæ, cubebarum ana drac. vi. myrrhæ, aloes, labdani, ſarcocolæ caſtorei ana unc. s. baccarum lauri, nucleorum pini ana drac. vi. ireos, ariſtolochiæ rotundæ, dictamni, conſolidæ maioris ana unc. i. gummi elenii, opopanacis, beniouin ana unc. ii. ſucci iuæ, ſucci herbæ paralyſis ana unc. iii. terebinthinæ ad pondus omnium. Omnia concorporabis, diſtillabis in alambico uitreo.

Extillabit aqua primum: deinde ueluti oleoſum quid: poſtremò quaſi mel.

Probatur & oleum uulpinum deſcriptum à Meſue, & hoc quoque.

R. unguenti de bdellio unc. iii. liquefiat in uaſe duplici cum olei de terebinthina, de ſcylla, aut ſimilis unc. iii.

Opti-

Optimum erit corpora paralytica inungi ad ignem ſarmentorum uitium.

Aluus mollis perpetuò ſeruari debet clyſteribus, aut pharmacis lenibus, aut ſuppoſitoriis.

Modus operationis medicamentorum, & eorum, quæ partibus affectis apponuntur.

Vnctionum, dropacum, Phenigmorum, Sinapiſmorũ ut pars in ruborem attollatur, non exulceretur. Et cucurbitularum breuis mora eſſe debet, ne quod attractum eſt, diſſoluatur.

Sunt, qui certum experimentum dicant, ſi pars affecta decocto maioris tithimali foueatur. Deinde folia eius integra parti ſupponantur.

Errhinis & Apophlegmatiſmis, ut prius, utẽdum eſt. Apophlegmatiſmis cum nodulo, aut bacculo, ori appoſito, ut diximus. Paraliticis, & neruorum doloribus laborantibus uinũ prorſus fugiendum eſt. Potus ſit illis mulſa, aqua mellita, quæ fit ex partibus octo aquę, duabus uel tribus mellis albi, uel ſacchari. Coquantur omnia ſimul. Colentur per manicam Hippocratis cum drag. ii. cinamomi, uel decoctum acori conditi.

Pillulæ Cochiæ Raſis, & Meſues.

R. pul. hyerę picrę drag. ii. interioris colocynthidos ſcrup. i. diagredii ſcrup. s. & gr. vi. turbith gummoſi, ſtechad, ana drag. s. cum ſucco fœniculi fiant pillulæ pro duabus doſibus.

Cochiæ Nicolai ex Galeno.

R. aloes, abſynthii, pulpæ colocynth. ſcammonei ana ſcrup. i. maſticis ſcrup. s. cũ ſucco fęniculi fiant pillulæ.

R. aloes, ſcammonei, colocynthidos, agarici, bdellii, gummi arabici, ana ſcrup. s. & gr. v. cum ſucco abſynthii fiant pillulæ cochiæ. Eiuſmodi pillulæ & caput purgant, & uarios humores detrahunt, nec ſtomachum lædunt.

SCHOLIA.

In ſtupore, ſeruato motu aut leuiter leſo, ſenſus amittitur, aut debilior redditur. In Paralyſi utroque priuatur

pars

pars ægra, illesis tamen sensibus interioribus. Non enim, ut in Apoplexia, uitium est in cerebri substantia. Si id accidat omnibus partibus infra ceruicem: menynges, aut spinalis medulla in exortu affecta est. Altera corporis parte resoluta, dimidia, tantùm pars spinalis medullæ afficitur, aut menyngum. Si qua uerò pars sola (nam partes omnes motu uoluntario præditæ, præcipuè quæ proprium neruum & peculiarẽ habent, huic malo obnoxia sunt) siue in capite, siue infra ceruicem laboret, in illius particulæ neruo, uel eius exortu morbosa est affectio. In ἀφωνίᾳ, uocales nerui, per quartam uertebram exorti: in ἀπνοίᾳ respiratorij patiutur. Sic oculorum resolutio, ad neruos, qui à secunda coniugatione e caluaria emersi, in oculi musculos disperguntur referenda est: palpebrarum, ad neruum tertiæ coniugationis per foramen ossis orbitæ transeuntis: labiorum ad latum musculum, neruos è primis uertebris, & ramos e tertia coniugatione: linguæ denique (quod fit præcipuè in balbis post Apoplexiam) ad neruũ è tertia, aut septima coniugatione in lingua perreptantem. Eodem modo resoluta manu, in principio ceruicis, uel quinta uertebra affectio subsistit. Sensus tamen aliquis quandoque relinquitur, primæq; brachij partes illæsæ seruantur. Minore noxa laborant ob læsionem in septima, aut octaua, sed maximum inde thoraci infertur nocumentum. In resolutione parui digiti & media parte annullaris, afficitur neruus in cauitate olecranij siue cubiti: in alijs uerò tribus (cæteris illæsis) uulnerata est aut affecta spinalis medulla, circa principium neruorum brachij. Per desluxionem omnes digiti patiuntur, aut per concussionem. In sectione, non est necessarium, quòd nerui brachij in principio iungantur, & supra cubitum separentur. Cruribus resolutis, aut pedibus (in quibus facilius curatur hic morbus, quam in manibus, ob sicciorem & robustiorem neruorum, quos habent, naturam) in uertebris lumborũ, aut inguinibus consistit affectio. Sua etiam est ano, uesicæ, pudendo resolutio. Si descendat intestinum rectum, musculi suspendentes malè habent, qui sunt in ipsius lateribus. Si excrementa retineri non possunt per aliquod tempus, sphincter resolutus est. In resolutione musculi uesicæ, & cum pudendum

erigi

erigi non poteſt, exiſtente ſeminis flatulẽti multitudine (quod ſæpe contingit ob uiolentiorem contrectationem, natationem in aqua frigida, refrigerationem circa perinæum, compreſſionem, equitationem longuam, & corporis extenuationem) nerui ab oſſe ſacro ueſicæ inſerti ac pudendo ſunt in uitio.

Parte affecta hoc modo diligenter obſeruata, ad cauſas ueniendum. Continens ſiue coniuncta, neceſſariò in neruo eſt, per quam ſpiritus, tanquam radius in partes inferiores diffunditur: eaq; uel intemperies ſola, uel cum humore. Trallianus aliquando fieri ſcribit ab intemperie ſicca & calida ſine materia. Vix tamen credendum. A calore quidem fieri poſſe perſpicuum eſt, emolliendo neruos, humores pituitoſos liquando, & aditum humorum defluxioni patefaciendo. Quod uinum ſua tenuitate facit calori iuncta, ut Galenus docet. Sed cùm ſubito & confertim Paralyſis hominem corripit, dubitãdum non eſt ſubſtantiam neruorum humore per defluxionem imbui, unde molliores redditi extenduntur, & relaxantur, ſicuti & tendones. Quò fit, ut ob plenitudinem & obſtructionẽ ſpiritu nõ trãſeunte, uel quia læuiſſima contractione eſt opus neruo ad mouendam partem, membrum concidat & immobile permaneat.

Sed à quo humore id fiat, non minus difficile eſt iudicare. Doctiſſimis tamen uiris non ſine ratione uidetur, neque à melancholia, neque à bile extra uenas excitari Paralyſim. Non à melancholia, quia neruos ſiccat potius & cogit, quã emolliat, ut in Elephanticis, quorum membra aridiora facta non reſoluuntur, ſed imbecillius ſentiunt: neque à bile. Cũ enim ſiccandi uim habeat, & acrimoniam adiunctã, conuulſionem potius inducit, neruos contrahendo & conuellendo. Ergo uel à ſanguine ſolũ (niſi per accidens) uel pituita fieri põt, eaq; uel craſſa uel tenui. A ſanguine rarius. Inde tamen oritur, cũ tenuior eſt ſanguis, & multitudine ſua uiam ſpiritum intercipit, aut humiditate eoſdem extinguit, aut neruos molliendo diſſoluit. Idem fit à pituita tenuiore, ſed multa, à cerebro defluente, & in neruorum ſubſtantiam penetrante. Frequentius autem à craſſa neruo tenaciter inhærente. Quæ omnia ex humorum in corpore exuberantium propriis notis; ac uictu antecedente

tecedente facilè discernuntur.

Causæ antecedentes sunt, quæcunque neruos contundere, comprimere, emollire possunt, casus, ictus, contusio, somnus in spelunca, domus recens polita, lunæ radius, exercitium à cibo, uel somnus. Sed frequentissimæ Lutetiæ noua è gypso politura & hunc morbum, & alios frigidos inducit. Arelatæ grauissimam uidimus, ex leui uulnere, illæso cranio, sed saniē per meatus suturæ sagitalis ingressa sensim ad tenuem menyngem, quæ cerebri substantiam obuoluit, neruos, uenas & arterias sustentat. Vnde primùm eiusdem partis resolutio, ex qua mors consequuta est, secto cranio pus inuentum. Quod F. Valeriola, uir omnium, quos adhuc familiariter nosse cōtigerit, Philosophiæ & Medicinæ peritissimus annotauit: cuius obseruationes, & in huiusmodi portētosis morborum generibus ingeniosas curationes propediem in lucem exituras magno desiderio expectamus.

Curatio perficitur, primùm purgato uentriculo, & intestinis uel pillulis leuioribus, uel clysteribus: syrupis attenuantibus, aperientibus, digerentibus: deinde pillulis paulò fortioribus. Post purgationem, usu theriacæ per aliquod tēpus, inunctione leuiori ad ualentiorem progrediendo: repetita purgatione (morbus enim contumax est, & diuturnus) opiatis gargarismatis, masticatoriis, pulueribus, diæta in corpore humidiore, unguentis, emplastris, linimentis, balneis, cucurbitulis frequenter adhibitis, exulceratione facta, aquis destillatis, uictu tenui. In particulari Paralypsi topica adhibenda sunt eo tantum loco, ubi affecti nerui, uel musculi est origo.

Phlebotomia.) *In plethora, & sanguinea resolutione, contusione, ictu, aut casu de sectione uenæ nulla dubitatio, defluxionis præsertim imminente periculo: liberior quoque, si febris iuncta sit, sed in omnibus ad exiguam quantitatē. Venæ linguæ, si ipsa resoluatur, aperiri debent, præcedente tamen purgatione, & deriuatione.*

Acori) *Vulgarem intellige, cuius radix leuiter astringendo, & resiccando neruis relaxatis addit robur. Iris quoque recens pituitam purgat, & serosos humores: sicca, pituitam attenuat, & incidit. Potest etiam ex huius radice, & saluiæ deco*

cto

cto hydromel parari.

Partes primum oleo &c.) *Olea calida, parùm exiccantia non conueniunt, ut de lilio. Cùm enim nerui constitutio frigida sit & sicca, ab ea indicatione sumpta, emollientibus non est utendum. Admiscenda etiam tandem erunt, quæ leui astrictione & temperato calore partem affectam roborent. Foueantur partes oleo: deinde pellibus agnorum pinguium, aut uulpis odore conuenienti imbutis ad ignem inuoluãtur. Sequentibus sæpe usus est author.*

R. uini rub. lib. i. olei lumbricorum. lib. ii. aquæ uitæ unc. ii. corniculorum cerui magis spongiosorum unc. iii. pulueris chamomilæ unc. i. salis unc. s. masticheς drac. vi. bulliant omnia in duplici uase ad uini consumptionem. Probè misceantur.

Ciconia implumis, sed uiua tandiu coquatur, dum carnes ab ossibus recedant: tum in mortario teratur: rursus in oleo coquito: cocta sacculo fortiter colato, & abiectis reliquis, ceræ, colophoniæ, sæui tauri, olei laurini an. lib. ii. olei mastichini, medullæ cerui, adipis ursi an. lib. i. galbani, terebintinæ an. unc. iiii. coniungantur. Emplastra molliora, diachilon, resumptiuum, &c. soluta in oleo cham. uel nardino: postea, quæ discutiunt, ut acopa: postremò attrahentia, & roborantia, ut metasyncritica.

De conuulsione canina. Cap. X.

SPasmus caninus subita est contractio, uel tempore facta resolutio musculorum masticatoriorum, & eorũ, qui peculiariter lati appellantur.

Animaduertendum itaque, utrum resolutio sit, an conuulsio:

In resolutione pars affecta, laxa, mollis, à sana trahitur. In Cõuulsione, dura & contenta trahit sanam. In Paralysi siue Resolutione saliuatio multa: in Conuulsione non ita. In materia frigida, efficiente causa huius passionis, si nihil repugnat, sanguis mittitur, sed moderatè. Primùm quidem, è cephalica; deinde è uenis sub lingua.

gua. A ſanguinis miſione incidendum & attenuandum hoc modo.

R.acori,& ſtechados an.M.s.fiat decoct.in qr.v.aquæ puriſſimæ.Collaturę addatur mellis communis lib.s. (plus minuſve)fiat mellicratum deſpumatum,aromatizatum cum drac.nucis moſcatæ.Quòd ſi res urget (acuta enim hæc, & tarda aliquando paſſio eſt) clyſteres acres iniicies.

Purgabis ex hiera Pachii,ex deſcriptione Scribonii, cuius hæc eſt deſcriptio.

R.pulpæ colocynt. drac.iiii. opopanacis, & ſagapeni an.drac.i.& Gr.vi.marrubii,ſtechados,agari.camedreos an.ſcrup.iiii. petroſelini,ariſtolochiæ,rotundæ,piperis albi an.ſcrup.ii. cinamomi,nardi,ſpicæ,mirrhæ electæ, folii,croci an.drac.s.Gr.iiii. Opopanax, & ſagapenum in mortario tundantur,cum affuſione modici mellis liquidi,aut ſyrup.de ſtechade. Reliqua pulueriſata miſceantur,cum melle q.ſ.fiat electuarium.

R.ſupra dicti elect. drac. ii.s.caſtorei drac.s.diſſoluantur omnia in ſupra dicto mellicrato,q.ſ.fiat potus. Vide Scribonium largum.Alioqui alia conuenienti potione purgabimus. Partes affectæ, & tota ceruix oleo aut unguento inducenda ſunt, quale hoc eſt.

R.rad.althęę unc.i.ſem.fœnugreci conquaſſati unc.s. fiat decoctio,in olei conuenientis qr.iii.aquæ ſaluię qr. i.Fiat fortis expreſſio.Inungatur locus, & tota ceruix. Deinde cum lana inſuccata in hoc oleo, partes affectæ, & ceruix muniantur.

Poſtea uerò licebit uti oleo de cucumere aſinino, de ſcylla.Et in his liquefacere duodecimam partem ammoniaci,bdellii,opopanacis,galbani.Poſt hæc Apophlegmatiſmis,Caputpurgiis,& aliis, quæ caput partim euacuant,partim corroborant,utendum erit.

Nodulo itaque,foliis lauri pleno, & in decocto conuenienti madefacto, palatum illinendum erit, quale hoc eſt.

R.nucis moſcatæ,pirethri an.drac. ii. ſinapi, piperis an.

hierapachij:

an. drac.i.decoquantur omnia in mulsę unc. iiii. Ex eadem mulsa poterunt fieri caputpurgia. Probatur hoc Caputpurgium.

R.anagall.panis porcini,nucis indicæ,nucis moscatæ, cucumeris asinini,piperis,acori,pirethri an.unc.s.Conquassata omnia bulliant in olei de Keiri lib.ii.aquæ maioranæ qr.iii.uel in sola aqua maioranę.

Vsus tempore resupinetur æger,& stomacho uacuo, quinque aut sex guttæ naribus instillentur : aut sæpius nares interiores inungantur . Oleum verò unctioni occipitii , colli , regionis sub mento , & affectæ partis conuenit.

Teneat in ore acorum conditum,zinziber conditum, nucem moscatam.Frictiones quoque auertendæ materiæ conueniunt.Sic etiam cucurbitulæ,quę primę,& secundæ uertebræ ceruicis admouendę sunt.

Inueterato atque contumaci morbo Rasis probat cauteria post aures,& in ceruice.

Dropace quoque simpliciori utendum erit ex picis drac.iiii.olei liliorũ unc.i.liquefactis & extẽsis in acuta.

Castoreum quoque teneatur sub lingua.Hinc ad Sinapismos,& Phenigmos deueniendum est.

Victus instituatur incidens,& attenuans , qui in media materia temperetur.Cibus sit liquidus.

Quæ topica admouebuntur,conseruentur calida. Nã refrigerata uehementer nocent.

Loco tepido,lucido,stragulis quoque mollibus decũbat.Madefactionibus capitis abstinendum est, quia caput replent.

SCHOLIA.

Quæ ad huius morbi exactam cognitionem pertinent, sequentis capitis scholiis explicabuntur.

De

De conuulsione. Cap. XI.

COnuulsis eadem ferè ratio uitæ instituenda est,ut et phlebotomiæ: siquidem à plenitudine crudorum humorum contracta est.

Initiò ceruicem,& uicinos musculos laxante & emolliente oleo,eoque tepido fouebis,lanaque in eo immersa conteges. Atque,ut calor conseruetur in parte, uesicam ex dimidio plenam oleo tepente superpônes, aut eiusmodi sacculos.

R.sem. lini leuiter conquassati M.s.furfuris frixi,florum cham.& anthos an.P. i.salis communis torrefacti, & puluerisati. unc.s.fiat sacculus,aut plures eiusmodi sacculi,qui subinde recalfacti calorem in parte retineant: Leues sint sacculi,& ea omnia,quæ lesis partibus,atque dolentibus superponuntur. Clysterum quoque molliũ usus est, ut hic antiquorum.

R.rad.altheæ unc.ii.sem.lini,& fœnugr.an.unc.s.fiat decoctio in aqua ad lib.s. cui adde olei communis lib.s. fiat clyster,tepidus iniiciatur.

Articuli corporis linteis calentibus fouendi sunt.

Materia hyssopi decocto in mulsa, & rebus eiusmodi incidenda est.

Deinde purganda,ut prius,in spasmo canino, & soda phlegmatica,aut agarici,aut diaphenici drac.iii. In conueniente mulsa dissoluantur.

Molliter fricetur ceruix,spina,spatulæ cum unctione conuenienti,qualia sunt.

R.olei therebintinæ, olei,olei lumbricorum an. unc. ii.axũgiæ humanæ unc.i.simul misce,liquefiãt simul.

R.olei de costo, cum quarta parte pinguedinis castoris,lutrę, melis, quem Taxonem,aut Blerellum uulgò uocant.

R.vulpem bene pinguem corio detracto, & exenteratam, confixam garyophilis,infarctam hoc modo, & assatam.

R.rad.altheæ & liliorum an.unc.s.rad.acori,ireos an drac.ii.camepitheos,herbæ costi,maioranæ, calendulæ an.

an.P.ii.florum anthos,meliloti & chamæ.an. P.i.styracis,ladani pinguis,masticis,castorei an.drac.iii.Omnia in mortario contundantur cum oleo de uermibus.

Malaxentur, farciatur uulpes, & bene consuatur, assetur cum aspersione aquæ uitæ.Quod distillatur pingue,excipiatur subiecto uase,in quod infusum sit acetũ.

Deinde uulpes in aqua coquatur: quod supernatabit,pingue,tum in aqua,tum in aceto,usui reseruetur.

Vtilissimum est post unctionẽ pellibus hædorum, agnorum,luporum,vulpium,arietum, recẽs extractis, atque etiamdum calidis partes iunctas cõtegere.Quòd si pelles iam refrixerint, immergendæ sunt oleo calido,ut recalescant.Aliud.

℞.uini rubri libr.s.ol.liliorum libr.ii. rasuræ mollioris partis, & magis spongiosæ cornu cerui ℥.i. salis ℥.i.florum cham.drac.vi.masticis drac. s.bulliant omnia in uase duplici ad uini consumptionem. Hinc ad unctiones calidiores transeundum est,de quibus suprà.

Balneum quoque commendatur ab antiquis, ad umbilicum ex hydræleo, cuius modus est ex æquis partibus aquæ & olei. Perseuerante malo, olei balneum conuenit calidum, & domicilio calido, quod ita præparabis. Quintam partem olei calfacies, & quatuor partibus non calfactis commiscebis. Alioqui ex decocti fœnu græci in aquæ tribus partibus, & olei tertia parte balneam præparabis, quo totum corpus immergatur.

Sed balnei modum esse oportet,ne uires resoluantur. Itaq; solis irrigationib. utendũ erit, ubi uires nõ sinũt.

A balneo tempestiua est unctio ex supra dictis oleis, aut in quo ruta,conisa,rosmarinus,artemisia,seseli cum modico cinamomi coxerint, quibus aliquando decima aut duodecima pars adiicienda est.

Veteres omnes & recentiores Medici castoreum propinant è mulsa.Dosis castorei à ℈.ii.ad drac.ii.

Cucurbitulæ partibus affectis, sed cum scarificatione admouendæ: sed iam progresso morbo, & bene purgato corpore.

Aurelianus in accessione, leuibus: in dimissione, cũ

ſacrificatione utitur, occipitio & collo defixis.

Remedium Hippocratis eſt aqua frigida, in iuuene bene carnoſo, & æſtate media.

Paulus, Celſus, Aurelianus, tota denique poſteritas reprobauit. De excitanda febre non conuenit. Qui prouocāt, utuntur auctoritate Hippocratis, Aph. 70. lib. 5.

Herophilus quoque febriculam laudauit: Aſclepiades ſimpliciter febrem. Auicennas & Arabes febrem prouocari nolunt, niſi diariam.

Cæterùm ex Gal. ſic habeto. In morbis frigidis, quos humor craſſus, contumax & multus generauit, febris ſatis uehemens excitari poteſt. Leuis enim nocet, nec prodeſt, exemplo filii Numeni, cui, cum apoplexia correptus eſſet, febris acceſit mediocris: quę cùm noceret, & per infirmitatem caloris non prodeſſet, mors ſequuta eſt. Oportet enim febrem fuiſſe magnam, quæ talem humorem calfaceret, incideret, concoqueret, & diſcuteret. Itaque ut eſt materia, ita febris conſilium temperandum eſt, ſitq; non minor, quàm quæ proſit, neque maior, quàm quæ lædat.

S C H O L I A.

In Paralyſi reſoluuntur nerui, & languidiores, humore flacceſcunt, ita ut concidant in partem ſanam; in conuulſione, contorquentur muſculi ſimul cum neruis & tendonibus, contrahunturq; pater uoluntatem ad ſuum principium, & praeter *partem ſanam ſecum in anguſtum adducunt. Exempli gratia, Conuulſis temporalibus muſculis, contrahuntur dentes, ac ſtridentes; reſolutis, hiatus fit oris. Proinde ſi σπασμὸν, neruorum diſtentionū, ut Celſus, interpretari uelis, ambigua uox erit cum Paralyſi, cum diſtentio & contractionem & extenſionem ſignificet. Hinc quoque perſpicuum, Paralyſim à ſiccitate uix, aut nunquam fieri. Siccitatis enim ea eſt natura, ut abſumpta pororum humiditate corpus contrahat, nunquā relaxet, niſi fortaſſe per accidens, ut ſi ob ſiccitatem nerui ſpiritu priuati non turgeant, neque dilatentur, ſed flacceſcant. At ſi paulò diuturnior ſit, & intemperantior ſiccitas, haud dubiè, ut æſtus chordas citharæ impenſius reſiccatas tendit ac rumpſit: ſic neruos eadem, aut ſimilis in corpore ſicci-*

tas

tas præsertim calori iuncta flectet, contrahet, & tādem etiā disrumpet, non autem relaxabit. Humiditas tamen utrunq; efficit. Nam & tendit solidam substantiam penetrando ac dilatando, ut pluuioso tempore eædem chordæ inflantur: & relaxat leniendo, ut siquis corium resiccatum pinguedine oblinat, uel humore imbuat. Quare tam conuulsionis, quàm Paralyseos humiditas causa esse potest. Sed in illa neruos contrahit ob plenitudinem: in hac, relaxat ob madorem. Siccitas autem nunquam efficiet Paralysim, nisi κατὰ συμβεβηκὸς. Inde etiam efficitur, humorem in Paralysi tenuiorem esse debere, quia in solidam substantiam neruorum penetrat: in conuulsione uerò crassiorem, quia tantùm replet.

Duplex alia difficultas. Vna, quòd cum in conuulsione affectio sit sæpius in neruis, quàm in musculi corpore, nihilominus musculi, non nerui morbus esse dicatur. Altera, quia definitur per motum, cùm tamen pars læsa ita immobilis rigeat, ut in contrarium nullo modo flecti possit. Hoc fit, ut dicam uerbo (non enim argumenta soluere, nostri est instituti) tonico motu νεῦρον ἐντασιὸν οὔνομα. Illud uerò, quia musculus, proprium est motionis instrumentum. Quomodo autem ad proprium cuiusque particulæ organū morbus referri debeat, Galenus copiosè docet de morborum & symptomatum causis. Nobis satis fuerit morbi huius notionem primùm animo complecti: deinde partem affectam nosse: tertiò, affectionis causam: postremò, curationis summam. Quæ omnia breuiter sic habeto.

Cùm uel corpus, uel illius membrum aliquod repentè contortum & inflexum apparuerit, perinde ac si in naturali situ esset, rigidum tamen est, nec ab eo situ potest dimoueri, ēt si eo ui inflectere coneris, quò, cùm secundum naturam habebat pro arbitrio dirigebatur, conuulsionem esse suspicandum est musculorum, uel plurium, uel alicuius, qui ad sua ipsorū principia cōtracti, partem simul, cui inseruntur, adducunt, immobilemq; reddunt, ita, ut uel recta, uel inflexa, uel contorta uideatur. Hoc tamen obseruato, ne id articulorum ossium uitio fiat. In his enim sæpe uel callus gignitur, uel delapsus humor intrà cauitatem prohibet liberam in iuncturis motionem. Quod intelligetur, si nec repentè, nec affatim, nec

post febrem ardentem affectio inciderit: si luxatio fuerit in particula læsa, non rectè curata: si contusio, aut aliquid simile antecesserit. Tunc enim musculi primario non afficiuntur, sed flecti ossa in iuncturis nequeunt, licet ipsi quoque tandem trahantur in consensum. Cùm enim diu manent immoti, otio propriam mouendi uim tandem amittunt.

Partis affectæ dignotio est huiusmodi. Si totum corpus subito conuellitur, ut in Epilepsia, neruorum principium patitur. Si caput antrorsum curuatur, & mentum annectitur pectori, duo musculi anteriores caput flectentes laborant, estq́; emprosthotonos. Si in dorsum & scapulas contorquetur, ex duodecim musculis caput extendentibus in posteriore parte colli, uel aliqui, uel omnes afficiuntur, diciturq́; affectio hæc, opisthotonos. Quando ceruix recta & immobilis manet, in neutram partem curuata, utrique musculi & anteriores & posteriores tetanon efficiunt. Si oculus contorquetur, Στραβισμὸς erit, musculis, qui ipsum mouent, conuulsis: si mandibula, τρισμος, temporalibus contractis, uel neruis è secunda & tertia coniugatione. Si labra & nares, & pars contracta sanam ad se adducit, in uitio est latus musculus, ex quo musculi narium, superciliorum, & labiorum fiunt, uel nerui à primis uertebris & ramis tertiæ coniugationis. Græcis κυνικὸς σπασμὸς nominatur. Si utraq; pars, dextra scilicet, & sinistra læditur, musculi utrinq; contracti, Sardonium risum faciunt, maxillares nimirum in latera, os & labra deducentes, ita ut ægri perpetuò ridere uideantur. Idem iudicium de cæteris partibus. Semper enim affectio ad musculum authorem illius motus, qui læsus est, referri debet.

Fit autem hic affectus neruis, uel musculis aut exiccatis uel calefactis: ut a uulnere, & post largam sanguinis missionem, febres ardentes, menyngum inflammationes, uel cerebri. Atque sic lethalis est. Aut congelatis: ut ob refrigerationem humorum, uel sudorem refrigeratum, uel uentum frigidiorem. Aut inflatis: ut à pituita uiscida (nam rarò fit à sanguine) uel post morbum non satis exiccatum, uel saniе collecta in aliqua parte capitis, ut menyngibus, ob uulnus: uel à flatibus medicamenti, uel agitatione materiæ, ut post

hellebori potionem. Ab ebrietate, crapula, suppressa uacuatione consueta, exercitatione intermissa, phlegmone, dolore, consensu uteri, morsu, puncto neruo, aut tendone, affecto ore uentriculi ab æruginosa & biliosa materia, uermibus, fungis, ab ictu feræ uenenatæ, & simil.

Hippocrates hæc omnia ad duas caussas reduxit, inanitionem & repletionem. Tertiam recentiores addiderunt per condolentiam, affectumq; uocant non proportionatum ad materiam, cùm mouetur cerebrum in sese, ut expellat, quod noxiũ sentit, ut dolente neruo ob puncturam, aut alicuius animalis uenenosi morsum. Sed hanc Galenus ad inanitionem: alij, quia materia uenenosa est, licet pauca, ad plenitudinem referunt. Hellebori quoque potio ad utranq; causam reduci potest. Ex antecedente uita, uel morbo, uel habitu corporis omnia facilè discernuntur.

In curatione torturæ oris superiore capite descripto utendum clystere, deinde coquentibus pituitam: in plenitudine sine cruditate, sectione uenarum linguæ, gargarismatis digerentibus, formulis in ore retentis aqua uitæ formatis quibus nihil præstantius, iunctionibus, sacculis, fumigijs, emplastro ex gummis calfacientibus.

Ab inanitione non curatur sed prohibendũ, ne fiat sublata causa, ut in febre ardentissima & phrenitide, si à nimia siccitate periculum immineat conuulsionis, spinam inungendo, ne nerui exiccentur, uel irrigatione ex refrigerantibus ob febrem, & humectantibus, ob neruorum siccitatem.

A uomitu, aut immodica uacuatione curari potest, humiditatẽ reparando per humectantia, & quæ hecticis prosunt.

Si à punctura fiat, vulneri latiori reddito & aperto oleum de terebinthina imponendum, vel de euphorbio cum emplastro de Galbano sedandus dolor, vulnus ad cicatricem nõ ducendum, nisi post multum tempus. Extremum remedium est, tendonem vel neruum ictum abscindere in parte suprà puncturam.

A uenenosi animalis morsu, cucurbitula cum multo igne suprà partem affigenda, uel cauterium, uel antipharmacum. Intrò sumenda theriaca cum herbæ decoctione, quæ sit ueneno accommodata, theriaca etiam uulneri imposita prodest.

A sanguine, sæpius repetenda est uenæ sectio, & oleis medijs utendum. A pituita, curatur coctione materiæ & eductione, ut de Paralysi dictum est, additis malacticis ad inunctiones, balneis, & similibus.

In conuulsionibus capitis & humorum refrigeratione, calidioribus utendum partes lana succida inuoluendo, cucurbitulis, sectione quandoque illius uenæ, quæ suprà primam dorsi uertebram apparet.

A menyngum punctura, aperiendum cranium trepano, aut alio instrumento, ut materia transpiret, aut epipasticis trahenda, nisi subsit plenitudo.

A uentriculo, tutius clysteribus acribus, aut pilulis utimur quàm uomitu, ne os uentriculi contactu ueneni lædatur. Conueniunt etiam spinæ inunctiones.

Vnctione conuenienti.) *Sequens medicamen excellentissimum est, in resolutione linguæ, oculi, labiorum, risu Sardonio, tremore capitis & totius corporis, ac omni capitis percussione inflatis præcordijs, & similibus.*

R. cinamomi, croci nardi, costi, styracis rub. opopanacis, myrrhæ, melanopiperis, seminis rutæ succi abrotani an. drac. ix. dauci drac. iiij. s. moschi, beniouini an. drac. i. mellis q. s.

Pinguedini anserum syluestrium quos uocant Otidas, & Phalacrocoracum (vulgò Cormoranos nominant) plurimùm tribuunt leniendis doloribus Sortilegi. Paranda autem est eo modò, quo Gattinaria ex Nicolao Forentino docet de ansere vulgari, capite de Spasmo. Oleum de enula, irinum, de ligno sancto, crocinum Mesue, lumbricorum, axungia humana, de styrace, de euphorbio, de castoreo, piperibus philosophorum, de costo cum parte illius pinguedinis, aut mellis, & modico castorei piperis, euphorbij conueniunt.

Cucurbitulæ.) *Cauendum, ne tendonibus affigantur, sed musculi principio, aut medio, ad iuuandum eiusdẽ actionem. Quibusdam locis commodè adhiberi non possunt, ut labris, superciliis, digitis, ubi sanguisugæ: aut earum loco, ut in palpebris, & lingua, scarificatus erit ex usu.*

Aquæ perfusio, febris.) *Hæc duo remedia à ueteribus multùm commendantur. Periculosa tamen sunt, ut ratio, & experientia demonstrant. Timendum enim in perfusione fr*

gidæ, ne materia magis inde refrigerata, altius impingatur. Si tamen spes certa subsit calorem à frigore, quasi antiperistbasi quadam intro posse cogi, ut in principio, æstate media, iuuene bene carnoso, non omnino negligendum, Febrem quidem Hippocrates dixit morbis à crassa pituita mederi, rigore & calore: quia rigor materiam commouet, exagitat & purgat: calor coquit, tenuat, incidit, resoluit. Sed cum, si uehementior sit, tollat ægrum: minor uerò coquendo morbo non sit satis: longè tutius est eam uitare, nisi sponte superueniat. Difficile enim fuerit in medio consistere.

De incubo. *Cap. XII.*

INcubus, q. ephialtis, epiboli *a*, à Themisione, pnigalion dicitur, neque deus, neque semideus, neque Cupido, quod ueteres crediderunt, neque dæmon, neque incubans uetula. Sed uapor quidam crassus, qui partim uias spiritus animalis intercipit, unde & loquendi & respirandi difficultas: partim animæ offunditur, unde phantasia, & spectrum quoddam, quale *b* frequens est in somniis.

Sed ideo incursare, atque etiam opprimere thoracem, constringere collum, præcidere uocem, apparet, quia his maximè partibus labor est. Pueros & *c* obesa corpora aliquando suffocat: alioqui Epilepsiam denunciat.

Incubus enim, Epilepsia quædam nocturna est. Multos olim Romæ, quod scriptum reliquit Sysimachus, uno anno confecit. Itaque qui incubo opprimitur, statim excitandus est. Postea uidendum, ne affectio eiusdem redeat.

Imperanda est sobria uita, cœna frugalis, uitæ ratio è media *d* materiam, frequens ablutio extremorum. Sæpe etiam pectendum caput est ex ebore *e* in posteriorem partem ducto pectine.

Melicratum plus minus ve dilutum pro *f* ratione, in quo radix fœniculi, asparagi, petroselini, graminis, acetosæ, cichorii, endiuiæ, radicis capparis, hyssopus, buglossum, borrago, endiuia, summitates lupuli, fuma-

a *Ex Paulo Aegin. cap. 15. lib. 9.*
b *Præsertim melancholicis & pueris.*
c *Vbi materia exitũ non habet.*
d *Neq; humida, neq; sicca, sed tẽpata: vt carne vitulina, pane medio, eoq; bene fermentato.*
e *Occiput uersus.*
f *Temperamẽti & coeli.*

ria *a* cetherac, *b* ſcolopédrium,capillus ueneris,cuſcuta,paſſulæ mundatæ ab arillis,pruna,ſebeſten, flores anthos,uiolarum,borraginis,decoxerint. Quale hoc erit.

R. rad. fœniculi,radicis graminis an. ℥. s. ſummitatũ lupuli,P.ii.hyſſopi,trium florũ cordalium, paſſularũ, liquiritiæ an. P.i.fiat decoctio ad lib.i.s.in col. diſſol. *c* mellis albi,ſacchari albisſimi an.unc. ii. fiat melicratũ.

Deinde purgandum corpus hoc modo.

R. caſſiæ,uel cathol.drac.x.diſſolue in ſero lactis caprini,uel alterius cum ℥.i.ſyrupi uiolati,fiat potus.

Pro ratione materiæ licebit uti fortioribus, quæ partim in capite de Epilepſia, partim in capite de Melancholia dicentur.

Nec omittenda phlebotomia,ſi res *d* exigat.

Clyſteres quoque & frictiones ex uſu ſunt, quia fumos reuellunt. Errhina quoque & Apophlegmatiſmi ex leuiori *e* materia. Cucurbitulæ in cruribus & omoplatis,pulueres quoque,maximè à cibo,qui fumos prohibeant *f* & morbo conueniant. Qualis hic eſt.

R. *g* coriandri pręparati drac.ii.ſpecierum diamarg. frigidi,& diarhodon abbatis an.drac.i.ſemini nigri pœoniæ ℈.ii.coralli rub.drac.s.macis,cinamomi an. ℈.i.cum modico ſacchari roſati,fiat mixtura, utatur poſt paſtum cochlearis dimidio.

Bibere quoq; medio *h* paſtu,nõ in fine, hoc adiuuat.

Cucuphæ quoque parandæ ſunt ex floribus anthos, ſtœchados,& cæteris rebus capitalibus,ut prius.

Dropax quoque *i* ſimplex tum hypochondriis,tum etiam capiti commodè aptari poteſt. Calidus applicatur,& ne pertinacius inhæreat,linteolum rarius, & uehementer attritum *k* interponendum eſt. Componatur dropax ex quinque partibus picis, & una olei de ſpica,uel maſtiche.

SCHO-

a *Verũ ſcolopendriũ.*
b *Phyllitis Mattheoli.*
c *Vel potius ſyrup. uiolacei & capill. uen. an. unc. ij.*
d *vt ſi uenæ ſint ſanguine diſtẽtæ.*
e *Vt maſtiche, ſaluia, maiorana.*
f *Vt puluis ex corallio, ſaccharo roſa. & margaritis confectus.*
g *Vel hunc præſcribes. R. coriãdr. præpar. dr. ij corall. rubr. margar. electarum an. drac. s. raſuræ eboris, oſs. de corde cerui an. ℈. i. cinamomi gr. vi. ſacch. roſ. unc. iiij. f. puluis ſubtiliſs. utatur à paſtu cochlearis dimidio.*
h *Vt iactis cibi fundamentis.*
i *Ex pice.*
k *Inter picem & cutem.*

SCHOLIA.

Ἐφιάλτης, ἀπὸ τοῦ ἐφάλλεσθαι, quòd qui eo affectu laborãt noctu quiddã sibi incũbere existiment, à quo inuadantur & opprimantur cum difficili respiratione, immobilitate, ac voce præpedita, ut prope suffocari uideantur, unde & à Themisone, epistolarum libro II. (teste Aureliano) πνιγαλίων ἀπὸ τοῦ πνίγεσθαι. Ex ueteribus etiam nonnulli ἐπιβολὺν nominarunt, quod Aurelianus quoque refert. De parte primariò affecta non omnium idem iudicium. Interpretes Arabũ priorem cerebri uentriculum uel spinalis medullæ exortum uapore crasso, aut etiam humore, qui tamen facilè dissoluatur, oppleri aiunt. Posidonius non humore, sed crasso & frigido vapore spiritus animales per neruos ferri prohibente. Vtrunque minus probabile. Alioqui enim inde necesse esset uel Epilepsiam, vel Apoplexiam, vel Caron generari, aut saltem respirationi tantam noxam non inferri, aut thoraci, à quo cum totius mali origo ducatur, grauiusq; cæteris laboret, in eius venis summam plenitudinem esse consentaneum est. Quod & symptomata indicant, pondus nimirum thoracem opprimens, & difficilis motus eiusdem inter dormiendum, vel inchoata coctione, ex fumis nimirum, & flatibus, qui tum excitantur, pulmones & septum transuersum prementibus, præsertim cum nõ tam libera sit respiratio per somnum, quàm inter uigilandum. Quòd autem in eo læditur imaginatio, quæ est in prioribus ventriculis, id fit per consensum, vt in melancholia hypochondriaca. Fumi enim ex crassione sanguine sursum lati timorem animo incutiunt, varieq; imaginationem afficiunt, vt docet Galenus de locis affectis: atque hinc fit, vt quidam Dæmonem esse putent. Si diu tamen perseueret, frequentiusq; repetat, cerebro fit essentialis, degeneratq; in Apoplexiam, vel Epilepsiam, vel melancholiam.

Causæ antecedentes sunt, crapulæ & cruditates, pessima victus ratio, multitudo crassi sanguinis, suppressi menses, aut hæmorrhoides, & similia. Summa curationis (mutandæ tamen pro causarum varietate) est huiusmodi.

Clyster discutiens flatus & euacuans in paroxysmo, sanguinis missio in plenitudine è basilica, vel mediana, præsertim

tim si sanguis crassior appareat, & sine pituita, pituitæ coctio, euacuatio, optatæ quibus flatus discutientia misceantur, pulueres flatus discutientes, vnctiones pectoris, sacculi cordi applicati, parcior cœna, vel nulla, cibi minimè flatuosi, decubitus in latus.

Quod Theologi existimant. *Non omnino certè contemnenda est veterum Theologorum authoritas, omniumq; gentium communis ille consensus de Incubo & Succubo, cui etiam attestatur experientia. Memini enim me in Primitiuæ Ecclesiæ historiis legisse Cathecumenos huiusmodi dæmonum ludibriis uexari solitos, qui deinde cœnæ sumptione liberabantur. Multa quoque sunt apud D. Augustinum de Incubis & Succubis libro 15. de Ciuitate Dei, vt hinc ferè cogamur fateri incubum alium dæmonis arte induci, alium corporis morbum esse. Nisi quòd summa Christi luce nobis affulgente, ab his tenebris nunc non est metuendum. In Gentilitiis illis ceremoniis multa huiusmodi deliramenta reperiuntur de Sympithis, & Pythonè, spiritu diuinatore occupatis, sed multò lepidiora in Hebræorum Rabbinis. Scribunt enim huiusmodi phantasmata ex semine Adam procreata fuisse, centum illis & triginta annis, quibus ab vxore abstinuit, postquam Cain fratrem interfecit. Pro singulari remedio iubent circulos septem circum sepulchrum fieri, ne cadauer intromittendum subeant, eoq; ad nocendum vtantur. Platonici hæc referunt ad oracula, vaticina & somnia. Sed & in ueterum Medicorum libris multa remedia reperiuntur ad Sympithos, & dæmone occupatos, & incubos, vt apud Aët. & Alexandrum. Qualis est illa Hippoc. antidotus territis lemuribus & dæmonio occupatis, lunaticis cum spuma tauri, quæ in codice manuscripto sic legitur.*

R. nuces cupressi 50. Caricarum pinguium sine nucleis, pass. mund. ab arillis an. drac. xij. (fortasse ℥ xij.) ladani, styracis opt. myrrh. aspalti, bdelij, radicis asphodeli, enulæ an. ℥. vii. cardamoni ℥. v. sabinæ unc 4. folii, costi, spicæ rosf. baccarum iuniperi an. ℥. iii. schœn. cas. lentisci an. ℥. ii. croci, cyperi, lybisti. an. unc. i. vini optimi & mellis q. s. Nuces cupressi fractæ triduo macerentur in vino optimo: coque lento igne ad vini consum-

ptionem aliquam,& cola. Tum in uini libr.ii. carnes ficuum tritas diu contere uino,& additis mellis libr.ii. iterum coque ad mellis crassitudinem, & sacculo excola: tum adde passulas,& dactylorum carnem,& in mortario diu contere. Hinc styracē, ladanū, terebinthinā cū modico melle diu terēdo in mortario misce, ex quo pulueres coniunge sedulò,& uitro repone. Da dr.ii. uel dr. iii. in catarrhis, fluxionibus, mulierū morbis à frigore & flatu.

Non iniucundum est, quod nobis contigit nuper apud Aruernos in Cœnobio quodam. Cùm enim Pharmacopola, quem nobiscum habebamus, inter dormiendum incubo laborasset, qui in eodem cubiculo erant, accusauit. Se enim ab illis noctu propè iugulatum fuisse, constricto collo. Quod cum socij audacter negarent, totamq; in eum culpam reijcerent, qui noctem insomnem furore quodam percitus duxisset, iussimus deinde, ut solus lautè cœna sumpta, exhibitis etiam flatuosis alimentis, dormiret, cubiculo vndiq; optimè clauso. Redijt paroxysmus, dæmonē esse iurauit, cuius etiam faciem & gestus mirificè depingebat. Neq; vnquam illi aliter persuadere potuimus, nisi vbi curationem nostro consilio adeptus est.

De Epilepsia. Cap. XIII.

EPilepsia conuulsio est *a* corporis. Nascitur, ubi humor crassus & frigidus offarcit anteriores uentriculos cerebri, ex quo uniuersus motus, & ueluti raptus totius corporis. Contorta *b* facies, in uoluntaria *c* sem. effusio,& interim affectio, quæ apoplexiæ proxima est.

Pueros ferè uexat, quo tempore dentire *d* incipiunt, unde puerilis *e* morbus ab antiquis appellatus. Vt etiā lunaticus, quia interlunio nati, obnoxii huic morbo existimantur, ut & qui concepti sunt fluentibus *f* mensibus.

g Perseuerat hic morbus ad *h* annos pubertatis, soluiq; consueuit in masculis, cùm semen emittere incipiunt. In mulieribus, quum primùm effluunt menses quos annos si superat, desperata *i* res est.

Nascitur

a *Vniuersi, eaq; typica, cum mentis & sensuum oblæsione.*
b *Nā quæ uicina sūt, quæq; communia (vt suprà commemoratū ē) ea primū maximeq; affici solēt.*
c *Doloris ui, & labefactata seu resoluta instrumentorū spermaticorum retentrice facultate.*
d *Cum septimestres sūt.*
e *Gal. comē. ad aph. 5. sectio. 1. lib. 6.* τῶν ἐπιδημιῶν.
f *Ob impuritatem ex synatrismo.*
g *Aph.45.l. 2.&7.li.5.*

h *Si achorum capitis copia morbi occasionem non tollat.*
i *Quòd impressa maneat maligna in cerebro qualitas, quæ naturæ beneficio non potuerit emendari.*

Nascitur aliquando consensu *a* stomachi, aut aliarum partium corporis. Aliquando spiritu quodam *b* uirulento ex partibus inferioribus sublato in caput. Sepe etiam primarius *c* cerebri affectus est.

Quos uexat paroxysmus, sic habeto. Corpus, quod rapitur, loco lucido & *d* mediocriter calido collocato. *e* Sublimiori capite, ex quo membra *f* supernè deorsum confricari debent.

Dentes, quos sæpe *g* constringunt, unde etiam imminet *h* suffocatio, uel manibus, uel quauis alia ratione *i* diducendi sunt.

Ex quo hac formula, & lingua, & palatū illinenda K sūt

R. theriacæ uel mytridatii ℈. iiii. dissolu. in unc. i. succi rutæ, cum penna, uel linteolo extremitati baculi alligato, palatum & lingua affricentur. Tum.

R. beniouini, mummiæ, picis nigræ an. ℈. i. uniantur cum succo rutæ, fiat suffumigium pro naribus, aut eadē simul liquefacta naso interiori inungantur. Vomitus, si fieri potest, excitetur oleo ex penna illito interiori partioris. Alioqui perseuerante paroxysmo.

R. cast ℈. ii. beniouini ℈. i. diss. in oxymelitis scyllitici ℥. i. s. cū cochleari, distractis dentibus ingeratur in gulā.

Dydimus Medicus extracto sanguine è pedis pollice labra epileptici inungebat. Orpheus, & Archelaus contaminabant faciem ex quacunque parte corporis ducto sanguine. Atque ita statim exurgere epilepticos testati sunt. Post paroxysmum clyster iniiciendus est, qualis hic ueterum.

Pueris autem, sublato paroxysmo, remediis iam præscriptis, prohibenda est mali generatio ac labes, abstinētia uini, usu frequenti pulueris confecti ex pæoniæ radice & semine. uisci quern. puluer. contra uermes & saccharo cando: quibus etiam soluentia misceri possunt. ut R. rad. & sem. pæoniç an. drac. ii. sem. contra uerm. drac. ij. rhei. elect. ℈. ii. sacchar. unc. ii. f. puluis subtiliss. Detur

a Vt in picrocholis &c. *b* Vt a corruptione semin̄io in mulieribus hystericis. *c* A pituita & melācholico humore. *d* Vt foras euocetur humor. *e* Vt reuocetur humor. *f* Vt natiuus excitetur calor. *g* Ex conuulsione tēporalis musculi, qui primùm affici solet ob cerebri affinitatem. *h* A suppressione excrementi fuliginosi: unde saliua à spiritus prohibitione crassescit. *i* Vt exitū habeat fuligo & cerebrum aeris inspiratione recreetur. K Ad correctionem præsentis symptomatis.

tur ex cochleari ſemel aut bis in hebdomade, ſereno cœlo, declinante luna, cum iuſculo.

℞. decocti ariſtolochiæ, centaurii minoris, uel calamenti libr. i. in quo diſſol. pul. hierę picrę. pul. hierę dia coloc. an. drac. iii. olei cham. unc. iii. ſacch. rubri, mellis communis an. unc. i. ſalis drac. ii. Poſt clyſterem refouendi ſunt cibis boni ſucci, ex quo melicratum imperãdum eſt ex hyſſopi decocto, ſtęchados, calamenti, aut ſyrupus acetoſus, oxymel ſimplex, oxymel ſcylliticum.

Deinde purgandum erit cum hiera picra, & hiera dia col. Hæc enim purgatio maximè probatur antiquis.

Nec omittẽda phlebotomia *a* ſi omnia conſentiunt.

Iis uerò, quibus inueteratur Epilepſia, ad cautionẽ, uenam *b* è malleolo diuides ueris initio. Iam progreſſo uere, melicrato hyſſopi, aut ſimili p̃parabis, &, ut priùs purgabis. Aut, ut ueteres uoluerunt, ampliſſimam colocynthidã cauabis, reiectis ſeminibus, & interiore materia: tum undiquaque *c* induces paſta. Deinde cauatam colocynthidam, paſſo, aut alioqui uino dulci implebis. adiectis quatuor foliis rutæ & *d* obolo cinamomi. efferuebit uinum, in calidis cineribus: deinde per noctem ſinetur in colocynthide. Poſtridie per linteum bene mundum percolabitur, & bibetur.

Poſt purgationem reficiendum corpus eſt. Poſt tres dies, inde cucurbitulæ in hypochondriis affigendæ: dein de ſcapulis cum ſcarificatione. Aliquot diebus interiectis, iterum purgãdi ſunt, ex eoq́; cucurbitulæ occipitio affigendę caput radendum eſt, aut certè detundendum.

Comparanda cucupha, *e* & per interualla *f* purgandum, ut etiam Autumno ad helleborum ueniendum ſit.

Hoc

a *Si magnitudo cauſæ hoc poſtulet, materiæ orgaſmus, cerebri oppreſſio, hypochondriorum obſtructio.*

b *Ad maiorem reuulſionem, ut fiat humor* κατάρροπος, *qui erat* ἀνάρροπος.

c *Ne exhalet humor.*

d *Vt granis. x. vel drac. s.*

e *Ex cephalicis.*

f *Vt pil. ex hier. picra: quin etiam epilepſiæ à pituita ĩueteratæ hæc præſertim ueteribus ſolennia fuere remedia. vt. ℞. ther. veter. mythridatij, an parteis æqual. rad. enulæ campan. libr. s. ſaluiæ ſtæchados, beton. ana vnc. s Temperentur per noctem vino maluatico: deinde fiat aqua ſtillatitia, mane utatur. Aliud ex Aetio. ℞. veratr. nigr. caſtorei, ſcam. an. drac. ij. opopanac. cumini thebani ſiue regij, centaur. nitr. ſulph. viui, abroton. ammoniaci, ſem. rutæ ſylueſtr. an. drac. ij. contuſa & cribrata excipiantur mulſa origanata. ſ. pil. ad magnitud. fabæ ægyptiæ.*

Hoc modo ueteres helleborum propinabant.

R. fibrarum radicis hellebori ℈. ii. distemperentur in unc. i. melicrati: deinde siccētur in umbra, & puluerisentur: tum adiecto eodem pondore piperis, & modico melli misceantur, uel è mulsa propinentur. Galenus plurimum commendat hieram diacolocynthido, quæ helleborum recipit. Tentatis itaque leuioribus remediis, nō est metuendus *a* usus hellebori. Post hæc sternutatoriis, quæ puluerem *b* rad. pęonię recipiant, & masticatoriis utendum erit.

Sanguisugæ etiam fronti, & per ambitum capiti, assigendæ sunt. Fuerunt in ueteri Medicina, qui eunuchismum, id est, castrationem *c* maxime probauerint.

Formula sternutatorij.

R. pyrethri, pul. radicis pœoniæ an. ℈. ii. nucis moschatæ ℈. i. hellebori nigri puluerisati ℈. s. fiat puluis, qui insuffletur in nares. Eadem quoq; præter helleborum mastiche incorporata masticatorium efficiunt. Vsus conserue acori, aut stæchad. theriacæ, mytridatij, maxime conuenit, idque *d* iam purgato corpore. Electarium quoque Razæ. cuius *e* hæc est descriptio.

R. pyrethri, seseleos, stœchados ana drac. x. agarici drac. v. cordumeni recentis & acuti, assæ optimæ, aristolochiæ rotundæ ana drac. j. s. excipiantur omnia melle scyllitico Detur auellanæ magnitudine ieiunis.

Galenus in libello de consilio in comitialibus conquassatam scyllam in uase meliteo, id est, in quo antea mel repositum fuerit, aut alioqui coctum recondit: uas pelle inducit, & fideliter occludit: tum meridiano soli obuertit, prohibetq; aquilonibus: subinde aliter atque aliter obuertit, ut omni ex parte radij solis uas calfaciant. Scyllam colligit sub cane, quo tempore mel scylliticum præparat, finitque quadraginta *f* diebus. Postremò aperto uase, liquor, qui è scylla desudauit, excipitur, & melle addito dulcoratur. Dosis paruulis drac. s. aliis. drac. ij. Materia reliqua scyllæ cum melle subigitur, atque eodem modo, sed nō tam utiliter Epilepticis imperatur. Alii succum scyllæ pari mellis ponderi com miscent,

a *Cum delectu præscripti.*
b *Vt venenata aura exhauriatur.*
c *Ratione vsus veneris, non spermatis.*
d *Cum tantum agitur de ui cerebri restituenda.*
e *Vide Rhazem lib. 9. ad Almās. cap. de Epilepsia.*
f *Toto tempore caniculæ.*

miſcent,ut fiat mel ſcylliticum. Pueros uerò clemētiùs habere oportet.

In primis uitæ ratio nutrici *a* inſtituenda eſt, quæ generet lac utile,ac paulò calidius,& ſiccius,quàm temperatum ſit. Pueri corpus molliter *b* fricandum eſt,& inungendum,tum etiam caput detonſum ex oleo anethino, rutaceo,de maiorana,irino,adiecto pulueris momento, cyperi, aut ireos. Cucupha quoque comparanda.

℞. cyperi, ireos florentiæ ana ℈.ii. ſem. ſeſeleos, & pæoniæ ana ℈.i. capill.uen.florum anthos, & chamæm. ana ℈.i. macis,cinamomi ana gr. viii. Fiat puluis pro cucupha. Sedi pueri *c* inungatur melle, & ſucco rutæ, uel ſalis granum immittatur podici.

Paretur electarium ex butyro, & ſaccaro, quo etiam nutrix papillas mammarum illinat.

Comparetur mel paſſulatum hoc modo.

℞.aga.trochiſcat.unc.s.infundatur in aquę libr.s.agaricum detrahatur in eadem infuſione detracto agarico, paſſulę bene pingues diſtemperentur,dum turgeant:turgidæ in noua aqua coquantur:ad extremum coctæ exprimantur in aqua, in qua coxerint. Expreſſio cum aqua rurſus coquatur ad mellis craſſitudinem. Paulò adultiores,ut qui ſecundum aut tertium annum ſuperant,paſſulis,prunis,ficubus eo modo maceratis uti poſſunt.

Iiſque electariis, & paſſulato melli puluis pœoniæ & hyſſopi adiici poteſt. Purgentur ex drac.iii. caſſiæ, *d* ex manna,& penidiis præparatis,ut ante dictum eſt.

Radix pœoniæ in taleolas diſciſa, & ita transfixa filo ſuſpendatur è collo.

Syrupus acetoſus, melicratum, abſynthii decoctum, cicerum rubrorum,uomitus iiſdem conueniunt.

a *Condiantur inſcula hyſſopo, ſalvia & ſimilibus.*

b *Vt fiat corpus εὐδιαφόρητον.*

c *Vt ei feratur aluus Qui.n. craſſiores ſunt, aluo quoq; adſtrictiore,ij, ut plurimum, ſiūt epileptici.*

d *Caſſia nō admodūprobatur ad curationē epilepſiæ,quod reſoluat.*

SCHOLIA.

Caducum,à cadendo,Comitialem,à Romanorum Comitiis, Lunaticum,quòd motu lunæ commoueatur,vel interlunio natos corripiat, vulgò hunc affectum vocant, Auicenna puerorum matrem,nominibus impoſitis, habita ratione, vel ſymptomatum, vel loci,vel cauſæ efficientis, vel eorum, qui eo frequentius ſolent corripi,vt pueri. Apud Græcos tamen ferè

ſemper

ſemper à magnitudine non accepit. Επιληψία enim dicitur, quòd, vt ait Aurelianus, ſenſum atque mentem pariter apprehendat, Antiquioribus ἱερὰ νόσος, id eſt, ſacer morbus, quò eius magnitudinem, vt ait Galenus, deſignarent. ἱερὸν enim magnitudinem ſignificat. Quanquam Aurelianus ſignificationem etiam aliam affert, vel quod diuinus ſit morbus, & à diis immiſſus in vindictam: vel quid ſacram occupet animam, vel in capite fiat, tanquam animæ loco ſacrato. Ob eandem cauſam Hippocrati. Ηρακλεία νόσος, nominatur. Non quòd Hercules, ut ait Galenus, eo morbo laborarit, ſed vt eo nomine, τὸ δυσκαταμάχητον deſignaret: licet, authore Ariſtotele, reuera Hercules Epilepticus fuerit. Aretæus addit veteribus Elephantiaſim quandoque dici, quod nullo remedio ſuperari queat. Ab omnibus morbis frigidis capitis diſtinguitur potiſſimum uehementi & inæquali corporis concuſſione, & ſpuma in ore collecta. Quæ tamen nota in leuiori morbo non apparet, ut eo, qui excitatur ob tenuiorem materiam, & fumum acrem. Facilè.n. & citò ſoluitur. Eſt autẽ conuulſio omniũ partium corporis nõ perpetua, ſed per interualla, cum mentis & ſenſu oblæſione. De cuius cauſis, generationis modo ac loco non eadem eſt omnium ſententia. Veterum.n. prope omnium communis conſenſus eſt, ab humore craſſo, uiſcoſo, & fere ſemper frigido procreari, obſtruente (vt quibuſdam placet) medium ventriculum cerebri, vel (vt aliis) poſteriorem, vel vtrunq;, vel modò vnum, modò alterũ, vel etiã primum: atq; ita fieri, vt interceptis viis, ſpiritui ad neruos non pateat aditus. Addunt nonnulli, non ſine probabili ratione, quandoq; id contingere ob anguſtiam meatus à poſteriore cerebro ad ſpinam, vel imperforatam, aut ſtrictiorem lacunam ad palatum, aut ad nares. Et certe Galenus de vſu partium ſcribit optimè cõparatum eſſe à natura, vt per decliues cerebri meatus, tum per palatum in os, tum per corpus narium, orificiis perſpicuis ac magnis, pituita, aut alia cerebri excrementa excernantur, ne animal frequenter corripiatur Epilepſia: videmusq́; per illam viam expurgari materiam, quæ Epilepſiam excitauit, ac ſpumam ex ore educi. In contrarium tamen multa à doctis afferuntur.

Primum ab intemperie fieri non poſſe videtur, ſine vapore aut

re aut humore. Citiùs enim interiturum est animal, quàm ad tantam perueniat intemperiem. Hoc enim modo corpus non cõuelleretur: sed ab omni prorsus actione desisteret. Licet Hippocrati duæ conuulsionis causæ sint, plenitudo & inanitio. Quod de particulari intelligendum videtur. Hæc autem & vniuersa est, & mentem sensusque omnes oblædit. Nam sine mentis læsione conuulsio, etiãsi totius sit corporis, Epilepsia non est. Neque ab humore crasso. Cita enim solutio, materiæ & paucitatem & tenuitatem indicat, quòd crassa difficile moueantur. Idem demonstrant oscitatio, sternutatio, spumæ per os exitus, tenuioris materiæ indicia. Fit enim spuma, cũ frequenti inspiratione & expiratione, violentoq; motu aqua tenuis agitatur, & spiritu, aut substantia quadam vaporosa comprehenditur. Accidit quoque frequentius ingeniosis hominibus, ob tenuem cerebri substantiam valde sensilem, victus rationem vaporosam, flatus, vinum fumosum, & similia. Adde omnem Epilepsiam per consensum à tenui substantia oriri, vt vaporibus bilis flauæ & porraceæ, eorundem agitatione & acrimonia, fumis, odoratis, aere, vel vento per nares concepto. Videtur ergo causa esse pituita tenuis, spumosa, bilis flaua, atra tenuior, aut eius ichor, vapor acris, odor ob cerebri exactiorem sensum. Neque etiam fit obstructione spirituum transitum impediente. Oporteret enim vel motum in vniuersum prohiberi, vel minui, quantitate spirituum, qui trãseunt, non sufficiente ad partes inferiores mouendas. Sed vehementior, quàm antè, apparet concussio, et motus inæqualitas. Probabilius multò, cerebrum in seipsum contrahi, vt expellat, quod noxium est, sicuti in sternutatione, quæ veluti parua quædam Epilepsia est, vt rectè dixit Auicenna. Sed in hac excutitur, quod est in anteriore parte cerebri iuxta narium foramina. In illa, quia in posteriore parte materia subsistit, difficilior materiæ dissipatio, vnde pars affecta, & generationis locus intelligi possunt.

Cognoscimus à pituita fieri, si æger frequenter expuere solet, si somnus longior, & profundior, si ingenium stupidius, ex victus ratione, excrementis, actionibus, colore, & similibus. Contraria fiunt in biliosis. De ea, quæ per consensum fit, dicetur sequenti capite.

A dextra parte incipiens cum tinnitu aurium, clamore, stridore dentium, eiectione seminis, uehementi concussione, et quæ ab ineunte ætate consenuit, aut hæreditaria est, grauissi ma, & quæ vix curari vnquam possit.

Contrà, breuitas paroxismi, accidentium paucitas, re cordatio, verecundia, & si sine spuma fiat, facileq; rutæ, vel hyssopi, aut similium odoratu recedat, hæc omnia morbi facilitatem indicant. Soluitur aliquando, mutata ætate, victus ratione, & superueniente quartana: in grauidis, edito fœtu, mensium profluuio.

Conueniunt in maioribus natu, & à sanguine, clysma, sanguinis missio è cephalica, prouocatio hæmorrhoidum, mẽ sium: in pituitosis, oxymel scyll. syrup. de pomis comp. pil. an te cibum, syrupi concoquentes, purgato à pituita & crudita te ventriculo prouocatio vomitus (licet Galenus contra Era sist. vomitionibus, interdicat, quia manifestè caput replent) repetita purgatio, pilulæ addito castoreo, theriaca, mythri. (nisi metus sit à calidis) opiatæ, diæta, caputpurgia cum suc co sampsuchi, pyrethro, zinzibere, radice pæoniæ, suffumigia cauteria. Nocent Cassia, Catholicon, radix, vel succus apij, quo tamen Galenus vtitur in consilio Epileptico.

A tota proprietate valent, & huic effectui maximè accom modata sunt, scylla, Enula campana, syrupus de pomis, pilu le de euphorbio, pæoniæ radix & semẽ luna descrescente col lectum, uiscus quern. seseli, coagulum leporis, cinis cuculi, cra nium hominis, ossa humana nescientibus data potui, (valent etiam in arthritide) cornu alces, aqua gallitrici, theriacalis, agar. troch. semẽ palmæ Christi, vngula asini, vesica apri, ta lus, suillus cor talpe, flos angallidis rub. corallus, smaragdus, hyssopus, inquinatio oris è sanguine ægri, splen equi, cerebrũ cameli, & mustellæ, lapis pulli hyrundinis, oleum phyl. de ga gate, balsamum, de piperibus, de cucumere asinino naribus inditum, electarium Rasis, & quod sequitur.

R. ossis caluariæ humanæ unc. s. seminis pæoniæ maris, ra dicis eiusdem ana drac. ij. saluiæ, hyssopi, rutæ siccæ ana drac. i. flor. rub. anag. & borrag. ana P. i. seminis atriplicis drac. i. vngulæ asini, tali suilli ana drac. i. rasuræ eboris, cornu cer ui, coralli rubri ana ℈. ij diamarg. frig. et calidi ana ℈. i. fiat

puluis

puluis ex omnibus : deinde incorporetur in conſ. anthos & borrag.ana unc.i.s.mellis cum aceto ſcyll. cocti ad craſsitudinem unc.ij.theriacæ,mithri.ana drac. ij.

Pueros ſæpe uexat) *Pueris familiaris duabus de cauſis. Vna,ob multitudinem humoris & vaporum , vnde etiam in illis ſomnus multus,& profundus,ut ſcribit Ariſt.de ſomno & vigilia.Altera , ob vermium putreſcentium tetrum uaporem ad cerebrum aſcendentium,aut eorundem uiuorum,ſed materiam commouentium. Auicenna ſcribit,ab Epilepſia ferè tutos eſſe,quibus in capite fiunt vlcera apoſtemata,fluxus narium.Nutrici imperandus aquæ potus,ut etiam Ariſt.præcepit,vel hydromel,victus attenuans, abſtinentia à coitu,ne lac corrumpatur,aut eius materia alteretur,purgatio humoris peccantis, exercitium,electaria,lac aſininum,in quo cocta ſint, vel infuſa , quæ affectui conueniunt . Pueris verò puluis cum melle aut lacte , cauterium in poſteriore parte capitis , præſertim ſi ſint obeſiores , puluis inſperſus capiti. Grandioribus , clyſteres leuiter purgantes & attenuantes, ſyrupi , potio purgans , bolus . In vermibus , quæ necant vermes,vnguenta ex amaris admota non ori ventriculi , ſed vmbilico.Mithridatium eſt theriacam tanquam fortiora Galenus vituperat .*

Scapulis cum ſcarifica.) *Petrus Merenda ſcribit in comitiali morbo admodum vehementi,exiguo interuallo ſæpius repetente,nec aliis remediis cedente,ſe quàmplurimos per admota collo propè ſcapulas rubrificantia medicamenta,donec veſicæ excitarentur,breui temporis ſpatio ad priſtinum rationis vſum frequenter perduxiſſe, & ab acceſsionibus liberaſſe,qui deinde decenti curatione, ad integram ſanitatem perducti fuerunt.Sed hoc faciendum eſſe poſt purgationem, niſi morbus vrgeat.Sed neque hæc,neque ſetones,neque cauteria conueniunt circa caput,niſi morbus cerebro ſit eſſentialis,ut fiat diuerſio à cerebro .*

De Epilepſia per conſenſum à ſtomacho. Cap. XIIII.

SAnguis è *a* poplite , vel malleola , aut eodem *b* loco ſcarificatio:ſæpe repetita purgatio ex his *c* pilulis .

R.pul.hieræ picræ ℈.ii.agar. trochiſ. rhab. electi an. ℈.i.maſtichis,ſantalini citrini,macis,roſ.an.Gr.vi. cum

a Ad reuocandum curſum & prohibendã generationẽ.

b Si non detur ſecandi venam occaſio.

c Cũ cephalicis, tũ ſtomachicis.

succo citri fiant pilulæ : *a* aut idem puluis incorporetur in unc.s.catholici,ut fiat bolus.

Aut omnia dissoluantur in sero caprino, uel decocto cicerum rubrorum. Inungatur stomachus cum olei mastich.unc.i.corali rubri,& pul.rad.pœoniæ an.℈.ii. Corallus,radix pœoniæ, Iaspis uiridis, e collo suspendantur,ut contingant stomachum.

Cæterùm materiæ morbi habenda *b* ratio est.

Quibusdam enim *c* gracilibus & iracundis in ieiunio influit in stomachum ad modum sensilem sanies biliosa. Quibus panis per se,si non sitiunt, alioqui ex uino albo tenui,diluto, austeriusculo, aut uino granatorum remedio est.

Aliquãdo crapula in causa est. Nonnunquam humor crassus,& frigidus. His supradicti syrupi *d* incidentes cõueniũt.eadem quoq; *e* purgatio,& uomitus. Quòd si ex spiritu uenenoso, qui ex parte aliqua in caput attollitur,præliganda *f* pars est. Cucurbitula affigenda loco.

Locus *g* theriaca, mythridatio, contrita anagallide ruffa inducendus est,uicinia in uesicam attollenda ex sinapi,pipere,euphorbio incorporatis teriaca, uel melle anacardino.

Quod si locus præligari non potest,ut matrix, renes, cucurbitulis utendum erit cum scarificatione. Postea purgãdum *h* est. si fuerit opus. Et emplastra, ut priùs,ad regionem partis *i* apponenda.

SCHOLIA.

Epilepsia aliquando fit in cerebro tantum, sine vlla partium subiectarum concussione, sed solius capitis. Quod rarũ est, ab authore tamen annotatum & obseruatum in sacerdote quodam annos 30.nato. Illud Medicis visum est contingere maligna aliqua materia in dextro ventriculo contenta, præsertim cùm in dextram partem caderet. Sæpissime fit per consensum, tum ob caussas superius dictas, tum propter auram ex aliqua parte ad cerebrum sublatam. Cuidam Scoto ætate florente, pilo rufo, e sura dextra, veluti gutta crampa (vt vulgò appellant) incipiebat. inde totius corporis concussio cum spuma. Soluebatur vomitionibus biliosis, eoq; affectu

corripiebatur

a *Huc quoque spectãt catapotia ex rheo & aloe cõfecta*

b *Vt materiæ morbificæ generatio prohibeatur, tollaturq; collectio.*

c *Quibus latæ sunt uenæ.*

d *Vt oxymeli simplex & scylliticum.*

e *Ex hiera vtraq;.*

f *Vt aditus ad cerebrũ prohibeatur spiritus ille venenosus.*

g *Vnde, tollitur aura venenata.*

h *Pilulis iã præscriptis.*

i *Et, si hysterica sit mulier, hysterica erũt præscribẽda remedia.*

corripiebatur declinante luna ad interlunium. Monacho Parisiensi annorum 30. corpore nigro & piloso, è malè curato liene in febre continua vapor quidam menstruis interuallis cum tumultu exiliebat. Qui vbi ad sinistram mammam perueniat, modò pronus, modò supinus concidebat sine sensu & motu. Posteà confricatis aceto temporibus, oculos aperiebat, manu locum dolentem ostendens. Liberatus paroxysmo noctē consequentem insomnem ducebat. Carnotēsi adolescenti è minimo digito sinistro ad regionem cordis perueniebat: vnde palpitatio. Hinc ad caput, unde casus. Aura ascēdente manus cōuellebatur. Alteri Scoto incipiebat à tremore dextri brachij, ad mammam progrediendo. Inde conuulsio sine sensu, memoria, & voce. Reuocabatur cibo & potu, quæ non sentiens quoque deglutiebat. Multis fit primùm tremor & conuulsio brachij deinde capitis concussio. In adolescente Picardo annos nato 15. à torpore manus dextra initio accepto, contrahebātur tres primi digiti: index vt extendebatur. Ita cadebat obtorto brachio, & corpore inflexo. In alia, ab artic. humeri, mali initium: deinde tremor totius brachij: ex quo astricto dentium et casus. Multis à crapula, aliis à venere, aliquando à tumoribus commouētur conuulsiones epilepticæ. Sæpissimè ab vtero, vel ob imprægnationem uel retentionem aut corruptionē spermatis, vel secundinæ. Ab inedia etiam huic morbo inimicissima, vt quæ inter ea, quæ caput replent excellat, ut inde quoq; brachia, manusq; uehementem tensionem sentiant, & imbecillior stomachus grauiter offendatur, ut scribit Galenus.

Varia est horū omnium curatio. Ligatio suprà locum, sanguinis missio è uena proxima, cauterium, uel uesicatorium in parte affecta, ita ut uulnus diu relinquatur apertum, oxyrhodinum capiti affusum, frictiones in paroxysmo, fumigia, succus rutæ uel trifolij naribus impositus, uel, ut uult Apuleius, succus angallidis rub. cum melle, uel ireos, uomitiones uentriculo pleno (alioqui noxiæ, ut Galen. docet) sternutatoria post purgationem: in ieiunis, uel ira, melicratum, uel mica panis uino intincta: in uentriculo affecto, leuia medicamenta (nam à fortioribus semper læditur) pilulæ, opiatæ, pulueres à pastu, emplastra, sacculi, triphera persica in uteri affectibus, pessaria, eductio eius, quod retinetur, cor-

a *Quæ delirium est febris expers cum tristitia & metu sine causa manifesta coniunctum.*

b *Suo temperamento immutati.*

c *Non pituitam. Sanguis enim materia est humoris melancholici, tunc venenata qualitate affecti.*

d *Humoris sāguinei so boles per adustionem.*

e *Quorum suffusio stabilis est ex naturalis vitio œconomiæ.*

f *Per synatrismū seu collectionē.*

g *Per generationem.*

h *Et ij distentas habent sanguine uenas, cum habitu corporis extenuato, squalido & sicco.*

i *Ex melācholici humoris in hypochondrijs synatrismo. Hæc verò melancholia ructus & flatus cum dispepsia habet coniunctos.*

roboratio uteri: in grauidis, emplastrum pro matrice, unctio, sacculus, &c.

Agarici. *Non ita magna vis purgandi inest agarico, nisi in magna. Huic affectui mirum in modum conuenit, ventriculo infirmo, colicis doloribus, & similibus. Initio tamen phlegmaticorum morborum non exhibendus. Propterea Auicenna in horum curatione gradatim peruenit ad agaricum, cui suffragatur experientia.*

De a Melancholia. *Cap. XV.*

Melancholia nonnunquam uitio cerebri *b* & capitis, quod cum calidius fit, sanguinem *c* adurit, atque eo adusto fumi melancholici animum exagitant. Eiusmodi enim facie ferè sunt admodum rubente, rubore quidem saturato, & tandem liuescente. Quibus etiam aliquando adnascuntur *d* pustulę. Deinde etiam, qui flauo sunt *e* colore, quibus caput calidius bilem adurit.

Alii uerò *f* uitio lienis, aut *g* hepatis, melancholicum sanguinem toto corpore *h* colligunt.

i Tertium genus melancholiæ est, quæ hypochondriaca dicitur. Horum omnium signa & phantasmata ex libello de K melancholia Aetius trāstulit: quędam etiam Aurelianus annotauit in chronicis.

Itaque initio mali repellentibus utendum est oxyrhodino, aut mixta materia media, ut chamæmelino, & quæ de Soda dicta sunt.

l Phlebotomiam omnes ferè imperant, atq; in primo

K *Qui liber Galeno tribuitur.*

l *Ad declinationem causæ antecedentis, amotionem coniunctæ, temperamenti restitutionem, & superstitis materiæ præparationem.*

a *Melancholia scilicet quæ localem habet in cerebro generationem.*
b *Melancholia totius corporis & hypochondriaca.*
c *Medianam vulgò dictam, quà æquè vacuatur à capite, ac è toto corpore, ad generationem prohibendam & corrigendum symptoma.*
d *Vt fiant menstruales, & fiat humor, κατάρροπος, qui erat ἀνάῤῥοπος.*

mo genere *a* cephalicam: in *b* secundo ac *c* tertio, mediam præferunt.

Hippocrates in libello de uirginibus scripsit uirgines interim fieri melancholicas, resistente menstrua purgatione: idque multò magis, si utuntur amoribus. Idem quoque uiduis accidere consueuit, dum curis & mœrore animum conficiunt.

In his enim ex uehementi animi motu cerebrum laborat, atq; ideò infirmatur. Refluit ab utero ad cor sanguis uitiosus, atque ita animam corrumpit. His uena malleoli *d* aperienda est, aut idem locus per interualla, repetita scarificatione. Probatur etiam uena, *e* quæ inter annularem & minimum, uel medium & annularem digitum excurrit. Perseueranti malo uena in fronte diuiditur. Oportet autem latum *f* uulnus inferre uenæ, &, si quidem sanguis crassus est, semel ac plurimum detrahere.

g Alimenta è media *h* materia instituenda sunt. Panis triticeus bene coctus: uinum album, tenue, odoriferum. Omnino cruditas *i* uitanda est, & potus sine *k* cibo, uel in fine pastus.

Clysteribus per interualla utendum est: primùm quidem leuioribus, qualis hic est.

R. furfurum hordei M. i. summitatum anethi, chamæmel. meliloti, an. M. s. semin. rutæ, & fœnic. ana. drac. ii. Fiat decoctio ad lib. i. In colatura dissolue mellis anthosati, sacchari rubri an unc. s. ol. *l* unc. iii. Postea uerò decoctioni

e *Præstiterit medianā, aut basilicam pertundere.*
f *Vt exitū habeat crassior sanguis*
g *Hæc ad generationē melancholici humoris prohibendā pertinent. Cum hac verò victus ratione, lactis asinini vsus (si minus ob murmurent hypochondria) mirificè confert: Itē balneū aquæ dulcis egelidæ, diuturnius syr. uiolac. usus uere nouo.*

h *Neque imbecilli, neque forti. Dicuntur autem media, quæ sunt succi satis alibilis: vt pipiones perdices, vitulina caro.*
i *Quòd obstructiones pariat.*
k *Id in omni melancholiæ genere.*
l *Vel olei violacei.*

coctioni adiiciemus polypodii unc i.atq; aliquãdo dissoluemus cassiæ *a* aut cathol. drac. vi.aut hieræ *b* picræ unc s.uel diaphœnici,uel diapruni tantundem.

Ex quo materia *c* purgãda est. Sed præparanda priùs leuioribus *d* quidem remedii,quæ in Epilepsia diximus & capite de Incubo:cum his etiam.

R.succi borag. succi buglossi,depuratorum an.libr.ii. succi pamorũ odoriferorũ lib.iii.foliculorũ sennæ unc. iiii.sem.anisi, & fœniculi an.drac.ii. Senna distemperetur diem integrum in succis: deinde leuiter bulliat, & cum facchari libr.i.s.fiat syrupus clarificatus,& aromatizatus.Dosis.unc.ii. *e* cũ aqua buglossi, borraginis,lupulorum,fumariæ, cuscutæ, aut sero lactis. Melancholia leuiter,& per interualla purgari debet.Itaque foliculorum sennæ *f* unc.s. drac.vi. unc.i. in iusculo galli decrepiti,galinæ,pulli,aut alterius carnis,uel piscium decoquimus. Deinde sorbetur iusculum. Alioqui foliorum sennæ unc.s.sem.*g* anisi,cinamomi an.drac.s.florum anthos,& borraginis florum uiolarum an.P.i. fiat infusio, uel decoctio in sero caprino. Aliquando semunciam *h* cassiæ,aut catholici adiicimus. Galenus & reliqui Medici probant purgationem ex pul.hieræ picræ drac.i.pul. epithimi drac.ii.Sed hæc purgatio æstate non conuenit, potiusque utendum erit cassia,aut cath.dissol.in sero lactis.Decoctum,in quo medicamenta dissoluuntur, hoc modo melius fit.

R summitatum absynthii, & fumariæ an. P. i. trium florum cordialiũ an.P.s.Fiat decoctio,aut infusio suprà calidos cineres. In col. expressa dissolue *i* medicaméta.

Vbi uigiliæ urgent.poteris hoc imperare.

R.triferæ persicæ unc.s. specierum hieræ picræ Gal. drac.vi.epith.pul. foliorum sennæ an.℈.iiii.cum modi-

co

a *Vel utriusq; vnc. s.*
b *In opiata, non in puluere.*
c *Vsu clysterum melancholica collectio vacuanda.*
d *Vt decocto polypodij, lupul. scolop. borrag. radicularum aperiẽtium, cũ syrupo capill. ven. de bisantiis, oxymel. scyllitico, modò in hypochõdriis non sit synatrismus*
e *Vel vnc. iij.*
f *In singulas doses.*
g *Vt discutiantur flatus, quos sẽna excitat.*
h *Vt R. cass. recens extractæ vnc.s.f.bolus. Detur, & superbibat dilutum drac. iij foliorum sennæ in decocto prunorum damascenorum infusorum & ebullitorum.*
i *Vt Triferam persicam, si sit contumacior humor.vel infunde folic.sennæ drac.i.s.dissolue catholicum, cum dupla senna & rheo.*

co ſacchari uiolati, fiat mixtura. Doſis ad unc.s. diſſolutã in ſero caprino. Pulueres quoque ſubinde imperandi ſunt, & condita, ut.

R. pul. elect. lætificantis drac.iii. ſacchari roſati, & uiolati an. unc.s. detur drac.iiii. in cochleari cum modico uino albo odorifero: Aliud.

R. elect. letificantis *a* & diamargarit. an. drac.ii. citri: mellonum, cucumeris, citrulorum an ℈. i. macis, ſpicæ an. ℈ s. ſacch. roſati, quod ſufficit, fiat mixtura: aut ſi uis, incorporentur in conſ. borraginis, bugloſſi, roſ. an. unc.s. Fiat conditum *b* Balnea temperata per interualla conueniunt.

Cucurbitulæ leues in hypochondriis, quæ diſcutiant flatus: atque ubi dolor eſt, cum *c* ſcarificatione. Vbi uerò pertinax morbus eſt, ſecãdæ *d* uenæ capitis *e* & ſanguiſugæ affigendæ. Aperiendæ infernæ *f* purgationes, uis pharmacorum augenda *g* eſt, imperandaque hiera diacol. quę epithymum, aut ſennæ puluerem, deinde etiam quæ helleborum recipiat.

Helleboriſmis *h* quoque utendum eſt. Nec enim fruſtra dictum eſt ab antiquis indigere helleboro, qui mente non ita conſtarent. Itaque ſic imperabis.

R. pul. hieræ diacol. ℈ iiii. pul. epithymi, & foliorum ſennæ an. drac.ii. Excipiantur modo melle. Deinde ſero caprino diſſoluantur. Fiat potus.

R. ramentorum *i* hellieb. unc. i. Fiat infuſio per tres dies in aquæ pluuialis unc. iiii. deinde lento igne decoque ad tertias. Col. addantur mellis optimi deſpumati unc.ii. Huius mellis cochleari puluerem hierę diacoloc. miſcebimus.

Reliquũ mel ſeruabimus, & per interualla cochleare dabimus

a *Rhazis li. 5. Continentis, & lib. 9 ad Almanſorem.*

b *Confectio alkermes cũ quadrupla borraginis cõſeruæ ſit tibi omnis inſtar conditi. Vt R. confect. alkermes. vnc.i.s. conſer. borrag. vnc.iij.ſ. miſtura. Detur ad magnitudinem nucis auellanæ.*

c *Hæc ſcarificatio inutilis.*

d *Recta frõtis aut uena puppis, quæ in occipitio eſt.*

e *Hæc potiſſimum locum habent in melancholia, quæ localẽ habet in cerebro generationem.*

f *Vt hæmorrhoidum, menſtruorum, ſi ſuppreſſa ſint.*

g *Vt æquali medicaminum exceſſu contrarius naturæ exceſſus abigatur.*

h *Purgationibus ex helleboro albo, aut nigro.*

i *Albi quidem, ſi pugnandum ſit cum ſymptomate: nigri, ſi cum ſynatriſmo.*

a *Ex helleboro albo. Cæterũ non datur hellebori substãtia, sed eantum dilutũ, idq; ad ℈. ij Neque hic quidem omnib. ut nec pueris, nec senibus.*

b *Aut decocto stomachico.*

c *Ex pice naual. unc. iiij. olei rutacei. unc. i.*

Μελαγχολία.

dabimus, dissolutum in pingui iusculo, ut incitetur *a* uomitus. Alius helleborismus.

Raphanus acerrimus in taleolas diuidatur. Ramentorum hellebori drac. iii. Taleolæ configuntur, transfixas sub dio per noctem collocabis. Postridie ramenta detrahes, & ita diligéter, ut nihil remaneat hellebori. Ex quo taleolas in oxymelite, tribus horis macerabis maceratas comedes, & oxymel superbibes.

Post horas aliquot uomitum ciebis. Quòd si uenter flatuosus est, fouebis *b* oleo, in quo rutæ, anethi, dauci, cumini, & similium semina coxerint. Eadem semina in puluerem redacta, adiecto, piperis & cina. momẽto, melle anthosato excipies, & ita exhibebis.

Dropax *c* calidus proximè descriptus breuibus interuallis uentriculo affigetur, & toti metaphreno.

SCHOLIA.

Melancholia differt à Phrenitide, quia sine febre est, & furo re[illegible] Mania, quia cum metu & tristitia. Fitq; vel ab intemperie frigida & sicca, & humore melancholico eiusdẽ tẽperiei, siue cerebro primariò affecto, siue à toto corpore, siue ab hypochõdriis. Quæ postrema flatuosa magis est. Atque hæc est vulgaris omniũ ferè sentẽtia. Quæ tamẽ ita accipiẽda nobis haudquaquam videtur, quasi nulla melancholia cum febre sit, aut ab intemperie frigida semper oriatur. Experientia enim constat in febre hominem melancholicum sæpe reddi, aut post febrem, vel alium morbum. Dico timidum, tristẽ, sine furore, multa falsa, ridicula, & ab omni ratione aliena animo mouentem, læsa imaginatrice, & ratiocinatrice facultate. Quæ propria sunt melancholiæ symptomata, neque Phrenitidi vera, neque maniæ, neque παραφροσύνῃ communia. In febre ardente Burgundus quidam Lutetiæ multis clarissimis Medicis astantibus mortuum se affirmabat simul cũ fratre ibi decumbente. Precabatur Medicos ne amplius animæ impedimento essent, quo minus è purgatorio euolaret ad Deum. Aliquando imitabatur moribundum, quasi efflaret animam mouebat, vt spectarent expiratum: postea summo timore, & omnium desperatione corripiebatur. Tandem opportunis remediis adhibitis, & hæmorrhoidum profluuio liberatus

ratus

ratus est. Alius itidem se mortuum, & sine animo putabat ob idq; cibum omnem reformidabat, quòd mortuos edere negaret. Tandem optimo consilio effictum cadauer, mensæ accūbens, cuius exemplo cibum sumpsit. Multa similia quotidie experimur ex quibus intelligi potest melācholiam sæpe fieri, uel calore resoluto, vel calidiore cerebro, aut corpore colligente melancholiam, non adurente tamen: alioqui in Maniam degeneraret. Humor enim hic, vel à partis intemperie generatur, vel relinquitur post inflammationes, uel crassior in obliquitate venarum inclusus ac torpidus malignam aliquam qualitatem contrahit, & vapore atro (est enim maximè vaporosus) spiritus vitales, & animales inficit, vnde metus, tristitia, palpitatio cordis, inflatio carotidum, pulsatio in multis corporis partibus, aluus dura, macies corpore refrigerato, & cogitationes somniantibus similes consequuntur. Qui si in cerebro obstructionem fecerit, Epilepsiam: si in mentem repat, vt ait Hipp. id est, cerebri & spirituum temperamentū mutet, melancholiam procreabit. Ob idque ab vno horum duorum morborum in alterum facilis est mutatio. Sunt tamen duo perpetua, & pathognomonica signa, metus & tristitia sine causa. Quæ à solo humore melancholico pendent, siue per se, siue aliis mixto, superante tamen, vt neque de materia, neque de parte affecta dubitare possimus. Sanguis enim, cum mobilis sit suauis, & lucidus, hominem potius in spem erigit, ac lætitiam & comitatem inducit. Bilis, acrimonia, calore & mobilitate, præcipitem hominem efficit, & ad sæuitiam, non metum prouocat. Adusta, σφεδρὰ καὶ, θηρηώδης. Melācholia colore atro timorem ac tristitiam: firmitate & crassitie, in opinione suscepta, quantumuis ridicula, constantiam affert.

A toto corpore fieri intelligemus ex causis præcedentibus, signis melancholici sanguinis in toto corpore apparentibus, victus ratione, missione sanguinis crassi, tempore anni, regione, ætate, declinante, temperamento, mensibus aut hæmorrhoidibus suppressis, varicibus curatis, corpore gracili, nigro, hirsuto, venarum latitudine, distentione ob flatus, sanguinis copia, curis, laboribus, uictus ratione tenui, sordida. A cerebro verò, si mœror, & tristitia perseuerarint, sine tali corporis constitutione.

Conueniunt

Conueniunt clyster (Nam in omnibus aluus astricta est & flatibus distenta) sanguinis missio, syrupi, purgatio, cremor hordei, veratrum, opiatæ, epithemata, sacculi, inunctiones, fotus, topica, balneum, lotiones capitis & pedum, cauteria, trepanum, masticatoria, sternutatoria, errhina, embrocationes. Humida lætificandi vim habentia, & spleni propria. Valet ad melancholicos cum metu, & anxietate electarium sequens authori vsitatum.

R. emblic. dr. x. rosa. dr. vi. caryophyl, nardi, cyperi, asari, mastichis, ana drac. iij. cinamomi, zedoariæ, ana drac. ij. nucis mosc. macis. carda, camph. moschi ana drac. i. syrupi rosa. vel mellis ros. q. s. fiat elect. Dosis drac. iij. cum liquore conuenienti.

Tertium genus) *Hypochondriaca melancholia non fit à succo frigido sed fumis malignis & acrioribus ad cerebrum elatis. Quando scilicet venæ mesaraicæ inter ventriculum & hepar ardore quodam efferuescunt, & obstructione aliqua laborant, vnde humores ciuili & melancholici illic conclusi flatus multos procreant, & ad caput elati melancholica symptomata ac difficultatem anhelitus. Percipitur rugitus, & veluti murmur quoddam (est enim hoc signum maximè proprium) circa hypochondria, modoq; incipit ab hepate, modò à liene, cum humor ille inter lienem & uentriculum subsistit in venis. His enim duobus locis fieri potest vel ab intemperie, uel obstructione, uel ab utroque. Contingit frigido uentriculo existente, & calido hepate. Inde sequuntur cruditates, refrigeratio corporis & sanguinis, macies sudor, plurimum sputum, sed imprimis, ut dixi, perpetui rugitus circa hypochondria, & somnia turbulenta cum metu, & tristitia. Quibus duobus signis collegimus morbi essentiam in nobilissima muliere, quam Medici alij frustra curauerant, ut imbecillitate stomachi laborantem. Summa erat macies, uehemens extremarum partium frigus, sibilus auris sinistræ, somnia turbulenta. Curatio absoluta fuit minoratiuo ex Cathol. & diaphœn. syrupis & apozematibus melancholiam ad expulsionem præparantibus, fotibus hypochondriorum, unctionibus, pharmaco ex hiera diacoloc. Potest etiam fieri hypochondriaca melancholia à partibus inferioribus*

crudi

uentris,

ventris, quæ calida intemperie laborant, vel effusa bile atra per mesenterium, & partes uentris, magno intestinorum calore adurente chylum. In cruditate optimum, arctius ventriculum ligari, vt flatus impediantur, & melior fiat coctio.

Hellebori) *In hoc duo cauenda. Primùm, ne detur in substantia, sed vel in decoctione, vel infusione, idq; post vniuersalem purgationẽ. Alioqui conuulsionem affert, vel iugulat. Deinde, ne misceatur myrabolanis, aut adstringentibus, ne diutius retineatur in corpore. Ex hieris accommodatæ sunt tantum huic affectui, quæ veratrum, aut colocynthidem recipiunt. Sed in constitutione humida tãtùm, & pituitosa, quia nimis exiccant. Hiera logodium, qua utebatur Ptolomæus rex ad omnia uitia melancholica, probatur Alexandro.*

De a Catharro. Cap. VIII.

CAtarrhus nomen generale *b* defluxus, aut destillatio est. Nam καταρρέω uerbum id sonat. Peculiariter fluxio est à capite in fauces. Catarrhus uerò alius pituitosus, tumque distentio est, faciei pallor, frigiditas capitis, ad somnum inclinatio, piger motus *c* hebes anima, & sensus. Voxque *d* per nares obmurmurat, intercepta uia. Adde *e* temperamentum, locum, anni *f* constitutionem, rationem uitæ, urinæ quoq; crudiores sunt.

Alius calidus est, ferè à pituita salsa, aut alioqui acri humore. Hic totius capitis *g* dolor est. Rubent *h* oculi, interiores partes oris *i* exulcerantur. Adde & cætera externa, & urinas magis coloratus. Catarrhus aliquando per uenas & arterias diffluit in corpus. Hic ferè ceruicis, scapulatum membrorum & lumborum *k* dolor est.

Catarrhus, *l* ubi leuis est & frigidus, fotu *m* capitis, sed sine frictione, ex linteis calentibus, ut calor in profundum *n* subeat, leui gargarismo, caput purgiis curari potest. Ita tamen fouebis caput, ut nullo modo frices. Nam

a *Propriè & catachristicωs vsurpato.*
b *Fluxus humoris à capite in totum corpus aut aliquã corporis partem.*
c *Ingenij tarditas.*
d *Quòd uocalis materia non habeat liberũ exitum faucibus interceptis.*
e *Frigidum & humidũ.*
f *Frigidam, humidam, aquiloniã.*
g *Ab humorum acrimonia & meatuũ obstructiones.*
h *Suffusione subtilissimi humoris & caloris secundum meuynges.*
i *Serosi humoris acrimonia.*
k *Et paraplegiam inducit.*
l *Generatione causæ & symptωmate.*
m *Vt sacculis ex milio, furfure & sale.*
n *Atque humorem concoquat.*

Nam in Catarrhis frictione capitis non est utendum.

Leuis medicina.

a R. rosarum M. j. fiat decoctio in aqua & modico aceti, unde leuiter colluat os, uel utatur modico conseruæ rosarum, & syrupi de rosis siccis. Caputpurgium.

R. seminis nigellæ romanæ drac. ij. seminis drac. j. cõquassata frigãtur in sartagine, cum leui aspersione aquę maioranæ. Fiat nodulus: *b* applicetur naribus. Quòd si resistat uenter *c* semunciam cassiæ quarta partẽ *d* horæ ante cibum imperabis.

Vbi uerò *e* calidus est, sed leuis balneum aquæ dulcis sat esse potest, ubi corpus non fuerit neque plethoricum, neque cacochymum, aut inunctio capitis, aut frontis, è rosaceo è caseo molli, & recenti, è cauliculis lactucarum subactis, è posca, Sacculus è rosis. Quod si purgatio imperanda est, quia resistit aluus cassiam *f* mannam imperato.

Vbi uerò *g* uehementior Catarrhus est, *h* maiora remedia ex usu sunt. Quòd si ex uehementia Catarrhi, quod sæpe fit, *i* præsens suffocatio imminet, clysteribus K acriusculis statim utendum. In quibus hieræ picrę semuncia dissoluta sit.

l Quòd si corpus *m* sanguinem & bene carnosum est, uena in brachio angusto *n* foramine aperienda est.

Cucurbitulæ magnæ scapulis & brachiis affigendæ. Totus thorax ex oleo de liliis, de lino, amyg. dulcium. chamæ butyro recenti, *o* cocta radice altheæ cum axungia

a *Gargarismus ad fluxum in asperam arteriã aut nares prohibẽdũ.*

b *Vel maioranæ succus per nares è uola manus educatur.*

c *Ne suppressa aluo, augeantur capitis symptomata.*

d *Ne in alimentũ uertatur.*

e *Vt si quis in sole iter fecerit.*

f *Modò non sit æger πικρόχολος ἀνήρ.*

g *Generatione, causa & symptomate.*

h *Qualitate contraria & utendi assiduitate.*

i *Materiæ in pulmones prolapsu.*

k *In quibus vis sit ex alto reuocandi ac reuellendi.*

l *Ipsiusq; catarrhi qualitas ægri naturæ sit consentanea.*

m *Ad prohibendam generationem materiæ reuulsionem & funesti symptomatis correctionem.*

n *Ne spiritus, natiuusque calor dissipentur, qui cum catarrhi materia pugnant.*

o *Hæc sub cineribus stupa inuoluta coquitur.*

gia gallinæ, uel ſimili, uel butyro malaxata *a* inungendus eſt. Gargariſmata, *b* quæ reprimant fluxionem, Caputpurgia, Frictiones & uincula, quæ eandem diuertãt, imperanda ſunt. Vbi uerò *c* nullum tale accidens interturbat curationẽ catarrhi, frugalis *d* uita imprimis imperanda, cœna nulla, aut pauca, declinatio *e* à uentis, ſolis & lunæ. 33. radiis, abſtinentia à *f* uino & rebus uaporoſis, à *g* ſomno diurno, qui etiam noctu breuior eſſe debet. Vtantur hordeato, auenato, ubi reſiccandum eſt. Conuenit *h* orizogala, amyg. cum ſacch. roſ. ubi retinenda defluxio, incraſſanda & coquenda. Aqua frigida ore colluta in calidis: ſubtepida in frigidis fluxionibus, conuenit.

a Ad eius coctionẽ, quã excepit, materiæ, & eiuſdem excluſionem.
b Cuiuſmodi ex ſyrupo myrtillorum cum decocto plantag. hordei.
c Vt cum ſuffocatio non eſt in metu, ſed ſolius catarrhi curationis eſt habẽda ratio.
d Vt aſſuetæ uitæ portio deducatẽ.
e Quia humores fundunt.
f Quia exprimunt.
g Ratione fluxionis nõ materiæ.
h Qui corrumpit non concoquit.

Secunda menſa carne cydoniorum, piris auſteriuſculis & coctis, poſt etiam coriandro uti oportet, ut confirmetur uenter, & fumi prohibeantur. In frigido, uino quidem uti licet, uerò medico. In paſtu medio non frigido, ſed refracto, aqua ſubtepida, aut pane toſto. Clyſterum uſus, ſed *i* mollium probandus eſt. Phlebotomia à Græcis ferè omiſſa eſt & Arabibus, niſi ubi ea adſunt, *K* quæ Meſues annotauit in hoc capite.

Purgationes initio leuiores, qualis eſt caſſia ad ℥.j. aut drac.x. imperata, ac per interualla uſurpata, cui aliquando in fluxione calida addere licet elect. de ſucco roſ. ℈.ij. Iam progreſſo morbo, & ubi ſigna coctionis apparent. poterit catholicum imperari ad drac.vj. adiecta infuſione ℈.ii. agarici, & drac.s. rhab. Nonnunquam etiã in his catarrhis imperamus rhab. infuſi ℈.iiii. pulueriſati uerò ℈.ii. qui diſſol. in hac decoctione.

R. paſſul. hordei ana P. j. trium florum cordialium, liquiritiæ raſæ ana drac.ii. fiat decoct. pro una doſi, in qua diſſol. rhab. &c. ut dictum eſt. Poſt hæc etiam iam bene maturato morbo *l* fortioribus uti licebit, qualia in Gatinaria.

i *Si non adſit capitis dolor.* K *Ne incitetur catarrhus.*
l *Quatuor hæc ſunt corporis plethora, generatio ab hepate calidiore & ſanguine ſubtiliſſimo, prolapſus in partem cuius officio uita carere nequit, febris coniunctio.*

a Vt diacarthamo. Gatinaria. Peculiaria uerò remedia alia *a* continentur ore: alia *b* deuorantur: nonnulla *c* naribus applicantur: eaque aut retinent, aut leniunt & coquuntur, aut repurgant. Retinent, ut.

b Ad infringendum.

c Ad leniendum.

d Ad deriuandum & & cerebrũ recreandũ.

℞. ros. hordei, agrimoniæ anã P. i. sem. plantag. pap. albi, portul. ana drac. i. fiat decoctio ad ℥. iiii. In col. disso. diamori ℥. i. uini granatorum ℥. s. Aliud.

℞. aquæ hordei nõ excorticati ℥. iii. dianuci ℥. i. Ali.

℞. iulep. ros. unc. iii. syrupi myrtillorum ℥. i. Aliud.

℞. aquæ rosarum ℥. iii. camphoræ ℈. i. Aliud.

℞. corticum papaueris albi, rosarum siccarum an. P. ii. boli armenæ drac. ii. fiat decoctio. Hæc ore continemus, & inde os leuiter colluimus. Alioqui fiunt pilulæ, quæ in ore continentur.

℞. bolli armenæ lotæ cum aqua ros. terræ sigillatæ lotæ cum decocto papaueris an. drac. i. elect. diatragacanthi frigidi cum oui albumine disso l. unc. s. cum modico syrup. ros. de siccis. Fiant pilulæ ad magnitudinem lupini. Aliud.

℞. anisorum, coriandri præparati an. drac. s. macis, cinamomi, spicę, ireos coralli rubri an. ℈. i. sem. papa. albi in uino cocto macerati an. ℈. i. gummi tragacanthi, mastichis an. drac. i. omnia incorporentur in succi liquiritiæ ℥. i. cum leui assusione syrupi myrtillorum. Fiant trochisci pondere drac. s.

Possumus uti solo tragacãtho, terra sigillata, & in frigido catarrho spica. Vbi leniendum est, glycyrrhizæ succus maximè conuenit, aut decoctio pectoralis, ut decoctio pectoralis Rhasis.

Decoctio pectoralis ex Rhaze. ℞. iuiubas N. xx. sebesten xxx. passul. enucleat. ℥. i. uiol. siccarũ unc. s. liquiritiæ rasæ drac. v. caricas x. Fiat decoctio in tribus libris aquæ, dum redeat ad unam. Adde, si uis, semen bombacis, capillorum uen. & alia, quæ incidunt, aut repurgant.

Post initia, utendum est elect. diaireos, commiscendumque est diatragac. unc. i. Quale hoc est.

℞. diatragac. frigidi unc. i. diaireos simpl. unc. s. fiat pul. Teneat in ore. Verùm, ut minuitur Catarrhus & maturatur,

curatur, plus diaîreos miſcendum erit. Retinendũ eſt, cum fluxio uehementior, & periculoſior. Aut etiam ubi leuis eſt. Sed hic ferè ſine purgatione corporis, illic poſt purgationem. Vtuntur ſuffumigiis, quale hoc eſt.

℞. olib. ſandaracæ an. dra. ii. fiat decoctio in uino ad ſtringente, excipiatur fumus. In frigida.

℞. ligni aloes, coſti an. ℈. ii. galliæ moſchatę dra. s. olibani, ſandaracę an. ℈. i. cum ſtyrace liquida fiant pilulæ, & ſuper prunas ſuffumigium. In calida, ſuffumigia fiunt, hoc modo.

℞. ſantali citrin on. s. roſ. uiolarum an P. ii. fiat decoctio in aqua, & inde ſuffumigium. Vtendum quoque pomis odoratis eſt, ut prius. Cucuphis & aliis rebus roborantibus cerebrum. Ligatione in duobus digitis manus dextræ, ſtuphis ſiccis, poſtremo etiam cauterio hoc modo. Radatur caput in ſyncipite medio, qua parte ſutura coronalis eſt, fricetur locus calente linteo. Sinapiſmus, aut phenigmus applicetur, ueſicę excitentur & diu contineantur, ut fluant. Caules itaque ad ignem tabefactos axungia porcina inunges, & ſuperpones loco. Quibus ſi nihil proficitur, cauterio utendum erit.

SCHOLIA.

Nulla ferè corporis humani ægritudo eſt, quæ non defluxione humoris alicuius è capite, aut excitari, aut incrementum accipere poſſit. Atque id generalius ſumpto nomine, catarros Græcis appellatur. Propriè tamen cùm in nares defluxio fit, coryza: in fauces, branchos, in gurgulionem, ſtaphylì, & κιων, dicitur. Cauſas omniũ, ſigna, & remedia perſequi, longius eſſet, quàm pro inſtituto. Hoc admonuiſſe ſatis fuerit, diſtillationem eiuſmodi, non ſolùm, ut multi ſcribunt, à cerebri intemperie frigida, & humida, aut ab omnibus, quæ replent caput, originem habere. Nam ſæpe calidius cerebrum plus uaporis attrahit, qui deinde, ut in aere pluuia, ſuperueniente frigore concreſcit, atque exprimitur, calore & ſiccitate, uelut quodam naturæ circuitu tandem abſumitur. In omnibus tamen capitis repletionem eſſe certum eſt, quæ hanc defluxionem parit, idq; à uaporibus alimenti, humorũ, viſcerum vitio, caloris capitis imbecillitate, quia non conſi-

cit alimentum, aut uapores non dissoluit, defectu alimenti proprij, atque inopia, ut in uentriculo. Sed duo perpetua ferè sunt huius mali seminaria, calidius hepar, uentriculus frigidior, adiuncto partium mittentium meliore, cum imbecillitate recipientis, quibus additur, pulmo, uterus lien, &c. Aer deinde externus, frigidus quidem, aut exprimendo, aut calorem intrò cogendo, calidus uerò & austrinus, caput replendo, & humores liquando, ac dissoluendo. Frequentius tamen materia cerebro conclusa per æstus in superficiem, perfrigora, in medium corpus, & partem imbecilliorem delabitur. Cutis quoque densitas & alus astrictio plurimùm accelerant catharrum.

In calido, uenæ sectio aliquando conuenit, diuersio per clysteres, leuis purgatio, gargarismata ad astringendum. Errhina ad diuertendum, fumigia ex ligno aloes, beniouino, styrace, olibano. gallia moschata, sandaraca, carioph. lauro, baccis iuniperi: in calido, uapor humidus ex aqua ros. uiol. santa. camphora, sacellationes, formulæ in ore, incrassantia, alterãtia, in frigido, magis cõstringẽtia, & calida, pilulæ, theriaca, cucuphæ, sacculus siccans, inspirationes incidentes, poma odorata, exulceratio in interiore brachio, seton in syncipite medio, qua parte coronalis pilus raditur, frictio, sinapismus, phenigmus, uesicatoriũ, cauteriũ, frictiones vicinarum partiũ & capiti consentientiũ, meliores, quàm capitis, nisi bene puro corpore, ordo à crurib. ad spinã, brachia, ceruice, iugulares, post aures, occiput, synciput frictio capitis cũ spõgia.

Vapor non modo prohibendus in fine pastus, sed dum fit cõcoctio. Tum enim eleuatur plurimus, ut ex ructib. apparet. Quo tempore fluxio excitatur, magis stipticis utendum, ut uesperi, manè uerò lenientibus, coquentibus, expurgantibus thoracem. Galenus sub finem 6. Epid. scribit Catarrhum, Asthma, Conuulsionem sanari febre, ut inde intelligamus calidis & siccis potius in hoc affectu esse utendum. Assuescendum emungendis naribus potius, quàm expuitioni. Quia per nares crassa & tenuia expurgantur sine damno reliquarum partium, per os tenuia tantum, & cum periculo pulmonum, ac uentriculi. Adde quod consuetudine facta expuitioni, per somnum, & occupato animo materia in inferiores

riores partes ab ore delabitur.

Cibi parcitas presertim uespere, panis sicci esus, declinatio nocturni aeris, & radiorum lunæ, potus paucus, presertim materia existēte, cruda, quo tempore situ quoque minor est. Supinus decubitus oculis confert, sed catarrho noxius. Pilulæ Mesuæ de cynoglossa ualde auctori probatæ, sed quarum non vna est apud omnes descriptio, conserua quoque rosarū cum mastiche, bolo Armenæ, syrupo myrtillorum, terra sigillata, & quod sequitur.

Rec. anisi, coriandri, an. dra. s. macis, cinnamomi, ireos floren. coralli rubri, spicæ nardi, ros. rub. an. ℈ 1. mastiches. ℈ ß. gummi, drach. malax cum aqua ros. dra 1. omnia incorporentur cum succo liquiritiæ. Fiant trochisci ponderis dra. 1. teneat sub lingua.

Ad destillationem uuæ & faucium, fumigium.

Rec. styracis liquid. ficuum pinguium florum amygd. seminis hyoscyami an. dra. iiij. Cum ficu, & styrace diu terendo incorporentur. Fiant trocisci Ter in die, manè, in meridie, & vesperè fiat suffumigium. Deinde interpositis tribus diebus idem fiat.

De a Ophthalmia. Cap. XVII.

OPhthalmia, inflammatio est eius tunicæ, quæ corneę adnascitur. Coniunctiuam b uocant. Hæc producitur à pericranio, à quo uasa deducuntur in oculum, per frontem mediam, & tempora. Itaque ferè superficialis inflammatio est cum rubore, dolore, tensione, quæ ut augentur, ita affectus magnus est. Exiguus, ut minuūtur. In exigua c inflammatione, maioribus d remediis non est opus. Sed rosarū succo, oui liquore tenui, aqua ros. aut plantaginis, lacte mulieris, uel asinæ curari potest. Oportet hos succos instillare oculis, eosdē cōtegere pāniculo lineo, iisdē liquoribus insuccato. Postea uero iam declināte malo, santalos citrinos, modicū macceris, aut spicæ in aqua rosacea feruefacta e adhibebimus.

Vbi uerò f grauius malum est g phlebotomia, arteriotomia, cucurbitula, sanguisugæ, scarificatio, purgatio, cauterium, paracenthesis, fortiora collyria, & localia h remedia instituenda sunt.

a Humida non autem sicca.

b Quòd connectat oculum cū sua orbita.

c Cuius generatio est affluxus materiæ nō est perennis.

d Vt phlebotomia purgatione.

e Ad humoris concocti digestionē.

f Perēni generatiue affluxus cā & symptomatū uehementia.

g Ad generationē prohibēdā, materiæ cursū reuocandū, causamq; coniūctam amouendā.

h Cuiusmodi sunt frontalia, vulgo dicta.

a *Vt si morbi species, magnitudo, causa & symptoma desiderent, & ex affluxu materiæ ab orgasmo magna sit ophthalmia* b *Vt calor cõtra naturã euanescat.* c *Sepe ad lipothymiam vsque.* d *Ad reuocãdum fluxũ.* e *Quinẽt occipiti & toto capiti sũt cornicula affigenda.* f *Vt fiat reuulsio & euacuatio manifesta materiæ ĩ oculũ fluẽtis* g *Quod minus dissipẽtur spũs.* h *Idẽ Gal. cap. vltimo lib. de cur. ration. per sang. miss.*

Phlebotomia, ubi *a* cætera consentiũt, ut ætas uires, tempus, regio, &, si dolor urget uehementius, ac rubor & tensio maior est, subducta sponte sua, uel molliori clystere aluo, Cephalicam aperito eiusdẽ lateris: *b* amplo uulnere, & quãtum tolerant uires *c* sanguinem educito. Tum si fuerit opus, paululum recreatis uiribus, & leui pharmaco purgato corpore. Hipp. de locis in homine metuit, ne fortiori pharmaco humores corporis agitati confluant in oculos. Quod consilium multis è recentioribus Medicis probatum est.

Itaque si biliosus sanguis est, quem ferè dolor acerbior sequitur, rhab. cassia, manna, catholico, electario de succo rosarum, Hiera picra uentrem subduces. Dissolue æstate in sero lactis, decocto uiolarum & hordei. Reliquis tẽporibus, in decocto pectorali. Fortiores sunt pilulæ aureæ, pilulæ lucis. Hiera diacolocyntidos.

Si pituita, ex hiera picra, pilulis elephang. agarico mixtis formentur pilulæ. Diaphœnicon quoque ex usu est, pilulæ fœtidæ, & cocciæ.

In melancholicis, hiera Ruffi, hiera diaco. addito epithymo, aut foliis sennæ. Per interualla, clysteres & suppositoria loco purgationum esse possunt. Alioqui reuocandæ sunt purgationes. Iam bene purgato corpore.

d Cucurbitulæ scapulis, & initio *e* ceruicis figendæ sunt, ubi & *f* scarificatio conuenit, si quidem locus admixta cucurbitula uehemẽter intumescit, atque ubi grauitas est capitis. Perseuerante malo, uena frõtis, uel quẽ syncipite apparet, quæ post aures, quæ in temporibus, in quibus ea eligenda est, quæ tumet, rubet, pulsat magis cæteris. Reliquias inflammationis uacuat ea, quæ ad maiorem angulum est. Loco phlebotomiæ nonnunquã hirundines inducũtur. Cartilago quoque auriculæ scarificatur. Quæ uena ad policẽ uergit, mediæ ramus est, quæ initio secta plurimum diuertit, & uiribus *g* minus detrahit, quã secta cephalica. Arteriotomia locum habet, ubi calidius & spirituosus sanguis est. Huius rationem describit Galenus ad *h* finem 14. Methodi medendi, & Mesues cap. de ophthalmia, Cauteria tamen ad coronalem

futuram.

futuram, ut prius post aures in occipitio, è regione oculi laborantis in ceruicis initio imprimi possunt.

Paracentesis fit hoc modo. Prehendes digitis cutem cum carne quę initio ceruicis ad cauum occipitii: tũ acum traductam filo serico satis crasso transfiges. Et ita locum peruium ad triginta aut quadraginta dies per mittes, per interualla sublato, ac deinde reposito filo. Topicis uero hoc modo utendum est. *a* Initio quidem reprimendum: *b* augmento, aliquid coquentium & reprimentium miscendum est. Vt uerò procedit morbus, hæc augenda sunt & minuenda, quæ reprimunt. Postremo roboranda pars est. Fouentur itaque *c* oculi ex decocto uiolarum, rosarum, sem. psilii, papa. albi, corticis radicis mãdragoræ, foliis populi, salicis, rubi, myrti & similium, distincta ratione ex natura humoris, qui fluit.

a *Cum materia fluit, & tãtũ pars calet et rubet.*
b *Cum materiæ pars aliqua fluxit.*
c *In fluxionis initio.*

In augmento, decocto maluarum, altheæ, cydoniorũ, adiecta modica quantitate eorum, quę reprimunt.

Procedente morbo, flores chamęmeli, anethi, meliloti miscendi sunt. Postremo etiam fœnugræci decocto. Vbi reprimendum, aqua communi, aqua rosarum, aut plantaginis decoctio fit.

In augmento, lacte, postea etiam uino diluto.

Itaque ubi topicis utendum est, fouendus locus decoctione frigida, aut tepida, si leucæ adsunt, & pertinacius inhæret pituita, tum *d* medicamentum oculis instillandum. Postea gossipium madefactũ in liquore conuenienti linteolo lineo inuoluitur: linteolum similiter insuccatur, & ita oculo insternuntur: tum ita alligantur fascia, ut ne oculus grauetur, aut doleat.

d *Si calida sit materia.*

Oportet enim quæ oculis adhibẽtur, læuia esse, mollia, præterea sine morsu, sine emplastica & uiscida natura, quæ pertinacius inhęreat, & celerius indurescat.

Quater in *e* die remedia innouantur, aut etiã sæpius, si urget dolor. Quòd si per *f* exteriores partes, quod sæpe fit, fluxio est, frons & tempora reprimente emplastro inducenda sunt.

Conueniunt itaque initio *g* aqua rosarum, oui li-

e *Imo decies*
f *Vt secundum pericranium tunicã.*
g *Ad reprimendum.*

quor tenuis, lac muliebre, aut asinæ. Succus rosarum, cõserua rosarum. cum oui albumine, muscillago sem. psilij, & similia. Vel hæc composita.

R. succi mororum agrestium resiccati ℥. iiij. (plus, minusve) quas cum oui albumine commiscebis, & siccabis rursus. Vsus tempore, drac. ij. pulueris in lacte muliebri & aqua rosacea dissolues. Vteris autem, ut supradictum est, scilicet, instillando cum gossipio insuccato. Oui albumen agitatum, & despumatum cum decocto papaueris albi, aut aqua rosarum utile est. Aliud.

R. muscil. sem. psilij, seminis cydoniorũ extractæ in aqua papaueris ana. ℥. i. liquoris tenuis oui drac. vi. camphoræ Gr. viij. croci Gr. iiii. Vbi dolor urget uehementius, utendum est opio. Sed ab eius usu, oculos decocto meliloti tepido, aut simili *a* fouendus est.

a Vt corrigatur intẽperies quam induxerit opium.

Collyrium album.

R. gummi arabici, tragacanthi, amydi an. unc. i. cerusæ lote drac. i. s. opii. Gr. vii. Cum oui albumine fiat collyrium. Vsus tempore drac. ii. in lacte muliebri dissolue. Crescente morbo.

R. cerusæ plumbi lotæ cum aqua rosarum & persiccate. drac. ii. camphoræ ℈. s. cum oui albumine fiat collyrium. Vsus tempore dissolue in lacte.

Toto reliquo tempore morbi licebit uti sief, id est, collyrio albo cum opio, si uehemens dolor est: imminuta dosi opii, si nõ tam uehemens: omnino sublato opio, si leuis est.

Sed addere oportet in *b* augmento sarcocolæ nutritæ in lacte mulieris dra. i. Et ut procedit morbus, in declinatione augenda sarcocolæ dosis est, ac tandem sola sarcocola nutrita in lacte, & uino, uel aqua fœniculi dissoluta utendum est.

b In quo par cura digerendi ac repellendi esse debet.

Mucilago psilii *c* initio: *d* cydoniorum, in augmento: lini aut altheæ, in statu: fœnugræci, in declinatione conuenit. Sed ab vna ad alteram paulatim transeundum est. In declinatione.

c Vbi tãtũ repellendũ.

d Vbi modicè digerendum.

R. sarcocolæ *e* nutritæ drac. iij. & s. croci, spicæ. an. ℈. ℥. drac. aloes drac. s. Aloe lauetur in aqua fœniculi. Huius

e Ex lacte muliebri, vel asinæ.

pulueris

pulueris drac.ij.in aqua fœniculi dissolue,aut aqua rosarum,si quid ruboris & caloris superest. Aliud.

Ouum crudum,coctum & ita induratum,calidum per se,uel è lacte muliebri subactum applicabis.

Puluis citrinus, quo utendum est in augmento & statu.

R.sarcocolæ drac. v. aloes lotæ in aqua rosarũ drac.i. tragacãthi drac.s.opij.℈ s.uel Gr.vi. Quo tempore ouũ crudum integrum sine testa per se, uel cum lacte muliebri exceptum gossipio apponi potest. Roborando oculo uinum *a* adstringens dilutum aqua fœniculi, in qua spica aut stœchas coxerit,competit.

a *Aut collyriũ ex quarta aqua rosarum parte, vna vini & pauco mastiche cõfectum.*

Frontalia.

R.mannæ thuris, mastichis an. drac. ii. agitentur ex oui albumine. Aliud.

R.farinæ fabaceæ M.i.cum oui albumine , fiat emplastrum. Aliud.

R.mirrhæ,thuris an.drac.ii.farinę uolatilis.M.s.cum oui albumine fiat frontale. Aliud.

R.boli armenæ ℥.i. aquæ rof.℥.iij.aceti.℥. i.cũ duobus albuminibus ouorum,fiat frontale.

Balneum in declinatione imperari potest *b* Errhina quoque, gargarismi & masticatoria. Neque omittendæ sunt frictiones initio ductę supernè deorsum est ad diuertendum. Vide Aetium.

b *Propter oculorũ & nariũ sympatiam in ophtalmia nunquam tutò errina præscribuntur.*

SCHOLIA.

Morborum oculi ut infinita propè multitudo est, ita in illis distinguendis maxima confusio, præsertim ijs, qui ad Ophthalmiam similitudine quadam accedunt, & inflammationem annexam habent, quales sunt, taraxis, phimosis, chemosis, & ophthalmia propriè dicta. Montanus uir alioqui doctissimus cæteris accuratius hæc distinxisse epistola quadam uidetur, à ueterum tamen sententia, ut Galeni & Pauli Aeginetæ, longè discedens. Scribit enim chemosin palpebrarum inflammationem esse, licet aliquando partes cæteras in consensum trahat. At Paulus Aegineta tumorem albi oculorum esse uult, quam sequitur inflammatio & palpebrarum contorsio. Vidius quoque (ut doctissimè

[handwritten margin:] consilio. 229. Montani et chemosi opinio:

 D.Gor-

D. Gorræus annotauit) negligentius εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον legit χήμωσιν ἀντὶ τῆς φιμώσεως. Sed his prætermissis omnia facillimè sic distinguuntur. Si leuis quædam inflammatio, & ueluti phlegmones principium sine discrimine partes oculi inuadens primo intuitu appareat, cum rubore quidem, sed exiguo, quem dolor mitis consequatur, taraxis erit duntaxat, id est, oculi perturbatio. Hæc enim certissima signa sunt, quòd hic affectus, neque phlegmone sit confirmata, neque vnius magis, quàm alterius partis proprius, neque uehementem dolorem habeat, aut tumorem. Quibus est deucias à caussa externa excitatum fuisse, ut sole, fumo, puluere, oleo, radijs lunæ, uino, esu cæparum, erucæ, alliorum, sinapi, ictu, quæ omnia ab ægro diligenter exquirenda) tum nulla in iudicando dubitatio esse poterit. Paulus à manifesta tantum caussa fieri vult. Experientia tamen constat non rarò ab interna excitari, præcipuè uitio uentriculi, & post egregiam potationem, neque tamen propriè esse Ophthalmiam, licet aliquando in corpore cacochymo, & si negligatur, in eam facilè degeneret. Si uerò palpebræ tantùm inflammationem patiantur, atque in sese concidant, ut oculus aperiri nequeat, phimosis erit, id est præclusio quædam, & quasi ligatio eorum, quæ secundum naturam aperta & reclusa esse debent, siue cicatrice, aut carnis incremento partes coalescant, ut labra uteri, siue inflammatione, ut palpebræ oculorum. Contrà, si oculus apertus maneat, nec claudi possit, albo nimirum oculi in tumorem sublato, atque eminente nigro uerò subsidente, & ueluti hiatum quendam efficiente, chemosis est. In qua præter ruborem, & inflammationem, patognomoni cum signum est, palpebrarum, ut ait Paulus, ectropè, id est, conuersio, quia adduci non possunt. At si coniunctiua tunica, siue adnata plegmone laboret, cum tumore, tensione, dolore, calore, & rubore, Ophthalmiam esse non dubitandum. Ergo taraxis (quam Ophthalmiam non ueram vulgò appellant) affectio est omnium oculi partium externarum communis: phimosis, palpebrarum chemosis, albi oculorum: Ophthalmia, adnatæ membranæ propriæ.

Sæpe omnes inter se, uel plures commiscentur.

Fiunt

Fiunt Ophthalmiæ, ut cæteræ inflãmationes, à sanguine, bile, pituita, melãcholia, flatu. Sed frequẽtius à sãguine, aut bile.

Sanguineæ signa sunt, tumor maximus in loco, rubor, tensio, lachrymæ crassiusculæ, quæ facilè exiccantur, sordes molles in oculorum angulis. Quibus adde redundantis sanguinis in corpore indicia.

Biliosæ, tumor moderatus, in superficie, color subpallidus, dolor acris & mordax, lachrymæ uel nullæ, uel paruæ, salsæ, amaræ, statim concrescentes, sordes in angulis siccæ, & asperæ, uigiliæ, excrementa biliosa, corpus gracile, quandoque febris tertiana, si materia fuerit in uentriculo.

A pituita, tumor maior, sed laxus, color albus, lachrymæ plurimæ, tenues, insipidæ, sordes uel nullæ, uel molliusculæ, corpus pituitosum, &c. A flatu rara est, tensionemq; habet sine grauitate.

Per defluxionem fieri intelligimus, cum repente inuadit, nec præcesserunt lachrymæ, sordes, erosiones à quolibet aeris excessu. Per essentiam uerò ex contrarijs signis, & dolor ad interiores capitis partes non perueniat, à quibus adnata membrana nascitur. Humidior autem efficitur ob materiæ multitudinem, tenuitatem, loci affecti raritatem, caliditatem aeris, uirtutis expultricis robur, & retentricis imbecillitatem. Sicca, quam Græci xerophthalmiã uocãt, contrarijs caussis constat, periculosiorq; est ob materiæ acrimoniam, quà sæpe ulcus inducit.

Sedato capitis dolore, si adsit, conueniunt sanguinis missio sæpius repetita, cucurbitulæ cum scarificatione, clyster, topica, repellentia, collyria, anodyna, purgatio, balnea, meri potio, emplastra. In taraxè, subducto ægro à causa externa abluatur oculus tepida primum, deinde frigida, abstinentia à cibo, somnus. Perpetuò & subinde imponenda medicamenta, quia eluuntur nouo humore, & lachrymis affluentibus. Nonnulli è recentioribus Hippocratis auctoritate fortiores purgationes non probant, quòd sic commotus humor defluat in oculum: alij contrà. Non dubium tamen est contumaces ophthalmias reperiri, quæ non nisi paulò uehementioribus curari possunt, ut hierà diacolocyn. & similibus. Sed omnia pro humoris quantitate & qualitate temperanda.

Amplo foramine.) *Tum ut craſſior ſanguis exeat, tum ut maturius animi deliquium ſequatur. Quod plurimum conferre oſtenditur hiſtoria adoleſcentis, de ſanguinis miſſione, 6. Epidimion. 11. Methodi, 2. ad Glauc. Aetius è fronte, & angulo maiore. Sed hoc poſt ſectionem cephalicæ, perſeuerante dolore. Tunc enim primùm uena frontis, ac tandem, quæ eſt in maiore angulo ad nares, ſecari poteſt. Cæterùm ramus mediæ initio diuertit, & minus detrahit uiribus, quàm cephalica.*

Oportet hos ſuccus inſtillare oculis.) *Satius erit plurimùm diluere oui liquore optimè confracto, ut nihil habeat uiſcidi, & lacte mulieris iuuenculæ, deinde etiam fœnugræci decocto. Aut roſas, myrtos, rubos, & ſimilia cum fœnugræco, chamæmelo, ſeminibus lini, & ſimilibus in aqua ſimplici aut plantaginis incoquere. Deinde pannis mollibus ad oculi magnitudinem complicatis, inſuccatis & admotis partes vicinas fouere, Aeſtate quidem frigidis. Hyeme verò calidis, ſæpius innouatis. Lenta Galenus laudat, quia aſpera oculum offendunt Periculoſa tamen ſunt, ſi nimis corpulēta & viſcida: quia frequenter loco adhærent, aut exiccantur, aut putreſcunt, ſed tu maximè ſi puſtula aliqua ſubſit. Narcotica, ſi acrior dolor ſit & humor, effluxum prohibent, acrimoniam retundunt, eſt oculi ſenſum hebetiorem reddūt. Sed his neque in principio neque ante purgationem eſt vtēdum, idq; neceſſitate cogente, vt docet Gal. 31. Aph. lib. 6. vbi addit etiam indurari, & aſtringi. Vitriolum humidioribus oculis nonnulli inſpergunt oui albumine tritum, & aqua calida coctum dum concreſcat. Deinde exprimunt, & liquorem oculis infundunt. Ab acrimonia tamen cauendum. Ceruſa veneta optima eſt diſſoluta in lacte decoctionis ſol orum capitum ſeminis papaueris pulticula è ſemine papaueris, albi, & hyoſciami, decoctum foliorum papaueris, capitum ſeminis, & inde fotus. In fœnugræco bene loto & macerato magna vis ineſt. Bene purgatus multùm abluitur, maceratur per diem in aqua puriſſima, in fictili bene coquitur: abiecta aqua, alia infunditur, coquitur puro igne, idq; ter faciendum affuſa ſemper aqua noua, vt omnis amaritudo eluatur. Coquitur vero ad liquidi mellis ſpiſſitudinem operto*

vaſe

vase. Sine expressione colatur linteo. Colatura seruatur vsui ad tertium diem ad summum.

De a Debilitate visus. *Cap. XVIII.*

MYopas Græci uocantur, qui à primo naturæ ortu non nisi admota oculis cernunt. Idque *b* exertis propè oculis, palpebris constrictis, atque conniuentibus. Id quod efficit *c* tunicarum oculi raritas, tenuitas, humoris, subtilitas spiritus visorij, qui priusquam angulum faciat, dissoluitur atque euanescit.

Sunt, qui eo nomine vespertinam etiam *d* aciem appellant, cum interdiu obscurè: noctu & sine lucerna, acutius videant. Rara affectio hominibus ab eadem causa, nisi quòd illic infirmitas maior est: hic luce quidem diffluit spiritus, nocte cogitur atque temperatur. Contra verò Nyctalopes interdiu vident, *e* caligant ad lucernam, quanquam & hoc nomen nocturnæ cæcitatis ad Myopas etiam transferant, vt Octauius.

Amaurosim vero & Ambliopiam, hebetudinem, atq; obscuritatē visus ita distingunt: illius multæ causæ notę sunt: huius, nulla *f* causa manifesta est. Quia cum pupilla pura sit, neq; vitium vllum appareat in oculis, uidendi tamen *g* coniectura quadā curationē amolimur, medicamentis, quæ Oxydorci, Oxydorcicà pharmaca appellantur, quia, videlicet, cum nullum accidens manifestum insit oculis, acuunt tamen visum, atque instaurāt.

Causæ tamē utriusq; mali, uel in humoribus oculi: uel in natura uisorij spiritus: uel in tunicarū habitu: uel qa interceptus est, aut resolutus neruus opticus. Sūmatim in his, quæ natura ad legitimā uidēdi facultatē instituit, Spiritus neq; *h* crassior, neq; tenuior esse debet, aeria tū natura, tū substātia, tū qualitate moderna, iusta ēt quātitate, quæ omnia pendēt à natura sanguinis & pituitæ, ī qbus substātia est spiritus. Tēperatus .n. sāguis eūdē spiritū gignit: intēperatus uerò uitiosū reddit. Subtilior spiri-

a Quæ sit febris expers, cuius causa vel in cerebri vitio cōsistat, vel spiritus animalis, vel tunicarum & humorū oculi.

b Propter spiritus visarij paucitatē, tenuitatē & tunicæ raritatē.

c Præsertim corneæ & vueæ.

d Quòd ambiente aere crassiore animalis spiritus cogat.

e Quia spiritus eorum uisorius crassior est, non aereus.

f Vnde hæc a recētioribus gutta serena dicta, quod nullo quod in oculo cerni possit, vitio, videndi facultas amittitur.

g Vt cū clauso altero oculo, pupilla non dilatatur: vnde nerui optici obstructionis fit significatio. *h Ne contiguum aerē illustrare non possit.*

spiritus obscuro loco melius habet, vt i vespertina acie. Tenebris.n.colligitur, crassescit & frigidior reddit̃. Idé efficit ut & minima *a* cernamus, & pingamus calamo: sed tantum ea, quæ in proximo sunt. Contra uerò crassior spiritus, ut in senibus, remotius posita intueri potest, tantum cernit maiuscula, eademque calamo pingit. Ex quo inuenta est ratio Opticorum in specularibus, ut conuexa, minores: concaua, maiores: plana, æquales formas & literas representẽt. Vt enim oculares radii maiorem minoremve angulum describant, ita formæ proponuntur.

Curatio.

Curatio *b* Nyctalopis & debilitatis uisus. Hæc uitia magna ex parte ab humorum uel uaporum crassitie excitatur: multo maximè, si repente orta sunt, & *c* grauitas sentitur in radice oculorum.

Aperiatur itaque primum cephalica, si res postulat. Alioqui si *d* cacochymũ corpus est, purgetur hoc modo.

R. pul. hieræ picræ Gal. ℈. ii. pul. diacol. drac. s. casto. ℈. s. sem. fœniculi, nucis moschatę ana Gr. vi. cum succo rutæ formentur pilulæ. Possunt & pil. cocciis pil. lucis, elephanginis, mixto aga. purgari. Mollis teneatur aluus pilulis factis ex aloes drac. i. terebinth. drac. ii. uel cassia. Alioqui *e* polypodio, enico, mercuriali, multa borragine, iusculo concoctis. Tum *f* errhinis, apophlegmatismis. sternutatoriis utendum erit.

Cucurbitula occipitio fixa cum scarificatione eaui obstructiones liberat, ut ea ipsa etiamdum hęrente aliquando uisus restitutus sit.

Constrictio colli ita spiritũ impellit in oculos, ut inde ampliatis viis & spiritu liberiore, uisus reddatur, aut certè acuatur. Post hæc extrahendus sanguis ex angulis oculorum. Rhazes etiam è fronte, Mesues è naribus.

Topica.

Infinita propè describuntur, quæ ex uariis authoribus colligi possunt. Tradunt capras non minus noctu cernere, quàm interdiu. Et ideo caprinum iecur, si uescatur, restituere uespertinam aciem iis, quos Nyctalopas uocant. Idem iecur assum & cum sale comestum iuuat. Aut

a *Galen. c. i. li. de sympto. caus.*
b *Id est, cæcitatis nocturnæ, desiderata ratione τῆς συναύγειας in spiritu animali.*
c *Quæ sign. ẽ partis ab humorũ copia oppressæ.*
d *Et si humor crassus à concoctione segregatus uideatur.*
e *Si pilulis stomachicis uti nõ licet: ut in hæmorroidas habẽtibus.*
f *Errhinis minimè utẽdum, nisi sublato omni inflãmationis metu.*

Aut ſanie, quæ inde effluit, dum aſſatur, oculos illinunt. Alii uaporem elixati iecoris excipi iubent.

Sunt qui hirci potius, quàm capræ, & hirci montani iecur imperant. Nonnulli configunt caryophyllis: alii irrorant aqua fœniculi: hocque remedium commune faciunt Myopibus, qui tantum noctu uident Octauius & Herophilus, quod *a* non probat Aetius. In ſenectutis magis, quàm oculorum uitio ſuccum mali granati optimo melli æqualiter commiſcebis: aliquot dies inſolabis, aut calidis cineribus coques. Conuenit pictoribus, lectoribus, & ſcriptoribus.

a *Nec eſt probandum: non enim myopibus collyria oxydorci ſunt preſcribenda, ſed incraſſantia.*

Alii granatum acidum, depoſita duriore teſta, contundunt: melli miſcent: concoquunt, ac tandem uehementer exprimunt, eidem remedio, fœtori oris, firmandis dentibus, gingiuis, ozænis (*quando carnes quædam ad, naſcuntur dentibus.*) Herbæ côueniunt, fęniculus, ruta chelidonia, euphraſia uerbena, aſparagus, bethonica chamędrys, raphanus, balſamita, pimpin. caryophillata, apiû, maiorana, marrubium, parietaria, hyperici flores, meliloti, roriſmarini. Aromata, macis, cinamomum, nux moſcata, lignum aloes, ſpica, ſantali. Conſeruæ enulæ, acori. Horum omniû uſus eſt, uel quia edûtur, uel quia multo feruent, aut in puluerem redacta ſicca collyria faciunt. Aut melle commiſcentur, ut eorundê ſuccus. Aut in alâbico diſtillantur. Redditur aqua efficacior, ſi quid *b* mellis liquidioris commiſceas, dum diſtillâtur. Atque hac etiâ fortior, cum mel ſcylliticum in alambicû conii citur. Laudata eſt olim lactuca ſylueſtris. Cuius rei argumêtum, quod Aelianus ſcribit, Accipitrem tinnûculum (*Quercellam uocant*) acerrimo lactucæ ſyluaticæ ſucco oculos illinire, atque laborâtem aciê inſtaurare. Quod deinde Medici ſecuti ſunt. Atque hinc oculorum medicina Hyeracia, quaſi Accipitraria uocata eſt.

b *Præſertim* Narbo*nenſis, quod thymum re dolet.*

Aqua, quam ſcribunt reſtituiſſe uiſum cæco nouem annorû.

R. ſucci apii, fœniculi, uerbenæ, chamædryos, pimpinellæ, caryophyllatæ, ſaluię, chelidoniæ, rutę, centinodiæ, morſus gallinæ, caryophillorû, farinæ uolatilis, ana unc. i. piperis craſſiuſculè triti, nucis moſcatæ, ligni aloes

aloes ana dra.iii. Omnia immergũtur in urina pueri incorrupti, & ſexta parte uini maluatici. Bulliant breui tempore: tum exprime & percola. Repone uaſe uitreo bene obturato. Hora ſomni ſingulas guttas ſingulis oculis inſtilla. Dum efferueſcit muſtum, euphraſia iniicitur. Vinum repurgatum aſſeruatur ſingulari remedio. Eiuſdem herbæ puluis ſorbili ouo inſpergitur, aut inde ſal oxydorchicum paratur.

R. ſalis cõmunis unc.i. euphraſiæ ſiccæ drac.ii. macis. cinamomi ana. ſcrup.i. miſce.

Flores roriſmarini amphora uitrea cõcluduntur: quæ duplicato linteo cerato obtegitur in arena, ut mos Chymicis. Liquor redditur efficaciſſimus oculorũ claritati. Accipiter (*Emerillon vulgò*) unguento ſuſino decoquitur: uinum abſynthites, aut rhodinũ, antimonium, tuthia in aqua fœniculi extincta. Pica auis in teſtaceo uaſe cremata, & in cinere redacta, uehemẽter laudatum remedium à Practicis.

R. Sileris montani, maioranæ, euphraſiæ, rutæ, chelidoniæ ſummitatũ fœnic. ana unc.iii. zinzib. ſpicę nardi, piperis lõgi, caryoph. tuthiæ extinctæ & nutritæ, ſarco. nutritæ in lacte aſinæ, ligni aloes an. unc.i. fellis aquilæ aut accipitris, balſami ana unc.s. mellis roſ. unc.i. cõquaſſanda conquaſſentur, liquabilia liquefiant: miſceantur, & Aeſtate quidẽ, quadraginta diebus inſolentur, ſemper agitando & obuertendo uas. Hyeme in cineribus moderatè calidis, ſimiliter macerentur. Reponantur uaſe uitreo ad uſum. De eſu uiperarum alio loco. Vt uis medicamenti penetret, aqua tepida è goſſipio, uel molli linteolo fouebis oculos. Frequens uſus tripheræ minoris, chebuli conditi, mytridatii & theriacę. Sed magis Hyeme commendatur. His autem uti oportet iam bene purgato corpore, ut etiam ſinapiſmis & cauteriis. Rationem uitæ, & reliqua remedia localia & aliis colligato.

SCHOLIA.

AMblyopia, & Amauroſis morboſæ ſunt oculorum affectiones, cum uiſus uel hebetior eſt, uel omnino ſublatus, ſine tamen ullo oculi manifeſto affectu, aut uitio, in par

tibus

tibus oculi, quæ ſub aſpectum cadunt, nobis apparente, ſoláq; cauſarum intenſione, & remisſione differunt, quòd illa imbecilliores. hæc uehementiores, & iam confirmatas cauſas habeat. myopia, uel myopiaſis eſt, cum uiſus non omnino quidem ſublatus, aut hebes & obtuſus, ut in ſuperioribus, ſed diminutus ita ut propius admota, etiam minima, æger cernat, & exacte diſtinguat: ad remota tamen, & paulò longius diſsita penitus illi caligant oculi. Malum à natura ſæpe contractum, quo laborantes Budæus Luſcioſos, & Luſcitioſos, & Nuſcitioſos uocat, quales ferè, cùm paulò diutius legerint, aut oculos aliquò coniectos habuerint, exhauſto ſpiritu tenuiore cæcutiunt, aut limis, ſemicluſoſq; oculis uolitantia quædam in aere corpuſcula ſeſe intueri putant. In Nyctalope uiſus itidem diminutus eſt, ſed ſymptomata diuerſa, quod interdiu uideant, ſole occidente obſcurius, noctu nihil, quaſi, ho tès nyctòs halaòs, id eſt, noctu nihil uidens. Atque hæ ſunt affectiones, quæ uiſum ſolent intercipere, nullo manifeſto affectu in oculo apparente, ſed pupilla planè pura, atque incolumi, ſi adijcias quoſdam, qui noctu melius uident, quàm interdiu, quod rarisſimè contingit. Duæ priores affectiones ferè ſunt in neruis opticis, aut cerebro, poſteriores in humoribus, tunicis, ſed frequentius in ſpiritibus. Verum & locum affectum, & cauſas affectus remota penitus nominum ambiguitate & confuſione, quòd non omnes (ut in cæteris ferè paulo difficilioribus) in eadem ſignificatione uſurpent, ita diſtinguere licebit, & quaſi typo, ut Ariſtoteles loquitur, depingere. Si æger uel nihil omnino uidet, uel diminutè, ſed ſemper æqualiter, & uno oculo clauſo, alterius pupilla non dilatatur, nullo, ſcilicet, irruente in eam ſpiritu, ſignum eſt ſpiritum tranſire non poſſe ad oculum per neruos opticos, aut ſi tranſeat aliquis, non ſufficere tamen ad oculum illuſtrandum. Idq; fiet uel uitio cerebri, uel menyngum, uel nerui optici.

Hæc enim ſunt ad ſpiritum uel generandum, uel deducendum neceſſaria. Si uitio cerebri ſpiritum non ſuppeditantis, aut corrumpentis, ut poſt inſignem euacuationem, longum morbum, mærorem in ſenectute, in cæteris etiam ſenſibus læſio aliqua percipietur. Nam cum omnes ſenſus inde prodeant

myopiasis q.

Nyct-lopis.

N.

prodeant, tanquam riuuli, quomodo vni morbum, quo afficitur, communicare poterit, cæteris integris manentibus? Ergo si simul cum uisu, cæteri quoque sensus afficiantur, & grauitas capitis percipiatur (additis semper causis antecedentibus & externis, obseruatisq; diligenter partium, quæ cum cerebro consentiunt, affectibus) de cerebro læso coniecturam certissimam habemus: si quidem quæ generali illo axiomate, tanquam fundamento firmissimo, nititur, membrum esse sanum, cuius actio sana est: læsum, cuius actio læsa. Si in Menyngibus, ad oculorum radices percipitur dolor, aut grauitas: sin minus, in neruo erit, uel resolutio, uel obstructio, uel contortio. In contortione uident oblique: in obstructione, si perfecta sit, nihil: sin minus, parum, sed eodem semper modo sæpiusq; repentè, & vno impetu incidit, aut humore, aut spiritu, ut post excrementa alui retenta, cruditates, insolationem capitis ardorem (quod in pistore uidimus iuxta furnum ignitum repente cæco facto) ictum, casum, concubitum, & similia, quæ caput replere, aut humores commouere possunt. Resolutio fit in neruis per inanitionem, aut repletionem, de qua satis in superioribus. Hæc omnia in vniuersum causæ sunt, & signa

In spiritibus affectiones ex eorundem naturali constitutione deprehenduntur. Debent enim moderati esse in subtilitate, crassitie, fulgore, obscuritate. Paucitatem & multitudinem adderem, nisi quia uix vnquam sat multi esse possunt. Qui multos subtiles & lucidos habent, atque in vnum coactos, nullo aliunde impedimento accedente, hi omnium uident acutissime. Cæteri sunt præter naturam. Quorum uariæ differentiæ constitui possunt. Sed præcipuæ, quæq; occurrunt frequentius, sunt huiusmodi. Subtilis, paucus, lucidus, crassus paucus, crassus multus. Quia enim subtilis, paucus, & lucidus, subtilitate facilè diffluit, paucitate resoluitur, ac luce maiore offenditur, inde hæc symptomata consequi necesse est, ut ita affecti remota intueri nequeant, propinqua exactè discernant, obscuriore paulo aere oblectentur, nec diutius legere, aut oculos in rem aliquam intentius defixos habere possint. Quibus si accedat pupillæ amplitudo paulò maior, parum aberunt à cæcitate. Vt enim uisio absoluta fiat, in

firmam

firmum & densum conum spiritus coire necesse est, qui pupillæ amplitudine diffunduntur ferè in meatu. Quo fit, vt ita laborantibus nullum (si ab ortu contractum sit malum) præstantius remedium afferri possit, ocularibus ad oculi formã cauis, & circunferenti à densioribus, quò spiritus in centrum, tanquam pupillam cogantur, & confertim prodeãt. Quod in multis fœliciter sumus experti. Atque hæc est causa propria μυωπίας. Si verò pauci sint spiritus & crassi, paucitate hebetior visus est, crassitie obscurior, ob idq; egent lumine externo, vt illustrentur. Hinc fit, vt interdiu satis acutè cernant, occidente sole obscuriùs, noctu nihil, aut parum. Quod de Nyctalope diximus. In quibus verò multi sunt spiritus & crassi, hi longiùs posita meliùs circunspiciunt, quia opus est multa luce, proindeq; interuallo longiore ad illustrationem. Crassities autem omnis aliquando à crassiore sanguine, aut alimento originem habet, sæpe à vaporibus, aut humiditate cerebri. Et si ad maiorem angulum fiat fluxio, è syncipite: ad minorem, è venis post aures, & quæ in temporibus. Vnde etiam efficitur, in his noctu obtusiorem esse oculorum aciem duabus de causis: tum quia sufficienti lumine destituuntur spiritus: tum quia eo tempore lunæ influxu humor accrescit. Cui consentaneum est, quòd in plenilunio habent deteriùs. Quòd si qui noctu videant clariùs, quàm interdiu, vna ex duabus causis contingere poterit: aut quia igneos habent oculos, vt experientia in quibusdam animalibus obseruare licet: aut quia subtiliores spiritus, qui crassescunt nocturno aere, & coguntur, nec dissipantur. Quibus omnibus fidem facit experientia & curatio, quæ singulis causis ingeniosè accommodata nunquam fallit, sed longior ac difficilior, quàm vt breui annotatione comprehendi queat. Sunt & aliæ causæ imbecillitatis visus, in crystallino humore, rhagoide, humore, qui crystallino prætenditur, vt infringat vim splendoris externi, & madefaciat crystallinum, cicatrix inducta cornea, & similia. Sed hæc omnia iustum commentarium desiderarent.

Ὀξυδορκῆ, &c.) Huiusmodi sunt collyria quædam apud Gal. 4. τῶν κατὰ τόπου. Similia sunt sequentiã. Viperas quidam fimo sepeliunt: gignuntur vermes, inde aqua distil-

latur mirabilis. Ab aliis viperinus adeps, cum viperis, theriaca & rebus ocularibus distillatur. Viperarum capita cremantur olla. Cinis cum cremore lupinorum subigitur, & illinitur temporibus. Vina factitia, rebus conuenientibus cum musto coctis & racemato. Mel anthosatum distillatum cum suis floribus & cacuminibus rorismarini. Hyrundinis cerebrum ex melle tritum, vel serpentis. Nux moschata condita diuitibus, aliis ex vino manè & hora somni odorata, inspirata. In Nyctalope hepar hircinum assato, & cremorem fluentem illinito: ipsum verò hepar edendum præbeto. Columbinum sanguinem illinito, aut fel capræ. Hepar caprinum coquito: obuelato capite, & in ollam aduerso, fumus oculis excipiatur: ipsum verò hepar assiduè edendum præbeto. Aut idem hepar concisum pipere longo, & sale gemmæ conspersum in carbonibus assato: excipiatur fumus. Ex hoc cito auxilium percipitur. Succus recens stercoris asini, fel vulturis illitum, vel cum succo porri, commixto melle. Peucedani succus cum succo fœniculi. Anagallidis succus tertio quoque die oculis iniectus idem præstat, & pannum in oculo consumit. Pulli hyrundinis acu ex ære in nido excæcantur, signantur, ut internosci possint. Tertio die capita præciduntur: incenduntur, puluis cum balsamo in oculum instillatur. Vasa ænea ocularibus medicamentis probata. Apodes (vulgò Martinets vocant) vescuntur chelidonia. Cinis vsui est: aqua hyeme. Aquæ potus. Argumento, quòd qui aquam bibunt, acutius vident, vt scripsit Arist. in Probl. Inspirationes, quàm fotus, meliores. Sed ante masticanda sunt ocularia medicamenta. Lingere oculos catelli lingua, vel pueri. Scarificatio auricularum, & perforatio Barbarorum more. Parùm bibendu in humidioribus oculis & excrementitiis. Emunctioni assuescendum sine vi. Vapor è decoctione rutæ, marrubij fœniculi, euphrasiæ, chelidoniæ, ligni aloes, croci, coctorum in aqua & vino. Ex his cum melle distillatio. Decubitus, cum legit æger, & caput erectum, non demissum. Butyri magna vis. Illitum mollit, lenit, polit, laxat, resoluit, coquit: ideoq; hebetudini præsertim à siccitate, prodest: cicatrices & albugines exterit: declinationem calidarum fluxionum iuuat: soluitur: & linteolo inde madefacto fit fotus. Caput

put

put mundum & pedes. In glaucis oculis, quiq; venas plenas & amplas habent, mitioribus pharmacis vti oportet.

Hyeracia.) ἀπὸ τοῦ ἱέρακος, *id est, Accipitre. Apud Galenum 4.* τῶν κατὰ τόπους, *& Cornelium Celsum, reperitur* ἱεράκιον κολλούριον, *ad obscurum visum & scabras affectiones. Inde etiam nomen herbæ, quam rustici ichoream luteam vocant à florum colore, in pratis frequentem. Accipitres aiunt scalpêdo eam, succoq; oculos tingendo obscuritati visus mederi, ob idq; vocant* .

De Catarrhacta. Cap. XIX.

CAtarrhacta præcipitem *a* decubitum humoris significat, hocque nomen positum à Practicis, quia suffusionem existimarent fieri defluxu aquæ in oculos, vnde & aquam descendentem in oculum appellant. Gale. 2. de sympt. causis, & 7. de placitis Hipp. & Plato. suffusionis causam facit crassitudinem *b* tenuis humoris, qui pupillæ meatum intercipit, ne possit communicare radius externus cũ crystallino humore. Tenuis is humor albugineus à quibusdam Medicis est inter rhagoidẽ & crystallinum humorem, quo crystallinus humor, præcipuum instrumentum visus, partim fouetur, partim minuitur, vt lux refringatur, nec lædat crystallinum.

Pupillæ foramen via est spiritus animalis, aut etiam radiorum, qui à rebus externis ad videndi facultatem importãtur. Præclusa itaque via, quia, videlicet, humor ille albugineus longè crassior se ipso factus est, suffusio fit, quæ *c* ypochysis & *d* ypochyma dicitur à Græcis. Nascitur hoc vitium sæpe consortio *e* stomachi: sæpe etiã primario f vitio cerebri. Atque priusquam ad curationem accedas, id ipsum diligenter distinguendum, Distingues autem ex cap. 1. lib. 4. de locis affectis. Quòd si vitio *g* stomachi, vomitu, purgatione ex hiera picra, frugaliore vita & integra concoctione, consensu Grȩcorũ & Arabum curari debet. Oportetque & vomitum & purgationem ex hiera sæpiùs reuocari.

In alia verò, quæ primario cerebri affectu fit, natura suffusionis primùm consideranda est. Nam vel incipit, vel ad statum progreditur, vel omnino confirmata

a Ex cerebro per neruum opticũ, vel inter corneã & rhagoidem mẽbranas ad pupillæ foramen.

b Concrescit hic humor à pueris senio aut febre, aut epilepsia, aut melancholia, aut graui aliquo affectu, qui aut præcessit, aut commixtus est.

c Dũ fugax est.

d Dũ confirmata, & tũ fugax nuncupatur.

e Vt in vomituris vomitione critica, vt in cardiogmo.

f Vt ex epilepsia et melancholia.

g Aut ẽt pulmonum. Ex Hippocrate li. 3. Progn.

mata est. Et hæc *a*. quidem desperata est.

Itaque pupillam primum aspicito. Colorem suffusionis, concretionem, motum, magnitudinem distinguito. Si quid *b* præcessit, aut adest, interrogato. Aetatis, temporis, conditionis totius oculi rationem habeto. Desperata suffusio est, quæ pupillæ figuram commutauit. Puta atque pellucida tum pupilla, tum suffusio.

Suffusionis color cœruleus, aut auri similis, aut ferri nitentis, aut aquæ maris, curabilis est. Quæ uerò grandinem refert, aut gipsum, *c* quæ nigra est: in summa, quæ sine splendore cernitur, incurabilis est, fereque cõfirmata ad candorem uergit *d* sine splendore.

Concretionem ita distingue. Oculo incolumi clauso, suffusum digito apprimes si humor ille tenuis consistit, neque ampliatur, quia minimum concreuit, *e* desperatio est: si diffluit & dissipatur, sed statim, ut prius, coit, desperata nondũ res est. Si uerò dilatatur quidẽ, sed nõ dissoluit, maturitas est ut pũctione. i. acu uacuari possit.

Catarracta, quæ locum mutat, *f* incurabilis, hoc est, quæ hac atq; illac conuertitur. Quæ uerò compressa dilatur, non etiam commutat locum, melior est.

Exigua facilium, magna difficilius curatur.

Interrogabis aũt, nũ pcesserit grauis aliquis morbus, acerbior capitis dolor, uel ictus. Tum. n. ut etiã si adsũt, peior suffusio est. Aetate media facilius curatur. Prima & extrema, difficilius. Cœlo sereno & tranquillo atq; etiã temperato cõmodius curatur. Addunt Astrologi descendẽte luna: coeunte uerò, aut eadẽ plena, atq; ubi uel in ariete, uel aliis eiusmodi signis, curationes differunt. Nec omittẽdum, qđ Gal. *g*. docet, ut oculus sanus claudatur atq; exprimat. Si. n. oculus suffusus inde non tumet, nec pupilla ampliatur, desperatio est. Alioqui uitio succurritur. Phantasmatũ splendores & idolorum, quæ suffusis oculis obuersantur, lege 2 de symptω. causis.

Principiis *h* ergo obstandum est. Demosthenes apud Aetium, & alii quidam Græci uenam secant in cubito. Cly-

a *Nisi opẽ chirurgica deturbetur, si modo curationẽ possit recipere. Paul. Aeg. libr. 6.*

b *Vt si epilepsia, melãcholia, cardiogmos pulmonis itẽ affectio præcesserit.*

c *Quæ melancholicis cõtingit ex melãcholiæ decubitu.*

d *Tũ enim ipsius oculi νέκρωσις significatur.*

e *Hæc desperatio est magnitudine causæ & adynamis curandi.*

f *Qđ sit pfecta cõcretio*

g *Gale. lib. 4. de loc. affectis.*

h *Atque ad eã demũ catarrhactã medicina instituẽda, in qua nulla desideretur ratio, neq; concre*

Clysteribus *a* acribus, iisdemq; purgationibus, sed exigua quantitate, & per interualla repetitis, Cucurbitulis in *b* occipitio cũ scarificatione affixis, Apophlegmatismis, Errhinis per interualla uti iubent. Cornel. Celsus addit sectionem uenæ frontis, sanguinis detractionem è naribus, ustionem *c* uenarum temporalium, quæ certè locum habere possunt, ubi grauis capitis dolor est, atq; inde defluxio in oculos. Optimus uictus, *d* qui pituitam extenuat sine uaporibus. Vitandum uinum est, pisces, liquidiora omnia iuscula. Assa elixis meliora.

Collyriis primum leuioribus: deinde paulatim maioribus utendũ est. Clysteres è Cẽtaurii decocto, uel similiũ cõparãdi sunt. Alioq; uel hierę picrę drac. vi. uel hieræ diaco. semũcia, aut alia eiusmodi pharmaca in clysteribus dissoluenda sunt. Purgatio ex hiera picra, cui aliquid hieræ diaco. admixtum sit, exempli gratia.

R. pul. hieræ picræ ℈. j. pul. hieræ diaco. ℈. j. cum succo fœniculi formentur pilulę. Capiat hora *e* somni. Hęc purgatio decimo quoq; aut decimoquinto reuocanda est. Per interualla mythridatii *f* aut theriacæ drac. s. aut ℈. ii. alias ieiunis, alias hora somni, aliquando *g* quatuor horis ante pastum imperanda sunt seme in hebdomada. Poterit aliquando imperari ablutio capitis ex decocto absynthii, bethonicæ, stœchados maioranæ, fœniculi, in lixiuio facto è cineribus sarmentorum, adiecta etiam uini portiuncula, quarta aut sexta parte.

Collyria è melle, succo fœniculi, aut herbarum superiore capite descriptarum comparari debent. Adiiciatur quoque *h* fellis aliquid lenioris aut fortioris, semper

tionis, neq; magnitudinis neq; loci & motus, neque ulla fontis perẽni affectionis melacolice, nec epilepsiæ, aut obstructiõis nerui optici excusatio possit afferri.

a *Vt ex decocto cephalico, cũ hiera utraque.*

b *Ad materiæ quæ in oculos fluit, reuulsionẽ.*

c *Vt qui per eas ad oculos defertur uapor intercipiatur.*

d *Cuiusmodi est hydromel simplex aut origanatũ loco uini, parata iuscula ex hyssopo & saluia abstinẽtia rerũ acriũ et piperatarũ, deductio alterius cibi assueti, cibi autẽ simplicis et omnis alienæ mixturæ expertis.*

e *Vt dormiẽdo coacto calore natiuo anathymasis ad cerebrũ feratur, quæ incidẽdo tergẽdo et attenuãdo materiã præparet, præparatamq; ad uentriculũ euehat, ut euacuari possit.*

f *Vt. R. conseruæ beton. & anthos an. drac. j. s. mytridatij drac. s. f. bol.*

g *Sunt enim alexipharmaca longè à pastu, & ante pastum imperanda.*

h *Vt fellis lucij, non accipitris, & rapacum auium reliquarum.*

ꝑhabita rõne mollitiei,duritici,tẽperamẽti oculi. Alia .n.remedia pueros aut senes,rusticos & urbanos, cœruleos & fuluos oculos, cæsios & nigros iuuare possunt.

In pueris lactantibus aliquando nutricis inspiratio satis esse potest. Nutrix itaque mandat dentibus semen fœniculi,sagapenum,ammoniacum,galbanum, aut eorum aliquid quæ suffusos iuuant,atq; vbi os incaluit,leuiter inspiret halitum oculo lactantis. Hoc consilium etiam adultis prodesse potest.Secundum est, vt ex *a* eadem materia oculos suffumiges. Aqua è melle destillata & suffusiones & albugines interim percurat.

a Vt ex herbis, seminibus, aromatis & gummi ophthalmicis.

Quæ distillatur è melle rosato, lenior est. Deinde quæ ex melle communi. Pòst etiam è melle scyllitico.

In his aquis aliquando modicum sacchari candi liquandum est. In distillatione proximo capite numeratæ herbæ & materia, tum etiam sagapenum, ammoniacum, galbanum commisceri possunt. Aut si iam distillata aqua est, in ea macerentur. Similiter & vis aquarum, fœniculi, maioranæ, & cæterorum augeri potest. Collyria fortiora.

℞.fellis accipitris,balsami an.℈.ij.adde,si vis,hellebori albi,piperis an.℈.i.cũ aqua raphani fiat collyriũ. Al.

℞. terebinthinæ lib.s. sulphuris viui ℥. ij. mellis ros.℥.iiij.plantaginis & arnoglossæ ana M.ij. fiat distillatio in alambico. A fortioribus collyriis, si mordetur oculus, statim oui candido, aqua ros.aut lacte muliebri temperandum malum est. Plura remedia ex proximo capite & *b* aliis repetes.

b Cuiusmodi est collyrium Ioannis de Vigo.

Punctionis verò, quæ acu fit, tempestiua occasio est, cum materia suffusionis mediocriter concreuit. Cuius formulam descriptam habes cap. 21.lib.6. Pauli,& lib. 7. Corneli; Celsi,& 14.Methodi ad finem, & apud Albucasim, vbi fingitur *c* Almagdan quod vocant.

c Instrumẽtum est chirurgicu. Cæterùm dum pungitur oculus, obliquo lumine æger sedere debet, vt immotus maneat.

℞. frumenti crassiusculè conquassati, M. ij.sulphuris viui.℥.j.sagapeni drac. vj.salis, piperis,ana drac.ij.mellis lib.s. terebinthinæ ℥.ij. cum vrinæ pueri lib. ij. fiat distillatio in alambico.

℞. fabarum fresarum M. ij. conquassentur in mellis lib.

lib.2.terebinthinæ dra. 3. gummi elenij dra.1.in ſucco fœniculi & marrubij an.lib.2.fiat diſtillatio.

SCHOLIA.

Diſtinguendum initio, ſit'ne ὑπόσφαγμα ὑπόπυον, ὄνυξ, γλαύκωμα *an* ὑπόχυμα. *Deinde ſi* ὑπόχυμα, *ſiue ſuffuſio, an primo & per ſe, an per conſenſum. Poſtremò, ſit'ne in principio, incremento, ſtatu, aut penitus confirmata.* Ὑπόσφαγμα, *ſugillatio eſt, ſanguinis nimirùm effuſio per tunicas in ſpatia, quæ venis circumiacent. Principio rubet: progreſſu temporis liueſcit: poſtremò nigrorem contrahit. Multitudine & diuturnitate temporis aliquando in pus vertitur, vt ſanguis omnis per grumos collectus ſub cute in alijs corporis partibus. Tunc fit* ὑπόπυον, *pus nimirum ſub cornea, dimidium nigri occupans, aut per totam corneam tunicam pellucens, vnde dolor pulſatorius, vehemens, rubor totius oculi, & temporum dolor. Fit etiam aliquando* ὄνυξ, *cùm ab vlcere (vt ait Aetius) profundiore pus defluens, & inter tunicas delapſum, ac in circulo iridis figuratum, vnguis reſecti imaginem refert, differunt́q; ferè in ſola vnguis ſimilitudine. Ex quo intelligi poteſt, id ſymptoma, quod Galenus de ſymptomatum cauſis ſugillationi tribuit, vt ita affecti, quæcunque videant, rubra eſſe putent, haud quaquã eſſe perpetuum, ſed in principio tantùm apparet. Nam alijs temporibus ſubnigrum quid ob oculos volitare exiſtimant, quod multi ſæpe ſimilitudine decepti ſuffuſionis principiũ eſſe credunt. Cauſæ ſunt, ruptio vaſorum, contuſio, ictus, plenitudo, dolor capitis, lippitudo, inflammatio prægreſſa: In Glaucomate cryſtallinus humor denſatur & reſiccatur, neque vnquam curari poteſt. Alij putant viridem quendam humorem cryſtallino permiſceri, atque inde fieri glaucum colorem ex viridi & albo. Ab omnibus differt. Suffuſio ſiue Catarrhacta, & loco & cauſa. Sugillatio enim eſt in tunicis & à ſanguine. Glaucoma in cryſtallino humore vniuerſo, & à ſiccitate: Suffuſio intra corneam & cryſtallinum humorem, ab humore potiſsimum aqueo ibi concreſcente, prætenditurq; ille humor aliquando toti pupillæ, & viſum adimit, aliquando parti tantum. Per conſenſum fit, cum per interualla viſa quædam viſis propriè ſuffuſorum ſimilia*

 obuer-

obuersantur ob oculos. Idq; vel à bilioso humore è ventriculo, vapore ad oculos sublato: vel à cerebro, fumis ab vsto humore delatis per venas & arterias cum spiritu, vt in Phrenitide, & febrium ardentium vigore: vel à toto corpore, vt instante crisi. Per consensum fieri indicant, si in altero tantùm oculo incipiat, perpetua non sit, post cruditatem augeatur, pupilla non obscuretur, crisis instet, febris vigeat. Contraria oculum primariò affici demonstrant, tumq; in principio veluti fumus est, quem si acu delere velis, diuulsus recurret, aut in particulas tenues dissectus visum grauiùs offendet, multiplicia obiecta pro vno repræsentans. Sub statum concrescit in nebulam, tumq; ferè sine dolore acu dimouetur à pupilla. Vbi obduruit, acu si pungatur, tunicam simul adducit & lacerat, vnde periculum cum dolore maximo consequitur.

Purgato corpore conueniunt collyria fortiora ex fellibus, ad discusionem, ruptorium, cauterium post aures, sanguisugæ in temporibus, ibidem emplastra, venæ sectio: masticatoriæ, potiùs, quàm Errhina, pulueres à pastu, condita, fotus, acus. Post aures in ceruice cauterium, aut funiculus setaceus in occipite plurimùm confert, si inter corneam & albugineum humorem intercipiatur nebula. Sed quæ inter crystallinum & pupillam hæret, non ita dissolui potest sine acu. Sit acus paulò minor longitudine minimi digiti, crassitudine, vt cætera, è materia firma, ne frangatur intra oculum, manubriolo striato, ad comprehensionem firmiorem. Punctio in pleniore oculo tutior, iam contracta catarrhacta, sed ferè aliquid albuginei humoris dissoluitur, & manet oculus minor. Remedium à capra inuentum, quæ stipite confixa in suffusione visum recuperauit, vt Galenus docet initio Isagoges. Aliquando tunica imbibita humore exturgescit, & indurescit, vbi emolliendum, laxandum priùs quam resoluendum. Barbari ad claritatem visus aures perforant annulo immisso, ne foramen claudatur. Fellium genera præsertim gruis, galli veteris, tauri, hirci, lac equinũ cũ melle illitum, stercus lacertæ, hyrundinis. Sed acribus non vtendũ, nisi paulatim assuefacto oculo, vt ærugine, cuperosa, &c. Sinapismus, è stercore colũbino, hederæ terrestris decoctum,

donec

donec quarta pars superſit, ad fotum per dies 25. Aqua mellis cum radice ireos, coniżæ, chelidoniæ, triticum cum ſale & melle in vaſe æneo inſolatum, & liquor expreſſus, ſuccus hederæ, cocta faba in hydromelite, deinde cum melle roſato piſtata, & expreſſa, inde oculorum illitus, puluis ex ſeminis raphani vnc. 1. cũ ammoniaci aridi vnc. s. et balſamo. Vitriolum album in lacte aut aqua euphraſiæ, fœniculi, & ſimilibus, addita aloe, ſaccus plenus maiorana naribus & oculis admotus, ſerpentaria deſcripta in Chirurgia authoris, ſoluta ſucco anagallidis rubræ, ſtercus corui, aut fel cum melle. Quidam ſuccum rutæ, fœniculi, ſaluiæ, vel herbas cum tritico & ſale incoquunt vino albo, & ita ſumunt. Decoctum fœniculi, guaiaci, euphraſiæ, rutæ, ſeſeleos, aromat. cum macere, ex eodem fotus & potio. Collyrium ſiccũ ex macere, ſemine fœnic. ſeſeleos & euphraſiæ, aqua diſtillationis hyrundinũ vel picarum. Quædam mulier Lutetiæ aqua è phœnicea anagallide diſtillata multos curauit. Poteſt diſtillari cum melle, ſicuti & Monachus quidam ſalis M. 1. in vino albo nouem diebus agitato in vaſe æneo, donec vireſcat. Sequentia quoque probantur, ad obtuſum viſum, & catarrhactam.

℞. baccarum lauri purgatarum vnc. 4. Tere cum vrina pueri impubis fiat fortis expreſſio. Deinde cum muſcillagine gummi arabici vel tragac. extracta cum aqua argentar. fiat illitus.

℞. rad. ireos recentis vnc. 1. fortiter agitetur cũ ſucco fœniculi depurato per reſidentiam, deinde addito modico ſacchari candi, & muſcill. fœnic. fiat linimentum.

℞. frumenti craſsiuſculè conquaſ. hordei an. M. 1. lapidis calaminaris vnc. 2. ſulph. vnc. 1. ſalis vnc. s. diſtẽperentur in vaſe æneo cum aqua fœnic. & plantag. ſuc. granat. deinde fiat fortis expreſſ.

℞. ſucci chelidoniæ & coniżæ an. vnc. 1. mellis vnc. 2. &c.

De hæmorrhagia. Cap. XX.

HAemorrhagia Græcis peculiariter intelligitur pro fluxum ſanguinis è naribus. Quanquam ex vocabulo, quodcunque ſanguinis profluuium intelligi poteſt. Quale eſt *a* è ſede, *b* vtero, ore. Rarum eſt, quod quibuſdam contingit peculiari natura, vt aperta e trunco cor-

a Vt in dyſenteria aimatodis.

b Vt purgatione menſtrua, profluuio muliebri lochijs.

poris, hypochondriis, thorace, facie, venæ clauſura redundantem ſanguinem depleant. Quibus eadem remedia conueniunt, quæ in hæmorrhagia è naribus.

Hæc autem aliàs *a* critica eſt: aliàs ex *b* conſuetudine naturali. Nonnunquam omnino præter naturam eſt. In duobus primis generibus ſanguis ſupprimi non debet, niſi viribus iam metuitur. Multò etiam minùs ac tardiùs ætate iuuenili, tẽperamento ſanguineo, aut vbi cõſueta aliqua vacuatio intermiſſa eſt. Quales ſunt hæmorrhoides, vomitus ſanguinis, phlebotomia, & menſtrua in mulieribus. Vbi verò ſupprimendus eſt, remedia ſunt *c* vincula, Cucurbitulæ, Phlebotomia, Sãguiſugæ, *d* Anacollemata indita naribus, aut admota reliquis corporis partibus. Vincula ergò digitis pedum & manuum, teſticulis, articulis interuallo trium digitorũ, auriculis iniicienda ſunt. Frictiones ẽt deorſum ductæ, immerſiones extremorum in aqua calida, vel frigida conueniunt.

Phlebotomia è Cephalica eiuſdem lateris, aut utraque, ſi vtrinque profluit ſanguis. Idq; anguſto vulnere. (*Ne tanta fiat vacuatio*) Tutiusq; aliquoties diuerſionem repetere, quàm ſemel ducto ſanguine animi deliquium excitare. Quod tamen animi deliquium Paulus & aliquot alij probauerunt. Gal. in Prorrhetico non expectandam animi deiectionem præcipit. Atque experimento certum eſt animi deliquio ſanguinem non reſtitiſſe. Sanguiſugæ poſt aures, aut in ſede, iis maxime, quibus conſuetæ ſupprimuntur hæmorrhoides. Cucurbitulæ ſtatim poſt vincula, & ante phlebotomiam hypochõdrio eiuſdem lateris affigendæ ſunt. Affiguntur & ſcapulis, & ſummæ ceruici, etiam cũ ſcarificatione, ſi opus fuerit, & vires tolerant. Anacollemata verò, & quæ induntur naribus, magna ex parte refrigerant: quorum vſus *e* poſt alia ſupradicta remedia tempeſtiuus eſt, iam reuulſa in partes contrarias materia, id eſt, in *f* partes inferiores corporis, aut poſteriores capitis. Alioqui vſu refrigerantium plurimi quidem deteriùs habuerũt: inde conuulſi, aut oborta ſpirandi difficultate ſuffocati. Et hæc remedia infirma omnia comperit Gal. præ

maioribus

a *Vt in iuuenibus in febre ardente.*

b *Vt in purgatione & iuuenum hæmorrhagia, mutilorum dyſenteria hæc bona vt ſignũ & vt cauſa.*

c *Ad reuulſionem obſcuram.*

d *Vulgò agglutinantia appellant.*

e *Ne ſanguis in aſperam arteriam, œſophagum procumbat vel caput afficiat & parotides excitet.*

f *Vt in mulierum hæmorrhagia.*

maioribus *a* illis remediis, ex quinto Methodi, ex Prorrhetico, ex lib. de sang. missione. Anacollematis ergo, & aliis topicis post reuulsiones vtendum erit, habita ratione naturæ capitis & partium, quibus admouentur. Anacollemata fiunt ex argilla, farina volatili, farina triticea, incorporatis cum oui albumine, addito momento aquæ rosar. & aceti. Pōt quoq; aliquid adiici boli armenæ, sag. drac. & rerū eiusm. quę adstringūt, quale hoc est.

R. *b* argillæ vnc. ij. boli armenæ vnc. s. acaciæ, hypocistidos an. drac. ij. cum oui albumine & modico aceti fiat emplastrum, applicetur fronti & temporibus. Induntur in nares, quæ refrigerant, adstringunt, inuiscanr, aut crustam ducunt. Interim mixta *c* portiuncula narcoticorum. Verum, & narcotica, & caustica cum periculo esse solent. Sine metu sunt, *d* succus plantaginis, succus rubi, mespilorum, cornorum, & alij eiusmodi. Lanugo arboris, quæ foliis insidet, aut quæ veluti nucamenta pendent è specie populi, *e* vel masculi salicis (quem Galli, *Marsault*, appellant) medio mense Martio colliguntur, macerantur in aceto, siccantur, & vsui asseruantur. Vsus tempore induntur per se naribus, aut cōueniente med. imbuuntur, atque ita imponuntur. Aliud.

Spongia aceto acerrimo imbuitur: imbuta pice liquida circunducitur: tum fictili vase reposita crematur. In puluerem redigitur. Puluis efficacissimus est, & per se insufflatur naribus, vel liquidis medicamentis commiscetur. Aliud.

R. thuris drac. ij. aloes drac. j. cum oui albumine incorporentur. Penicillus è mollissimis pilis leporis, aut floccus è lanugine, aut nucamento supradicto. In eo medicamento incoquitur, & ita naribus imponitur. Penicilli etiam conueniunt è tela aranearum, cui insideat farina volatilis.

R. succi basil. drac. vj. aceti drac. ij. camphoræ ℈. ij. misce. Linamenta hoc medicamento imbuta induntur naribus.

a *Quæ pugnant cum causa coniuncta, generationem prohibēdo, intercipiendo.*

b *Vel R. argillæ, farin. volatilis an. drac. 1. Misceantur cum albumine oui & tantillo aceti. Imbuantur gossipio carpto, naribusque imponantur, ad pugnandū cum anastomasi. vel R. succi lanceolæ (id est plantag. acutioris) bursæ pastoris q. s. cum his macerentur. sanguis draconis. Excipiātur* R. aquæ, *gossipio carpto, & nariindantur.* c *Vt hyoscyami, opij.* d *Præsertim lanceolæ & fructus rubi immaturi.* e *Aqua etiam stillatia ex nucamentis salicis.*

3 R. aquæ plantaginis, rof.an.℥.vj.aceti, vini albi adstringentis an.dra.iii.camphoræ dra.i.misce, & in miscella madefac linteamina, quæ collo inuoluas, hepati pedibus, testiculis, & mammis.

R. aquæ panis porcini vnc.j. camphoræ ℈.ii. attrahatur in nares. Terra sigillata, bolus armena, sanguis draconis, Trochisci de carabe, oui albumine & aceti momento dissoluuntur.

Hinc madefactus penicillus naribus, imponitur.

a Sic equiseti radix trita & naribus imposita efficacissima ad sanguinem sistendum.

Radix *a* pœoniæ subiecta linguæ sanguinem sistit, herba verò fronti imposita aut naribus indita.

Fragaria herba trita similiter iuuat.

Vtile est etiam olfacere camphorã in aceto dissolutã.

Quidam temerario remedio, cùm reliqua omnia nõ iuuissent, eum, cui profluebat sanguis, in balneum deduxit, atque demersit ad collum, & ita restitit sanguis, Verùm ab hoc remedio certum exitium est, si uires vehementer laborent.

Vulgus vtitur corallo è collo suspenso.

Lapides, iaspis onix, id est, cornallina, hæmatites, id est, lapis sanguinarius eodem remedio esse creduntur.

Sunt, qui applicent parti, vbi debet fieri reuulsio.

SCHOLIA.

Galenus scribit comment. 1. τῶν ἐπιδημιῶν, apud Hippocratem τῆς αἱμορραγίας nomine profluuium sanguinis è naribus intelligi, si per se ponatur, non expressa particula, unde effluit. Alioqui nomen generale est in omni sanguinis uacuatione, siue per crisim fiat, siue symptoma sit læsæ arteriæ, aut uenæ. Sed ex arteria exilit tenuior, flauior & cum saltu. Quatuor in uniuersum modi sunt. Reseratio oris uasorum per anastomosin ab eorundem imbecillitate, sanguinis copia, acrimonia: transcollatio, sudoris instar, per διαπήδησιν à raritate tunicæ, sanguinis tenuitate uel sero, gracilium uasorum apertione. Diuisio tunicæ, à uulnere, contusione, ruptione. Postremo διάβρωσις eiusdem, id est, exulceratio aut erosio intrinsecus facta a uitioso succo & acri: extrinsecus à ualentibus medicamentis, aut igne. Vix tamen ab externis uenis sanguis profluit, nisi vel erodãtur, vel rumpantur

tur ob densitatem in cute externa.

Si per diapedisin profluat, serosum humorũ purgatio, venarum densitas, sanguinis crassities procuranda. Si per diabrosyn crustam inducentia erunt vsui. In cæteris vacuãtia, refrigerantia, astringentia, obstruentia, resiccantia, sanguinis missio, diuersio, ligaturæ, cucurbitulæ: frigidorũ perfusio, epithemata, & similia.

Laudatur sanguinis profluuium post partum, tempore mensium, in Synochis febribus & alijs per crisim, è naribus post capitis dolores, modò affectio frigida non sit. Proinde remedia nulla postulat, nisi immoderatum sit, vires superet, & futuræ hydropisis, aut cachexiæ minetur periculum.

Prosunt succus caudæ equinæ in vino, puluis Alexandri, Trochisci Rhazæ, de terra sigillata, de carabe soluta in oui albumine, ex Heraclide, manuum, cruris articulorum ligatio, frictio, cucurbitula supra vmbilicum, nisi sit imbecillior, porri succus, auxilium sæpe probatum. Nonnulli accipiunt porros nouem, aut decem recentes, medios transfigunt filo, folia extrema amputant, ut odorem inspiret, circundant collo obuersis folijs naribus, & deorsum uersis capitibus. Stercus asini odoratum, expertum etiã reijcientibus sanguinem, urtica Græca trita, fronti alligata, cherephyllon ex oleo nucu, plantaginis, millefolij succus, herba trita, camphora aceto soluta, sanguis ægri.

a Quæ tumor est contra naturã cũ rubore, dolore colore & fluxu coniunctus.

Ἀνακολλήματα Paulus explicat agglutinamẽta. Fronti enim applicantur, habentq; agglutinandi & abstruendi facultatem, cuiusmodi sunt tela aranearũ, farina uolatilis, emplastrum Comitissæ, & similia soluta oui albumine. Sed inutilia, cum per uenas & arterias interiores humor decurrit.

b Quòd si quis euaserit, peripneumonicus fit, et intra dies 7. moritur Aphor. 34. li. 4. Aphor.

De a Angina. *Cap.* XXII.

ANgina inflammatio est faucium, aut musculorum qui ad fines asperæ arteriæ siti sunt. Nonnunquam etiam exteriorũ ceruicis. Desperatio est, *b* cum nusquã apparet. Cũ grauissimus dolor ẽ, febris, cũ os hiat, ligna exera est, intercepta deglutiendi uia, & potus per nares *c* refluit, aut si ad initia ceruicis cauitas est, intro adducta uertebra. Hęc ut minuuntur, ita leuior morbus est. Oportet ergò statim initio collocare ægros loco satis *d* amplo,

c Obstructo scilicet œsophago.

d Vt libere aerẽ ducat.

amplo, *a* nec frigido: ita residere in lecto, vt *b* caput altiùs attollatur. Liquidiora *c* sunto alimenta. *d* Parcissimè viuant, quantum vires tolerare possint. Abstineant iis omnibus, quæ *e* fluxiones incitant, quale vinum, uva porosa, & calida ferè omnia. Vitent etiam *f* glutinosa, quæ cum etiam non detergeant, vias iam oppressas angustia intercipiunt. Primis diebus, atque adeo initio morbi *g* sanguis detrahendus est, adhibito prius hoc consilio. Mulieribus tum grauidis, tum quibus menses supprimuntur, angina fit aliquando. In grauida, sanguinem detrahes nullo metu ad tres, quatuorve uncias, plus minusve, vt scopi *h* phlebotomiæ indicabunt. Minus, si fœtus *i* maior est, vt post septimum mensem. Quòd si mulieri grauidæ etiã tum menses fluunt, *k* multò liberius sanguinem è cubito detrahes. Hic enim & ab angina matri, & ab abortione fœtui periculum est. In iis uerò, quæ vterum non gerunt, & menses supprimuntur, venam è crure vulnerabis, copiosiusque detrahes. Tum ad brachij uenas, quæ morbo conueniunt, phlebotomiam transferes. Hoc consilium multis aliis morbis, quibus corripiuntur mulieres, commune est. In aliis, si quidem manifesta signa plenitudinis appareant, è saphena: si mediocria, è media cubiti. Alioqui è cephalica sanguinem detrahes mediocri vulnere, ne si amplius sit, nimium uiribus detrahatur. Si angustius, effluat tenuis sanguis, crassus relinquatur. Hyeme, ubi anginæ ferè phlegmaticæ, parcior detractio, sed foramen maius esse debet. Vere, & reliquis temporibus copiosior, vulnusque angustius imprimatur. Cucurbitulæ ex lib. de concurbus collocentur.

Mollis *l* aluus esto leuibus *m* clysteribus, multò magis

a *Ne constringatur meatus iam obsessus.*
b *Nam non nisi ceruice recta spirare queunt orthopnoici.*
c *Qualitate & consistentia humida, qualia sunt ptisana, colatitia, pulli tusculum et carnis vitulinæ, gelatina quæque cinamomi expers.*
d *Vel dies aliquot omnino à cibo abstineant, si vires valeãt sine infirmitatis metu.*
e *Vt omnia piperata & aromatica.*
f *Hæc enim homines faciunt pneumatias.* g *Ad euacuationem materiæ coniunctæ & antecedentis reuulsionem.* h *Ex morbi essentia, symptomatũ vehementia, dignitate partis, causa materiali & effectrice desumpti.* i *Quia mulier grauida secta vena abortit præsertim si fœtus grandior sit.* k *Quòd ita comparata sit mulierũ natura, vt sanguine abundet.* l *Omnis enim angina alui profluuium desiderat.* m *Vt fiat decoctio ex sero lactis, in qua dissoluatur cassia, aut catholicum pro clystere.*

gis si febris est. In quibus interim dissolues cassiæ fistulæ vnc.1.uel unc.s.cathol.uel hieræ *a* picræ. Huius hieræ summa uis probata. Nam cum angina multos Romę suffocaret, eaque ueluti pestis tota urbe grassaretur, inuentum remedium à Medicis, vt post frugalem cœnam ℈.2.pul. *b* hieræ in pilulas coactos exhiberent.

Quo auxilio quicunque usi sunt, periculum declinarunt tam atrocis morbi.

Paulus *c* omissa phlebotomia acrioribus clysteribus utitur dissolutis unc.3.hieræ diacolocynthidos. Sed qđ ante dictum est, priusquam iniiciamus clysteres *d* acriores, leuioribus uti oportet, qui inueteratum stercus emolliant & detrahant.

Purgationes quoque leues ex cassia, manna ad unc.1. aut eo plus in *e* decocto passularum, hordei, florum cordialium, tamarindorum, sebesten, prunorum.

Suspectum pharmacum, quod Asclepiades imperauit ex aloe & colocynth. tum quia in *f* pilulas conformat, tum quia fortius est.

Dissoluta enim liquoribus, non coacta in pilulas, pharmaca magis conueniunt, propter difficultatem deglutiendi.

Atque dum hæc fiunt, gargarismis utẽdum est, initio quidem repellentibus: deinde admixta ui detergente, & resoluente: post etiam, si fuerit opus, maturantibus.

Atque ubi dolor grauior est, & sentitur exulceratio, lenientibus, quorum materiam & compositionem repetes ex 6. κατὰ τόπους cap.43.& 8. Aetii. Recentiores Medici iisdem etiam utuntur, uel his.

℞. decoctionis rosarum sicc. vnc.4 cum diamor. vnc. 2. Ex sorbis, cornis, moris rubi, aut alioqui immaturis, è granaris acidis poterit exprimi succus, & quarta parte sacchari, aut mellis rosati dulcorari. dianucum & diamoron initio dissoluantur in duplo liquore adstringente, quales sunt supradicti succi. Decoctum rosarum, plantaginis, sorborum, cornorum, mespilorum, & similium adstringentium, uel in aquis inde distillaris. Conseruæ sunt cornorum, sorborum, mespilorum, mororum immatu-

a *Non, si febris adsit.*

b *Simplicis, ad exclusionẽ pituitæ salsæ, per deriuationem in aluum.*

c *Sed et ante venæ sectionem hic gargarismus imperãdus. ℞. aquæ hord. lib.1. aq. ros. & plãtag. an. ℥. ij. succi granatorũ. vnc.1.f. gargaris. Post sectionẽ vero venæ, ex lacte calido imperabit.*

d *Vt qui fiunt ex decocto capitali & hiera vtraq;.*

e *Vel in decocto pulli, aut carnis vitulinæ.*

f *Quas anginosus deglutire nõ pot.*

maturorum, quarum vncia in duplo liquore adſtringente diſſoluta reprimentum *a* gargariſmum efficit. Et hic quoque laudatus reprimendo & leniendo.

℞. *b* ſucci expreſſi è caſſia fiſtul. unc. j. decocti roſarũ aut aquæ plantaginis unc. i j. vel decocti ſebſten. unc. ii. aquæ è ſorbis, cornis aut meſpilis deſtillatæ. unc. i i i j miſce pro gargariſmo.

Vt agetur morbus, ita repellentium *c* modus minuendus, & augendus reſoluentium. Itaque plus mellis admiſcemus: vtimurque hydromellite, plus minuſve diluto, in quo roſæ *d* præbullierint, Syrupo roſato, ſyrupo etiam de papauere, vbi fluxio tenuior eſt. Vbi his remediis nihil proficimus, venæ ſub lingua incidẽdæ ſunt. Alii ex Archigene & aſclepiade venam frontis, & quæ ad angulum oculi pertinent. Hippocrates, lib. 3. de morbis, venã quæ ſub mammis eſt. Nonnulli venas ceruicis.

Verùm tutius eſt poſt vniuerſalem vacuationem perſeuerante malo cucurbitulas cum ſcarificatione ad initia ceruicis adfigere, &c. Poſtea venas ſub lingua, vel phlebotomo aperire, vel cultello ſcarificare.

Sanguiſugæ iiſdem locis, quibus cucurbitulę, affigi poſſunt: quæ vbi detractæ fuerint, cucurbitulæ inducuntur, perpetuò, habita virium ratione.

De cinere hyrundinum, humano ſtercore, canino, & aliis, quę melli mixta aut aliter præparata anginæ conueniunt, lege poſtremos lib. Gal. de ſimplicibus, vt de aſellis & alijs remedijs, commentarios ſecundũ locos.

Lenies dolorem & aſperitatem gutturis aqua, in qua mica panis albiſſimi coxerit. Aut *e* panis ita coctus vehementer exprimatur: colluatur ſuccus. Eodem modo è furfurum tritici pinguium cremore. Lac etiam per ſe, muſcillago ſemin. cydoniorum, lini, althcæ, aut hic Sorani efficaciſſimus Gargariſmus.

℞. glycyrrhizæ recenter raſæ & conquaſſatæ unc. iij. mellis roſati unc. i. aquæ fontanæ lib. ſ. coquantur omnia ad craſſitudinem, è colatura fiat gargariſmus.

Penidia quoq; ĩ lacte diſſoluta, Ptiſanæ ſuccus, hordeatũ, lac amygdalarum dulc. ſimiliter colluatur. Maturãt.

R. ficuum

---

a Quo vtuntur ineunte angina, præſertim æſtiua.

b Vel. ℞. decocti ſebeſtẽ un. ij. aquæ è Sorbis aut cornis unc. iij. ſ. garg.

c In quantitate, qualitate & vſu.

d Huius hæc erit cõponendi ratio. ℞. roſ. ſicc. M. ſ. fiat decoctio in tribus libris aquæ. In colatura ad lib. ij. diſſol. mell. unc. iij. vel unc. ij. ſ. hydromel.

e Vel fiet cataplaſma ex radicibus liliorũ & altheæ, caricis pinguibus, cum butyro, farina lini, oleoq; liliaceo.

R. ficuum pinguium unc. iij. hyſſopi P. j. fiat decoctio ad dimidias, colatura colluatur.

In periculo ſuffocationis.

Anginoſi ſæpiſſimè periculo ſuffocationis laborant. Quòd ſi periculum inde natū eſt, quia erupit tumor, & ſanies in pulmones & cor defluxit, deſperatio eſt, niſi ſūmo *a* beneficio naturæ adiuuet̄. Alioqui ſæpe fit, ut cū nimis increuerit tumor, omnino intercipiat uias ſpirituales, *b* vbi certa mors eſt, niſi occurramus. Itaq; ex tremo malo extrema remedia tētāda ſunt. Repetēda ſectio venarū ſub lingua. Cucurbitula magna & cum *c* multa flāma initio ceruicis affigēda eſt. Collū & torax onerе leuāda sūt, atque inūgēda oleo de liliis, aut fœnugræco.

a *Vt expectorato, aut alui profluuio, aut urinæ purulente excluſione.*

Caput his attollendū eſt, vt probe ſedeant. Aer frigidus introducendus eſt. Locus ſit lucidus & perſpiratus. Cucurbitulę quoque in pulpis ſcapularū ſubmēto, ī mēto & maxillis. Alij etiā in ſutura coronali, & ſub mammis coaptant. Rhazes etiam veſicante phenigmo vtitur initio ceruicis, tumq́ue gargariſmis acrioribus vtendum eſt, vt hydromelite, in quo pugillus hyſſopi, aut origani coxerit, aut radix gētianæ, cucumeris agreſtis, iridis aut R ſeminis ſinapi drac. ii. conquaſſentur, & in aceto acerrimo macerentur. Incorporentur cum modico melle. Deinde diſſoluantur in ℥. ii. mulſæ ad gargariſmum.

b *Impeditur enim actio p quā eſt vita.*

c *Vt maiorē attrahendi vim habeāt vacui fuga.*

Quòd ſi his artibus nihil proficimus, vtimur *d* auxilio Aſclepiadis. Vtēdū eſt tū ēt omnibus ferè medicamētis.

d *Quod ē ex aloe & colocynthide, cuius meminit Aetius.*

Hiante ore lingua deprimatur: culter, ligneus acutus indatur in guttur, vt tumor diſrumpatur. Tum prono capite ſanies repurget̄. Vbi in faucibus manifeſtus tumor eſt, vellicandus eſt vnguibus, aut ferro aperiendus.

Alij *e* ſpongiæ partem ad magnitudinem auellanæ ſuſpendunt è filo, & ita ab ægro deuorari iubent. Intumeſcit ſpongia, atque dum vi retrahitur, tumorem rumpit. Hoc alij bolo carnis ſalſæ ſemicoctæ, ita ſuſpenſo & deuorato, tum vi retracto moliuntur. Alioqui ſcarificādus locus eſt ſub maxillis, ſub mēto, in collo, vitatis ſēper neruis & arteriis. Sic enim aliquādo ſanies effluit. Alioqui cucurbitulæ ſcarificatis locis apponendæ ſunt.

e *Nonnulli etiam panis cruſtam deuorandam præbent.*

E nido hyrundinis in acqua decocto, aut oleo communi, uel chamæmelino emplastrum faciunt, quod inducunt collo. Alij è stercore humano recenti. Quidam, quod tolerabilius est, è lana succida insuccata in oleo communi, oleo liliorum, chamæmeli, aut simili, quorũ consilium est, ut foras materiam euocent.

SCHOLIA.

Anginæ species quatuor à Paulo constituuntur, quibus quintam etiam recentiores addiderunt. Omnibus communis est inflammatio aliquando cum tumore, deglutiendi difficultas, impedita respiratio, dolor circa laryngem & æsophagum. Differunt parte affecta. Fiunt enim in musculis vel colli, vel gutturis, vel vuæ. Συνάγχη *in musculis pharingis:* παρασυνάγχη *in musculis faucium externis:* Κυνάγχη, *in musculis internis laryngis:* παρακυνάγχη, *in externis. Quinta fit luxatis vertebris ad anteriora. In qua locus cauus apparet cum dolore, musculorum circumiacentium tumor, respiratio difficilis, hiatus oris, lingua exerta, & à sua radice mota, soláq; veteribus* Κυνάγχη *dicebatur, ut scribit Aetius. Periculosissima omnium, & quæ eodem die iugulat, si neque in faucibus, neque in ceruice tumor aut rubor apparet, si dolor vehemens, violenta inspiratio, cibi & potus refluxus per nares, & similia ab Hippocrate scripta in prognosticis. Distinguitur à Peripneumonia & Pleuritide, quia dolor in gutture maximus cum angustia, nullus in thorace. Vbi pulsus magnus & undosus, peripneumonia: durus & tensus, conuulsio metuenda est. Imminente suffocatione paucus & rarus: agentibus animum, creber & inæqualis apparet. Cuidam in musculis dextræ partis laryngis cùm orta esset inflammatio, neque appareret, sed tactũ duntaxat externo dolorem præ se ferret, mors subita tribus horis à missione sanguinis consequuta est. Alius iussit sibi gurgulionis finem amputari absente Medico, cùm inde suffocaretur, & seruatus est. Post febrem repentè inuadens, & non apparens, lethalis. Si ad pulmonem conuertitur, septem diebus interimit.*

Remedia sunt sanguinis missio è cephalica dextra, repellentia intro sumpta, gargarismata, sectio venarum sub lingua, clysteres ad reuulsionem, inunctiones, vnguenta, syrupi,

pctio-

potiones, lohot. Quidam butyrum mense Maio conficiebat, viris è lacte vaccæ, quæ marem peperisset, mulieribus, quæ fœminam. Vrgente malo inungebat collo, ceruici, partibus vicinis, carpo, plurimùm fricando. Atque hac ratione non paucos sanitati restituit. Datur diacodion, vbi somnus concilian dus, & tenuis fluxio. Vbi educendum, magis cum melle. Potest addi glycyrrhiza, interdum sapa, & mel.

De a Tussi. Cap. XXII.

TVssis causa sola *b* intemperies partium *c* consensus, vt lumbricis, vel humore acri stomachum infestanti bus, & quod sæpe fit, à cerebro defluxio, aliàs calida, aliàs frigida, tum etiam humor in pulmonibus conceptus, aliàs crassus, aliàs tenuis, interim viscidus, nõnun quam etiam asperitas. *d* arteriæ. Vt rectè cures, causa cognoscenda est.

In intemperie *e* frigida, quod fit sæpe hyeme *f* frigente, domicilium calidum, animæ retentio, vini *g* dulcis & calidi potus, partium pectoralium munitio ex linteis calentibus *h* pedum calor, & capitis sufficienti remedio esse possunt.

Defluxio tenuis, maximè si copiosior est, retinenda est incrassantibus multò magis, si acris est. Id quod intelliges ex oculorum & faciei rubore, titillatione, aut etiam mordicatione oris interioris, sapore, vrinis multùm coloratis, tum etiam antecedentibus causis. Hæc enim tussis, etiam si initio leuis est, *i* tabem denuntiat.

Itaq; statim initio medicamẽtis utendum est, quæ in spissent & obtundãt materiã. Cõueniunt itaq; aqua hor dei,

a Ex sufflatione vehemẽtissima, qua spiritus multus celerrimè foras erũpit, ad exclusionem materiæ, quæ pulmones lacessit & vias intercipit.

b Frigida scilicet, sect. 2. lib. 6. τῶν ἐπιδημ. & histo. 2. vniuers. lib. 2.

c Vt hepatis & ventriculi: vel etiã aliarũ affectionum methastasis & translatio symptomatica, vt in pleuritide & hydrope.

d Quæ siccæ tussis causa vna existit.

e Cuius signum est tussis leuiter irritans, quæ tacendo cesset, fiatq; à spiritu non à maligna destillatione.

f Tempestate præsertim Aquilonia repentè oborta.

g Ex lib. 3. de diæta in morb. acut.

h Nam venarum quæ ad pedes feruntur, continuitate calor superiores petit partes.

i Quæcunque enim destillationes à capite tussiculosos & raucos homines reddunt, nisi tempore conquieuerint, alteram faciunt tabis differentiã.

dei, syrupus uiolatus, de papauere, muscilag. psilij. se. cydoniorũ, decoctũ papauerũ adiecta sapa, ut & somnũ cõcilies, & fluxionẽ incrassatã cohibeas, nec attenues. Melitismis plurimũ vtunt Medici in tussi, qbus tamẽ abstinẽdũ est, ubi fluxio ẽ tenuis. Mel.n. attenuat. Sed loco mellis uti oportet uocato melle passulato, ficato, qđ syræũ nõnulli uocãt succo glycyrrhizę aut prunorũ. Hęc ãt ita cõparabis. Passulas, ficus, pruna, iuiubas, sebest. horũ aliquot in aqua coques ad putrilaginẽ: tũ uehemẽti expressione percolabis, & iterũ coques ad mellis crassitudinẽ.

Hic etiã utimur muscilagine gummi tragacanthi, gummi arabici extracta in aqua rosarum, & incorporata in aliquo succorum prædictorum, ut gratia exempli.

R. muscill. gũmi tragacãthi ęxtractę in aqua rosarum dr. vi. incorporẽtur in mellis passulati, succi liqritię, aut similis ℥.i.s. Quòd si uigiliæ urgẽt, & dolor maior ẽ, misce pilularũ de cynoglossa drac. ii. & affunde aliqđ syrupi de papauere, uiolati, aut rosati. Finge pilulas pondo, unius ℈ quas contineat *a* in ore. Atq; ubi maior fluxio est, secta *b* cephalica diuertenda erit. Deinde etiã purgatione ẽ cassia fistula, manna, aut penidiis admixtis. ut.

R. cassiæ unc.i. penidiorũ drac. vi. dissoluãtur in aqua hordei, passular. decocto, aut glycyrrizæ. Sæpe utẽdum est hordeato cum saccharo uiolato. Partes quoq; colli & thoracis, si iurarueriat hoc illinatur, linimento.

R. ol. uiol. ℥.ii. muscil. sem. psilii extractę ĩ aqua ungulę caballinæ unc.i. ceræ lotę ĩ aqua uiol. q. s. f. linimẽtũ.

Nimis urgente malo, cauteriis etiam utendum est, cum in syncipite, tum etiam in ceruice & scapulis. Multa repetenda ex capite de Catarrho.

In materia frigida. Hic neq; phlebotomia, neq; purgatione utendum est nisi corpus *d* admodum plenum sit, tumque cassia, addita terebinthina, ut sint cassię drac. vi. terebinthinæ drac. iii. fiat bolus cum saccharo, uel dissoluentur in ficuum decocto uel simili.

Possumus quoque uti *a* agarico, inde pilulis formatis cum

a Item ad sistendum ferinũ catarrũ hoc poterit cõmodè præscribi R. syrup. ros. ą siccis cum quadrupla ĩfusiõe ros. ℥.s. pilul. ą cynoglosso gr.iiii. aut v. excipiatur cochleare unu ante horã sõni.

b Venæ sectio et ad catarrhi generõnẽ prohibenda, et ad fluẽtis materiæ auersionem cõfert.

c Et ea cacochymiæ plethora p oppressionẽ diaphragmatisatque pulmonum morbũ augeat.

d Vt. R. agarici troch. rhei electi, hieræ picræ an. ℈.i. malaxentur aqua hyssopi infusionis agari-ci. f. pilulæ.

cum rhab. cum pul. hieræ picræ, hieræ diaco. cum elephang. pil. aut etiam fortioribus.

Sed melius fuerit uti prius *a* melicrato, in quo uel hyssopum uel thymum, uel marrubium, aut aliquid tale in coxeris. Alioqui uti *b* syrupo capil. uen. de hyssopo, de marrubio & similibus. Iā purgato corpore incidendum, detergendū, siccandum. Sed in desiccātibus cautio est, ut ne nimium calfaciant, qualia sunt acria, diuretica, inimicissima *c* expuitionibus è thorace. Nec statim initio utēdū est, maxime si materia crassa, aut uiscida est. Præterea utimur semine apii, urticę, nasturtii, sylle, erisimi, raphani, fœniculi, & torrefiunt, atq; in puluerem rediguntur, tum horū drac. ii. cōmiscētur drac. vi. mellis despumati.

Laudant, ut per interualla, bis aut ter in hebdomada mythridatium aut theriacam ad magnitudinē auellanæ ex uino albo.

Animaduertēdum quoq; hoc loco liquidioribus potius utēdū esse, quā crassis & solidis medicamētis, ubi repurgādi cōsilium ē. Cōtra uerò solidis, ubi coquēdum. Deinde ēt nō utēdum esse uiscosis, nisi habeāt *d* aliquid detersionis, ubi exasperanda arteria est. Conueniunt uiscosa sine mordicatione, quale est tragacāthum, gummi arabicum, oui luteus sorbile, butyrum, muscillago sem. cydoniorum, lac per se, mel passulatum, succus iuiubarum, ficuum, dactylorum, ueterum nō recentium. Nā recentes exasperāt, hordeatum, lac amygdal. dulcium. penidia, saccharum uiolatum, alpheniæ ex dulci oleo, ubi coquēdum est aliq̃d croci, thuris, myrrhę, & eorum quę leniunt, medicamentis adiiciendum est. Semen irionis, urticæ desiccant: mel & saccharum detergant: aromata, sed non nisi liquore aliquo diluta, imperanda sunt.

Plura remedia capite de asthmate & pleuritide.

Suffumigia initio quidem, si modica fluxio est, nec est capitis plenitudo. In fine uerò, roborādo capiti & thoraci

Senes

a Vt R. hysso. orig. an. M. s. coquatur in trib. lib. aquæ fōtanæ: ī colatura ad lib. ii. dissolue mellis ℥ iii. f. melicratū

b vel R. oxymell. simpli. syru. capill. ve. et de hyssop. an. ℥. i. dissolue ī decocto passularū & glycyrrhiza, f. iulepus.

c Itaq; hic poterit syrupus præscribi R. pruna damasc. & iuiubas ana nu. 14. passul. mū. nu. i. s ficus pingu. dactilos an. nu. iij. bechij, scabiosæ, an. M. s. hysso. p. i. glicirhizæ ras. drac. 6. f. decoctio: in colatum ad lib. i. dissolue sacch. albiss. quar. iii. electari diairei simplicis vnc. ii. vel vnc. iii. f. syru.

d *Ne faciant homines pneumaticos.*

Senes tusſiculoſi potu uini dulcis tepido, butyro recenti, addito ſaccharo, dulcoramentis, condimentis. Atque interim decocto *a* caulium, leuibusque remediis curandi ſunt.

a Præſertim rubrorum: in quo ſaccharum ſit diſſolutum.

Narcoticis aliquando utimur, ubi tusſis moleſtior eſt, & perpetuæ ferè uigiliæ. Illicitur ergò, ſyrupo de papauere cum decocto palmularum, aut pilula de cynogloſſa, pondere ſcrupuli ſemisſis. Aut his.

R. ſpicæ celticæ ℈. j. cinamomi ℈. ij. croci gra. viij. caſtorei gr. vj. opii in ſapa macerati gr. iiii. Omnia excipiantur melle, fiantque paruæ pilulæ pondo ℈. i. teneat in ore.

Tutior eſt uſus narcoticorum iam purgato corpore, & thorace non ita pleno. Vehementer commendant ſyrupum myrtillorum ſedandæ tusſi. Calidæ quidem, cum iulepo roſato: frigidæ, cum decocto paſſularum aromatizato modica ſpica.

Scholia.

Vt in ſternutatione, cerebrum, in vomitu, vêtriculus quod noxium eſt, concitato quodam naturæ impetu expellere conãtur ita in tusſi, partes thoracis ſimul inſurgunt, concutiunturq; muſculi, vt vel quæ carni ſuæ moleſta ſunt, in pulmonum arterias expellant: vel quæ in aſpera arteria præter naturam continentur, foras eijciant, non per contractionẽ, ſed confertim emiſſo per eius interiores ductus plurimo ſpiritu, haud ſecus ac ſi quis, quæ in fiſtulæ cauitate hærent, afflatione vehementi expurgare velit. Cauſa eſt, vel humor, vel corpuſculum aliquod, vel inæqualitas ab intemperie liberum ſpirituum exitum prohibens, vel compresſio diaphragmatis à tumore. Humor eſt aliquando viſcidus & lentus, ſiue ſit infarctus pulmonibus, meatus expirationis & inſpirationis oppleus: ſiue defluat à capite in aſperam arteriam, vt in Catarrho pituita: ſiue è thorace educatur. Aliquando verò tenuis defluxio ſubſtantiæ, quæ cùm à ſpiritu comprehendi non poſſit, ſæpius reperitur tusſis, vt cum ſeroſa humiditas in hydrope, & tenuis quædam materia, aut ſanies in pulmonum inflammatione (præſertim in principio) uel pleuritide, vel tabe reludas in aſperam arteriam. Poteſt in meatu illius panis

aut

aut potus portiuncula aliqua illapsa contineri, vel tuberculum, vel vlcus, vel cùm defluxio diutius restiterit, in pulmonibus crassior reddi & quasi lapidescere vt expurgari non possit, vel, vt in gibbosis, tuberculum in spina, quod si non ita durum sit, aliquid desudet in arteriam. Potest nasci, materia è cerebro in spinam delapsa per tussim, aut inde augeri. Intemperies vel frigida est, quæ sola interdum, si leuis fuerit, spiritus cohibitione, ore & naribus clausis supprimitur: vel sicca, vt in hecticis, aut cùm columella exesa est, vel diuisa. Opprimitur diaphragma tumore, vt hepatis, in eiusdem inflammatione, quam sequitur tussicula, vel tussis sicca, quæ in schirro non ita apparet, fortasse quia nulla fit resudatio. Cognoscitur tensione ac duritie hypochondriorum, & signis ex recrementis.

Tollenda causa per contraria. Remedia sunt, sputum prouocantia, inspissantia, attenuantia, detergentia, pilulæ, syrupi, lohot, vel elegmata, bechica, tabellæ, trecisci, narcotica, suffumigia. Sed in his, quæ sistendis fluxionibus è capite in asperam arteriam & stomachum imperantur, videndum, ve tam naribus hauriantur, quàm ore. Non enim viam naturalem, qua diuerti debēt, præcludere oportet aut astringere: sed qua descendunt, palatum nimirum, nisi maior noxa, suppressa, quàm eunte materia, metuatur.

De a Asthmate. *Cap. XXIII.*

ASthma, *b* suspirium Latinis, à pituita *c* crassa & viscida, inclusa *d* bronchiis pulmonis. Vnde anhelitus molestissimus, magisque *e* iacentibus, quàm sedentibus. Affectus *f* senibus familiaris, & iis, qui metalla

a *Pathemate primigenio febris experte, nō symptomate aut à pulmonis tuberculo aut etiam à labefactata vi motrice in cerebro & cerebralibus neruis.*

b *Adest enim summa spirandi difficultas, ut nō nisi erecto corpore spirēt.*

c *Quæ vel localem in cerebro habuit generationem, vel è cerebro defluxit.*

d *Quibus aer recipitur & fuligo excluditur.*

e *Propter pulmonum compressionem.*

f *Non enim senes firmæ habent latera ad materiæ cuius fit exclusionem: quia cerebro sunt humidiore, excrementitio, scciore temperamento, & pulmones in his infirmiore calore languent.*

a *Quòd venenata metallorum aura pulmones et vim cerebri motricē atque ceruicalium neruorū resoluat.*
b *Ad vitādū rheumatismum.*
c *Vt foco luculēto, aere tenui nō caliginoso.*
d *Ad mundificandam materiā frigidam, quæ contumaciter brōchijs pulmonum adhærescit.*

la *a* hydrargyrum,& arsenicū, & alia eiusmodi tractāt. Hyeme magis etiam extrema, & phlegmatica conditione excitari solet. *Curatio.*

b Superiore cœnaculo,loco *c* lucido, & calore *d* plusq̄ tēpato,altiorib. *e* mollibusq; stragulis,capite & thorace subleuato,multo ét magis,cū dormiūt,colocarī oportet.

Frugalis *f* uita,potus *g* uini tenuis,& ueteris *h* dulcium sculi,mellita *i* alimēta,uel cōdita *k* iis rebus,q̄ leniunt, incidunt *l* tergét.Iā liberalior potus esse debet,cum repurgandi consilium est. Omnino abstinendum frigidis, adstringētibus,minusq; calfaciētibus. Phlebotomia concedi potest ætatibus mediis,si nihil est in scopis uniuersalibus mittēdi sanguinis,quod repugnet. Si vehemens malum est,si suppresi mēses,aut hæmorrhoides:alioqui inedia,aut uita parcissima aliquot diebus intéperanda est.Vtendumq; clysteribus. Leuiter molliēda aluus est.

Materia in thorace concepta,incidenda,abstergēda, *m* diluēda,repurganda tum pharmacis catharticis, tum iis,q̄ sputa ducunt *n*.Materia repurgata, desiccantibus utendum est. Roborandæ sunt partes. Peregrinatio, nauigatio *o* in mari,uectatio è curru, aer maritimus, alia quoque eiusmodi,quæ calfaciunt & siccant, sunt imperanda. Clysteres primum molles sint, ex remolliētium decocto

e *Vt residendo cubet,non iaceat.*
f *Qua deducitur altera pars cibi assueti,simplicis & euchymi.*
g *Neque crassi,neque austeri: nam tale meatus intercipit.*
h *Id enim pulmones recreabit malè affectos, alas pulmonum explicabit, materiamq; præparabit.*
i *Modo biliosus non sit & sitibundus.*
k *Cuiusmodi ex butyro medulla sapa.*
l *Vt ex iuscula ex hyssopo thymo,satureia.*
m *Vt ex facili expectoretur.*
n *Ad hac cōferet oxymel simplex Gal. vel hyssopo cōditū,melicratū,syrupus de hyssopo,de prassio. syrup. capil. vener. viol. R. syrup. viola. de hyssop. oxymel. simpl. an. unc. 1. Misceantur. Vtatur loco lohot.*
o *Vt sine spiradi difficultate moueatur corpus. Vide tamē ne tabidus sit æger. Nauigatio enim vomitum inducit, pterigodi perniciosus.*

decocto cum cassię.dra.vi. in ea dissolutis. Aliqua uerò ex parte præparata & purgata materia dissoluemus semunciam diaphœnici, drac. iii.hieræ diacolocyn. drac. vi.benedictæ, in pectorali decoctione.

Leuiter aluum remollies unc.i.cassię, & unc.s.penidiorum dissolutis in hac decoctione.

R.glycirrhizę, passu.enucleatarum ana dra.3. iuiubarũ sebestẽ, ana N.vi. florum anthos & borraginis an.P. i.spicæ drac.i.fiat decoctio.In col.dissol.&c.ut cassiæ, penidiorũ.& cæt. Laudatur melicratũ hoc modo paratum.

R. fœnugræci M.i.hyssopi P.ii.ficus N.vi.Fiat decoctio ad libr.s.In col.dissolue mellis crudi unc.iiii.

Laudatur quoque ius galli decrepiti, tũ quia morbo conuenit, tum etiam quia uẽtrem leuiter subducit. ius galli

Oribasius hoc modo incoquit. Gallum rufum & decrepitum infarcit sale:tum incoquit cum porro, anetho multo, & oleo. Loco olei, butyro utitor, aut alio pingui. Potest & concoqui cũ polypodio, semine carthami, cumino, aniso, hyssopo, thymo, satureia, & aliis eiusmodi. Decoctio quoque poterit dulcorari melle albo, aut saccharo. Per interualla quoq; fortioribus purgationib. utendum est, ut pil. factis ex pul. hieræ picræ, & agarici trocisc.ana ℈.ii. aut pilulis elephanginis, mastichinis, de hiera, assaieret, cocciis, & similibus. Massa earum pilularum ℈.ii.cum ii.℈.agarici. Ex oxymelite scyllitico formentur in pilulas.

Pulueris quoque hierę diacol ℈.ii. agarici trochiscati drac.s.coniungitur & syrupo de hyssopo. Alioqui.

R.catholici drac.vi.diaphæ.drac.ii.cum infusione ℈. ii.agarici, modico spicę & hydromelite quantum sufficit, fiat potus.

Iam bene purgato corpore, thorax repurgandus est, cui rei materia conuenit ex lenientibus, incidentibus, detergentibus, postremo etiam siccantibus.

Passulæ, ficus, sebesten, iuiubæ, glycyrrhiza, penidia, saccharum, Alphenia, semen altheæ, lini & similia leniunt.

Incidunt uerò & tergent. Aristolochiæ radix, gentianæ,

gentianæ, enule centaurii, semen melanthii, scylle, irionis, urticæ, bõbacis, origanum, thymum, satureia, calaměthum, pulegium, brassica, absynthium, abrotonum, hyssopus, alium, porrum, piper, castoreum, gutta ammoniaca, serapinum, & à proprietate aselli, uermes serici, pulmo uulpis & erinacii, stercus lacertæ, uermes subiecti urticis, interiora oculi Philomelę cremata & ĩ puluerem redacta. Gaiacum quoque, ceu lignum sanctum manifesta ratione hic conueniunt.

Desiccant sulphur uinum, & arrhenicum rubrum.

His aut sic uti oportet. Nã è radicibus, herbis, seminibus decoctis melicratũ parari debet: deinde reliquorũ, quæ a proprietate iuuãt, in puluerem redactorum ℈. ij. plus minusve, melicrati unciæ inspergi debent.

Alioqui ex aliis succus expressus melli commiscetur, aut horum puluerum drac. ij. mellis unc. ij. commiscentur, quale hoc erit.

R. hissopi M. j. ficus vj. fiat decoctio ad libr. s. in qua dissol. mellis unc. iij. aut iiij. aut ij. fiat melicratum, cui insperge pulueris facti è pulmone uulpis drac. iij. pro duabus dosibus. Aliud.

R. pul. gentianę, enulę, aliptę moscatę, diaireos drac. ij. mellis quantum sufficit.

Optimum est uti melle scyllitico per se, ut cum decoctione pectorali, melicrato hyssopi, aut simili.

Per interualla quoq; theriacæ aut mythridatij drac. per se aut cum modico aquę scabiosę, ungulæ caballinę, uino albo tenui, ueteri plurimum conuenit.

R. styracis pinguis terebinthinæ ana ℈. iiij. spicæ. ℈. j. cum melle despumato fiat electuarium. Sed interim dũ hęc fiunt, thorax fricãdus est atq; inungẽdus oleo amygdalarũ dulcium, chamæmelino, anethino, de keiri, iasmino, de lilio, laurino, irino, costino, de spica, ordine ducto à leuioribus. Aut poterit ex his linimentum fieri cum æquali parte muccaginis seminis lini, altheæ, fœnugræci & ceræ quantum sufficit. Gratia exempli.

R. ol. iasmini ℥ j. s. muccag. seminis altheæ unc. i. muccag. seminis fœnug. extractæ in aqua scabiosæ drac. s.

cum

cum cera quãtum ſufficit, Fiat linimentum pro thorace. Poſt unctionem lana molli, goſſipio aut lana ſordida thorax contegendus eſt.

In periculo ſuffocationis & nimis oppreſſo ſpiritu, cucurbitulæ ſcapulis affigendæ & cruribus. Dandumq́;, ut ore contineat, aquæ hordei unc.ii.ſacchari unc.i. croci Gr.iiii.

R.oxymellis ℥ ii.ſalis ammoniaci ℈.i.croci Gr.iii.

R.ſalis ammoniaci, ſem. naſturtij, pulmonis uulpis ana drac.i.croci Gr.iiii. diſſol.in iulepi uiolati unc. iiii. pro duabus doſibus.

Tumq́ue frictiones & uincula extremitatum conueniunt, & ea quæ in angina iam dicta ſunt.

Deſiccandum iam bene purgato corpore & thorace hoc modo.

R.ſtyracis, maſtichis, terebinthinæ, arrhenici rubri ana ℈. iiii. incorporentur in uitello oui. Deinde cum hoc medicamento fruſtula ligni iuniperi illinantur: poſtea ſiccētur: ex ſiccatis ſuffumigum, quod per tubulum ore excipiat. Similiter fiat ex ſulphuris uiui & arrhenici rubri pari pondere.

In debilioribus arrhenico abſtinendum eſt, utemurq́ue ſolo ſulphure incorporato in terebinthina, ſtyrace, maſtiche.

Iam bene procedente morbo, cucurbitulis ſub mammis, ſed breui mora utendum eſt, ut tantum attrahant, non etiam diſcutiant.

Similiter Dropaces, Sinapiſmi, Phenigmi, Exulcerantia, thoraci aptanda ſunt.

Extremum eſt, cauterium in medio pectore. Crudelius eſt auxilium uſtionis, quod ab Aetio deſcribitur, cap.de Aſthmate.

In uigiliis dabis drac.s.philonii, quod etiam anhelitum iuuabit.

In ſiti uehementi, aqua hordei, cum ſaccharo utendum. Iulepus uiolatus, liquiritia ore contenta conueniunt.

SCHOLIA.

Asthma. *Asthma, difficultas respirationis, qualis ijs, qui diu cucurrerunt. Ex quo asthmænin, anhelare, quod à cursu, & vehementi exercitio commouetur.*

Angustia quoque fit Peripneumonicis, Suppuratis & Pleuriticos, sed cum febre. Hic autem eam spirandi difficultatem, quæ cum respiratione densa, & sine febre est, intelligimus. Cuius causa licet in multis præsens semper adsit, grauius tamen spirant commota materia, vt & in Pleuritide. Duo habet perpetua symptomata, & signa, quibus facilè ab omnibus vel solo intuitu internosci potest.

Angustiam, seu arctationem partium thoracis, quã ægri sensu manifesto deprehendunt.

Orthopnia. *Orthopnian, id est, rectam spirationem, quòd ægri non nisi recta ceruice spirare queant. Cùm enim aspera arteria à gutture in pulmonem porrecta, tibi scindatur in multas propagines, per quas spiritus defluit, si thorax cũ collo curuetur meatus comprimi necesse est, ac spiritum magis intercipi vnde capite & thorace subleuato, stare coguntur.*

Causam duplicem quidam constituunt, crassum & viscosum humorem non in leuibus, sed asperis arterijs, quæ sunt respirationis instrumenta, vnde fit obstructio sufficientem efflationem & inspirationem prohibens, quò fit vt parua sit, densa, & velox respiratio. Velocitate enim, & densitate compẽsare nititur natura, quod deest ad refrigerationem cordis, aut excrementorum fuliginosorum excretionem ob paucitatem aeris ingredientis, & expirationis. Altera causa est, tuberculum aliquod crudum in pulmonibus genitum. Causam tamen huius symptomatis, siue morbum ipsum non semper in fistulis aut cauitatibus pulmonis consistere, experientia constat. Anno 1549. mense Septembri monachus quidã in Collegio (vulgò d'Arras) breui asthmate interijt. Corpore dissecto abscessus repertus est in vena arteriosa, & sine pari, integris omnino pulmonibus. In quodam (nomine, Britio) asthmate mortuo, pulmo, tanquam spongia, imbutus multò humore pituitoso inuentus est. Fit & à reficcatione, vt in aurificibus, chymistis, fabris ferrarijs, & similibus. Quibus addi possunt, inunctiones & remedia à morbo gallico. Rasis lib.

4. con-

4. continentis adiecit pectus strictum, & paruum pulmonẽ. Qui natura talem constitutionem habet, iugiter (inquit) fit asthmaticus. Galenus verò Apho. 46. lib. 6. fieri significat aliquando à tuberculo nato in spina, ut in gibbis. Quod si magnum est, & durum, siue crudum, asthma facit: si non ita durum, & aliquid desudat in arteriam, tussim. Aliquando etiã suppuratur & interimit. Si fuerit in collo, asperam arteriã contrahit: in dorso, pulmonem & vicina corpora: sub septo, renes & lumbos, vrinam quoque intercipit. Huiusmodi tuberculorum materia potest cieri è cerebro in spinam per tussim. Vel causæ sunt, ictus, casus, non conueniens decubitus pueris, inconcinna deligatio, gestus deformis. Moriuntur ferè suffocati pure, vel cùm adolescunt, ad incrementum cordis et pulmonis non accrescẽte thorace, iugulantur. Philotimus ab influente sanguine, sed contra rationem fieri scribit. Sunt igitur in vniuersum Asthmatis causæ, crassus humor, vel tuberculum in cauitatibus asperæ arteriæ: bronchia intercepta multa & viscida materia: resiccatio vehemens: abscessus: strictura pectoris, & pulmonis compressio: tubercula in spina, siue sponte enata, siue à causa externa: flatus multi septum transuersum distendentes, ex quibus sequitur, vijs interclusis, neque expirationem, neque inspirationem satis cõuenientem fieri. Periculum autem maximum imminet, cum omnes musculi intercostales, superiores scapulæ & omplatæ trahuntur, virium imbecillitas, vehemens calor, angustia partium spiritalium conspicitur. Vbi omnes, aut plures concurrunt, æger morti proximus est: vbi duæ, non facilè seruari potest.

In abscessu, totius corporis habita ratione, attenuãtibus, vt aromatis & siccãtibus: in crassis et viscidis humoribus, attenuãtibus sine manifesto calore, & detergentibus vtendum. Syrupi, pilulæ, purgãtia, cõseruæ, eclegmata, vnguenta, apozemata, flatus discutientia. Augenda vis medicamentorũ, si materia non in bronchijs pulmonis, sed in spatio thoracis, & membrana succingente hæret, Suffumigia, Dropax, Sinapismus, Phenigmus, Cucurbitulæ sub mammis. Quidã in medio thorace cauteriũ laudant, alij vnum in brachio quatuor digitis sub osse scapulari, alterum in crure quatuor digitis suprà genu inter duos musculos. Clysterum frequens vsus, potus pau-

cior,

cior, sed paulò crassior, dum materia coquitur, largior & dilutior, dum expurgatur, phlebotomia ætate media, suppressis mensibus, hæmorrhoidibus, & si febris adsit.

a *De inflammatione tunicæ costas succingẽtis, aut etiã musculorum intercostaliũ quibus illa adhæret tunica.*

De a *Pleuritide.* *Cap.* XXIIII.

PLeuritis dolor est lateris *b* acutus *c* pungens, cui *d* assidua febris *e* difficultas spiritus coniuncta sunt. Pulsus *f* durus & serratus, supinus ferè decubitus. Nam in latus sanum conuersis tumor suspenditur, atque ita distenditur membrana, quæ patitur, ideoque ita asperatur dolor. Vbi uerò ægro lateri incumbunt, ex eo, quòd subiecto corpore supprimitur, ampliatur doloris sensus, fusa latius materia. Tum quia pulmo lateri affecto innititur. Hic tamen decubitus altero tolerabilior est. Optimus autem, qui in Asthmate præscriptus est *g*. Nocte fere exacerbatur, ac diebus imparibus. Ab exercitio, frigidæ *h* potus, vini *i* intemperantia, inspiratio *k* gelida & aquilonia, multo magis, si præcessit Auster, ac de repente succedit frigus; venena *l* interim, concussio etiam externa huic malo occasio esse consueuerunt.

b *Vehemẽs & intolerabilis, qui suam celeriter absoluit historiam.*

c *Ob mẽbranæ naturã.*

d *Ob cordis viciniã & pericardij.*

Materia ferè *m* biliosa, aut sanguinea, quod partim sputis, partim aliis *n* excretionibus & antecedente vita coniicies. Raro pituitosa & *o* melancholica. Interrogandusque æger est, num suppressa sit solemnis aliqua purgatio,

e *Est enim respiratio parua & frequens.*

f *Ob naturam membranæ & materiæ copiam.*

g *Pleuritis noctu magis ingrauescit, quòd in somno partes internæ & viscera magis incalescãt, cũ calor à superficie corporis ad cẽtrũ se recipit.*

h *Quia frigida, constringendo meatus, sanguinem in costas exprimit.*

i *Vnde materiæ orgasmos, & catarrhi generatio.*

k *Præcipuè si Auster ante diu flauit. Nam cùm Austrina tempestas bellũ cerebro indicat, corpus replet humoribus, quos Aquilonia constringendo exprimit: tum verò dum frigus ipsi thoraci nocet, fluxioni excipiendæ fit idoneus. hinc pleuritis.*

l *Vt Leporis marini vsus.*

m *Qđ tunicã costas succingẽtẽ quæ dẽsa est, crassa materia subire nequeat*

n *Vt alui & vrinarum.*

o *Quæ ferè funesta, quòd pepasmi expers.*

gatio, vt in mulieribus menses, in viris hæmorrhoides, aut anniuersarium profluuium, aut alioqui statum certis interuallis, vt ex aluo, naribus, vlceribus. Ex his enim vitium lateri contrahi potest, præcipuè *a* quibus ea pars infirma est. Quæ etiam hyeme ideo facilius patitur, quòd infirmatur frigore. Frigus *b* enim omnibus partibus thoracis inimicissimum est. Hoc modo igitur methodum distinguendæ Pleuritidis instituito.

Quæ pleuritidem imitantur.

Quibusdam corporibus à natura datum est, vt *c* hepar fibris quibusdam, costis inferioribus copuletur. Itaque laborante hepate imago pleuritidis representatur. Aliis materia quędam crassa & viscida in membranis pectoris colligitur, toto etiam thorace, vnde dolor grauis, tussis *d* dispnæa & *e* ficta Pleuritis. Nam nec pungit dolor, nec febris incenditur, vt nec si flatus mēbranis aut intercostalibus musculis impactus est. Aliquando etiam musculi inflammantur, *f* sed pulsus hic alius, nempe mollis. Dolor grauis est, non pungens, & omnia ferè leuiora sunt. Membranæ quoque thoracem distinguentes, si inflammantur, par negotium vitæ faciunt, atque verus lateris dolor. Sæpe etiam inferioribus costis inflammatis, diaphragma atque hinc stomachus grauiter laborat magno periculo. Morbus hic proximo vere (*Anno* 1551. *ante Pascha*) plurimos, & eos maximè, qui vel temere, vel negligenter curati sunt, sustulit. Omnia ergò uia ac ratione distinguenda sunt, ut etiam uniuersalia *g* morbi tempora, è sputis maximè, tum urinis, alui excretionibus & aliis, de quibus Apho. 12. lib. 1. & commentario lib. 2. Prognost. & Criseo. 1. Ex his enim tempora distingues, tempus euentumque crisis pronunciabis, meliusque auxilia *h* instituesi.

a *Nam si pars aliqua prædoluerit in ea se morbus obfirmat, aut si lassitudine ante fuerit obsessa.*

b *Apho.* 24 *lib.* 5.

c *Quod animaduertisse se literis mādauit Syluius ī latomo quodam cuius hepar cū nothis costis vinculis & fibris colligabatur.*

d *Parua & frequēs spirandi difficultas.*

e *Neq; materia, neque loco vera.*

f *Inflāmati musculi magnus est pulsus & frequēs: tunicæ verò inflammatæ paruus & durus.*

g *Vt principium, augmentum, status & declinatio.*

h *In diæta, pharmacia & chirurgia.*

a *Curatio.*

Vitæ ratio, *b* methodo illa vniuerſali, quæ ab Hippocrate primo *c* Aphoriſmorum indicatur, æſtimanda eſt. Nunc etiam conſuetudo adiungenda, cùm ægri inædiam Hippocratis non ferant, & alijs ciborum, potuſq; generibus aſſueti ſint. Initio aqua hordei, ex hordeo pulticula. Principiis, *d* liquidior: poſt etiam *e* craſſior, ac deinceps mixtis amygdalis, tum amygdalogala. Poſt etiam eadem ex pullorum iuſculis diſſoluta. Tenellæ pullorum carnes, intrita madida, quæ & infriatas carnes, & ſynterimata appelles licet, uulgo collyria, & colatilia iuſcula. præter hæc, vulgi expreſſiones tortura iura, atque iis omnibus liquidiora inſtauratitia diſtillata quæ ad προπομάτων ἰδίων καὶ ἐφιλματῶν *f* genus referri poſſunt. His autem *g* detectis viribus, ut mos eſt. Nã integra uirtute nutries *h* tenuius. Synterimata ergò è pulpis galli decrepiti, poſtquam longa decoctione remollieris, & exacte infriaueris, conficies. Atque eo iure, in quo gallus coxerit, diſſolues. Alioqui id quod conficitur à natura, melius ex aſſis pulpis, quæ alis copulantur, & ſub iis poſitæ ſunt. In capis, perdicibus, & iuuenibus gallinis detrahendum lardum eſt, prinſquam infriantur, atque dum aſſantur, aqua uiolarum, ſcabioſę, borraginis. conſpergi poſſunt. Tortura iura, id eſt, expreſſiones ex eodem modo aſſis capis, perdicibus & cęteris ſucculentis. Ideoque priuſquã legitimè coctę ſint carnes, etiam dum ſuccoſæ prælo bene mundo ſuppri-mantur. Sed & exoſſari priùs melius eſt: deinde ita con torqueri, ut uberem ſuccum reddant, qui interim hyoſacchara, id eſt, ſaccharo uiolato dulcorari poteſt. Inſtauratitia hac conuenient formula.

R. Con-

a *Actionũ, quas labefactat pleuritis p cauſæ amotionem reſtitutio.*

b *Vt ineunte morbo dũ ſiccus manet, ſi uires ualeãt ſine infirmitatis metu, prius in curã morbi incumbamus, quàm naturæ ſtudeamus: deinde uictum loco & iure præſcribamus tenuem ut exquiſitum intelligamus qui bus paucus & ſemel ſit exhibendus*

c *Et lib. 2. de uictus rat. ĩ morb. acutis.*

d *Ne pleuritici cum faciant pneumatian.*

e *Cum humeſcere os cœperit.*

f *Paulus Ægineta libr. 7.*

g *Vt æqua naturæ ſtudeas & pugnes cum morbo.*

h *Si breuis ſit morbi hiſtoria, & cum uirium integritate ad ſtatum peruenire queat.*

R. Conseruæ boragi. violarum, capill. nen. an. unc. i. conseruæ enulæ unc. s. diamargariti frigidi, triasantali an. unc. s. quatuor *a* sem. frigid. excorticatorũ, sem. limonum, cardui, bombacis an. unc. ii. aquarũ distillatarũ ex uiolis, scabiosa, borragine, buglossa, ungula caball. ana unc. iiii. aquæ decoctionis galli decrepiti, alterati cum borragine, buglossa, calẽdula, & *b* modico hyssopi li. iiii. cũ carnibus unius capi iuuenis bene carnosi, & *c* mica panis fiat distillatio in alambico secundum artem.

R. supradictæ distillationis lib. s. cum sacchari uiolati ℥. i. s. & scrup. ii. cinamomi. Coletur ꝑ manicã Hipp.

Instauratitium pro pauperibus.

Minori sumptu gallus decrepitus ad putrilaginem coquitur cũ uitulina: expressio fortis cum iusculo desorbetur, cuius alimenti uim maiorẽ existimant, si cum numis aureis, aliquãdo etiam gemmis modulo inclusis & inditis uentre galli. Preterea uocata gelatina concreto succo carnium uires fouendæ sunt. Permulti Pleuritici uinum appetunt, quo tamen *d* interdicendum est, nisi uirtute collabente animi deliquiũ metuatur. Tum que buccella panis in uino tenui, & modico aquæ uiolarum immergatũr. Sæpius naribus admoueatur, fugatur interuallis. Acida adstringentia, quæ refrigerãt uehementius, aut calfaciunt *e* uitanda sunt.

f Loco lucido, mediocriter elato, molli culcitra, capite ac thorace subleuato, collocandi sunt. Qui si decidunt *g* in pedes, lignum aliquod, aut aliud corpus pedibus obiicitur, ut in ea figura persistant. Hæc ubi ita fuerint *h* prouisa, statim initio de *i* maioribus remediis cogitandum est.

Maiora remedia sunt, Purgatio & Phlebotomia. Si substitit aluus, clyster mollis iniici debet, in quo drac. vi. aur. unc. s. casiæ dissol. Purgatio interim satis esse potest. Nec perpetuo *k* phlebotomia opus est.

Placuit

a *Cucurbitæ, cucumeris, melonũ & citrulle.*
b *Propter amaritudinem.*
c *Et macerata ĩ aqua scab.*
d *Inflãmatiões metu.*
e *Hæc enim expectoratum perhibent.*
f *Vt materia foras euacetur, & refrigeretur corpus.*
g *Quod fit iactatione, vel virium infirmit.*
h *Adhibita scilicet prouisione loci, aeris & decubitus.*
i *Quia propter impedimẽtum partis cuius officio vita carere nequit, priùs est in morbi curam incumbendum, quàm naturæ studendum.*
k *Vt cum expectoratum cruentum est, facileq; excutitur.*

Placuit enim Hippocrati, cùm dolor ad hypochondrium inclinaret, vt pharmacò *a* potius, quàm phlebotomo uteremur. Pharmaca uero præcipua credidit helleborum nigrum, aut peplion *b*. Gale. verò hieram diaco. quæ helleborum, non scammonium, vt peplion, tecipit. Posteritas Medicorum, leuioribus inuentis, veterum pharmaca reliquit. Leuissimum ac plurimum usurpatum cassia. Datur hæc ad unc. 1.s. drac. x unc. j. drac. vj. eaque dissoluenda est aqua hordei, sero lactis, passularum, glycyrrhizæ, eiusmodique pectoralium decocto, vel cum saccharo in bolum cogenda est.

Datur etiam, sed ferè *c* aucto modo, mel aerium, id est, manna. Vbi uero obstructionis coniectura est in primis uenis rhabarbari dra. ij. drac. j. in aqua hordei, endiuiæ, aut similium infunduntur, & cum modico cinamomi fit potus. Neque metuenda eius adstrictio est. Nam & masticheς dra. iii. mouendo uentri *d* pleuriticorum ueteres imperauerunt.

Alternis diebus, maximè paribus, in quibus ferè quies est aut lenior morbus, clyster mollis iniici debet, si nõ descẽdit aluus. Alioqui, quod utilius est, Cassiæ un. s. aut drac. 6. in bolum cũ saccharo cogendæ sunt. Dandæq; uel manè, uel uesperi, horæ dimidio ante cibum.

Consilium usus pharmaci augebit, si dolor leuis est, si natura ægri non ita eusarcos, aut aliena *e* opinio à phlebotomo. Alioqui si *f* grande malum est, etiam si ad hypochondrium declinet dolor, tutius auxilium phlebotomia est Galeno. Prius etiam quàm de pharmaco decernas, interroganda ægri natura est. Alij enim *g* difficilius purgantur. Alijs *h* uel leui pharmaco immodicè turbatur aluus. Hi ergo à phlebotomo habere possunt commodius. Quòd si incognita ægri natura est, & pharmaco uti decet, medicamentum eliges tum qualitate, tum

a *Ad amotionem coniunctæ causæ.*

b *Gal. commentario in sent. 11. lib. 2. de ratione vict. in morb. acutis.*

c *Quòd purgandi vis ei sit imbecillior.*

d *Mastix enim ex euẽtu purgat, dum ventriculum adstringit.*

e *Vt si expectoratum ephpteos procedat, si vires sint infirme, si difficultas expectorandi in lateris infirmitate cõsistat, si pleuritis mitificata fuerit & ad coctionem perducta.*

f *Magnitudine causæ & symptomatum vehementia.*

g *Vt melancholici.*

h *Vt ijs qui sunt leptiche picrocholi ano.*

tum quantitate medium, ne vel nõ purges, vel supra modum vacues.

Tempestiua purgatio turgente *a* materia, prima die, aut non vltra secundam. Nec omnino agarico, aut etiã hiera diacol. interdicitur, quin vti licet dolore in uentrem declinante, non ita vehementi affectione, atque vbi à pituita malum est.

Imperabis ergò *b* catholici drac. vi. rhab. & agar. infusorum, vti decet, an. drac. ii. Cum hydromel. quantum sufficit fiet potus. Eodem modo *c* & cathol. ℈. iiii. pul. diacol. misceri possunt. Diaphœnicon quoque & diaprunum pauperibus imperari possunt.

Phlebotomia remissionis tempore, & eo die quo leuior est paroxysmus, commodior est. Itaque etiã uespere & nocte media, urgẽte malo, & oblata occasione sanguinem detrahes. Nec perpetuo semel is ducendus est. Nam suspectis uiribus, uacuationẽ partiri melius est, ut mane ℥. vi. uesperi, unciæ sex depleantur. Est præterea, cum de repente noua fit affluxio, ut inde omnia symptomata recrudescãt, supra quoq; vel cruda sint, uel retineãtur. Tumque & sexto die & octauo, ut *d*. Anaxioni, aut etiam tardius sanguinem mittimus. Hocq; remedium secundo a tertio reuocamus, siquidẽ nõ repugnãt uires. In quo tamẽ cautio esse debet. Nã aliquando ubi antea signa omnia salutẽ pronunciauerint, crisis tẽpore, quæ ferè fit ad septimũ, aut aliã diẽ criticã, uehemẽter Pleuritis exacerbatur, symptomata omnia increscunt, tũ nihil mouẽdũ est. Sed omnia naturæ *e* committenda sunt.

Desperatis rebus, nihil quoque mouendum est.

In pueris ẽt binis, senibus octogenariis, mulieribus grauidis *f* remediũ hoc tẽperari debet, nõ oĩno phiberi.

In

a *Effera scilicet & quæ nullo consistit loco, diuersaq; excitat symptomata prova ria parte in quã influit.*

b *Vel ℞. expressionem drac. ij. rhei electi, & drach. s. vel scrupu. iij. agarici in hydromelite cocto optimè infusorum cũ scrupu. i. cinamomi. In qua dissolue catholici, syrupi viol. an. dr. vi. f. potio.*

c *Vt ℞. catholici dra. vi. pulueris hier. diacolo cynth. drac. i. vel scrup. iij. f. bolus.*

d *Hippocra. sect. 3. lib. 3. Ton epidim.*

e *Vt si humoris corruptione phlegmone in gangrænam abierit, si vires effœtæ langueant, si expectorandi difficultas in lateris infirmitate consistat, & renchos siue stertor adsit. Tunc enim de salute est desperandum.*

f *Præsertim si grandis sit fœtus.*

In pueris uenæ interim anguſtiores non apparent, idq́ue magis in pinguiſculis. Qua in re ſanguiſugis uti licet, *a* decurtata harum cauda, ut uacuationis modus certo finiatur.

Suppreſſa aliqua ꝑ partes inferiores uacuatione, ubi malum inde ortũ eſt, in inſigni plenitudine, in materia uirulenta, cumq́; ſtatim initio materia in caput rapitur, ac mentem commouet, è *b* uenis cruris eiuſdem lateris ſanguis trahẽdus eſt. Alioqui è baſilica eiuſdem lateris.

Vacuationis modus è *c* pulſu, *d* ſanguinis motu, *e* colore, & corpore præſcribendus eſt. Si initio purus ac rubens effluit, uacuationis modus eſt, cum iam liuidus excernitur. Si aquoſus & crudus initio, claudẽda uena eſt, cum iam rubentior & flauior apparebit. Si baſilica non apparet, media uulneretur. Atque cum iam uulnerata eſt *f* pollex ramo cephalicæ imprimatur.

Animaduertẽdum. Pleuriticos iuuari phlebotomia, locis perflatis ab Aquilonibus: lędi uero regionibus, quæ obuertuntur Auſtris. Hic ergo uel purgatione utẽdum eſt, temperanda ſanguinis detractio.

In biliosa Pleuritide Arabes phlebotomia *g* interdicunt. Hippocrates quoque hac ſententia prohibuiſſe uiſus eſt. Sanguinem, inquit, non detrahes, ubi expuitur ſanguis, ſi regio repugnat, ſi æger Pleuriticus eſt, ſi natura eius admodum bilioſa.

Galenus ſententiam Hippocratis recipit, niſi quòd *h* non probat ſanguinem non detrahi, ſpuentibus ſanguinem pleuriticis. Hippocrates priuſquam ueniat ad maiora remedia, *i* fomentis utitur, quę aliquando ſatis eſſe poſſunt, aliquando morbum indicant.

Itaque ſi ſputa bilioſa, ueſica ſuis ex aqua calida ad dimidium implẽda eſt, admouendaq́; lateri. Alioqui cottum, uel lana mollis infuſa in aqua tepida & expreſſa ſubinde apprimatur lateri. In ea aqua, ſi uis, incoques ulolas,

a *Vt tantũ effluat ſanguinis, quãtum hyrudo ſuxerit.*
b *Quandiu fit palyndrome: nã ſi malum iam factum ſit cubiti venam ſecare eſt ſatius.*
c *In ictu, motu, & dilatatione.*
d *Si atropos ſiue confertim fertur ſanguis aut pigro lapſu fluat pp plethoram.*
e *Si ruber fluxerit mox niger, vltimo loco melior: præſertim ſi pleuritis in ſuperiorib. ſit coſtis.*
f *Ne quid capite diffluat.*

g *Quia ſanguis frænum eſt bilis.*
h *Imo probat hãc ſententiam Gal. commentar. in librum de humoribus.*
i *Liquidis, ſiccis, miſtis, ſuauibus, acribus curandi & explorandi gratia.*

uiolas,melilotum,chamæmelum. Fouebis quoque oleo uiolato & chamæmelino,si crassa & uiscida sputa sunt.

℞.milii frixi M.i.furfuris frixi P. ii. salis torrefacti ℥.i.interim dũ friguntur,uino tenui cõspergi possunt,& si perfrixi:latus,aqua uitæ uel hyssopi,aceto etiã, si corpus carnosum est & calidum,neq; ueheméter urgeat tussis.Inde fiunt sacculi,qui calidi lateri applicantur. Possunt hi sacculi in uino aut aceto immergi, in quibus uel hyssopum,uel origanum,uel thymũ , aut aliquid tale coxerit.Inũges tũ ex anethino & rutaceo.Eiusmodi quoq; sacculis cumini semen,baccæ lauri,sicca hyssopus,origanum,rosmarinus,& similia immisceri possunt.

In tenui & cruento sputo sacculus ex milio, furfure, & sale descriptus, sed siccus & calefactus applicari debet,inunctio ex chamæmelino & amygdalino.

Oportet autem omnia,quæ lateri admouentur,esse *a* leuia, mollia, calida, uidendumque , ne quæ calida admota sint,tempore refrigescant,calorq; linteis calentibus,aut alia arte fouendus est. Sunt,qui nullis eiusmodi remediis usi,neq; fomentis,neque maioribns illis auxiliis certas antidotos commendant.Quales sunt.

b Dens apri in scobem comminuitur , dantur drac.ii. ex uino albo tenui. Aliud.

Radicis lappæ siccæ , quæ purpureum florem gerit , aut floris eius drac.ii.è mulsa propinantur.Aliud.

Coralli rubri & teste auellanarum rubrarũ ana drac. i.datur è mulsa. *c* Possunt hæc quidem tentari,non neglectis aliis remediis.

Cucurbitularum in Pleuritide *d* plurimus usus est, de quo in lib. de Cucurb. Vtimur quoque plurimum aqua hordei,saccari,syrupo uiolato,de iuiubis,*e* oxymelite , hydromelite , decoctione pectorali , syrup. capil. uen.& de liquiritia.

Aqua hordei , si quidem detergendum est siccandum ex integro hordeo parari debet.

Si leniendum,si extinguenda sitis est , fricanda asperiore linteo,& exteriore tunica spolianda est.

Si nutriendum magis,proportio hordei ad aquam au

a *Ne sua acqualitate parte offendãt.*

b *Valet ineunte morbo ad materiæ orgasmũ,palyndromen, aut fluxionẽ prohibẽdam. Habet .n.dens apri vi adstringẽdi maxima.*

c *Commẽdatur mirificè pudendũ bubulũ aut ceruinũ , tostũ et in tenuissimũ puluerem redactũ datur ad dr. 1.cũ oxymelite, aut uino albo.*

d *Ad reuellendũ & uacuandum.*

e *Simplici aut scyllitico si materia sit lenta nec alui ibecillitas , nec melãcholia hypochondriaca.*

genda eſt, magisq́ue coquendum eſt, dum disfringatur hordeum. Ferè parant aquam hordei, ut ſit aqua uigecupla, ideſt, ut ſint xx. partes aquæ & una hordei.

Sæpe etiam quartam partem ſyr.uiol.commiſcemus aut modicum ſacchari uiolati, uel, ut in ptiſana vulgari glycyrrhizam raſam *a* concoquimus. Aqua ſacchari deterget, coquit, lenit, nutrit.

Sit autem ſacchari unc.i.in uiginti partibus aquæ. Coquantur ad dimidium. Poteſt tamen ſacchari modus augeri, ut etiam aliquando ſub *b* quadruplum ſaccharum ſit, quale hoc eſt.

R. aquæ coctæ, uel aquæ hordei lib.j. ſacchari cōmunis uel uiolati unc.iii. atq; aliquando colatur aqua illa cum dicto ſaccharo & modico cinamomi. Cū uidelicet nutriendū magis, coquendum, detergendū, repurgandū & roborādum. Iulepi uiolati uſus eſt, ut leniamus ſitim & calorē temperemur, leuiter concoquamus & facilius ſputum reddamus. Syr. de iuiubis lenit, maturat, tēperatus eſt, conuenit quoque ut uiolatus incraſſando ſputo.

Oxymelitis ſuſpectus uſus in pueris *c* macilentis, iis quibus genus neruoſum infirmum. Quibus aſperior tuſſis, uigiliæ maiores, ſputa quoq; tam craſſa, ut propè ſicca ſint, ſimiliter & ſi æger debilior eſt. Tēpeſtiuus autē uſus fuerit, ſi nihil horum repugnat, ſi fluxio tenuis non eſt, ſi ſputa mediocriter craſſa, hoc eſt, non ita reſiccata. Hydromelite, ut aqua ſacchari utendum eſt, niſi quòd calefacit magis & omnino maiore ui præditum eſt quā aqua ſaccharata. Decoctione pectorali ad ſitim, ad coquendū, leuiter detergendum & incidendum uti licet.

Syrupus capill.uen.incidit, deterget ſine manifeſto calore ſyrup.de liquiritia ad omnia ſupradicta utilis eſt & pectus roborat. Itaque ut poſtulabit uſus, modo his, modo illis utēdum eſt. Veteribus quoq; melicrata probata ſunt ex aqua, in qua radix uiolæ purpureæ, ſtęchas, chamædris, chamæpythis, horum unum coxerit. Atque *d* initio ſupprimendæ fluxionis ſuffitu utimur.

R. *e* uernicis unc.i. maſtichis, roſ. ana drac.ii. fiat pul. pro ſuffitu cum ſtupis cannabinis. Item.

a Leuiter: non coctione longiore amareſcit.
b Vt ℥.iiij. ad libr.i.
c Senibus, qui aluo sūt infirmiore, et mulieribus hyſtericis & melācholicis.
d Cū excluſio fit à capite in fauces.
e Vel R. vernicis, maſtich. nigellæ romanæ an. ℥.i. furfuris macri unc.i. pulueris roſarum rubrarum. drach.ij. fi. puluis pro ſuffitu. Excipitur pileo nocturno. Huc ēt ſpectant ſacculi & marſupia ex milio, ſale & furfure capiti admonēda manè.

R. dia-

R.diatragacant. frigidi unc. s. teneat alternatim in ore. Plura in cap. de catarrho.

In coquendo uerò quod influxit, utendum est *a* lacte amygdalino, butyro per se. Coquit enim, lenit modice, educit.

Poteritq; modicum sacchari uiolati commisceri, ut paulò plenius educas, postea uerò aliquid mellis. Ita magis repurgabis. Magis etiam, si ad unc. ii. butyri scrupu. ii. diareos simplicis admisceas, uel amygdalas amaras, persicorum nucleos, aut *b* similia amara torrefacta, & in puluerem redacta.

Butyro quoq; quarta pars terebinthinæ lotæ in aqua maluæ commisceri potest.

Parabilia quoq; remedia sunt *c* melicrata, in quibus radix altheæ coquendo, hyssopus, thymum, & similia incidendo & repurgando coxerint. In eandem rem comparant lohot, initio quidem cum multo *d* diatragacantho: postea uero cum *e* multo diaireos. Fereque in remediis Pleuriticis lenientia, detergentia, incidentia, repurgantia commiscentur, quale hoc est.

R. electuarii diatragacant. frigidi drac. vi. sacchari cãdi, penidiarum, pilularum albarum ana drach. iii. diaireos simplicis drach. ii. syrupi uiolati & iuiubarum an. quantum sufficit, fiat lohot.

Vbi uerò magis repurgandum & extenuandum, augebimus diaireos, minuemus diatragacanthum. Loco penidiarum, mel album: loco syrup. prædicti *f* syrupum cap. uen. & aliquid oxymel. miscebimus.

Iam aucto morbo, ad hos usus uinum album tenue, & aquosum concedi põt. Inunctiones lateris fiunt ex oleo uiolarum & aliis, ut supradictum est, oleo de Keiry, de lilio, muccaginis semin. cydoniorum, altheæ, lini, fœnugræ. extractis in aqua uiolarum, ungulæ cabal. scabiosæ, hyssopi, butyro, sordibus lanarum, terebinthina, axungia gallinæ, anseris, anatis, suis, & quæ plurimum laudatur, ursæ. Adduntur pulueres, ireos, thymi, hyssopi, marrubii, gentianæ, sinapi, cnici, brassicæ & sarmentorum uitis, non initio quidem, sed iam progresso morbo. Sic

a *Si nulla adsit cariuaria, ac non sit æger dipsodis.*

b *Hæc in pituitosa pleuritide, affecto & declinante morbo.*

c *Vt R. salsæ parillæ unc. ij. radic. enulæ cãpanæ & ireos an. un. i. saluiæ & betonicæ M. i. fi. decoct. In colatura dissolue mellis lib. i. fi. hydromel, qđ maximè hyeme usum habeat.*

d *Ad fluxionem sistendam.*

e *Ad expectoratũ promouendum.*

f *Vel R. iuiubas, pruna damasc. an. num. 20*

passul. mun datar. ℥. s. dactylos, ficus pingu. an. num. 3. ungul. caba linæ an. M. s. hyssop. P. 1. glycyrrhizæ rasæ ℥. s. f. decoctio in colatura ad lib. 1. dissolue sacchari quart. 3. electarij dia ireos simplicis unc. 3. f. syrupus.

enim ferè posteriorum Medicorum vsus. Veteres autem vehementioribus remediis vsi sunt. Latus lana sordida leniente & concoquente integitur: postea etiam in fine morbi lana sulphurata. Formulæ sunt.

℞. ol. violarum, amygdalarum dulcium ana ℥. s. misce. Cui adde post initia, muçilagin. sem. cydoniorum excorticatorum dra. vj. muccag. sem. lini unc. s. cæræ modicum, fiat linimentum pro latere. Postea.

℞. muccag. sem. altheæ, & cydoniorum. ana drac. vj. sem. muccaginis sem. lini & fænugræci ana vnc. s. ol. de keiry, adipis vrsi an. drac. iij. œsipi drac. ii. ceræ modicum, fiat linimentum.

℞. a dialtheæ unc. ii. cum oleo amygdalarum dulcium, fiat vnguentum molle. Atque vbi iam resoluendum est, adde pul. ireos aut similis drac. ij. tumque bonum fuerit, folium brassicæ ad ignem tabefactum, & butyro illitum superponere lateri.

Atque vbi ad suppurationem vergit, semen nasturtij & sinapi cerato commisceri possunt. Quo tempore.

℞. rad. altheæ & liliorũ repurgatorum ana ℥. j. ficus pingues N. ii. Coquantur omnia in vino albo. Deinde cum axungia & oleo de liliis pinsentur in mortario. Fiat emplastrum molle, cui insperge semen nasturtij & sinapi in puluerem redacti ana drac. i. Tentatis omnibus his remediis, si quidem desperatio est, & uires tolerare possunt, cauterium actuale aut potentiale (quod vocant) lateri inferendum est.

a Hæc ex Paulo Aegineta desumpta, ad pleuritidem notham.

Scarificatio quoque cum cucurbitula, eo modo, quo in libello de cucurbitula dictum est.

S C H O L I A.

Musa in Aphorismos, ita Pleuritidem distinguit, vt notha sit in superiore parte tunicæ tegente costas, aut inter costas: vera, in mediastino. Quod & rationis, & experientiæ repugnat, quibus perspicuum est in succingente costas aut periostio, aut saltem in musculis intercostalibus veram cum veris propriisque symptomatis excitari: notham in musculis externis. Licet haudquaquã negandum intra thoracem speciem quandam Pleuritidis non veræ fieri posse. Multis enim ex ratione

quedã spẽs pleuritidis nõ veræ intra thoracem:

tione vitæ, quæ crassa & viscida gignat, multus humor eiusmodi in corpore cummulatur, qui in vacuum spatium thoracis & pulmonem latus, membranisque hærens dolorem pleuritico similem affert, sed sine febre, vel certè febricula, aut etiam frigidiore corpore, quàm antè, respiratione quasi in collo suffocante pulsu difficili, tardo, minimo, vbi neque phlebotomia, neque similibus remedijs ad Pleuritidem accommodatis: sed his, quæ humorem illum incidant, tenuẽt, & educant, semper est vtendum. Signa autem certissima, quibus in cæteris & pars affecta, & materia affectus internoscuntur, huiusmodi sunt. Si æger in partem lateri dolenti oppositam decumbere non potest, in membrana costas succingente affectio est, quæ suspensa pondere concepto grauatur. Si in partem affectam: digito leuiter premenda pars exterior cutis. Nam si æger dolorem inde percipit, in musculis externis: sin minùs, nisi costa grauiùs tractetur, vel in periostio, vel in musculis intercostalibus subsistit. Tum notanda erit pulsatio ad distinctionem vtriusque. Nam in musculis intercostalibus comprimitur arteria, vnde pulsatilis dolor. Omnibus eadem ferè sunt alia symptomata, exceptis fibre & sputo. Spuria in musculis externis à materia frigida vel flatulenta, sine febre est. Sputum in inflãmatione intercostalium ob minorem resudationem, paucum: in periostio, fere nullum, tum ob materiæ paucitatem, tum quòd sudore sæpe & insensili transpiratione resoluatur. Sanguinem indicant (cæteris signis non prætermissis) sputũ cruentum: Biliosam, ex rubro flauiscens. Pituitosam tardè apparens subalbidum. A melancholia, rarissimè fit, et si fiat, vix curatur. Cum autem morbus iudicetur, vel excretione, vel coctione, vel abscessu, nisi soluatur celeriter in Sanguinea, missione sanguinis: in Biliosa, vel eodem modò, vel sæpius sudore, aut hæmorrahgia è narib. saltem intra diẽ septimum, in Peripneumoniam degenerat: aut post 14. in empyema. Peripneumonicus est æger, si dolor punctorius imminutus fibris est spiritus difficultas aucta, sputũ spumosum, rubentes genæ, morsq; est ferè semper in propinquo. In hac dolor fit aliquando, nõ ratione pulmonis, sed mediastini & mẽbranarum. Quod si non repurgetur materia, cocta in pus vertitur. fitq; Empyema, sanie, quæ per sputũ educi debuit, in spa-

tio thoracis collecta. Terminus autem iudicandæ Pleuritidis per expuitiones, decimusquartus. Non, vt Fuchsius, & alij, ab eo die numerando, quo cœpit æger expuere. Nam id falsum esse, & ea quæ sæpius accidunt, & Anaxionis hyst. 3. Epid. demonstrant. Si enim ita numeres, non 14. diebus eo modo iudicatus fuisset, sed ferè 24. quia cœpit 11. Rectè igitur Hipp. Quicunq; morbo laterali laborãtes, in quatuordecim diebus nõ repurgantur, ij ad suppurationem vertuntur.

Phlebotomia & purgatio.) *Ex eodem latere fit, dextro quidem ob venã vulgò (Azygos) dictã, quæ è directo est: sinistro verò, tum ob intercostalẽ, quæ osculis ramorũ venæ azigos in sinistrũ latus perreptantiũ copulatur: tum ob naturæ conatũ, quæ sese ita exonerat. In quibus secari vena tutò nõ potest, cucurbitulæ in principio inguinibus affiguntur ad diuersionẽ. Purgantia multis de caussis reijciuntur. Primum, quia cùm sputa prodeunt, eorũ prohibent motũ. 3. de morbis. Deinde in inflãmationibus internis nihil è parte inflãmata educunt, & partes sanas colliquant. Postremò, quia in Pleuritide & Peripneumonia habitis profluuiũ vẽtris metuẽdũ. Quæ omnia docet Hipp. Sed hæc postrema ratio infirmior. Addit enim Gal. in cocto morbo, & mediocri nõ inutiliter aliquãdo aluũ profluere, licet in maligno malũ, & vt caussa, et vt signũ. Caussa quidẽ, quia vires exoluit. Signũ, quia attractricis epatis, & alteratricis, vẽtriculi imbecillitatem significat. Quòd autẽ Hipp. cũ dolor ad hypochondriũ extẽditur, laxantia præscribit, Galenus cõcedit, sed tantũ ad materiæ antecedentis eductionem siue è splene, siue è caua hepatis, non è thorace, aut latere. Rarò igitur vtendũ purgantibus, ijsq; leuibus, in principio, morbo pituitoso per defluxionẽ, & si materia fluat ab hepate. Sed tutius adhuc clysteribus agitur. In Peripneumonia etiam de venæ sectione dubitari potest. Primum, quia ex Anatomia non satis perspicuum, qua via materia inflammationis in venam sectam veniat, cùm nullus ramus à vena caua pulmonibus distribuatur, & per venam cõmunem phlebotomia fieri debeat. Deinde quia post Pleuritidem, asthma, aut Anginam ferè lethalis, & iam afflictas vires occupat. At si suppressis mensibus, hæmorrhoidibus, aut solemni aliqua euacuatione vteri, & similibus oborta sit, in*

quibus

quibus hepar in thoracem & pulmonem sanguinem reijcit, si sputa rubra, plenitudo, & quæ sanguinem indicant nondum degenerasse in melancholiam, aut bilem, de venæ sectione nō dubitandum, alioqui abstinendum. In cæteris curatur Peripneumonia ferè vt Pleuritis, ob id hoc loco omittitur. Sunt autem remedia Pleuritidis, Clysteres, sanguinis missio, Syrupi, decocta, vnguenta, sacculi, elegmata, condita, frontalia, emplastra, linimenta, cerata, pasta regalis & similia.

Locis perflatis ab Aquilonibus.) 3. Epid. scribitur in Pleuritide Romanos & Athenienses obiectos ventis calidis male ferre sectionem venæ. Parios & Hellespontios melius. Cæterū, non omni Pleuritico conuenit necessariò, etsi expuat concocta. Lege. 6. Epid. & historiam Pithyonis initio tertij.

De a sputo sanguinis. Cap. XXV.

Sanguis expuitur à thoracis uenis, *b* niger, *c* grumosus, *d* fętidus, cum doloris sensu. A pulmonibus, *e* flauus, tenuis, *f* spumosus, sine *g* doloris sensu. Atque hinc rupta, exesa, aut aperta vena. Rupta affatim erumpit ex clamore, casu, concussione pectoris, perfrictione plenitudine. Plenitudo ex ratione uitæ, suppressis mēsibus, aut solemni aliqua uacuatione. Exesis, *h* sensim & per interualla ab humore acri, quem uel caput demittit uel ratio *i* uitę, aliquādo etiā inedia *k* collegit. Aperti ex *l* calidiore & humidiore ratione uitæ. Ruptis glutinātia, quę citra morsum siccāt: exesis, *m* cibi boni succi, pharmaca, sarcotica: Apertis, adstringentia cōueniunt.

Expuitur sanguis ab arteria aspera, tumq; dolor sentitur. Omnino paucus sanguis expuitur ex faucibus, & ore cū screatione, non tussi. Tussis enim excitatur, cū ab arteria, pulmone, thorace, *n* sanguis excernit. Exgingiuis

a Symptomate tū simplici, tū cū phlegmone coniuncto.
b Quia crassus, & non arteriosus.
c Quòd in capacitatē cōfluxerit.
d Quando quidem sit corruptus.
e Refert enim partis vnde manet ideam.
f Crebro pulmonis motu.
g Pulmones namq; sensus sunt expertes.
h Quia distillationes è capite, quæ tussiculosos & raucos homines reddūt, per exesionem vasis tabem afferunt.
i Cuiusmodi est vsus casei putris, & leporis marini.
k Præsertim in biliosis.
l Vt vini generosioris vsu.
m Ad sisarcosim faciendam.
n Thorax enim tussi se expedire contendit omni molestia, & ventriculus vomitu, & cerebrum sternutamento.

giuis tantùm leui ſputatione eiicitur. Aliis à capite defluit, non adeò paucus, niger, leuis, linguam & palatum commaculans, titillans, ad nares grumos relinquens, ex vulnere, frigore, ebrietate, & capitis plenitudine. Qui ſi parte aliqua in arteriã defluit, tuſſes irritat leues, facileq; gargariſmis *a* adſtringentibus ſupprimitur. Sãguis quoque aliquando euomitur à ventre, liene, hepate, proximiſque veni niger, grumoſus, multus. E ſtomacho verò aut œſophago admodum *b* exiguus eiicitur. Hæc omnia igit, priuſquam remedia inſtituas, diſtingnẽda ſunt.

a *Vt ex decocto plantag. balauſtij. centinodij, ſucco granatorũ & aqua roſacea.*

b *Quia paruas habet venas.*

cõpmenda

Curatio ſputi ſanguinis è pulmonibus.

Inedia, ſilentium, leuis reſpiratio, veneris & uini abſtinentia, quies tũ animi, tum corporis imperanda ſunt. Medicatis alimentis vtendũ eſt, quæ morbo cõueniunt.

Si à capite defluxio, ſupprimẽda ex iis, quę cap. de catarrho dicta ſunt. Componenda tuſſis, quæ vexat grauiùs. Sanguis viribus integris ex interna brachii, anguſto vulnere, modica quantitate, ſed bis aut ter vna die, aut duabus detrahi debet: Si plenitudo in cauſa eſt, largiùs. Si ſuppreſſis menſibus vena cruris aperienda eſt, & aliis artibus menſis irritandus. Iniicienda vincula coxiis, & brachiis, ad articulos & in eiſdem locis adhibenda frictio. Cucurbitulæ hypocondriis, ilibus, atque inguinibus affigẽdæ. Sãguiſugæ in pectore affigendę ſunt: tum remediis, qui intro aſſumũtur, & topicis vtẽdũ eſt.

Comparentur illa ex adſtringẽtibus, portulaca, plantagine, poligone, omphacio, ſumach, galla, cortice glandiũ; radice, rubis conſolidæ, altheæ, centauriæ maioris. hæmatite, electro, corallo, balauſtiis roſis. Alius ordo. Bolo armeno, terra ſigillata, ſanguine draconis, gummi arabico, tragacantha, thure, maſtiche, mirrhã, melle cocto. Hæc poſtrema ruptis venis magis conueniunt, vt illa apertis. Oportet autem vitare omnino, quæ nimiũ adſtringunt. Propterea medicamenta hæc ex glutinantibus, adſtringentibuſque mixtis cõponuntur, vt ſi aperta vena eſt, adſtringentia: ſi rupta, glutinantia ſuperent. Sed quia horum vis non facilè penetrat, neceſſe eſt aliquid admiſcere eorum, quæ tenuium ſunt partium, qua-

lia

ſunt aromata, ſpica, cinamomum, ſantali, doronicum, & ſimilia ex 7. particularium compoſi. Gal.

Atque ubi commodicè perturbat tuſsis, etiam narcotica miſceri debent, opium, ſemen papaueris albi, ſemē hyoſciami albi, & cicutæ, cortex radicis mandragoræ, philonium, theriaca unius anni.

imodice

Particularia remedia.

Xeno crates apud Gal. hœdi ſanguinem nondum concretum cum pari menſura aceti elixabat, dabatq; tribus deinceps diebus. Doſis unc. 3.

Frequens uſus antiquis, maximè initio, atque ubi grumorum ſuſpitio, oxycrati diluti, ideſt, aceti ita commixti aquæ, ut bibi posſit. Acetum quoque in vſu fuit, ſed animaduertenda ſunt, quæ de oxymelite proximo capite annotauimus.

Coagulum cerui, hœdi, leporis, Græcis & Arabibus hac in re commendatur, quod mirum eſſe poſſit, cum natura ſit acri, digerente, & exiccante.

Auerroes, & Arabum familiæ parte aliqua refrigerare, adſtringere, & reprimere ſcribunt, aut elementari qualitate, aut proprietate quadam. Certum eſt experimento, quod & Dioſcorides ſcripſit, & in lacte probari poteſt, diſſoluta coagulare, coagulata diſſoluere. Deinde modica quantitate exhibetur, & ex iis, quæ vim acrimoniç refrigant.

Doſis ciceris magnitudo ex oxymelite, vel poſca: ſi grumi diſſoluendi ſunt. Alioqui ex aqua ferrata, plantaginis, & ſimilibus.

R. corrali rub. torrefacti, & in aceto extincti, terrç ſigillatæ, ana drac. s. ſpicæ ϵ. s. cũ ℥. ii. ſucci portulacç, aut poligoni, vini granatorũ, lactis vſtulati, fiat potus. Al.

R. carnium limacum coctarum in vini auſteri, & aqua plantag. lib. ii. conſeruæ conſolidæ maioris & roſ. ana lib. i. Cum decoctione limacum fiat diſtillatio in alambico.

R. ſupradicti diſtillati lib. i. coletur per manicā Hippocratis, cum ſacchari diſſoluti in aqua plātaginis unc. ii. ſantali, ſpicæ ana ℈. s.

Vbi

Vbi uiribus metuitur, expreſſionibus utendum eſt è perdicibus, turturibus, quarum uentres adſtringente materia farciãtur. Aut diſtillata hoc modo imperãda ſunt.

Distillata

R.conſeruæ roſ.cornorum, ſymphiti ana unc.ii. electarii diarhod.abbatis, diamargar. frigidi, triaſantali, aromatici roſati ana drac.ii.ſpicæ, cornu cerui, coralli rubri pulueriſatorum ana drac.i. s.trociſco. de terra ſigillata, de carabe, de ſpodio ana ℈.iiii. ſeminis acetoſæ, portulacæ, plantaginis ana drac. i.aquarum portulacæ, roſarum, plantaginis, uini granatorum ana unc.iiii.decoctionis duarum turturum, & unius perdicis lib.iiii. cum mica panis albiſſimi infuſi in uino granatorum, & carnibus unius capi fiat diſtill. Coletur per manicam Hippocratis, ut prius.

R.teſtarum oui, detracta mẽbrana interiore drac. ii. pulueriſentur. Dentur ex aquæ plantaginis unc.iii.ſucci ſaluiæ unc.ii.ſacchari roſati unc.s.detur ieiunis.

R.gummi arabici, tragacãthi aſſi, boli armenæ ana ℈. i.coralli torrefacti, cinamoni ana ℈.s.ex lacte cocto eodem modo ſucci ex ſupradicta materia ad unc.ii.aut iii. per ſe exhiberi poſſunt. Poterit inſpergi drac.i. eorum, quæ comminui poſſunt, aut decoquuntur in aqua pluuiali, in lacte, in aqua ferrata, aut ſimili.

Similiter hordeata, lac amygdalinũ ex eiuſmodi liquoribus parari debent, idemq; pulueres inſpergi poſſunt.

Admouenda thoraci, non quæ adſtringunt uehementer (Horum enim uis ad pulmonem non penetrat, cogitque ſanguinem in pulmones.) Sed iam uacuata copia, ſedato motu, uinum adſtringens cum oleo roſato, myrthino, cydoniorum. Hyeme etiam nardinum conuenit cum lana ſordida in eo madefacta, & appreſſa pectori. Loco uini, aceti uſus eſt Aeſtate bene carnoſo corpore, robuſto genere neruoſo, nec urgente tuſſi.

cataplasma

E thure, terra ſigill. bolo armena, oui albumine incorporatis cataplaſmata fiunt adiungenda thoraci, adiungũturque poſt uſum lanæ ſordidæ prædictæ. Quòd ſi malum ex perfrictione ortum eſt, tapſia, ſinapi, & quæ ex his conficiuntur medicamenta ex uſu ſunt. Oportet autem

tem

tem hæc permittere, dum calor medicamenti penetret. In grauiore tussi philonii aliquid imperabis, quod aliter Græcis, aliter Arabibus describitur.

Philonium Græcorum.

R. piperis albi drac. xx. opii drac. x. croci drac. v. sem. hyoscyami albi drac. xx. spicæ nardi, euphorbij, pyrethri ana drac. j. excipiantur melle cocto.

Philonium Arabum.

R. papaueris albi, hyoscyami ana drac. xx. opii, terræ sigillatæ ana drac. x. hæmatitis lapidis, croci ana drac. v. castorei, spicæ, euphorbii, pyrethri, margaritarum non perforatarum, carabe, zedoariæ, doronici, galliæ moschatæ ana drac. i. camphoræ ℈ i. cum melle ros. colato incorporentur. Dosis est à drac. s. ad drac. 1. cum succo arnoglossæ aut uino diluto modica aqua rosarum. Meminisse tamen oportet nunquam utendum esse eiusmodi narcoticis recens paratis, sed semestre spacium esse expectandum, aut eo plus.

Nec statim his utendum est, sed tentatis prius leuioribus remediis, & ubi natura robusta est. Multa ex quinto methodi colligenda sunt, quæ ad sputum sanguinis pertinent.

SCHOLIA.

Αναφορικοὶ, quasi ἀναφέροντες, sursum ferentes, & αἱμοπτοικοι Græcis dicuntur, qui ex inferioribus partibus per os sanguinem reijciunt. Ex ore quidem & gingiuis si expuitione procedat sine tussi & paucus: è gutture, si cũ screatu: ex aspera arteria, si cum tussi leui: ex pulmone & torace, si cũ tussi uehementi. Sed uehementior adhuc tussis est, cum è thorace reijcitur, quia primùm ad pulmonem trahitur, et inde per asperam arteriam deturbatur. Vomitu redditur è uentriculo, siue è cerebro defluxerit, siue ibi concreuerit, aut casu, uel percussione uel erosione cumulatus fuerit. Interpres tamen Coacorũ præsagiorũ ita habet. Qui spumosũ sãguinẽ euomũt dolore infra septũ trãsuersũ nõ existente, de pulmone uomũt. Et quibus quidem magna in ipso uena rũpitur, multũ uomũt et in periculo uersantur. Quibus uerò minor, minus educũt, et securiores sunt. Quãquã Galenus refert quendam in palestra

graui

graui plaga accepta, ferè duas cotylas sāguinis tussiendo expuisse, qui statim secta uena, & adhibitis iustis remediis conualuit, & in posterum superuixit. Ergo ab apertitione uenæ aut ruptione in maiore quantitate reijcitur, idq́; tutius est, licet non sine periculo. Ab erosione uerò, in exigua. Hoc deterius, fereq́; primùm tussim siccam excitat & magnam: aliquando copiosior, cum uas insigne exesum cum ulcere pulmonis, & lateris sinistri dolore, unde sequitur tabes. Distinguēdum etiam diligenter an acrior sanguis & uitiosior distillationem excitet, & in pulmonem confluat, unde fiat erosio: an uitio pulmonis & imbecillitate excrementum ibi colligatur, quod putrescat: an suppressi menses, aut consueta aliqua uacuatio. Cum reijcitur niger & concretus, & ante fluxit è naribus, indicium est è cerebro in pulmonem profluxisse aut asperam arteriam. Cognoscitur autem à carne seu propria substantia pulmonis ulcerata exire, duobus signis certissimis. Vno si sit spumosus, ut scribit Gal. Apho. 13. lib. 5. & 30. lib. 7. modo tamen spuma firma maneat. Nam aliquādo uenis ruptis, aut thorace ulcerato licet rarò, & non necessariò, spumosus expuitur sanguis, si agitatio quædam ac motus accedat, unde spuma illi inducatur. Sed hæc citò euanescit. In Pleuritide etiam rarò spumosus, licet id aliquando contingat. Alterum est, si carunculæ & ramenta uasoram similiter excreta, & propriam uisceris substantiam referentia simul appareant. Spumosus autem est, quia leuis, tenuis, aerius & spirituosus sanguis, quo nutritur pulmo, quibus accedit motus, & aeris inspirati commotio. Lege cap. 6. lib. 4. de locis affectis, signa, Math. 5. Particularia remedia. 7.

Remedia sunt Phlebotomia, potus aquæ, silentium, parcissima uita, exigua respiratio, frictio & uincula extremorum Potiones ad reprimendum sanguinem, Cucurbitulæ in regione hepatis, epithemata, unguenta, condita, linimenta, syrupi incrassantes, ligaturæ, coctio materia, Purgatio, dissoluentia sanguinem coagulatum, cientia sputū. In erosione priusquam sanguinem expuant, ad diuersionem angusto foramine uena secunda, purgandum, diuertendus catarrhus, caput & pulmones confirmandi. In multitudine homorum è thorace expurganda habeatur rō, ne materia supprimatur, neve

sanguis irritetur. Et si usu adstringentium supprimatur sputum, fiatq; difficultas spirandi, statim ad lenientia redeundum. Oxymel & acetū suspecta, si puer, aut mollis æger, macilentus, neruoso genere imbecilliore, asperiore tussi, sputis crassioribus, aut liquidioribus, ægro debili, & sene. Frequenter repetenda phlebotomia, si ulcus non est, si recens malum & non inueteratū, si uires firmæ. Galenus enim 4. Methodi post quatuor dies à sputo sanguinis, hoc remedium prætermisit. E faucibus & tonsillis, minus periculi: ab arteria plus: à pulmone plurimum. Inde enim suppuratio, & tabes.

De a Phthisi. Cap. XXVI.

PHthisis ulcus *b* est pulmonis, quod ferè *c* sputum sanguinis sequitur, aut tussiculam *d* ex acriore defluxione. Aliquando etiā ruptos abscessus thoracis, cum, uidelicet effuso pure in spatiū thoracis atq; ita putrescente, nec in tempore repurgato, pulmones exulcerantur.

Signa phthisis cum ex aliis, tum ex Hippoc. & Gal. Apho. 60. 2. in Prognosticis, & cap. 14. lib. 2. cronion Aureliani.

Phthisim sequitur totius corporis *e* languor atque extenuatio, *f* curuantur ungues, cauantur oculi, succedit mortifera *g* illa fascies, *h* capilli defluuium sequitur, alui profluuium, & mors.

Hoc malum, ut incurabile, maxima pars ueterum Medicorum in nulla spe habuerunt.

Itaque initio abstergendum atque *i* resiccandum. Vbi iam satis detersum est, atque iam nihil saniosum repur-

a *Quæ fit p anastomosim, est quæ funesta magnitudine causæ, ut distillationi catarrhi è capite, ulcere pulmonū symptomatu calamitosa ui, ob marcorē totius corporis: difficultate curādi quòd ulcus pulmonū curari neq; at pp ppetuū eorū motū, nec sarcotica eo ītegris uiribus pduci possunt.*

b *Solutio cōtinui cū sordibus et ichore coniuncta.* c *Rupta in pulmonibus uena.*

d *Per theorema illud. Quæcūque distillationes à capite tussiculos & raucos homines reddūt, nisi temporis progressu conquiescant, alteram faciunt tabis differentiam.*

e *Quia aer qui inspirando ducitur tabificā acquirit in pulmonibus qualitatem, & quod ulcus ptirioma sit, febrisq; in corde accendatur.*

f *Exhausta digitorum carne.*

g *Hippocratica uulgo dicta, depicta lib. 1. Progn.* h *A siccitate partis exhausto alimēto, aut cibi uitio naturali facultate labefactata.*

i *Ichorem & saniem.*

repurgatur, glutinare oportet. Sed dum hæc fiunt, *a* extenuatio corporis instauranda est. Vtemur ergò mulsa *b* initio ex aquæ potabilis lib.i. ℥.i.s. mellis. Per omnia ubi detergendum, melle crudo utendum est : ubi glutinandum, melle cocto. *c*

Postea uerò fœnugræci loti, subinde abiecta priore aqua, decoct. utemur, in qua octaua pars uel facchari, in calidiore conditione: uel alioqui mellis dissoluitur.

Similiter è *d* fricto lini semine, è ciceribus rubiis, è nuce pinea resinosa, ex iride illirica, aristolochia, porrò & similibus descriptis in cap. de asthmate. Alioqui cum quadruplo melle elegmata fient, tritis atque in puluerem redactis, quæ comminui possunt. Cicer rubrum in aqua madeat, atque ita tumebit: tum siccari debet, torrefieri in latere calente, teri subtilissimè. Eius pulueris drac.ii. insperguntur mulsæ, aut concorporãtur melle.

Marrubii M.j. decoquitur in libr. vj. aquæ ad dimidias. Colaturæ addi debet lib.j. mellis, plus minusve, idque totum decoquitur ad crassitudinem.

Et succi marrubii ℥.ii. succi caulium, scyllæ, hyssopi, & similium, & mellis lib.i. Coctis fiunt elegmata, quorum vim augeri uolunt, si drac.ii pulmonis uulpis ad ℥ elegmatis admisceas. Nucẽ pineã, resinosam cum unc. i. glycyrrhizæ decoques in lib. vi. aquæ. Col. addes penidiorũ un. iiii. rursus coques ad crassitudinẽ. Conuenit, ubi tenuis sputatio est, cũq; lenire & coquere oportet.

Similiter è butyro, melle & terebinthina, duobus horum, aut tribus mistis.

Variãdaq; remedia eiusdem generis, ne fiat satietas.

Diuersi uerò generis, cum mutantur indicationes.

Atq; dum hæc fiunt, hordeatis cũ saccharo, aut melle, lacte amygdalino, uino albo, tenui, & subdulci, lacte aliisque rebus, quæ uires refouent, utendum est.

Iam purgato ulcere, instauratis uiribus, alimentis *e* partim mediæ materiæ, partim resiccantibus & glutinantibus

a *Quæ sit ptiriomate febre & aeris ĩfectiõe.*

b *Si picrocholos non sit æger.*

c *Venæ sectio, si ægri vires ferãt celebrari potest ad ardoris febrilis extinctionẽ et catharri auersionẽ. Interĩ cibãdus est æger hordeato, detergendũ vlcus: si quidè æger fuerit tempera mento frigidior & si sit hyems, hydromelite simplici aut cõposito ex bechio, scabiosa si aũt fuerit biliosior, aqua saccharata aut hydromelite dilutiori*

d *Vel ex electario diaireos, saccharo cando penidiis.*

e *Vt vitulina carne, pullis gallinaceis.*

nantibus utendum eſt.

Geſtatio mollis conuenit, aer ſiccus, balneum dulce, inunctio, theriaca, mithridatium, emplaſtra ſiccantia adiuncta pectori. Dropaces atq; ét *a* Sinapiſmi conueniunt *b* bolus armena, terra ſigillata & ſimilia ĩperãda ſunt. Hæc ferè placuerunt ueteri Medicinæ. Poſteritas Medicorum eadem obſeruauit: q̃dam ét addidit. Lacte *c* plurimum uſa eſt aſinino, & caprino: in ſumma ſeroſo cum detergendum eſt. Ouiſo, uaccino, muliebri, cum refouendum eſt: uſtulato uaccino, aut ét cum aqua pluuiali cocto, cum glutinandum. Itaq; initio aſinino & caprino cum modico mellis, ne cogatur aut aceſcat in uentriculo, modico quoque ſalis utendum eſt. Refouentur uires lacte muliebri, quod exugat æger è mamma mulieris. Alioqui uaccinum bibat recens emulctum, cum modico ſacchari. Hordeata quoque, & lac amygdalarum ex lacte, uel pullorum decocto confici debent.

a *Admouẽdi capiti ad exhauriendũ fontem catarrhi.*

b *Hæc ad ſiſtendam fluxionem.*

c *Lactis uſus conceditur, ſi nulla ſit febris excuſatio, ſi non ſit borborygmos, id eſt, ſi non ſint flatuoſi uiſcera diſtẽta, & ſit æger uentriculo frigidiore, nec ſit cephalalgicus.*

Refouendis uiribus lactis cremor cum multo ſaccharo conuenit. Vbi glutinandum eſt.

R. lactis lib. i. aquæ pluuialis, in qua roſæ maduerint unc. iii. Simul bulliant, ſubinde ferro candente aut calibe intincto. Alioqui.

R. lactis à quo butyrum extractum ſit, lib. s. teneatur nocte una ſub dio Fortiter agitetur & deſpumetur, cui adde ſacchari roſati unc. s. boli armenæ drac. i. ſæpe utatur. Hoc modo igitur uteris lacte. Saccharum roſatum maximè cõmendatur initiis recens. Cum glutinandum eſt, ueteri potius utemur. Similiter conſerua roſarum & ſyrup. roſ. Cõſerua datur per ſe, aut cum ſyrupo myrtillorum, aut aqua hordei, in qua cancri fluuiatiles coxerint. Cancri crudi feruefacti prius in aqua, & repurgati in quadruplo lacte uaccino, aut conuenienti concoqui debent ad dimidias. Deinde caudæ de ſquammati, uel per ſe comeduntur, uel integrè contunduntur, & inde ſuccus in lac, in quo coxerint, exprimitur. Bibitur lac hoc, aut inde amygdalogala, uel hordeatum. Comparatur maximè, ubi uiribus conſulendum eſt.

Tumq̃ue aliquando uitellum oui una diſſoluimus.

Coqui poſſunt ex aqua hordei. Teſtæ uerò cancrorum in fictili uaſe cremari debent, & glutinando aſſeruãtur.

Eodem modo limaces & teſtudines præparant. Verùm oportet diligentius multò repurgari.

Pulmo uulpis in fruſtula diuiditur, abluitur ex uino, incoquitur leuiter in aqua roſarum, decocto ſumach, aut ſimili. Rurſus lauatur, ſiccatur. Vſus tempore in pul uerem redigitur. ℥.ii. cum ſyrupo myrtillorum exhiben tur. Vel hoc modo.

R. pul. pulmonis uulpis, capill. ven. ſem. fœnic. an. ℥. ij. incorporentur cum ſucci liquiritiæ ℥. ij. mellis. coct. quantũ ſufficit, cũ affuſione modici ſyrupi de myrtillis.

Conſolidant hæc. Caſeus recens, lac uſtulatum, teſtæ cancrorum, bolus armena, terra ſigillata, ſanguis draco nis, olibanum, maſtix, carabe, gũmi arab. corallus, roſæ, balauſtia, myrtha, & alia eiuſmodi. Dantur ex uitellis ouorum, & alia quædã ex lacte uſtulato, ſucco cydonio rum, roſarũ, granatorum, ſyrup. myrtillorum roſato de ſiccis. Eſt quoque hic Philonij perſici uſus, quod proxi mè deſcripſimus. Nutriendũ aliquando iure galli decre piti, alterati cum herbis, & cæteris rebus quę cõueniẽt.

Conueniunt fructus, ficus, uuę paſſæ piſtacia, nuclei, pinei, dactili dulces, pira cocta, & ſacch. cõſperſa.

Videndumque maximè circa initia, ne nimium ſic cantibus utimur, quibus cum uolemus uti, lenientibus commiſcebimus, aut multo liquore diluemus. Diſtilla tum refouendis uiribus conuenit.

R. conſeruæ borrag. uiolarum, roſ. an. unc. j. s. conſer uæ ireos, enulæ an. unc. s. elect. de gẽmis ſine ſpeciebus, diarhodõ abbatis, triaſantali ſine camphora, diamarg. frigidi an. ℥. ij margaritarum perforatarum, coralli, am bræ citrinę an. ℥. j. paſſularum, ficuum, ſebeſtem, liqui ritiæ an. ℥. vj. nucleorum pini, amyg. an. unc. s. gummi tragacanthi, gummi arabici, an. ℥. ii. ſem. aniſi, fœnicu li, urticæ, quatuor ſem. frig. communium, ſem. papaue ris albi an. drac. j. terræ ſigillatæ, boli armeni, roſarum ſiccarum an. drac. iij. aquarũ Pimpinellæ, vngulæ cabal linæ an. unc. iiij decoctionis limacum, cãcrorum, duarũ

iuuenum

iuuenum gallinarum an lib.i. cum carnibus unius capi iuuenis bene pinguis, unius perdicis, mica panis in uino odorifero infusi, & lib. j. facchari albisſimi: fiat diſtillatio. Deſperatos urunt, aut relegant ad mare.

S C H O L I A.

Phthiſis, pro tabe & atrophia qualibet aliquādo ſumitur. Significat enim ſyderationem quandā & marcorem, ſiue extenuationem, apotu phthinin, ita ut nōnunquā etiā ad oculi affectus traducatur, præſertim pupillæ. Quatuor tamē præcipuæ ſpecies reperiutur apud Hippo. & Galen. Renalis. lib. de Morbis internis. Dorſalis, 2. de Morbis Extenuatio ſine pulmonis ulcere, ab eius tamen calida & ſicca intemperie, aut febre hectica, quarta, quæ omniū maximè propriè phthiſis dicitur, Athenienſibus Phthoe, ab ulcere pulmonis. Hæc, duo perpetua habet ſymptomata. Febrē lentā, paruā, putrē, quotidianā, noctu magis, quàm interdiu affligentē, quæ oritur à putredine humoris, aut propriæ ſubſtantiæ pulmonis, unde calor ob uicinitā cordi neceſſariò cōmunicatur. Deinde extenuationem totius corporis, colliquatis nimirū, & cōſumptis carnibus, ac ſolidis partibus ſupramodū reſiccatis, tū ob febrē, quæ corpus perpetuo depaſcitur: tū ob deiectiones humidiores, et crebros ſudores, qui inde cōſequūtur. Exulcerationis pulmonū cauſæ multæ eſſe poſſunt, ſed duæ præcipuæ, & frequētisſimæ, ſputū ſanguinis repreſſum nec expurgatū, & defluxus pituitæ ſalſæ a cerebro calefacto. Præcedit tusſicula, pūctura quædā ad latus, mammillas, ſcapulas, titillatio faucium, præter cætera ſigna ſuperiore capite explicata. Familiaris eſt quibus oblongū collū, anguſtus thorax, caput infirmū ſublimes ſcapulæ, tāquā alæ, unde phthinodis et pterygodis. quaſi alati nominātur. Apud Hippo. & Galenū tria in hoc affecta reperiuntur mortis certisſimæ ſigna, Sputū grauiter olēs: capilli defluentes, alui profluuiū. Quæ tamen tū ad curationem, tū ad prædictionem diligenti egent diſtinctione. Primū in tabeſcentibus aliquādo gingiuæ, & os exulcerātur fluxione, & pituita grauis defluit à cerebro, unde ſputa grauiter olent, quæ tamen mortem proximam non indicant. Deinde alui profluuiū quibuſdam accidit deficiente natura: alijs conuerſa diſtillatione in ſtomachū, quibus ſolet tuſſis immi- *Apho. 11. 12. 14 lib. 5. & 167.*

nui: cæteris alia occasione, atque id nõ semper lethale. Idẽ iu- dicium de capillorum defluuio, quod humorũ vitio, & capitis cachexia fieri potest. Ita igitur accipiendum. Si sputum e pul mone educatur, & vel carbonibus inductum, vt vult Hipp. in Aph. uel, ut Philot. exceptum uitro et impositum prunis, ut incalescens vaporem edat, ægro & assidentibus manifesta grauitatem et cõtagiosum halitum inspiret, lethale est. Osten dit enim putredinem, & κακοηθείαν. Deinde grauis halitus cor vicinum lædit, vnde mors celerior, sicq; malum est, & vt causa, & vt signũ In Coacis præsagiis inde etiã mortis aliud signum colligitur. Si, videlicet, sputum iniectum aqua mari- na æneo uasi inclusa, in fundum mergatur. Idem demonstrãt capilli defluentes ob siccitatem, uel uirium imbecillitatem, & humida deiectio, ob potentiæ debilitatem, ut ait Galenus. Ad ditur in Præsagijs, si suppresso sputo mens ad nugas et delira uerba commoueatur. Formula enim mortis in Tabidis est, cum sputo retento uel ob copiam, uel uirium imbecillitatem, uel astringentium usum, obserantur uiæ spiritus, unde ægri strangulantur. Tandiu enim uiuunt, quandiu pulmonem per sputa expurgant. Atque etiam hinc efficitur, ut Autumnus, Ver humores fundendo, & omnes conuersiones insignes Tabi dis infestissimæ sint, adeo ut his uulgus ipsum sæpe mortem de nunciet, folijs arborum cadentibus aut renascentibus.

Coquere oportet, tenuare, diluere, expurgare, detergere, sic care, glutinare, instaurare corpus, catarrhum auertere, con- firmare cerebrum et pulmones, uitare, quæ deorsum purgant (nisi materia fluente) quia sic sputum & pus retinetur, ma- teria motu alio reuocato, & corpus magis consumitur. Phle botomia non conuenit ulcere facto, nisi noua fiat expuitio, aut uenæ alicuius recens apertio metuatur, & uires ferant. Remedia sunt Syrupi, Potiones, linimenta in pectore, conser uæ, fumigia pulueres, lohot, hordeum mundatum, lac asini- num, Balneum, & similia.

a *Palpitatio cordis, quæ adfert frequentẽ syncopem est in sanabilis, et quæ fit ex cõmistione pericardij cum corde.*

De a cordis tremore seu palpitatione. Cap. XXVII.

PAlmos, quem formidinem quidam ueterum appel- lãr, motus est præter naturã ab excretrice incitatur, cum id quod nocet, aut nocere uidetur, expellere contẽ dit.

dit. Idipſum uerò aliquando aqua eſt concepta cordis panniculo præter modum aucta. Aliquando uapor quidam craſſus cordi incluſus: alias etiam aliunde importatus, ut è matrice, uentre, & proximis uiſceribus. Interdũ uenenoſus per arterias & uenas illatus. Inflammatio quoq; & *a* tuberculum palpitationis cauſſę eſſe poſſunt, ut & intemperies. Quæ omnia ex cordis *b* temperamento, totiuſq; corporis antecedente uita, & aliis ſignis coniectura artificiali *c* diſtingues.

Curatio.

Si ſanguinis *d* copia in cauſa eſt, ſi aqua concepta panniculis, ſi *e* inflammatio, aperienda eſt uena *f* dextra baſilica. Auicennas & Arabes dextram, ſi ſanguis cauſa eſt ſiniſtram baſilicam, ſi *g* uapor, aperiunt. Siniſtra quoq; aperiri poteſt, ſi materia non uentriculis cordis, ſed corpore concepta eſt. Quòd ſi malum ab inferioribus partibus inuehitur, aut inſignis plenitudo eſt, uenæ crurum ſecari debent.

Gal. quinto de locis affectis omnes adiutos phlebotomia ſcribit, & extenuãte uictu, quibus cor palpitabat. Id ãt quia ueriſimile ſit uaporem eſſe craſſum, unde cor palpitat. Neq; ĩutilis eſt purgatio, ſi cacochymũ corpus eſt. Si quidẽ ex uitioſa materia excitatus uapor palpitationem inuehit. Quod ad reliqua attinet, diſtinguendũ eſt, ſitne cauſa frigida, an calida, (ut inde ratio uitę inſtituatur, quæ uim medicatam habeat, & malum corrigat.

Materia itaque calida, ambra, ſtorax, calamintha moſchus lignum aloes, cariophy lum, cinamomum, cortex citri *h* citrangulorum crotus, nux moſchata, macis ſem.

a *Vt in gallo diſſecto obſeruaſſe ſe tradit Gal. cap. 1 lib. 5.*
b *Cuius ſigna pete ex Gale. micro tegni.*
c *Vt ritè curationẽ inſtituas. Nã ut sũt cauſæ ſic & morborũ ideæ et ut morborũ ideæ, ſic uaria remediorũ genera inſtituẽda ſunt.*
d *Vt in iuuenibus* q *ex ephebis exceſſere ob hæmorrhag. naturalem ſuppreſſam aut ĩ mulieribus, qbus menſes nõ reſpondet, aut ijs qui hæmorrhoidibus laborarũt aut qui uino ſe & carnibus inuitarunt multis.*
e *Quæ pulſu duro & febre dignoſcitur.*
f *Vt reuelatur ſanguis* κατ' ὑξιν.
g *Qui ducitur per os ſecundũ arteriã uenoſam parte ſiniſtra, aut hypochondrio ſiniſtro per arteriam cœliacã.*
h *Vt* ℞. *corticis citri conditi, myrobolan. cond. flor. orengiæ cond. nuc moſcatæ cond. conſeruæ anth uiol. bugloſſ. an. drac. ij ſpecierum diamargariti calid. aromatici roſati, lætitiæ Galen. an.* ℈ *s. ſacchari roſati ad pondus omnium. f. trochiſci Dentur bis in die e cochleari.*

ſem.maiora,baſilici, uinum aromaticum, odoriferum, enula,fœniculus, petroſelinum,galanga,zedoaria,amomum cardamomum, cubebę,roſmarinus, mentha, polinm,calendula,teriaca,mytridatium *a* potio moſchata,electarium lætificans Galeni,diambra,diamargaritõ calidum,diarhodon cum ſpeciębus,alipta moſchata,gallia moſchata,pliris ſartoticũ,capus,perdix,& uolatilia. Eiuſmodi,confixa lardo,conſperſo prius cinamomo aſſa cum aſperſione uini aromatici.

Frigida meteria.

Violæ,nenuphar,roſę,ſantali,camphora,acetum,omphacium,berbetis,cerata,& pruna acidula,acetoſa,ſuccus malorum granatorum,pomorum odoriferorum,acetoſitas citri,limonum,citrangulorum,perſica,carabe coriandrum præparatum,cydonia,pira lac acetoſum,diarhodon abbatis ſine ſpeciebus,diamarg. frigidum, triaſanta.i.Condita ex his, ut conſeruæ & *b* ſyrupi. Ambigua,aurum, argentum, margaritę, coralli, os de corde cerui,raſura,eboris, cornu cerui, unicornis, fragmenta hyacinthi,ſmaragdorum,blattæ bizantiæ, ſodium,doronicum, meliſſa, borrago,bugloſſum. Sed horum quædam ad frigida,quædam ad calida referri poſſunt.Ex his trochiſci comparantur,fiunt *c* epithemata,poma odorifera,ſtragulæ & ueſtes ſuaui odore imbuuntur. Portiones conficiuntur,quæ & palpitationi cordis, & ſyncopæ conueniunt.

Auro & argento ſic utẽdum eſt.Caleſiãt in medijs carbonibus: deinde quadrageſies recalfacta extinguantur in vino aut liquore conuenienti.Liquor poſtea bibitur. Horum quoque uim relinqui uolunt,ſi conſeruantur in uetere uolatilium,dum elixantur aut aſſantur. Retinentur,& ſalina deglutitur. Hoc modo argentum ſitim lenit.Alii tenuiſſimis bracteolis,quę folia uocant,& inde condita electaria uegetiora reddunt.Rurſus alii in puluiſculum tenuiſſimum comminuunt,& ita cum iuſculo gall.decrepti,cũ collatitiis expreſſionibus diſtillatis exhibent. Sed hæc metalla uenena credita ſunt antiquis. Eſt & aurum *d* potabile in eundem uſum.

a Vel R.cortic.citri conditi,cõſ.borrag. meliſſæ an.drach.s. confect. alchermes,mythridatũ veter.an.ʒ.i.f. bolus detur ſub horam ſomni.

b Vt R.ſuccorum depuratorum borrag.acetoſæ endiuiæ, citri, pomorũ odorife. an. vn.3.ſacca. q.ſ.f.ſyrup. vtatur bis ĩ die cũ aqua decoctionis acetoſellæ.

c Vt R aquarũ ſcabioſ. acetoſ.bugl. roſ. meliſſ. ana vnc. 3. ſantal. omniũ,trochiſ. de cãphora ſcrup. ij. ſ. Epithema pro corde.

d Hoc commẽtum eſt.

Omni-

SCHOLIA.

Omnibus partibus uim quandam naturam insitam esse, quæ quo offendit, quod ad fieri potest, à se propellat, haud dubium est. Omnium tamen non eadem ratio. In epilepsia, sternutatione, uomitu, id contractione efficitur: in tussi, efflatione. In cordis autem palpitatione fieri suspicari licet. Concutitur enim cor, & ueluti tremulo quodam motu afficitur ob causam noxiam tanquam ingressum repente hostem formidans, aut superaturum, aut præ imbecillitate languescentem sibi cessurũ. Neq; tamen negamus uera & propriè dicta palpitatione, de qua Gale. agit, cor affici, idest, dilatari & inflari præter naturam à substantia halituosa & copiosa, cũ perspirare non potest: subsidere autem, ubi foras extrusa fuerit, aut ut alij uolunt, palpitationem cordis mediam quandam esse dispositionem inter pulsum & imbecillitatem. Sed non ideo dilatatur, quia impletur: aut subdit, quia uapor foras truditur: Verum cum uaporem aliunde irruentem, uel in se genitum præ imbecillitate dissoluere, aut arcere nequeat, modo dilatatur, modo contrahitur in se se, quia stimulatur, & palpitatione excutere nititur quod nocet, donec liberum habeat motũ, uel omnino deficiat. Vnde sæpe syncope, aut mors repentina consequitur, præsertim si causam intra se præsentem semper habeat. Inde enim cũ & frequentius, & uehementius irritetur, tãdem repente succumbit. Ob id optime Hipp. Qui frequenter ac fortiter absque causa manifesta deficiunt animo, de repente moriuntur. Quod ad cordis palpitationem etiam, quæ sæpe syncopem antecedit, iure accommodare uidetur Galenus. Excitari autem potest à tuberculo, abscessu, multo sanguine obstructionem faciente, intemperie calida, uermibus cor uellicantibus, ut vult Mesue, subita uacuatione, impregnatione, inflamatione, aqua, tunica inclusa & humore putri ac malè olente plena, lapillis, uenenosa qualitate spirituoso halitu, siue ab externis, siue ab internis, siue in uentriculis cordis siue in substãtia, siue in pericardio, siue in arterijs causa subsistat, siue accidat extrinsecus ut utero, liene, hepate, uentriculo. Quæ oĩa diligentissime ab authore obseruata sunt. Archidiaconi cuiusdam, hoc malo interempti corpore dissecto abscessus in substantia cordis inuentus. In alterius

terius

terius pericardio, aqua. In Britone quodam, inflammatio cordis. In alio, abscessus in vena arteriosa. In multis, pericardium flatu distentum, qui tandem solet in aquam concrescere, nisi cordis calore dissoluatur. In muliere, quæ quatuor mẽsium spatio incredibili vrinæ cruciatu laborauerat, duo calculi reperti in corde cum multis abscessibus, integris renibus & vesica. Sed notatu dignissima historia Præsidis primarij Rhotomagensis, nomine (Remon) Ab ineunte ætate ad annum quinquagesimumquintum, quo obijt, cordis palpitatione corripi solebat, præsertim à somno meridiano, & vbi arctius tibias constrictas habebat. Sensus quidã tremulus erat ad carrotidas hinc pulsus vel nullus, vel paruus, & sine ordine. Soluebatur paroxysmus edito crepitu, ructu, clystere dolore in medijs clauiculis excitato, deinde in fronte, vel tussi satis violenta sponte mota. Relictis tibiarum vinculis, & somno melius habebat. Eadem symptomata in muliere nobili apparuerunt. Vtrisque hepar calidius, ventriculus frigidior. Hinc multa fuliginosa excrementa, spirituosusque vapor & crassus in arterijs, interceptus continebatur, qui in cor exhalans, incutiebat tremorem & palpitationem, donec motu, attritu, aut calore (quòd ad id non sufficeret facultas vitalis) dissolueretur, aut alicunde exitum haberet. Ob eandem causam Ictericis, Splenuticis, Melancholicis ferè omnibus, cachexia laborantibus, puellis & similibus solet contingere, vapore flatuoso educto ex vitioso humore. Eodem modo Galenus refert ex balneo & vitiosis lignis succensis mulierẽ solitam animo deficere. Alteram ab vteri affectibus idem pati. Cuidam, si vel per horam lauaretur, idem accidere, nisi priùs panis aliquid assumpsisset. Hominem, dum exolueretur, & cor fortiter palpitaret, repente interijsse. Sed omnibus neq; eadem causa, neq; eadem pars affecta. Modo enim in ore stomachi, modo in corde fit principium defectionis animi. Palpitatio quoq; non semper causam habet in corde, sed pars aliqua affecta est, cum qua mutuum habet cõsensum, vt pericardium, & arteriæ, præsertim maiores & viciniores, inde vterus & similia. Causa autem modo per se morbum efficit, vt tuberculum, aqua, inflammatio: modo aliquid commonet, quod morbum efficiat, vt balneum & ligna succensa in

muliere,

muliere, cuius meminit Galenus, & hepar ac ventriculus in Præside Rhotomagensi. Quam causam Hippocrates manifestam appellat, Aphorismo adducto, sicut priorem non manifestam, à qua periculum mortis repentinæ imminet, non ab altera, licet tandem quoque interficiat. Ob idque vitam Præses ad 55. annum produxit, cùm cæteri eodem morbo, sed causa dissimili, breui perierint. Frequenter hoc modo fit, Sympathia aliarum partium, præsertim quibus arteria magna insidet, decubitu in dorsum & renes, vsu vaporosarum rerum, animi vehementi perturbatione, accedente cordis promptitudine per intemperiem calidam, pestilentiali aere, fœtido halitu & venenoso, venenis, tumore vehementi & similibus. Pulsus & in morbo, & in valetudine euarians, vt è magno in paruum, veloci in tardum, raro in frequentem, affectum cordis indicat, tantò periculosiorem, quanto vel frequentius corripit, vel magis continuus. A flatu fieri indicant repentina accessio, asthma, motus tremulus in genis, aut alia parte, dolor subitò accedens, & desinens, obtenebratio in oculis sibillus aurium. Ab aliis causis, intemperies corporis, symptomata, & similia.

Remedia sunt victus attenuans, exiccans, medicamenta alterantia, cordialia, purgatio, phlebotomia, pilulæ, opiatæ, condita siccioribus naturis: humidioribus trochisci & arida, epithemata, vel potius sacculi, syrupi, clysterum usus præsertim in paroxysmo. Celerius enim vapores reuocant. Frictio è linteis, quæ conceperint odorem pulueris violati, fortis inspiratio, vt gementium, contentis in ore cordialibus antidotis, quò magis penetret qualitas, illitus arteriarum, vbi magis pulsant, & affrictio per medicamenta cordialia, vaporatio. Phlebotomia & victu attenuante curabat Galenus. Quod optimum est in crassiore sanguine & uapore. Omnes tamen scribit ante senectutem mortuos, uel syncope, uel alio genere morbi. Vitentur uincula extra accessionem, astrictio à uestibus in uentre, thorace, iugulo, alis, inguinibus, & ubicunq; insignia uasa, præsertim arteriæ. Si in febrē acutā incidāt, corripiuntur syncope, ut in uacuationibus imperādis & balneis maxima cautio esse debeat. Obidq; ad periculi prædictionē, ne in Medici culpā mors reyciaт, interrogādus æger ī morbis.

Num

Num per sanitatem aliquando soleat exolui aut palpitare cor. Sæpe etenim, dũ sanguis mittitur, purgãtur, & ea fiunt, quæ ex ratione morbi oportet, syncope intercepti moriuntur.

De Syncope. Cap. 28.

SYncope est *a* præceps uirium lapsus ex insigni *b* spiritus euacuatione, alteratione, *c* interceptione. Euacuatur spiritus, quia subtilior factus est, quia corpus rarius est, in acri uehementique calore. In *d* uehementi animi motu, cum iis *e* quæ excernuntur immodice, doloris grauitate, morbi magnitudine, fame, abscessus *f* subita eruptione, & maxime in parte principe, aut quæ arterijs plena est; neruo, aut neruosa parte, affectis longo labore, ore uentriculi insigniter affecto, uel ab humorum frigidorum copia, uel ab humorum acrimonia, lentore, crassitie. Aliquãdo etiam intemperie. In cruditate, quã sequitur alui solutio, intemperie partium principum & consentientium. Vteri affectibus, intemperie calida & sicca nimis attenuatis humoribus, uitalis uirtutis imbecillitate Alteratione uerò, intemperie totius corporis, principiorum, & earum partium, quæ consentiunt, corruptione, uel ab aere pestilente, uel à uenenis externis, ab internis humoribus uenenosis, à materia putri retenta in uentre, & intestinis interclusione: ab humorum copia, à crassitie & lentore humorum, qui uias spiritales intercipiunt. Distinctis causis curationem institues, colligesq; ex primo ad Glauconem, quæ ad hanc rem pertinent. Similiter & ex 12. Methodi medendi.

Curatio.

In euacuatione, refouendæ sunt uires, pauco alimento dato interuallis, *g* distillatis, expressionibus, gelatina, *h* iusculis, uino, aromaticis.

a Ex spirituũ & partium solidarũ corruptione & alteratione in quorũ cõ moderata quantitate & qualitate uirium robur consistit.
b *Tum etiã generationis priuatione, yper catharsi.*
c *Vt animi perturbatione, respirationis difficultate, insignium uasorũ obstructione.*
d *Vnde repẽtinus natiui caloris motus ĩtro, aut foras.*
e *Vt deiectionibus, uomitationibus, cholera morbo, sudoribus magnis.*
f *Vt pulmonis vomica aneurismate rupto: hepatis quoq; vomica: vacuatione repentina hydropis aut empyeumatis.*
g *Ex conseruis cardiacis, pulueribus, seminibus, floribus, fructib. Vt ex conseruis borrag. bugloss. anth nuce moscata & id genus reliqua.*
h *Dissecatur in frusta capus aut coxa arietina, et coquitur in phiala bulliẽte in vase magno aquæ pleno, datur cũ amphatio limonũ.*

Puluiſculis cordialis.

R.marg.ſplẽdidatũ ℈ ii.raſuræ eboris,oſſis de corde cerui an.℈.i.unicornis G.iiii.ſacchari uiol.drac.ii.Vtatũ medio cochleari cum ſyrupo de aceroſitate citri. Alius.

R corticis citri drac. i. margarit. ſplendidarum ℈. ii. ſem.citri conditi,ſem.meloſium,& acetoſæ ana ℈.ii.limaturæ auri,fragmẽtorum ſmaragdi,hyacinthi,ſaphiri an.℈ i.ſacch.roſ. drac.iii.miſce, detur mediũ cochleare cum uino albo,tenui,odorifero,& parum uinoſo diluto cum aqua,in que aurum ſæpius extinctum ſit.

Pulniſculus calidus.

R maſtichis,ſpicæ,ligni aloe, cinamomi caryophyllorum,galiæ moſchatæ,nucis moſchate,cubebę,cardamomi maioris,granorum paradiſi,corticis citri an.℈.ii. moſchi Hr.vi.Cum uino odorifero §ant trochiſci,pondere drac.i.aut ſcrup iiii. Alius.

R electarii de gemmis,confectiouis alkermes,aromatici roſati ana ℈ ii.macis,cinamomi ana ℈.s.ſacchari in aqua borrag.diſſoluti & ſiccati drac.3.miſce,fiat puluis.

Epithema frigidum.

R.aquæ diſtillationis roſarum *a* uiolatũ,borrag.ana. unc.iii uini tenuis odoriferi unc. i. ſpecierum diamarg. frigidi drac.i s.miſce . Pannus purpureus his his calidis imbutus cordi admouendus.

Epithema calidum .

R.uini quartaria tria a quæ meliſſæ Gr.ii. miſce unc. iii.moſci.

Inunctiones

R.ol.de coſto.& iaſmino an.℥.i.ambræ Gr.iiii.Alir.

R. *b* olei uiol.unc.ii. cum duobus grauis caehuræ mi miſce,fies inunctio.

Inunctiones , & epithemasa ſub ſiniſtra mãma fiunt.

Potiones fiunt in frigida , ex uino tenui odorifero , ex ſyrupo de corticibus citri cum aquis meliſſæ, borraginis,calendulæ.

In calida,cum ſyrupo de limonibus,de perſitis,oxyſacchara ſimplici,ſyrupo acetoſo,uiolato,de acetoſitate citri & ſimilibus.Maximè commendatur ſyrupus de pomis,qui ita parari debet.

a *Vel acetoſæ,ſcabioſæ tãtundem.*

b *Vel olei roſati et cydoniorum ana unc. s. his imbutũ goſsipium carptũ cordi admouetur.*

a Vel R. succorum depuratorũ acetosæ agrest. endiuiæ, borag. limonũ prunorũ odoriferorũ an. vnc. 3. sacchari rosati q. s. fiat syrup.

b Modo id abradẽdo et exasperãdo non sit intestinis molestum.

R. *a* succi pomorum odoriferorum cocti & depurati libr. j. colletur per manicam Hippocratis cum sacchari uiolati drac. iij. cinamomi ℈. ij. Vel Recentiorum more, cum æqua portione, aut paulominus saccari, fiat syrupus. Eliguntur poma omnino odorifera, partim acidula, partim dulciuscula. Alioqui *b* pomatio optimo utendum est, ex quo uel iulep, uel syrupus parari potest.

SCHOLIA.

Eclysis leue animi deliquium: λειποψυχία animæ defectio grauior, nondum tamen ad sudorem usque: Syncope, grauissima & morti finitima, quasi concisio, quòd spiritus, et uires concidant. Philoteus loco λειποψυχίας, in Aph. λειποθυμίαν animi defectum dicit. Sunt, qui distinguant. Aetius libro 5. ἔκλυσιν, & λειποθυμίαν pro eadem sumpsit. Distinctio facilior hac methodo, cum causarum uarietate innotescet. Animi defectionem nihil aliud esse, quàm præcipitem uirium lapsum communi omnium notione perspicuum. Vires autem sunt, in spiritu calori natiuo iuncto, & temperamento solidarum partium calore insito & humore primogenio siue radicali constante. Ergò in tam præcipiti uirium lapsu, uel spiritus, uel temperamentum, uel utrunq; collabitur. Spiritus autem uitalis cum sit in corde, duplicemq; motum habeat, uel intro, foras: vel foris, intro: deficit, uel quia non generatur, uel corrumpitur, uel alteratur, uel non mouetur, uel dissipatur. Non generatur uel corrumpitur à proprio receptaculo, propter intemperiem fortem cordis, ut scribit Gal. 1. lib. 5. de locis affectis, uel defectu alimenti. Corrumpitur, uel alteratur, à uenenata qualitate siue interna sit ab aliquo mẽbro siue externa, ut ab ambiẽte aere. Non mouetur ad externa, sed intrò cogitur & suffocatur, uel ab affectionibus animi uehemẽtioribus, ut ingẽti tristitia, anxietate, mærore, dolore, cura & similibus, unde sæpe syncope et interitus, ut Galenus docet de symptomatum causis: uel à corpore, ut respiratione prohibita, multitudine & crassitie crudorũ humorũ exiguos meatus obstruentium, unde Syncope, aut si nõ obstruãt neque onerent, λειποψυχία oritur, ut Galenus docet 12. Methodi. Huc referri possunt tumor aliquis præter naturam in corde, uel pericardio, ut in dissecto, cuius ex Galeno meminit

Philoteus,

Philoteus, tunica incluſa in uentriculo cordis plena humore
putri malè olente, vermes & ſimilia, de quibus dictum eſt ſu
periore capite, quæ aliquando obſtruunt, aliquando aura ue
nenoſa ſpiritus inficiunt & cor uellicant, ſicuti & humor è
uentriculo, aut utero, aut hepate, aut cerebro, aut etiam pul
mone. Motu aũt è corde affatim & repentè aliquãdo foras
diſſipatur ſpiritus, & euaneſcit eodem modo, quo intrò cogi
tur, uel ab affectu animi uehementiore, ut in gaudio, uolu-
ptate, ira, uigiliis, riſu: uel cauſa in corpore contenta, ut inſi
gni euacuatione, purgatione per medicamenta, reſolutione
ſpirituum concurrentium ad aliquam partem dolore affe-
ctam uehementi, aut eroſam, ut os uentriculi ualde ſenſile,
ſuppuratione, aut ruptione apoſtematis, uel tuberculi, ſiue
introrſum facta, ut in uentriculum, ſiue extrorſum, ut in
aqua in hydropicis educenda. Simul enim exhauritur ſpiri-
tus, & una cum ruptione euaneſcit. Quod Hipp. multis locis
ſignificat, ut Aphor. 27. lib. 6. & 8. lib. 7. In partibus quoq;
exolutionem fieri, ut uacuatione ſanguinis, ita & puris, 2.
Epid. Et author teſtatur ſe uidiſſe ſyncope mortuos in huiuſ-
modi ruptione e liene. Diſſipatur etiã ſpiritus, pluribus mo-
tibus, tenuitate, raritate corporum ipſos cõtinentium, tenui
humore & calido, ſudore nimio. Atque hæ ſunt ferè cauſæ,
quibus læduntur ſpiritus, qui ſi ſuam affectionem communi
cent partibus ſolidis, ita ut incipiant reſolui, quod ſudore co
gnoſcitur, erit Syncope ualde periculoſa, imò uerius mors ip-
ſa. Neque enim ferè moritur homo, niſi quadam ſyncopis ſpe
cie. Si in in ſpiritibus tantum ſit, nec facultas uitalis omnino
diſſoluta, Lipothymia propriè dicitur, cuius terminis ſudor
eſt. Ob id Galenus ſcribit 1. ad Glauconem Lipothymiam ſyn
copis principium eſſe. Solidarum autem partiũ temperamen
tum multis quoque modis labefactatur, ob defectum alimen
ti, conſumptionem proprij humidi, refrigerationem calidi in-
nati, in longiſſimis morbis ex atrophia, in febribus acutis à
colliquatione, & ſimilibus. Hinc efficitur duo propria et per
petua eſſe ſymptomata in Syncope, frigus totius corporis à
calore exoluto, & ſudorem diaphoreticum, ſiue ſyncopticũ,
à diſſolutione ſolidæ ſubſtantiæ. Eſt enim ſudor hic peſſimus,
& ut cauſa, & ut ſignum. Cauſa, quia ſolidas partes ſpoliat
humido

humido & uirium substantiam dissipat. Signum, quia imbecillitatem naturæ non amplius humores continentis indicat. Sed in Lipothymia tantum frigus apparet, sic dicta, quòd sit in instrumento animi, idest, spiritu. In utraque tamē sensus & motus priuatio est, & pulsus defectio. Causæ ex proprijs signis cognoscendæ: remedia unicuique causæ accommodanda.

Confirmanda facultas uitalis, si ab intemperie: à tuberculo & similibus difficilis curatio. In aspera arteria dyspnæam efficit, in tenuibus, spirituum alterationem. Iisdem remedijs, quibus Asthmatici curantur. Filio procuratoris Regij febricitanti in pulsu deficiente & intercidente animi deliquium accidit. Asthmaticis remedijs euasit. In euacuatione nimia reficiendus æger, uino diluto, theriaca recenti, irrigatione aquæ frigidæ, uentriculi linimento, frictione partiū superiorum, excretio retinenda. In ueneno, uomitus, theriaca, mythrid. propria antidotus, pulueres cordiales cōueniut. In alicuius partis sympathia, topica, suffitus, unctiones, cordis roboratio, partis affectæ curatio. In resolutione spirituū, alimenta optimi succi, facilè & citò nutrientia, humectantia. Diogenes Laertius sc. ibit Democritum multos annos effluentem spiritum retinuisse medulla panis albi intincta uino optimo, ut cretico, & conspersa puluere menthæ, appositaque stomacho, & naribus.

De cholera. Cap. XXIX.

CHolera morbus est acutissimus, sine febre ferè, quæ uel uno die, uel altero, uel certe paucis diebus hominem rapit, substantia corporis effusa, partim assiduis uomitionibus, partim iisdem deiectionibus.

Hippocrates choleræ siccæ meminit Cōmentario 4. de ratione uictus in acutis, cuius naturā & curationem, ex eo loco intelliges. In humida uerò animaduertendū in primis est, ut si fieri potest, uomitus componatur, & relinquatur motus, qui ad intestinum est, corrupta ferè ac exitiosa materia, quæ excernitur. Itaque initio retinenda non est, sed tum primum, cum uires inde concidere uidentur. Itaque initio aquæ tepidæ, aquæ hordei aliquando etiam adiecto momento sacchari, aut mellis,

ubi

ubi frigida materia eſt, imperandus eſt potus ad unc. vi. Quòd ſi æger borborigmis & flatibus ſollicitatur, cochleare remediũ ſe cumini poterit aquæ incoqui. Hac arte fluctuans materia, & ad uomitum incitata, repurgatur, ex quo ſiſtendo uomitui intendendum eſt.

R. iulep. roſ. ℥. iii. ſucci granatorum ℥ i s. miſce, utatur breuibus interuallis, duobus aut tribus cochlearibus. Conueniunt & ſyrupi, Roſatus, Myrthinus, de cydoniis, de granatis, & ſimiles. In cauſa frigida, iidemque in cauſa calida; ſed cõſperſis pulueribus ſpicæ, cinamomi, nucis moſcatæ, & ſimilibus. Alioqui ſyrupus de mentha, de abſynthio & ſimiles, qui in textu ſunt.

Oportet autem aſſumi cochleari, breuibus interuallis, & ſine aquis. Largior enim potus hic non conuenit.

Laudatur remedium ab antiquis ex uinis granatorũ unc. ii. ſucci mēthę depurati ℥ s. & utatur cũ cochleari, ut prius dictum eſt. In cauſa frigida, uinum optimum, tenue, & odoriferum aliquando ſatis eſſe poteſt. Imperabis quoque, ut granatum integrum, acidum, dulcoratum cum ſaccaro roſato odoretur. Aeger ſugat interim: eiuſdem quoque grana commanducet. Conſpergenda facies aqua frigida, aqua roſarum per ſe, uel in frigore adiecto uini odoriferi momento, uel moſchi modico. Vtendum quoque iis, quæ exterius admouentur ſtomacho, qualia ſunt hæc.

R. ſantallorum rubor. roſ. an. drac. ii. galliæ moſcatæ drac. s. camphoræ Gr v. Madeāt in aquæ roſ unc. iiii. aceti unc. i. s. Pāniculi in hac miſcella merſi & expreſſi, quã tùm fieri poreſt, frigidi toti uentriculo applicentur.

Poteſt inungi ſtomachus oleo roſato de cydoniis, de ſpica, de abſynthio, ut res exigit. Quòd ſi timetur nimia refrigeratio, miſcellæ ſupradictæ, ſuccus menthæ, abſynthii, aliquid quoque cinamomi aut uini auſteri odoriferi cõmiſceri poteſt. Maſticis unc. ii. aut iii. cũ oui albumine, cum oleo cydoniorum, aut cõuenienti diſſoluitur. Inde fit emplaſtrum quod extendi debet in aluta formata ad modum ſcuti.

Vulgi experientia eſt eboris tabella admota uentri

uomitus compeſci. Sed interim dum hæc fiunt, ſomnus & quies quantum fieri poteſt, concilianda ſunt. Conſulendum uiribus, partim odoribus, partim alimentis.

Perdiculas ergo, aut iuuenes pullos columbarũ confixos baculis myrthi, rubi, cinamomi, ut res exigit, conſperſos interim, dum aſſantur, aqua roſ. uino granatorũ uino auſtero, odorifero, primum quidem calidos & plenos fumo naribus ægri admouebis. Ex eo tortiuo prælo ſuccũ inde exprimes: expreſſam materiam naribus ægri admouebis: ſuccũ ſorbendũ exhibebis. Dabis gelatinã cũ ſucco granatorum diſtillatã, qualem in ſputo ſangu.

Quòd ſi nihil continet æger, prius data aqua tepida, cucurbitulam magnã affiges uentri, & interim dum ea cucurbitula fixa eſt, cibum exhibebis. Breuibus interuallis cucurbitulam figes & refiges, & ita nutries.

Conſenſus eſt ueterum Medicorum, dropaciſmũ impoſitum uentri ſingulare eſſe remedium aſſidue uomẽtibus. Parabis dropacẽ ex quatuor partibus picis & olei una cydoniorum, una liquatis, deinde extenſis in aluta. Poſtremò medicamẽtum calidum uentri applicabis.

Laudantur uincula articulorũ, frictiones mediocres fotus ex oleo multo, magis ubi conuulſio eſt, uel imminet. Fouetur ſpina muſculi cõuulſi articuli. Cucurbitulæ quoq; & uentri & ſcapulis affigi poſſunt. Quòd ſi refrigerãtur, externa linteis calentibus inuoluenda ſunt.

Si ſpaſmus accidit, redeundum ad curationẽ ſpaſmi. Si urget ſitis, ſemina cucumeris in aqua tẽperati debẽt, donec intumeſcãt: tum cortex exterior detrahitur: quod eſt reliquũ, aqua incoquitur: aqua refrigerata bibitur. Cõtra ſyncopen cũ aliis remediis ſupradictis, tũ bucella imbuta uino admota naribus, cõtẽta ore utendũ eſt.

Trochiſci Rhazæ.

℞ maſticis, boli arm. thuris an. drac 2. s. carabe, cardamomi ſcrup. 2. cãphoræ. galliæ moſchatæ, caryophyllo an. gr. v. cũ ſucco granat. fiãt trochiſci põdere ſcrup iiij. Detur unus, ſuperbibatur ℥ j. ſucci granat. iulep, granati, ſyrup. cydoniorum, aut ſimilis. Clyſterũ hic duplex eſt uſus. Initio reuocandis uomitionibus, & hi ſimpli

ces

ces esse debent. Posteà uerò collabentibus uiribus, qui & leuiter reprimant, & adstringant.

SCHOLIA.

Hippocrates quarto de ratione victus in acutis, & Galenus in Com. & Isagoge, duplicis cholerae meminerunt, Aridae & Humidae. In vtraq; perturbatio est ventriculi immodica infrà, supraq;. Differut caussa, & symptomate. Arida enim fit ex spiritu flatuoso, acri, qui siue egeratur, siue retineatur, lancinat & mordicat partes ventris neruosas. Venter inflatur, strepitus fit, dolor in lateribus, & lumbis, aluus nihil deijcit, sed astringitur. Humida gignitur, vel ab alimentis, vel medicamentis. Alimenta in caussa sunt, quae succum crudum, flatuosum, aerem procreant, aegrè coquuntur, tardè permeant, vt intestina suilla infarcta sanguine, caepis, pipere, pinguedine, quibus nihil difficilius coquitur, laserpitij succus, caseus suilla caro, bubula, caprina, uentres animalium infarcti. In summa, quaecunque vel flatuosum succum generant, vel aerem, vel facilè putrescentem, vel humiditatẽ acrimoniae iunctam habent. Corrumpuntur enim facile, & acrimonia fluxiones irritant ex toto corpore, mordicantes orificia vasorum, quae ad ventrem pertinent, vnde vomitus, & deiectio. Medicamenta sunt, vt Elleborus, apud Galen. Com. Apho. 1. lib. 5. Sed hoc nomine reliqua quoq; violenta pharmaca intelligẽda, ut Colocynthis, Scammonium. Ex his enim aliquando generatur conuulsio, aut immoderata purgatione, aut neruorum substantia resiccata, aut demorso ore uentriculi neruis laborantibus per consensum, ab aeruginosa bile, ut in adolescente cuius meminit Galenus, & in negotiatore quodam Rhemensi, cui vomitu citato desiit conuulsio. Aliquando verò Cholera sequitur. Mordentur enim, vt de alimentis dictum est, partes neruosae vi medicamenti, & acrimonia humoris attracti, à cuius etiam quantitate potest vẽtriculus comprimi, idq; praesertim fit, cum humores non sunt ad purgationem parati. Fit aliquando è toto corpore, aliquãdo ex quibusdam partibus, vt hepate. Huic maximè proprium est symptoma, de quo Galenus agit in eundem Apho. Contractio, videlicet, in musculis, & puppis tibiae (quam vulgò, Gouttes crampes, *nominant.) Quod in duabus illustri-*

bus mulieribus obseruauit author. Morbus est peracutus, ut qui quarto ad summum die finiatur. Alia symptomata sũt et signa, Vomitus, Deiectiones, bilis frequentissimæ, deliquia animi, sudores exigui, sitis, pulsus uermiculantes, ructus nidorosi. Quibusdam accidit certis interuallis, natura sese exonerante, sed ob impetum humoris biliosi erumpentis, salubri humore simul cum uitioso foras expulso. Huiusmodi homines Græcis χολερικοὶ, ἢ χολεριῶντες, dicuntur: Plinio, Biliosi.

Curatio pficitur sublata causa, cõuulsione, syncope, tremulo motu singultu, si adsint. Decoctione, si facilè soluatur aluus, prouocatione uomitus, qui prohibetur iniecto clystere calido, ut prouocet, pingui, ut leniat. Hydrelæo calido partes corporis foueantur. Subducto uentre, & eò conuersa materia, sanitas. Dormiat, ut coquat. Vinum sit tenue, ad penetrationem, uetus, meracum ad coctionem, modò à cruditate morbus sit. Paucissimo utatur cibo, lacte asinino, ut purget et leniat. Neq; simul deiectionem, & vomitum prouocare licet. Quæ .n. in ventre continentur, subducenda, & vomitus prohibendus, Hipp. 4. Acu. Ventriculus roborandus admotis. Conueniunt adstringentia, emplastra, sacculi, linimenta, vnguenta, cerata, epithemata, sed celeriùs agunt fotus. Cucurbitulæ inter vmbilicum & stomachum, purgatio, pillulæ, condita.

De imbecillitate a stomachi. Cap. XXX.

IMbecillitas stomachi frequens *b* conualescentibus: magis etiam *c* ab imperfecta crisi, in quo reuocanda sententia Hippocratis. Si à morbo cibum assumés quis, non corroboratur, largiori *d* alimento corpus uti significatur. Quòd si non assumenti cibum hoc accidat, scire oportet *e* quòd indiget euacatione.

In conualescentibus ergò, quibus reddita est appetentia, imbecillitas uentriculi non potest tantùm conficere, quantum appetit. Modica itaque quantitate, sed breuibus interuallis, cibis boni succi, & qui facilè coquantur, reficiendi sunt. In aliis, quibus appetentia non redditur, reliquiæ morbi in causa sunt, quæ optimè uel rhabarbaro, uel hiera picra ex decocto cicerum, aut absynthij repurgantur.

In sanis uerò debilitas est, uel à sola intemperie. Cuius

a *Alui siue vẽtriculi in coquendo et appellendo, quæ duæ sũt actiones ventriculi coctio et appetitio.*
b *Morbo defunctis, collapso habitu, alienato tẽperamẽto, et mutata vẽtriculi actione, lãguida.*
c *Superstite morbi materia, aut empyeumate.*
d *Quòd s. sit infirmus vẽtriculus, & morbi diuturnitate collapso habita, ab aliena toq; temperamento necessitati corporis satisfacere nequeat.*
e *Ad excludendas morbi reliquias quæ suctionis sensũ impediunt.*

ius indicia sunt, calidæ quidem, æstus in *a* medio corpore, sitis assidua, & lingua arida, iactatio corporis, aliquando etiam extrema, uel frigida, uel temperata, nec pro ratione æstus calentia, à cibo nidorosi ructus. Frigidæ uerò frigoris sensus in parte infirma, nulla sitis, *b* saliuatio aliquando multa, ructus acidi. Alia ex arte medica Galeni require. Causa quoque nonnunquam materia est, eaque uel *c* quantitate peccat, uel qualitate. Rursus uel corpori stomachi, uel uentriculi imbibita est, uel in capacitate fluitat.

Intemperies quoque aliquando complicantur, quarum omnium signa colliges ex arte medica.

Intemperies contrariis, calida quidem frigidis, ut potu frigidæ, frictione articulorum, cerato Galeni, cuius hæc est descriptio. *d*

R. ceræ lotæ in aqua rosarum vnc.s. olei rosacei in aqua rosarum similiter loti unc.2. liquefiant in uase duplici. Quod cùm fuerit refrigeratum, diu malaxetur cũ aqua frigidissima, uel succo plantaginis.

Imperanda ratio uitæ, quę refrigeret. Et *e* contra æstum ac sitim.

R. sem. cucumeris in aqua macerati, & excorticati unc.s. tragacanthi dissol. in oui albumine drach.2. liquefiant in vase duplici cum eodem oui albumine. fiant hypoglottia, id est, pillulæ, quæ teneantur sub lingua.

Quòd si syrupis vtimur, iis omnino abstinendum est, qui *f* acetum recipiunt, nisi humiditas coniuncta sit.

In frigida, volatilium carnes confixæ cinamomo, aut lardo conspersso puluere cinamomi, & ita *g* assatæ Alimenta omnino calida, vinum odoriferum, aut etiam colatum cum saccharo, cinamomo, granis paradisi, modico zinziberis, & similibus. *h*

Potus

a Vt æstu viscera incandescant. Nã vbi calor, ibi morbus. .N.

b Ex humoris in ventriculo fluctuãtis copia, p continuitatem interioris tunicæ ad os.

c Ea vel localem habet in aluo generõẽ, uel aliũde affluit

d Ex lib. x. Thera. methodi.

e Sũptis & admotis: ut cond. violarum rosar. borra. iulep rosato, syrupo malo. punicorum ad motis, item uentriculo, vt hapso linimento, epithemate ex aqua rosarũ & buglos. hapsus verò cydoniorũ oleo imbuatur.

f Cuiusmodi est syru. acetatus. Et tamen oxisacchari loco præscribi põt ob succũ mali punici. *g Vt cõd. ex pulnerib. caryo. nuc. mosc. & cina. cũ sapa.*

h Aut fiũt cõdita, opiatæ. nuce moschata, myrabolanis cõditis, cortic. cur. cond. flore. Augen. cond.

a *Fiunt sacculi ex radice cyperi cal. arom. schœnātho, caryophyl. absynthio roman. menth. orig. chamæmelo, rosis. Coquuntur in æquis partibus aquæ & uini rubri: decocto madefacta spongia admouetur stomacho. A fotu aūt illinatur oleis absynth. menth. et nuc. moschatæ.*

Fotus è *a* sacculo mollissimus plumis anseris pleno, & aliis, quæ posteà de siccitate in hectica febre dicētur.

Humiditas, si fluitat, uomitu elicienda est. Vbi imbibita est, & qualitate peccat, pharmaco repurganda est. Si tantum quātitate peccat, & præter modum stomachum ac uentriculum remollit, adstringentibus medicamentis, admixta aromatum parte ad resiccandum, utendum erit. Si crassus & uiscidus humor est, incidēdus oxymelite, aut aliis eiusmodi, tum pharmaco deiiciendus est. Materia eorum quæ infirmum stomachum è frigore confirmant, cinamomum, cortex citri, caryophyllum, mastix, lignum aloes, zinziber, & chebuli cōditi, macis, mētha, absynthium galanga, scœnāth. carui, ami, flores anthos, uinum aromaticum, nux moscata, piper, aromaticum rosatum, diagalāga, diacuminum, diatrium pipereum, diacydonium cum aromatibus, theriaca, mythridatium, Syrupus de mentha, de corticibus citri, mel anthosatum, oleum nardinum, de spica, de mentha, in quo aromata calida coxerint, ut piper, cinamomum.

Frigida. Coralli, santali, ambra citrina, coriādrū præparatū, ebur, cornu cerui, & unicornis, cydoniū, pira adstringētia, rosæ, diarhod. abbat. myrrha, acetosa, diacydoniō sine speciebus, scoria ferri, limatura chalybis, ceratū santal. oleum rosarum, & de cydoniis, syrup. rosat. & de cydoniis, aliaq; eiusmodi, quorum pars in controuersiā tēperamenti uenire potest. Cæterum calidā temperiem corrigere possunt. Horū omniū usus, uel quia inde puluisculi & electaria, potiones quoq; confici possunt, aut topica quæ exterius applicentur. Per omnia tamen uidendum est, ne adstringamus nimium, ex quo siccitas immodica contrahitur, ne nimium humectemus. Hinc enim uirtus harum partium dissoluitur.

Tepidis utendum nō est, sed uel frigidis, uel calidis, quia tepore uirtus stomachi relaxatur.

Remedia externa anteriore parte ad sterni initiū sub pectore aptāda sunt, quāquā & posteriore parte ad duodecimam uertebrā probato remedio applicari possunt. Vtraq; parte posita magis iuuabūt. Sed oportet ea, quæ poste-

posteriùs ponuntur, habere aliquid tẽuium partiũ, quò per difficiliore uiã penetrare possint. Humidiori uentri culo conuenit. R. ambrę citr. masticis, iridis, an. drac. iii. ros. siccar. drach. i. s. f. pul. dẽt drac. cũ magno cochleari succi granatorũ, uel sero lactis. Quòd si frigiditas adiuncta est, addes cinamomi, scęnãthi, maceris an. ℈ I. Humiditaté quoq; resiccãt ferè omnia in frigidis numerata, & uino incocta, quòd adstringat. Sed ubi frigiditas coniuncta est aromata cõmiscenda. Ad frigidam dispositioné.

R. corticis rad. fęniculi drac. ii. coquãtur in uini optimi unc. iiii. ad dimidias. Quòd si maior refrigeratio est, coletur uinum per manicam Hippocratis cum drac. i. cinamomi. Diatrium pipereõ, diacydonium Galeni cum aromatibus conueniunt.

Quòd si flatus adsunt, galanga, grana paradysi, cuminum, libisticum, carui, baccæ lauri, iuniperi & similia uino odorifero incoquenda sunt, aut in pul. redacta, mare & cinamomo adiectis incorporetur melle anthosato. Theriaca & mythridatio hic utendum est.

Calorem refouent catuli, cati, caniculę, pulli, pullę, manus admota uẽtri, rasura dibaphi, quæ plurimũ cõuenit, ubi ẽt frigiditas est, cottũ, Sacculus è mollissima pluma anseris, pellis leporis. Cottum in uino odorifero, de coctione mẽthæ immersum, expressum, siccatum, & ita impositum. Ceratum stomachicum Galeni, uel hoc.

R. ol. de spica unc. iiii. ceræ unc. i. masticis unc. s. liquefiant in uase duplici. Deinde adde cyperi, macis, cinamomi an. drac. i. commisce diligenter, & rasura dibaphi excipe, quantum satis est, calidumq́ue appone.

R. dialtheæ unc. i. masticis dissol. in oleo de spica ℥. s. croci drac. s. misce, extendatur in aluta pro stomacho. Hoc & dolorem lenit, & stomachum roborat.

Masticis grana præmansa & deglutita. Ceratum stomachicum Galeni. Cõcalfacto uerò stomacho utendum est cerati santalini ℥. ii. malaxatis cum oleo de cydoniis rosarum, deinde extensis in aluta. Iulepus rosarum, uinum granatorum, syrupus acetosus simplex, & similes syrupi. Quòd si humiditas calori coniuncta est, aut ali-

quis humor biliosus, uel in uentre collectus, uel alius demuctus, absynthio, hiera picra, rhabarbaro, cassia, & similibus hac ratione utendum est.

Absynthii decoctum biliosa deterget & subducit, si quidem altius non fuerint imbibita: & hoc magis melleratum ex absynthio aut decoctum absynthii cum octaua parte mellis rosa.dulcoratum. Infestissimum uero absynthium, quibus pituita uentriculo inhæsit. Hieræ picræ, & rhabarbari usus est, ubi imbibitus humor est biliosus tunicis uentriculi. Vtriusq; drach. aut scrup. iiii. ex decocto absynthij, cicerum ruborum, sero lactis, aqua endiniæ, satis esse possunt. Alioqui unc. Cassiæ, aut catholicum imperandum est. Sed ab his roborandus erit stomachus: nec enim, ut hiera & rhabarbarum, cófirmare possunt.

Vinum absynthites descriptum à Dioscoride deterget, roborat, appetentiã reddit. Quòd si deeest, molliores absynthij cauliculos recentes leuiter conquassabis, uino odoro, austeriusculo macerabis, & leuiter feruefacies, uel siccos eosdem cauliculos uino infriabis.

In imbecillitate stomachi plurimus olim usus medicamenti é cotoneis. Syrupus acetosus é cotoneis. Succi cotoneorum per residentiã depuratorum, sacchari ana libr. i. aceti unc. iii. coque ad spissitudinem. Conuenit calfacto stomacho, & inde infirmato. Poteris tamen imminuere modum sacchari, ut erit auctus calor: aceti ut erit sensus stomachi.

Miua Rasis.

R. succi cydoniorum maturorum per residentiam depurati libr. i. sacchari libr. s. uini ueteris libr. s. coquantor, & despumentur. Tum.

R. zinziberis, spicæ, cinamomi, cariophyl. ana drac. ii. masticis ℈ iiii. Omnia puluerisata nodulo includuntur, & in prædicta miua calida macerentur: deinde refrigescat, & nodulus exprimatur.

Græcorum.

R. succi cotoneorũ, mellis optimi an. libr. i. aceti acris libr. s. aut non ita acris unc. ix. zinziberis drac. v. piperis albi

albi drac.ii.Succus cũ aceto & melle modicè coquatur, despumetur,tũ inde pulueres, & coque ad crassitudinẽ.

Moderatis omnibus oris uentriculi affectionibus, præterquam quæ æstu uehementi oriuntur, proxima duo medicamenta conueniunt. Aliud.

R.carnis cydoniorũ,mellis ana libr.i. aceti albi libr. i.simul bulliant,& agitentur tum adiice piperis ℥ i. zinziberis tantundem,petroselini macedonici ℈ viii. hoc magis adstringit. Ventri calida intemperie affecto, aut bilioso piper & zinziber substrahuntur. Ventri temperato,tantum dimidium piperis & zinziberis substrahitur. Aliquando mixturæ aromaticæ unc.i. theriacæ aut mytridatii drac. i.commiscentur. Datúrque ex uino odorifero. Quòd si etiam dolor coniunctus est,in primis phlebotomia ex interna brachii conuenit. Perseuerante malo,ex utraque basilica, & hoc magis si grauis dolor est. Si repentinus, si difficilis ructus,& spiritus, si febris est, si dolor in dorsum & scapulas extenditur.

Historia est 5. Epidimion, de uiro quodam, qui in uehementissimo dolore stomachi, nullis aliis adiuta remediis,sanata est ducto ex utraq; manu sanguine.

Postea uerò leniendus dolor est, & si quidem uenter æstuat, cucumeris semen, & hordei in aqua frigidissima macerari debet, & decorticari : cum adiecta parte glycyrrhizæ rasæ & recentis, coquatur aqua despumetur. Refrigerata uero, uel niue, uel aliis modis supradictis propinetur. Vesica ea aqua uel alioqui frigida ex dimidio plena sæpius admoueatur.

Quòd si materia aliqua concepta uentriculo dolorem faciat,ea,ut prius,commodè repurganda est.

Cucurbitulæ umbilico, aut ad latera umbilici affigendæ sunt. Dextrum quidem,si ab hepate:sinistrum, si à liene in uentrem fluxio est. Suntque omnino tria genera eorum quæ dolorem leniunt : Primum, quod rescindit causam,ut pharmacum,& medicamentum quod intemperiem corrigit. Secundum uerò eorum,quæ reuera anodina sunt, qualia sunt chamæmel. melilotum, anethum, flores rosmarini, croci, rosarum, uiolarum : quibus

quibus aliquid menthæ, absynthii, & eorum, quæ stomachum roborãt, adiiciendum est. Similiter & furfures, milium, sal dolorem leniunt: sed frigi debent, & sacculo includi.

R. furfurum M. i. milii conquassati P. ii. salis drac. i. frigantur in sartagine: deinde includantur: perfumetur sacculus uino diluto aqua rosacea, & effuso in laterem candentem. Aliud.

R. florũ anthos, rosarũ, uiolarũ, chamæmeli, anethi, meliloti an. P. i. summitatũ absynthii P. s. f. sacculi: perfumentur, ut prius, & applicentur calidi. Alioqui.

R. menthæ, absynthii an. P. ii. chamæmeli, florum anthos ana P. i. calami aromatici, schœnanti, masticis ana drac. i. Fiat decoctio in uino odorifero. In decoctione gossipiũ aut rasura scarlattæ immergatur: exprimãtur, & identidé calida applicentur. Materia quoque expressa uentriculo toti applicetur. Sed uidendum, ne refrigescat, statimq; oleo conuenienti ungere oportebit.

Vbi supradictis remediis non concedit dolor, narcoticis utendum est. Primùm quidem leuioribus, quales sunt syrupi rosarum, papaueris, mirti: syrupus uiolatus, de nenuphare cum ℈ i. Philonii.

R. syrup. ros. & de absynthio ana. unc. i. opii. Gr. i. bulliant una leui ebullitione, deinde cum unc. iiii. iuris pulli detur in potu.

R. philonii in causa frigida: in calida uerò, requiei descriptione Nicolai, unius dra. s. in uino tenui odorifero.

R. pilul. de cynoglossa ℈. i. dissol. in syrupi rosati, & de papauere ana unc. s.

Trochisci stellæ, spicæ, masticis, cinamomi, schœnanthi, castorei, myrrhę, olibani, piperis, aloes, absynthii, sem. hyosciami albi, & mãdragoræ, opii an. partes ęquales, ut drac. s. Fiant trochisci cum uino dulci, pondere drac. ii. Detur unus cum uino odorifero.

Albucasis non reuelandum remedium.

R. opii unc. i. cum aliorum capitibus duobus. Conquassentur, fiat distillatio in alambico: eius aquæ modicum bibatur. Eadem arte poteris opium commiscere rebus

bus stomachicis suprà enumeratis, & inde aquam elicere. Alia narcotica superius descripta, remedia quoque plurima ex 8. libro de compositione medicamentorum κατὰ τόπους.

SCHOLIA.

Affectus ventriculi in œsophago, stomacho, siue orificio, fundo, tunicis, pilcro, infiniti propè reperiuntur, tantò periculosiores, quantò coctio & distributio cibi magis necessaria est uniuerso corpori. Quales sunt, intẽperies omnis generis, tumores præter naturã, obstructiones, defluxiones, excremẽta illic collecta, uel nata, uel aliunde immissa, cibus intẽpestiuus, nimius, vitiosus, deiecta appetentia, nausea, uomitus, humores in tunicis infarcti, aut in fundo fluitantes, inflammatio, inflatio, dolor, exulceratio à causa interna, ut humore acri, pharmaco, cibo, osse acuto, præcedente abscessu, erosio, fames canina, immoderata sitis, & similes, quorum signa, causas, remedia explicare maioris est operis. Multa ex Gale. colligi possunt 3. & 6. de Morb. & sympt. 5. de locis affec. 6. de de sanit. tuenda. 7. Methodi. Signa ex Microtegni. 8. κατὰ τόπους *ita describit, stomachicos contra Andromachum, qui stomachicas confectiones sine discrimine scripserat prodesse stomachicis. Quod & vulgò hodie etiam Empyrici faciunt.*

Pleriq; (inquit) vulgò homines eos, qui appetentiam perdiderunt, ita vocant, & quibus post acceptum cibum, uentris os grauatur atq; opprimitur, & quandam ægrè tolerabilem anxietatem habet. Appellant eodem modo etiam illos, quibus nausea contingit, & maximè si ad vomitum impellat, & adhuc magis si cibi corrumpantur, quandoque nidorosi facti, quandoque etiam aliam vitiatam qualitatem adepti. Et præ his omnibus adhuc magis illos stomachicos nominãt, quibus ructus eiusmodi cum molestia quadam & anxietate ac subuersione contingunt, sæpe cùm nondum cibum acceperunt. Quinetiam si per plurimum tempus cibi in ore ventris morentur grauantes & vix descendentes, hos itidem stomachicos appellant. Alios item appetitum caninum appellatum habentes, vt & plurima edant, & maximè grauati paulò pòst reuomant, similiter vocant. Alios rursus, qui fortiter exoluuntur, vbi diutiùs mediam pertulerint, & si non ci-

tius

tius cibum accipiant, in ore uentris morsus percipiunt, eodē modo stomachicos uocant. Hactenus Galenus. ciliaci autem sunt, qui cibum non continent. Ante cibum, ab humore confluente: post cibum, ab imbecillitate: utroque tempore, ab vtraque causa dolor commouetur. Nonnunquam à cibo cessat, quia cibus naturam colligit, temperat, calfacit. Vlcus esse coniiciendum ex dolore, ardore, deglutito synapi, & similibus rebus calidioribus, aut frigidioribus, pure apparente in uomitu uel deiectione. Non tamen ciendus uomitus, ne inde ulcus laceretur, & materia aliunde trahatur. Eodem modo neque sternutatio, neque tussis. Ab humore acuto, lingua infecta, sapor redit in os, & in uomitu, secessuq́;, cum ardore, calore, siti, angustia. Si in orificio uentriculi, grauiora symptomata, frigiditas extremorum, syncope, dolor grauior, &c. Ex uarietate causarum indicationes curationis sumendæ.

Si à morbo cibum) *Conualescentes à morbo aliquando multum appetunt, ob extenuationem membrorum, nō solum ab inanitione spiritus & humoris, Balneo, profluuiis, sudoribus, insensibili perspiratione, colliquatione, & similibus, sed etiam à ieiunio, inopia alimenti, calore languescente, ut flamma, quæ in elychnio insita ab oleo & aere fomitem & pabulum sumit. Aliquando uerò appetentiam habent deiectam, ob uitiosos humores relictos. Vtrique sæpe, nisi accurate tractentur, in recidiuam incidunt: Priores quidem, quia cum extenuata membra multum appetant, non tamen sumpta conficere potest imbecillus calor. Constat enim historia multorum, qui à longa inedia sese repleant inde suffocari. Posteriores uerò, quia reliquias morbi tandem natura stimulata aggredi cogitur. Quanto enim plus nutriuntur, tanto magis læduntur, donec accrescente malo, morbus repetat. Hi igitur curantur uacuatione, ut docet Galenus, de sanguinis missione contra Erasist. & hystor. 6. Epid. Illis uero remedio sunt, rerum non naturalium commoderatio, labor, cibus, potus, somnus, uenus, omnia mediocria: deinde longo tempore substantiæ reparatio per alimenta pauca, bene nutrientia, facilia coctu, sæpius exhibita. Nam pauca non sufficiunt: nimia non coquuntur.*

De

De singultu. Cap. XXXI.

Singultus *a* conuulsio quædam est, & prauus motus oris uentriculi, uel ipsius etiam uentriculi *b* ui retentrice officium negligente, & robustiore expultrice.

Singultus causæ Inanitio & Repletio. Qui ab inanitione, ferè lethalis est, sequiturq; insignes euacuationes, ut sanguinis è uulnere, è locis muliebribus, aut aliũde. Sequitur dysenterias, diarrhęas, & cętera eiusmodi.

Ardores quoque & graues inflammationes uiscerũ, de quo priusquam præsagium instituas, uide num sit à repletione. Minus enim periculosus est, sæpeque cum multa, per uentrem euacuantur, singultus à repletione est, quia pars materiæ, quæ à reliquo corpore confluit in uentrem, tunicis uentriculi imbibitur.

Singultu cõcluduntur nõ solum quæ in corpore uentriculi, sed etiã quæ stomachi & ęsophagi cõtinentur. Sunt qui ad inanitionem adiungant causam singultus, perfrictioné oris uentriculi, de quo 8. de compositione medicamẽtorum particularium, & Apho. 13. & 39. li. 6.

In *c* inanitione etiam si desperata res est, iuuandus tamen æger *d* distillatis, collatitiis, iusculis & expressionibus, cibis humectantibus, inunctione dorsi & uentriculi ex oleo uiolarum, *e* hydręleo quoque.

Ex aquæ & olei partibus æqualibus adhibendus est fotus.

Si perfrixit, calfaciendum est per ea, quæ non tã adstringant, quàm rarefaciant. In perfrictione enim stomachus, neruosum corpus, condensatus est, ideoq; non transpirat: ex quo repletio fit, à qua singultus. Vino itaque odorifero cum tantillo cinamomi & galangæ malo occurrendum est.

a *Deprauatus uẽtriculi motus & contra naturam, qui cõuulsiõis modo fit, cum tamen conuulsio non fit. Conuulsio enim tantum cadit in parteis quæ mouentur præreti cos: & omnis conuulsio symptoma est causæ morbificæ singultus autẽ & sternutatio nõ item.*

b *Gal. li. 8. de compos. phar. local.*

c *Vti in cõuulsione ab inanitione ab exhausto humido primigenio.*

d *Hæc distillata restaurativa conficiuntur ex conseruis bugloss. uiol. borragi. nenupharis aquis scabiosæ, bugloss. endiuiæ. Hæc oĩa in alambico reponuntur simul cum seminibus frigidis, cordiacis, cũ decocto capi, carnibus perdicum mica panis albissimi. Stillat humor cui misceri potest saccharum & cinamomum tenuissime puluerátum, exhibetur ægro.*

e *Fiatq; hapsus ex gossipio carpto illis imbuto oleis, qui perpetuo ventriculo & dorso insideat.*

Stomachus & ſpina oleo de caſtorco, de piperibus inũgẽda ſunt, aut inde cerata cõficiẽda, ꝑpetuo ſeruata ratione ne adſtringamus, donec aquieuerit ſingultus.

Vbi flatuũ *a* multitudo, iiſdẽ ferè remediis ſedatur. Vino quoque, in quo ruta, roſmarinus, ſemen dauci, cumini, carui, cubebæ, baccæ lauri, aut iuniperi, galanga, libiſticum *b* & alia eiuſmodi coxerint. Aut eadem cum vino odorifero maluatico, aut ſimili colabimus per manicam Hippocratis *c* aqua uitæ cum tãtillo cinamomi, anethum quoque quadam proprietate, ut uolunt, ſingultum ſedat. Electaria fiunt ex nardo gallica, zinzibere, ſeſeli, & proximè enumeratis remedijs cum melle. Mel anthoſatum hic conuenit, vt *d* confectio de baccis lauri *e* theriaca uetus, & mythridaticum.

Quòd ſi materia eſt aliqua continens cauſa ſingultus, ea uel calida, uel frigida *f* Calida vacuetur uomitu, ſi fieri poteſt *g* Alioqui ℈. iiij. rhab. *h* uel tantundẽ pul. hieræ picræ in ſero lactis, uino granatorum acidorum, & maturorum, aqua endiuiæ, decocto cicerum rubrorum infunde, expreſſionem exhibe. Tum ſi perſeuerat ſingultus *i* aqua frigida proponitur. Subinde hæ pilulæ imperentur.

k ℞. ſpodij, ſem. endiuiæ, portulacæ, ligni aloes ana ℈. i pulpæ tamarindorum ʒ. i. rhab. elect. ʒ. ii. confice cũ oxycrato, aut uino granatorum. Aliud.

℞. ſyrupi roſ. acetoſi, oxyſaccharæ ſimplicis ana unc. ij. In quibus infunde ſummitatum abſynthii ℥. s. fiat infuſio in calidis cineribus, tũ duobus aut tribus cochlearibus refrigerati remedii per interualla utatur. *l* Cerati ſantalini unc. iiii. cum oleo roſato malaxentur: deinde commiſce ſpodii, roſarum ana ʒ. i. cum ſucco ſem-

peruiui

a *Quæ diſtẽtione & oppreſſione alui cernitur.*

b *Vinũ aromatites, aut abſynthites Carthuſianorum, aut etiã hydromel vulgò dictum maluaticũ, aut vinum maluaticum horum omniũ inſtar eſſe poterunt.*

c *Aut aqua in qua maduerit coma anethi æthiopici, quã regiu appellãt*

d *Hæc confectio eſt acrior.*

e *Hæc mirificè flatus diſcutiunt.*

f *Per apho. 17. lib. 4.*

g *Si peculiaris natura à vomitu te auocet.*

h *Vel ℞. rhei elect. ſcrup. iiii infunde in aqua endiuiæ ſero lactis, decocto cicer. rub. In expreſſ. infunde hieræ picræ drach. ſ. f. potio.*

i *Ad temperationem humoris acrioris.*

k *Hæ pilulæ ſimul vacuandi & temperandi vi pollent.*

l *Hoc remedij genus valet ad inflammationem hepatis & ventriculi.*

peruiui agita: inde finges duo ſcuta in aluta. Alterum ſtomacho ad ſternum: alterum ad duodecimam & tertiamdecimam uertebram dorſi applicabis.

In cauſa frigida.

Vbi craſſa & uiſcida arteria, melicrato hyſſopi, uel oxymelite ſimplici materiam præparabis. Tum, ut mouebitur, per uomitum aut uentrem repurgabis ex hiera picra diſſoluta in decocto cicerũ rubrorũ. Dabis autem hieræ modũ à ſemuncia ad unciam. Cõuenit in hoc ſingultu acetũ ſcylliticũ, oxymel cũ cinamomo, aromatizatũ *a* melicratũ ex rebus incidẽtibus, hyſſopo, thymo pulegio, ſatureia, & ſimil. Maxime probant galangam. R. uini albi tenuis odoriferi un. iii. in quo leuiter ferueant galangæ ʒ. i. cinamomi, ſem. aneth. an. ʒ. s. Conuenit & caſtoreum in uino odor. ad ℈ ii. Sed quia fędo eſt odore, cinamomo, ſemine apii temperari poteſt. Cõueniunt & hæc ſchænantum, aſarum, maiorana, ariſtolochia, enula, zinziber conditum, acorus cõditus, diatriũ pipereon, diacuminum, diagalanga, theriaca uetus. Exterius uerò *b* oleum de liliis, de amygdalis dulcibus. Et iam ſedato ſingultu, atque uacuata materia, ea, quæ roborant adſtringendo. Fit aliquando, ut materia quędã uenenoſa ſit, cui hoc puluere occurrendum ſit.

c R. ſem. anethi, cardui, bened. citri. ana ℈. i. meliſſæ, corticum citri. ana ʒ. s. coralli rubri, galangæ, macis, cinamomi ana ſcrup. s. margaritarum, fragmentorũ ſmaragdi an. Gra. viii. cornu cerui, & unicornis an. Gra. iiii. cum ſaccharo borraginato, & uino albo tenui odorifero fiant lozengæ uel puluis.

Quòd ad cucurbitulam attinet, iam uacuata materia primum ſcapulis, tum pectori & umbilico, poſtremo uentriculo & xiii. uertebræ affigi debet.

Quod ſi nec his quidem reſiſtit ſingultus, his locis phenigmi aptari debent. Alii in malo cõtumaciori imperant *d* ellebori ʒ. i. galãgæ, cinamomi ana ℈. i. macerentur ꝑ noctẽ in uini maluatici unc. iiii. colatura bibatur. Alii etiã ſtupefacientibus utuntur, de quibus proximè. Nec omittenda ſternutatio, clamor, & c. eiuſmodi.

a Tale melicratũ vinoſum vulgò dicitur.

b Quinetiã fotus ex calamo aromatico ſchænãtho, origano, abſynthio, mẽtha

c Hoc electarium nõ modo ventriculo ſingultui ſed varijs, alijs affectiõibus cõfert facit ad omnem venenatã auram eluendã, & effœtam vim excitandam.

d Huius remedij nullus eſt vſus.

SCHOLIA.

Dynx, & lygmos Hippocrati & Galeno, Latinis singultus. Motus est eiusdem generis cum vomitu, sed fortior et vehementior. Deinde per vomitum natura tantum, quæ in ventriculi spatio sunt, expellere conatur. In singultu verò nō solum hæc, sed multo magis, quæ in ipso ventriculi corpore hærent, alteriusq́; & penitius impacta sunt, atque ob id uehementiore motu est opus. Id experientia perspicuum. Si quis enim acre aliquid, ut piper deglutiat, siue cum melle, siue cum aliquo alio postea uinum bibat aqua calida temperatum, calore potus ad interiora piper deducitur, & sua acrimonia uentriculum stimulat. Inde ut in tussi thorax, ita hic punctus aliunde uentriculus primum dilatat sese, quo ualentius excutiat quod nocet. deinde, quasi collectis uiribus, sese adstringit & compressione edit singultum. Sonat autem, quòd aer aliquis in uacuo uentriculi spatio comprehensus prematur, & per angustiorem uiam reddatur. Quia ergò multa cōcurrunt in singultu, pro eorum uarietate ad diuersas facultates locis diuersis refertur à Galeno, motricem uidelicet, expultricem, naturam solam, retentricem, quòd dum dilatatur, cibos complecti nequeat. Philot. psychicon pathos facit Conuulsionem. Singultum uerò, somaticon. Musa inepte uertit frigidum, pro animali. Quanquam non minus corporata passio uidetur in Conuulsione, quàm Singultu. Hinc etiam duplex difficultas. An sit Conuulsio: & an præter inanitionem & repletionem, quæ sunt Conuulsionis propriè dictæ causæ, à tertio quodam causarum genere fieri possit. Qui Conuulsionem esse aiunt, primum Hippo. & Galeni authoritate nituntur. Sic enim Apho. 4. lib. 5. Galenus scribit. Quod autem (inquit) singultus Conuulsio sit stomachi secundum Hippoc. nos utique nouimus. Deinde ratione. Quia nerui satis insignes, sed breues à sexta coniugatione in uentriculum perreptantes, ad suum principium contrahuntur, & partem, cui inseruntur simul adducunt. Alij negant primum, quia Conuulsio musculi propria est affectio. At neque uentriculus, neque ipsius os musculus est. Deinde dilatatur, antequam contrahatur, postea redit in naturalem situm. Quod in Conuulsione non fit. Præterea Hippo. in Apho. postquam de Conuulsione loqu-

tus

tus est, singultum adijcit, tanquam tertium quid. Sed hæc disputatio nominis tantum uidetur esse. Proinde utrisque respondemus ex Galeno Aph. 39. lib. 6. Singultus uerò concedatur (inquit) Conuulsio stomachi, nominari, quando aliud fuerit sermonis propositum, Quando uerò hoc solum studuerimus ut passionis substantiam cognoscamus, melius fortassis fuerit non Conuulsionem nominare, sed quendam motum eiusdem cum uomitibus generis, sed fortiorem, & uehemētiorem. Hæc Galenus, cui addimus ἐν παντὶ μορίῳ προαιρετικῷ Conuulsionem fieri, ut ait Philoth. Vbi Musa inepte uertit προαιρετικὸν, propositum, cùm significet partem, quæ pro arbitrio mouetur. Est enim Conuulsio propriè dicta, inuoluntarius motus, in parte, quæ uoluntate mouetur. Singultus autem, fit in uentriculo, & sæpius in ipsius orificio. Differt ergo à Conuulsione propriè dicta, motus formula, & partis affectæ natura. Latius tamen sumpto nomine, Cōuulsio rectè dicitur Hippocrati. In altera difficultate argumenta, quoque afferuntur in utramque partem Galenus 8. κατὰ τόπους se non reperisse scribit in Conuulsione tertiam causam supra euacuationem & repletionem. In singultu maximè, acres nimirum humores stomachum mordentes. In quo inconstantiæ notatur, ut qui toties dixerit conuulsiones sæpe fieri demorso ore uentriculi ab acri humore, ab aura ascendente, humore aut semine putri in utero, ueneno, quæ causæ eædem sunt cum tertia, quam affert Galenus. Hinc efficiunt Singultum & Conuulsionem esse, & à duabus tantū caussis, ut cæteras omnes Conuulsiones, fieri, inanitione nempe, id est, summa siccitate, & repletione per humiditatem superflua, siue replendo neruos contrahat, siue grauet, siue qualitate aliqua uitiosa pungat. Videntur autē rursus homonymia decipi. Nam κατὰ τόπους singultum distinguit à propriè dicta Conuulsione. In cæteris locis generalis uocabuli acceptio. Cùm enim Cōuulsio fiat in musculis, & neruoso genere: nerui autem alij potissimum motui, alij insigniori cuidam et exactiori sensui destinati sint, ad uoluptuosa retinenda, & noxia reijcienda, ut qui ad orificium uentriculi mittuntur, in illis acris humor pungens, aut uenenosa quædam qualitas, uel aura, conuulsionem non efficit nisi per accidens,

ut in Arthritide, in qua punguntur nerui, neque tamen conuelluntur, & in aura è crure ascendente, quæ non musculos cruris, sed uentriculos conuellit, & ad contractionē excitat. In posteriore genere contra fit. Cum enim mordentur partes, quibus nerui illi insignes inseruntur, peculiari quodā motu, ut in tussi sternutatione, Epilepsia, uomitu, & singultu, expellunt causam noxiam. In quibus certè Gal. tertiam quandam causam agnoscere nobis uidetur: in cæteris minimè. Ac proinde conuenienter rerum naturæ scripsit κατὰ τόπους, se non reperire in Conuulsione tertiā cām, ut in singultu. Quod etiam intellexit de alijs Conuulsionibus, quæ eodem naturæ conatu fiunt, quo singultus, nec sibi hac in re contradicit.

Et reuera qualitas quædam in pipere uidetur aut à sanie, aut corruptela, quæ neque inanitio neque repletio dici potest, nisi minus propriè sumptis huiusmodi uocabulis. Sic.n. ut capite de Conuulsione dictum est, aliquando referuntur omnia ad inanitionem & repletionem.

Fit hic affectus in uentriculo, stomacho, & æsophago, idque uel per ἰδιοπάθειαν, uel sympathiam à menyngibus, intestinis, utero, neruosis partibus, hepate inflammato.

Causæ sunt inanitio, repletio, qualitas humoris, frigiditas, febris singultuosa, de qua lege Com. Gal. 4. Acu. inflammatio menyngum, uentriculi, hepatis, mesenterij, humor acris infarctus tunicis, punctio acrium humorum, pituita tunicis hærens, rigor, unde neruosa corpora duriora effecta coguntur, & proinde replentur, quia difflari non possunt, sanguinis eruptio, longa inedia, temere adhibita neruis topica, materia, quæ euomitur, orificium uentriculi irritans, uel in eo imbibita, aut abscessum efficiens. In inflammatione hepatis aut alterius partis communicatur affectio per neruos & feruor stomacho, uel resudat bilis & regurgitat, uel comprimitur uentriculus. In inflammatione cerebri robur oculorū permanens perspicitur, & qui non euanescit post uomitū, licet aliquando etiam sequatur stomachi inflammationem, sed rarius. A bile uel corruptis cibis cognoscetur ex præcedēte uictus ratione, ructu, uomitionis sapore, colore flauo, calore. Ab inanitione ferè fit cum uehementissima siti.

Vt pars & occasio, ita grauius periculum. Nam in febre

periculosus

periculosus est singultus, nisi sit criticus, & signa coctionis manifestò appareant. Sic enim sæpe indicat crisim uomitione futuram. In hystericis ab utero non ita periculosus. Ab inflammatione uteri, deterior. A musculis & ossibus temporum, lethalis. A sanguinis fluxu, malum, ut ait Hipp. Sed Galenus rectè addit, ut plurimum. Quod author se uidisse annotauit in nobili quodam quinquagenario, uel seniore è familia D. D'Antrargues, cuius ille erat œconomus. Effusa enim incredibili sanguinis copia, euasit à conuulsione, deliquijs animi, singultu, adhibita cucurbitula, & sanus superuixit. A uomitu quoque malum. Cum enim uomitus, qui remedium esse debet, singultum gignit, ab inflammatione cerebri uel stomachi metuendum.

Erysimachus Medicus in conuiuio Platonis Aristophanem singultientem docet tria remedia singultus. Cõtinere spiritum (de quo lege Gal. de difficultat. spirandi 3.) Colluere fauces frigida (contracto ad interiora calore, uel obtuso sensu.) Irritare sternutamentum in uehementi, nec alijs auxilijs cedente: Id (inquit) si bis, aut semel feceris, etiam si frequentissimus est, tollitur. Respondet Aristoph. non prius cessasse singultum, quàm sternutamento represserit. Gal. in Aph. distinguit. Id prodesse, si singultus fit à conclusis humiditatib. Eos enim, qui ex inanitione fiunt, qui sunt rariores, non sanat sternutatio. Alios maximè. Concusso enim capit: & uentre, tum reliquo corpore, maximè neruoso, excutitur materia, quæ singultum facit. Sicuti eadem calfacta succusione, tenuataq́; partim uacuata & discussa, partim translata in partes ignobiles, ut scribitur 4. de rat. uict. in acu. In pituita tunicis hærente incidendum, detergendum, uacuandum uomitu, pilulis, coquendum, roborandum, fotus ex oleis calfacientibus, uel sicci fotus humidis meliores, conspersa tamen aqua uitæ, uel simili, cucurbitulæ primum scapulis affixæ, deinde ad 12. uertebram & uentrem. In biliosis humoribus uomitus, detergentia; in sanie acri, aromatica omnia, discutientia odorata. Odora enim stomachum colligunt, grauiter olentia dissoluunt. In inflammatione uentriculi, cauenda, quæ in inflammatione hepatis dicentur. In omnibus caussis, clysteres ad humoris deriuationem. Ligatu

ris inducendo dolorem, singultum sedant, per fasciam cõpressio, phenigmi perseuerante malo. In omni affectione uentriculi, leui purgatione utendum, nisi à toto corpore humor confluat. In vacuatione, nisi lethalis fuerit, lactis potus, optima iuscula, cucurbitulæ. Ab alimentis acribus, aut medicamentis, oleum amygd. dulc. oliuarum, butyrum, ptisanæ cremor, aqua frigida. Sunt quædam vulgaria; vt experimentum, quod probari vidimus, compresso vtrinque ad latera medico digito dextro, rei tristis narratio, aut insolitæ timor, alio videlicet, seducta virtute animali, quæ respirationem facit. Cuidam nullis remedijs cedebat singultus, nisi vino Hippocratico albo. Cui refrigeratum fuisse ventriculum par est. In herniosis senibus sæpe fiunt singultuosæ febres. In quibus singultus non curatur, nisi reposito intestino. At si reponas vi, paulò post moriuntur. Itaque desperatio. Annos 1547. iuxta ædem Sancti Stephani de saxis. Puella assiduè singultiebat, nihil deglutiebat, dolore facto in œsophago. Antea pulmonibus bubulis largiter vsa fuerat. Huic grauitas in stomacho, nausea, vomitus. Frustulum tamen pulmonis, quem ederat, in œsophago restiterat. Cucurbitulis & idoneis remedijs tandem reiectum frustulum; sicq; liberata est.

a Phagedenæ nomẽ cacristicos pro caninæ appetentia sumitur. Cõm. in sent. 37. sect. 3. lib. 6. ton epidimion.

b Quoniam aqua uorax, uigilia itẽ uorax. lib. 6. epid.

c Vetriculi scilicet orificio: unde labefactatur uis ciborum appetens.

d Gal. lib. 1. ad Glauc. bulimũ iter syncopes cãs enumerat.

e Singularib. quas Græci termasmata appellant. Dum enim syncopes metus ingruit, uniuersalia minimè sunt præscribenda.

De Bulino & Canina appetentia. *Cap. XXXII.*

BVlimos vnum famis genus est, *a* Phagedena alterũ. Ingens atque insatiabilis appetentia. Vtriusq; multę sunt differentię, & causæ euariãt. Aliis longum iter per *b* frigora & niues, aut alioqui externum frigus inde affecto *c* stomacho bulimi causa est. Sed initio quidẽ multa appetunt: posteà uerò concidit appetentia. Propterea hoc genus ita definit Galenus *d* Bulimos casus est appetentiæ à frigiditate exteriore, ex indigentia totius corporis, & imbecillitate stomachi, qui & refrigeratus nimiùm & resiccatus est. Proptereà vniuersalis curatio in calefacientibus & humectantibus, tũ *e* balneis, tum fomentis & edulíis posita est. Appetunt ergò hi initio qui dẽ uehementius, sed tẽpore nihil appetunt. Alia quoq; species est, cũ acris & mordax humor inhæsit tunicis stomachi, ut nulla iam sit appetentia, atque ita contabescat

corpus. Meminit & alterius generis in lib. de Theriaca.
Quibusdam nascitur in intestinis latus uermis. Iis si diuturnius ieiunium est, lancinat intestinum, & uentre. Vbi uerò cibus ingestus est, exugit atque depascitur, ex quo destitutum corpus alimento emarescit. Aliud quoque indicium est illius uermis proditum ab *a* Aristotele, quod in egestionibus albi similia seminibus cucurbitulæ, aut cucumeris apparent. Excludendus is *b* uermis eo modo, quo dicitur cap. de uermibus. Rursus *c* frequētissimus est Bulimus in his, qui cōualescunt: magis etiam si fuerit morbus longior. In his enim non solum humor & spiritus, sed & solidæ partes detrimentum acceperunt. Qua in re utendum erit præcepto Hippocratis *d* Quæ longo tempore extenuantur corpora *e* lentè reficcare oportet. Quæ uerò *f* breui, breuiter.

In breui enim morbo, humoribus quidem, & spiritibus aliquid detractum est. Integræ uerò atque incolumes solidæ partes.

Quorum instauratio partim *g* odoribus propter spiritus partim odoratis alimētis, & iis liquidioribus propter spiritus & humores, partim etiam solidis, si quidē partes elemētares attenuatæ sunt. Ad hæc leges Apho. Facilius est impleri potu, quàm cibis, Quartum de sanitate tuenda, 7. methodi, & finem microtegnis.

[Sūma est, ut alimentis boni succi, qui facilè coquantur, distribuantur, & nutriant modica quantitate. Breuibus interuallis reficias, qui propterea quòd sæpe sitiūt, uino refouendi sunt hoc modò.

h Lædit uinum uacuo stomacho ante cibum. Statim enim differtur in corpus: neruos lædit. Vnde tremor, conuulsio, delirium.

a *Aristotel. ca. 19. lib. 5. de histor. animal.*

b *præsertim theriaca. vi de Gal. lib. de theriaca ad Pisonē.*

c *Per Apho. 8. lib. 2.*

d *Aph. 7. lib. 2. In q-bus nimirū perfectæ extenuationis nec inchoatæ signa apparent, ab exhausto partiū solidarū, nec solū spirituū & humorū immutatis partibus nutritioni dicatis, in habitu tēperamento et actione.*

e *Cibis liquidis imbecillimis, concoctu facilimis & minimè sitiferis: quòd partes solidæ (quantū propriū munus est concoctio) ab exhausto laborent, nec tā facilè partes nutritioni dicatæ à diuturno negotio ad otium se conuertant.*

f *Dissipatis scilicet tantum spiritibus atque humoribus, superstite partiū solidarum integritate, & non labefactata naturali œconomia.*

g *Hippoc. lib. de alimento.* h *Galen. comment. in aphor. 21. lib. 2.*

Ex immodica uerò quantitate, aut non conuenienti qualitate ciborum recidiuæ fiunt. Tempestiuus est uini potus in medio cibo.

Post cibum interim dum alimentum conficitur, abstinendũ uino, tum quia inde fluitat cibus, aut priusquã fuerit confectus, in corpus rapitur. Quo tamen tempore si uehementer sitiant, tantum exhibendum est potus, q. s. ut desiderium obtundatur.

Iam confecto cibo, &, ut distribuatur, comparato, abunde bibant. Postremum uerò genus canina, appetentia est. Contumax atq; insatiabilis, in qua multos cibos ingurgitant, sed eosdem statim mora canum reuomunt, quia, uidelicet, natura multitudinem non sustinet. Nascitur ferè à frigido, acidoque humore tunicis stomachi imbibito, quomodo spongia liquorem aliquem exsorbet. Nonnunquam etiam à sola intemperie nasci uolunt. Intemperies contrariis corrigenda est.

In uitioso humore conueniunt, quæ incidunt, detergent, calefaciunt. Diuretica quoq;, eaque pani, uino, edulíis mixta aut aliter exhibita, qualia sunt melicrata è thymi, origani, hyssopi, satureia, pulegij, allij, porri, & similium decocto, aut qui his respondet *a* syrupi.

a Vt syrupus de mentha aut de hyssopo, de absynthio.

Purgandus quoque humor est drac. ij. hieræ picræ ex conuenienti melicrato. Alioqui conficiendæ pilulæ ex pul. hieræ & agarici trochiscati an. ℈. ii. Quòd si amarorem aloes non ferant, hierę puluis est melle incorporandus, aut unc. s. electarii de hiera imperanda est.

Alioqui pilulę fiant, quæ illinantur melle, aut puluis ex ouo sorbili exhibeatur. Potus multus uini, etiam si non sitierint, conuenit, sed in medio cibo aut pleno uentre uerisimilius, quàm uacuo: uel etiam uacuo.

Vinum giluum ut aut uermiculum, nulla præditum adstrictione, uetus, dulce, uel acriusculum. Hæc & cõtra causam faciunt. Contra uerò symptomata *b* edulia pinguia, oleaginosa, quæ relaxant corpus uentriculi, quod acido humore adstrictum est, et uehementius appetit. Omnia frigida, & quæ adstringunt, uitanda sunt.

b Ne assiduitate edendi frangatur uis uentriculi, & ex canina appetentia fiat bulimus.

Stomachus oleo fouendus est, in quo thymum, & proximè

proximè dicta materia coxerit. Sed quia aliquando cõsuetudo fit uomitus, nihil retinetur, atque ideo incalescit corpus. Modica quantitas alimenti semel exhibenda est, quam etiam si non retinet uentriculus, cucurbitula uentri infigenda est eo modo, quo capite de cholera diximus.

SCHOLIA.

βούλιμος, & κυνώδης ὄρεξις nomina sunt ingentem famem & omnino præter naturam significantia. Plutarchus in Symposiacis βοῦ scribit idem significare, quòd πολὺ, quasi sit πολὺ λιμὸς, multa fames. Non eadem tamen huius uocis apud omnes acceptio. Aristoteles in Probl. generalius sumpsit pro fame à frigore, intrò compulso calore, quæ leui cibo acquiescit. Gaza βουλιμὸν uertit caninam appetentiam. Aphrodiseus in Problematibus confundit cum Pica, quia multa, sed absurda appetuntur. Quam etiam fieri scribit à Colico morbo refluente uitio in stomachum. Sed Medicis in usu esse solet pro ea duntaxat fame, quæ contrahitur refrigerato & excitato ore uentriculi à frigore externo, qualis per niues iter facientibus contingere aliquando solet. Initio multa appetunt, cum nondum excesßit modus refrigerationis, neq; uomitionibus à cibo sumpto facilè corripiuntur. At ubi excesßit frigus, ac robur stomachi resoluti, inappetẽtia cõsequitur, & cibi fastidium, etiamsi corpus nutritione egeat. Hinc imbecillitas uentriculi, animi deliquia, uirium exolutio, color fœdus, torsio stomachi, cordis & extremarum partium frigus, pulsus obscuri. Suidas fieri ait Hieme iter agentibus per summum frigus, & niues, cum corpore densato, intro pulsus calor alimentum depascitur. Liquatis niuibus, & calore aeris redeunte, exiguum calorem solui, ita ægros hoc morbo corripi. Galenus uidetur Aph. 21. lib. 2. à Canina appetentia hoc solo distinxisse, quod famen non habeat amplius adiunctam, licet ab ea inchoauerit. Caussamq; unicam affert, frigus externum. In libro tamen de Theriaca alterius speciei meminit, à latis uermibus & prægrandibus, qui chylum depascuntur. Sed hanc Auicenna, Serapio, Trallianus ad Caninam appetentiam referunt. Huic similis est κυνώδης ὄρεξις, id est, Canina appetentia, quòd neutra uacua

to corpore ex inopia alimenti, aut calamitate frugis populo inuehatur, sed utraque oriatur ab affecto ore uentriculi & puncto à caussa præter naturam. Distinguntur caussis & symptomatis. Nam Canina fames caussas in uniuersum duas habet, Refrigerationem simplicem, & siccitatem oris uentriculi, ut superior, & acidum humorem ori uentriculi impactum, & pungentem. Acidus autem humor duplex, pituita & melancholia. Deinde symptomata sunt diuersa. Nā hic à cibo perpetuus uomitus, & perpetuus cibi appetitus more canum. Cum enim caussa, quæ pungendo famem excitat, semper præsens adsit, & imbecillior uirtus cibi copiam non sustineat, necessariò sequitur uomitus. Hinc perseuerante malo tanta imbecillitas, ut nihil amplius uentriculus contineat, alui profluuium cœliacæ, dysenteriacæ affectiones, hydrops. Nulla, ut in superiore, animi defectio, nisi diuturnitate mali robur oris uentriculi dissoluatur. Atque ex propria essentia Caninæ appetentiæ. Galenus tamen uocabuli significationem sæpe traduxit ad alia famis genera, quæ oris uentriculi uitio non fiunt: sed uel ab inanitionibus corporis, ut 4. de sympt. caussis: uel imbecillitate retentricis, ut primo eiusdem operis: uel refrigeratis partibus thoracis & respirationis, libro de Vsu resp. Aetius addit, à raritate totius corporis, & occulta perspiratione. Sicque in uniuersum Caussas in facme canina constituere licebit, intemperiem solam frigidam, ubiunque sit, modo ad uentriculum perueniat, ut à niuibus, & potu aquæ frigidissimæ, deinde pituitam acidam uel melancholiam tertio dissolutionem totius corporis, siue exhauriatur insigni aliqua uacuatione, siue alimentis exigui nutrimenti, aut usu assiduo detergentium, siue nimiū transpiret. Quæ species ab alijs facile distinguitur, quia alui deiectiones parciores & scciores, quam pro cibi ingesti modo & qualitate. Cæteræ autem internoscuntur ex relatu ægri, excrementis, ructibus acidis, sapore oris acido.

Remedia sunt, Vomitus, Deiectio, Pilulæ, clysmata, iteratæ purgationes, opiatæ, linimenta. In resolutione optimè alentia: in refrigeratione, calfacientia, humectantia, balnea, fotus, medicamenta, alimenta. Sed Hippocratis singulare remedium, uini potio. Galenus pinguia primum dari iubet,

bet, ut obtundatur fames: deinde uinum ex eorum genere, quæ calfaciunt, fulua sunt, rubea, tenuium partium sine astrictione, idque in magna copia, licet non sitiant, siue ab intemperie frigida sit, siue ab acido humore. Aetius quoque uinum exhibet & ieiunis & pransis. Sed in fame naturali admodum noxium, ieiunis uinum dare, quin conuulsionibus & delirijs confestim corripiuntur. Quod si uini potione non remittatur ob materiam coniunctam, purgato & uentriculi os roborato. In ijs qui per frigora & niues morbum contraxerunt, uidendum, ne subita fiat mutatio subito, multum calefaciendo, quia sic calor exiguus & languidus dissoluitur: aut subitò nutriendo, quia suffocantur. Si in deliquiū animi inciderint, Archius reuocari docet odoramentis aceti, pulegij panis intincti, malis, pyris aut alijs fructibus, qui ad manum sint. Extremæ partes constringantur, pungantur maxillæ, uellantur capilli & aures. Reuocatis damus panem uino intinctum, deinde carnem suillam, & quæ multum exigua mole nutriunt, oua sorbilia, bullos, cochleas, aromatica.

De iecoris inflammatione. Cap. XXXIII.

INflammatur iecur gibbis & cauis partibus. Vtrunque propriis *a* iudicijs distingues, ex cap. 6. lib. 5. de locis affectis.

Curatio alia Græcorum, alia Arabum *b* Conuenit tamen de phlebotomia. Statim ergò clysterem mollem iniice ex lib. j. decoct. communis. unc. iij. olei uiolati. In quo dissoluantur drach. 6. cassiæ, mellis ros. & sacchari rub. an. unc. s. Reddito clystere eo tpe, quo æger minus calere uidebitur, declinatione accessionis uenā basilicam diuidito. Quæ si non apparet, media aut etiam cephalica uulneranda est. Probatum quoque antiquis Medicis, ut uenæ extremæ manus aperirentur. Gal. eam elegit, quæ ad pollucem uergit. Paulus, quæ ad minimum. Rasis, quæ ad medium. Sed ex his parum sanguinis effluit. Grauis autem inflammatio est, & febris, quæ uacuationem desiderat & subitam & copiosam, etiam ad animi deliquium, nisi partis nobilitas repugnaret, quæ tanè graui detrimento subitam plurimamque uacuationem

a Humoris morbifici et partis obsessæ proprijs.

b In inflammatione hepatis, si ætas et uires perferant sine infirmitatis metu, rectè celebratur phlebotome cùm ad declinationē causse antecedentis, & amotionem coniunctæ, tum ad procurationem pepasmi, & materiæ exclusionem.

nem non sustinet: ex quo téperanda est uacuatio. Quod attinet ad topica, Arabes refrigerantibus utuntur, quale hoc est.

R. succi solatri tepidi ℥.iiii. cum linteolo, aut stupis cannabinis fiat *a* epithema. Aliud.

R. aquæ ros. unc. iiii. aceti unc. s. santalorum rubrorũ & citrinorum ana ʒ.i. camphoræ ℈ i.

b Græci relaxantibus utuntur, quibus aliquid aromatum admixtum sit, quod adstringendo roboret. Vtrisq; scopus est ut refrigeretur hepar. Græcis præterea, ut uis eius conseruetur. Arabum remedia qualitate propria refrigerant. Græcorum uero per accidens. Nam apertis poris resoluta in fumos materia calorem hepatis euacuant. Græcorum.

R. summitatum absynthii, carnis cydoniorum concisorum ana unc. iii. Decoquantur in aqua & oleo ad consumptionem aquæ. cum stupis cannabinis aut linteolis in expresso oleo mersis. Foueat regio hepatis. Alioqui.

R. ol. de absynthio, & cydoniorũ an. unc. i. ceræ unc. s. liquefiant in uase duplici. Refrigerata malaxentur cũ succo endiuiæ, cichorii, aut simili. Olea cõueniunt *c* rosatum, de cydoniis, de mastice, absynthio, spica, schęnantho, in quo santala coxerint, quæ adstringendo roborant. Relaxant uero oleum de amygdalis dulcibus, de chamæmelo, anetho, meliloto, in quo altheæ radix coxerit, oleum lini.

Vbi fluxio maior est, maior quoque infirmitas uisceris, plus adstringentium, alioqui plus relaxantium miscendum est. In summa lenientibus, resoluentibus, relaxantibus, roborantibus usi sunt ueteres: aliquando etiã remollientibus, ubi iam durities suspecta esset. Mucilagines conueniunt cum semine cydoniorum, altheæ, lini, fęnugræci. Quòd ad potiones attinet, uitanda sunt quæ *d* refrigerant & adstringũt, nisi *e* aliquid cõmixtũ sit, quod detergeat & aperiat. Propterea aromata antiquis probata sunt. Vti licet schęnantho, spica nardi, calamo aromatico, cinamomo, folio, asaro, santalis, camphora. Materia uero potionum ex hordeo. Syrupus acetosus,

a *Vel R. aquar. end. cich. agrim. ro. an. unc. iij. aceti ʒ. vi. santal. rub. & citr. an. ʒ. i. camphura scrup. s. f. epithema pro iecore dum excandescit.*

b *Potior est Græcorum sententia tũ per se, tum ex euentu. Per se quidé, quòd robur seruẽt: ex euentu, quia scirrũ vitant.*

c *Hæc olea simul confirmãt & intẽperiẽ sedãt.*

d *Vt iulepus rosatus syrup. malor. granatorũ.*

e *Vt aqua hord. cum iulepo rosaceo, aut syrup. mal. gran.*

tosus, iulep factũ ex aqua uel decocto capill. uen. cichorii, endiuiæ, fumariæ, cuscutæ, glycyrrhizæ, hepaticæ, quatuor sem. maioribus & minoribus cum octaua parte sacchari, & momento cinamomi, spicæ & similium. *a* Syrupi de cichorio, endiuia, capil. uen. de fumaria, sed plurimum diluti non cum dupla aut tripla aqua, sed potius sexdupla aut octaua. Diluendi uero supradictis aquis.

Electuaria *b* quibus confirmatur hepar, proximo capite dicentur. Probatum est hoc oleum antiquis, etiam inflammato hepate.

R. rutę P. ii. schęnanthi unc. i. sem. lini ʒ. ii. medium capitis papaueris. Coquantur omnia in oleo. Ceratum santalinum cum *c* oleo conuenienti malaxatur, capiantur unc. iii. cerati. Malaxentur, extendantur in aluta, fiat scutum ad formam crescentis.

Emplastrum *d* de meliloto, de althea, ubi maturandum est apostema. Malaxentur cum oleo de liliis, aut in quo radices altheæ coxerint, emplastrum factum ex cõtusis foliis brassicæ, & melle, emplastrum ex ficubus pinguibus, altheæ radice, coctis in oleo. Quòd si suspitio est infirmitatis, aliquid olei de absynthio & aromatum commiscendum est.

Reliquiæ clysteribus & leuibus pharmacis subducẽdæ sunt, *e* si quidem malum est in cauis hepatis. Quòd si in gibbis & copiosior materia est, primũ quidẽ easdẽ remediis, *f* deinde etiã diureticis utendum erit, radice graminis, cichorii, endiuiæ, acetosæ, apii, petroselini, fęnic. rusci, asparagi, & aliis, quæ postea plenius dicentur.

Laudata herba eupatorium ab antiquis & maiorana. Cucurbitulæ *g* usus tum initiis, tum inueterato morbo. Quidam enim è ueteribus, postridie quàm missus fuerat sanguis, cum scarificatione affigebant dextro hypochondrio Relinquebant uulnus in crastinum, atq; iterum affigebant. Alii uero iam inclinato morbo, ut reliquias uacuarent, similiter applicabant.

SCHOLIA.

Vt Pleuriticos, & Peripneumonicos, qui lateris aut pulmonis inflammatione uexantur, ita ipaticus, à iecore inflam-

a Vt R. aquæ hordei unc. 8. syru. capil. uene. ℥. i. f. potio.

b Vt diarhodũ albatis, diamargaritum frigid. electarium triasãtalũ.

c Vt cũ oleo cydoniorũ, aut cũ oleo absynthite.

d Ad digestionẽ sublato inflãmationis metu.

e Nã caua hepatis per deiectiones, cõuexa per urinas expurgantur.

f Nã quo natura uiã affectat, eo ducere oportet p loca lege naturæ idonea.

g Si hepar non sit infirmũ, si fora. euocãda materia, si non sit fluxio perennis.

mato veteres appellarunt. Recentioribus alia huius uocis significatio, de qua dicetur capite sequente. Fiunt autem sæpius in hepate inflammatio, abscessus, scirrhus, imbecillitas, obstructio, vesicæ aqua plenæ in membrana externa, quæ si rumpantur, hydropisim generant. Cauendum imprimis ne fallamur, si quando tumor apparet in medio ventre. Nã quibusdam, vt quotidianis anatomiis cernitur, hepar extenditur ad sinistras partes. Deinde diligenter distinguendum, num in musculis sit inflãmatio internis, externis, aut in gibba parte, vel caua, & ne pro Phlegmone hepatis, Pleuritidem iudicemus. Cõmunia & necessaria signa sunt in inflãmatione iecoris tumor, dolor, febris, et ex his spirandi difficultas, ac tussicula inanis. Aliquando hepar ob pondus deorsum inclinans tendit diaphragma, vnde mẽbrana succingens costas diuellitur, sicq; dolor ascendit ad clauiculas. Febris ardens est, lingua arida, rubens initio, deinde nigra et aspera, sitis inexhausta, nausea, tibi fastidiũ, singultus. Distingũtur partes gibbæ à cauis hoc mõ. In parte caua dolor grauis singultus, nausea magis torquẽt. Fluxus vẽtris adest, vomitio biliosa, maior sitis, linguæ ariditas et asperitas. In gibba, dolor pũctorius ob ligamentũ cũ diaphragmate, urinæ magis ruffæ, partes uicinæ ut septum magis opprimuntur, unde difficilior respiratio, tussicula manifestior, dolor ad dorsum acutior ob ligamẽta, tumor tactu deprehenditur. Inflãmatio inter cutẽ cognoscitur tactu ob tumorem, uisu, quia calida rubescit: frigida sine febre, uel dura, uel laxa. In medio uentre, retinet figuram musculorũ tumor externus maior, dolor acerbior. Sed ad exactiorem dignotionem lege caput 6. & 7. lib. 5. de locis affectis. Si in abscessum uertitur, lethale, cum ad carnem usque hepatis corruptio pertingit, & pus simile apparet feci olei, ex incocta putredine propriæ illius substantiæ. At si pus intra tunicas contineatur, nihil patiente substantia hepatis, uacuato pure liberatur omnes. Neque enim necessarium est, hepate suppurato hominem interire, nisi magnum sit uitium. Vide 2. de Morb. Pulmone suppurato, si album & purũ pus effluat, fibris etiã cruentis intermistis, ægrũ conualescere: si uitello oui simile, et subuiride pus crassum ac fœtidu mori. Nã pus album alteratricis robur ostendit, & uictoriam naturæ.

Reme-

Remedia sunt, ex eodem latere sanguinis missio, cucurbitulæ in coxis, clysma, syrupi, olea, unguenta, cataplasmata. Gal. 7. Meth. in alteratione uidēdum præcipit, ne dū calorē extinguimus tēperiem naturalē labefactemus: & 13 topica initio nunquā adhibenda esse frigida. Magna ex parte bilis crassior fit in calore hepatis, sed tenuāda, tēperāda, et si in cauis, declinante morbo per aluū purgāda: in gibbis p renes, sed primò leuioribus utendū. Neq; tamē, si cōtrà fiat, tātus error est, quantū Auicēna scripsit. Nā si uenosum genus per medicamēta purgari potest, gibbæ quoq: poterūt. Sed eo cōmodiùs quò natura repit. In cauis, clysteribus, deiecto ÿs, cnico polypodio, epithymo, mercuriali in ptisana, uel insculis primum uti mur, deinde fortioribus, centaurio, colocynthide. in gibbis à diureticis leuioribus ad fortiora paulatim transeundum, ne materia concrescat in scirrhum. In duritie uidendum præter cæteras partes, ut moderatè molliamus. Vincant incidentia & tenuantia, aromata misceantur. Seruandum enim robur partis.

De debilitate hepatis. Cap. XXXIIII.

DEbilitatis hepatis intemperies causa est, tum substantiæ uisceris, tum humorum, qui uenis & arteriis continentur. Atque imbecillis est attractrix, retētrix, alteratrix, & excretrix.

Attactrice infirma liquida deiiciūtur per aluum, ut alteratrice uentriculi infirma: sed hic cruda & incocta. Infirma attractrice hepatis, nōita cruda, sed ad chyli formam accedentia. Hepate uero attrahente, sed non alterante chylū, simile quid loturæ carnium aut sanguinis, quem aqua diluerit, excernitur. Postea uerò non rudimenta sanguinis, sed deteriore qualitate excremēta effluunt. Cuius rei causa hæc est. Frigidiore hepate alteratrix infirma est. Itaque rudiorem sanguinem, quem à mesenterio accepit, non conficit. Itaque per interualla excernitur & loturam carnium representat. Vbi uero resistit, crassescit, tempore angustias hepatis intercipit.

Cum

Cùm non perſpirat,ſuboritur febricula. Interceptus humor putreſcit,atq; aduritur,quo tempore non iam dilutus ſanguis,ſed ueluti fęx ſanguinis excernitur. Excretio illa lucet,atq; aliquando in atram bilem cõuertitur.

In frigida intemperie *a* color faciei pallidus *b* pulſus tardus *c* vrina alba,aliàs tenuis, *d* aliàs craſſa,non ita frequens neq; copioſa deiectio, neq; grauiter olens niſi cum iam corrumpitur. Appetentia aliquando corrumpitur,aliquando intenditur: multa ſitis.

Calidam verò intẽperiem ſequitur *e* color faciei flauus,celerior pulſus,vrina flauo calore ſaturata, *f* proſtrata appetentia *g* ſitis vehemens,faſtidium graue,agitatioq́; corporis, *h* inſignis febris,excrementa alui olida,billioſa admodum,craſſa,crocea, mordacia, uomitus quoque virulenti,æruginoſi,ex 8.de cõpoſitione particularium medicamentorum,7.cap.lib.5.de loc.affectis.

In calida diſpoſitione fotu atq; *i* irrigatione primum vtendum eſt,è cham. roſ. maſtichino oleo,in quo abſynthii comæ vel dactyli incoxerint. Laudatum remedium Græcis & Arabibus,freqũes uſus *k* cichorij,end. Oportet autem hęc vel reſiccata infriare aqua hordei,uel incoquere aqua puriſſima,& adiecta ſexta uel octaua parte ſacch. potiones conficere. Augebitur autem ſacchar. modus vel minuetur pro ratione. Hæc eadem in frigida cõueniunt,ſed loco ſacch.diluemus mel,aut utemur ſyrupo de cichorio ſimplici cum aqua abſynthij, cuſcutæ,& ſimil. Optimumq́; fuerit eas aquas prius condire modico cina. aut adiicere aliquid eorum quæ aperiunt, quale hoc eſt.

℞.endiu.cich.ſiccat.& pul. an.℈. ii. ſem. ſecuridaca ℈.i.

a Nã color humorũ, ſi non ſint refluí, ſimilis eſt more florum.
b Pigro modo dilatatur arteria.
c Hæc cruditatis idex ex apepſia et cruditate in venis.
d Ex ꝑturbatiõe à flatulento ſpiritu.
e Quale.n. eſt alimentum,talis et elucet calor
f Quã calor reſoluit.
g A calore, & bilis in ventriculũ affluxu.
h Ex motu putredinem humoris,& ſynatriſmo,quem hepar gignit.
i Fiat embroche ex oleo cydon. & roſaceo:linimentum,ex cerato ſantalino in oleo cydon. diſſoluto. Admoneatur etiam ceratum ſantalinum toti hypochondrio dextro in formam lunæ creſcentis. Immiſceri poterit puluis coralli rub. aut roſ. rub. k *Vt conficietur potio quotidie manè ex decocto radic. cichorij, in quo ſub finem decoctioni abſynthij romani coma maduerit. Exhibetur iuſta doſi cum tabella electarij ſantalini.*

℈.i.cina.℈.s.fiat puluis detur è uino albo tenui.

Laudant ueteres *a* melicratum è filicis radice detergendo & liberando, sine calfactione manifesta, aut refrigeratione.

R.rad.chamæpytheos ℥.ii.radicis cichorii dr.i.schœnanthi drac.ii.coquãtur in quartariis tribus aquæ purissimæ ad dimidias.Colaturã percola per manicam.Hippocratis cum sacchari albiss.℥.i. cinamomi ℈.s.in frigida & imbecilli retentrice atque concoctrice.

R.nardi celticę drac. vi. absynthii drac.ii.cinamomi drac.s.cribrata melle excipe *b* Fiat electarium, aut decoque in aqua, atque inde melicratum compara.

In frigore & inde obstructionibus olea conueniunt, in quibus elenii, iridis, gẽtianæ, costi radices coxerint. Eædemque quoque radices infriantur, & insperguntur melicrato, uel excepta melle exibentur. Cochleæ & lupinum iecur trita, & in pulucrem redacta ex uino imperantur.

Electarium de vino Arabum quod Cyphoides ab Andromacho, & alijs Græcis appellatum.

R.*c* passul.mundatarum ℥.iii.croci drac.i.calami aromat. dr.ii.s.bdellii ℥.s.cassię drac.ii.s.cinamomi drac.s. spicæ dr.3.myrrhæ electę dr.4.terebinth.dr.4.schęnanthi drac.2.s.siliquarum drac.2.mellis ℥.2.uini subtilis, quod sufficit. Fiat electarium. Addebant alii in calidiore hepate seminis hyosciami albi opii ana drac.i.

Materia ferè conuenit, quæ penetrat, aperit, lenit, adstringendo roborat, absterget, incidit, putredinem prohibet, exiccat.

Vtimur ergo ad penetrationem cipero, schœnantho, croco, iride, aromatibus. Eadem quoque aperiunt, cui rei etiam pistacia, marrubium, absynthium, & alia, quæ capite de obstructione hepatis dicentur. Leniunt ficus, passulæ, uinum granatorum dulcium, uinum subdulce & tenue.

a *Melicrati usus in calida hepatis intemperie uitandus.*

b *Præter ea laudatur electarium santalinũ simplex ex triplicato rheo. ut. R. specierum triansantali scrup. ij. rhei elect. drac. ij. sacchari in aqua absynthij dissoluti unc. iij f. electarium per tabellas pōd. unc. s. Detur alternis diebus.*

c *vel sic cõficies R. passul. damasc. mundatarũ lb. s. Coquãtur ad pulti consistẽtiã in uino ueteri & generoso. Passentur. In cola. dissol. conser. anthos, cortic. citr. condit., cinam. in unc. i. spec aromat. rosa. diamar. cal. an. drach. s. [illegible] ij. f. opiata, detur quotidie manè & sub horam somni ad unc. [illegible] ueteri.*

& tenue. Abstergent mel, aqua mellis, terebinthina, & quę inde distillantur aquæ, aqua quoque hordei.

Incidit acetum, uinum granatorum maturorum, & acidorum.

Roborat schœnanthum, absynthium, eupatorium, rosæ, spicæ. Præseruant à putredine, & si quid est uirulentum, corrigunt in primis cinamomum, deinde cassia lignea, nardus, iuncus odoratus, schœnanthum, calamus aromaticus, crocus, myrrha electa, aspalthum, passulæ, rasura eboris, cornu cerui, unicornu, uinum, mel, terebinthina, aromata omnia. In exiccando utuntur spodio, cuius loco uti licet saccharo rosato, admixto cinere, facto ex ossibus elephantis.

A proprietate conuenire uolunt rhabarbarum, spicam, passulas, iecur lupinum, carnes cochlearum.

SCHOLIA.

Epatici dicuntur, non vt veteribus, qui hepatis inflammatione laborant: sed cùm citra manifestum aliquem illius affectum imbecillitas sola acciderit ex intemperie. Cum autem intemperies omnis nata sit, vt ait Galenus, actionem lædere, non tamen omnis imbecillitatem hanc efficit, quam hepaticis tribuunt, cuius proprium est sanguinem probè nō conficere, sed crudum semicoctum, & aquæ modo liquidum generari, siue calida sit intemperies, siue frigida. Sed & in calida sæpe aduritur sanguis, tantùm abest, vt semicoctus maneat. Facilioris ergo doctrinæ gratia duplicem intemperiem constituere licebit. Vnam, quæ iam ad iecinoris substātiam peruenerit, illiusq; vires & harmoniam dissoluerit, ita vt imbecillitate contracta suum officium non faciat, nisi diminutè. Alteram, citra imbecillitatē, intensa videlicet, aut remissa qualitate aliqua, vt calore & frigore, quæ tamen nondum naturalem cōstitutionem ita labefactarit, vt facultatis vires sint imminutæ, sed potius corruptæ. In priore perpetuum est excretio sanguinis aquosi & semicocti, siue à calore sit, siue à frigore. Distinctio ex effectibus caussarum. A calore.n.cibi fastidium sitis febris, vitiosorum humorum vomitus. A frigore, contraria. In posteriore, si calida sit assatur chylus in bilem vertitur, vrina ruffa, alui excrementa crassa, biliosa,

fœtida

fœtida, acria, uentris astrictio ob vehementem attractionem à nimio calore, oris amaritudo, sitis, interna manuum calidi tas, pedum pulsus celer. In ambitu corporis pruritus calidi fumi. Et si bilis in uentriculum fluat nausea, biliosa uomi tio, & similia. Sanguis autem non crudus ut in superiore, sed adustus potius cernitur. In frigida contraria omnia appa- rent, pituita, frigus totius corporis, color faciei albus, habi- tus corporis tumescens, nisi calor cordis impediat, excremen ta pauca, parum olentia ob cruditatem, uentris profluuium certis temporibus. In sicca, corpus siccius, squalidius, sanguis paucus crassus, uenæ duriores, In humida contra fit. Caussæ externæ, internæ, quæcunque immodicè refrigerant, calfa- ciunt, siccant, humectant. Partium item cōsensus, intestino- rū gracilium, uenarum mesaraicarū, epipoli splenis, follicu- li fellis, renum, uesicæ, uenarum, quæ omnes partes hepati in- seruiunt ad præparationem alimenti, excrementa recipien- da, sanguinis delationem, uel coctionem iuuendam.

Ab intēperie cum imbecillitate uix curatur. Sed in eo elabo randum ne augeatur, occurrendo caussæ, & roborando. In calore remedia sunt aquæ potus, alimenta refrigerātia, Syru pi, tabellæ, conserue, epithemata, unguenta, cerata. In frigo re, eadem sed contrarijs qualitatibus. In siccitate, humidita tem instaurātia, potus lactis balnea, proprietatem occultum habentia, & quæ hecticis conueniunt. In humiditate contra rijs occurrendum. Valent, hepar piscium, anserum, animalcu lorum, capreolorum, agnorū, terebinthus, pruna, passulæ ace tosæ. Possunt macerari in sero lactis, aqua hordei, lacte, vino decocto cinamomi, & alijs, ut res postulat, dum turgeant: li maces, cocleæ, decocta hepatica. Vua passa tantum astringit, quantum opus habet viscus affectum. Neque enim æget ma gna astrictione, neq; tanta, quanta ventriculus, tota substā tia hepati familiaris. In calore vsus mollis casei, cremoris la ctis similiū. Optima sunt, inquit Gal. quæ vna cum hoc, quòd intemperiem curant, etiā alunt, familiaria, scilicet, parti la boranti, vinū, mastiche, confectiones Andromachi. Hepar hu midiorem habet compagem. Itaque non fert remollientia, nisi moderata, oportetque in indurato hepate calfacientium & attenuantium modum statuere præter morem alio-

rum uiſcerum. Bubula, & uini potus nimius Aeſtate hepati infeſtiſsima ſunt, & bilem ad hepar multam colligunt. Hepatica ſunt Agrimonia in tybi ſpecies, ſenec. pele. chamæpythis, radix filicis, acetoſa, aſparagi plantago, eupatorium, abſynthium, ſonchus &c.

De a morbo regio.

Regius eſt uerò ſignatus nomine morbus.
Molliter hic quoniam celſa curetur in aula,
Inquit Serenus. Hoc idem Cornelius Celſus.

Debet enim omnibus curis eſſe uacuus ac ſolutus icte ricorum animus, quin & ſplendido conclaui, laſciuiis, cantu, iucundis quoque ſermonibus laxandus eſt. Varro quia curetur mulſa, morbũ regium dictũ exiſtimat. Vocatur & hic morbus arquatus uel arquuatus Icterus, quia ictida, id eſt, uiuerrã, animalculũ, quo cuniculos exciudũt, (*Vel muſtellam colore oculorũ aureo*) uel Galbulã auẽ colore repreſentet. Qua ratione & aurigo dicitur.

Cauſa fere *b* obſtructio; nonnunquam inflammatio, aut intemperies *c* hepatis. Et obſtructio quidem uel hepatis, uel pororum bilis: *d* lapillus aliquando concretus in folliculo fellis, aut adnatum tuberculum. Nõnũquam quia cyſtis fellis multitudine intercipitur, uel quia uis eius excretrix infirma eſt. Venena quoque aut bibita *e* pharmaca, nec per aluum reddita huius uitii cauſæ aliquando extiterunt.

Primùm itaq; eſt, ut *f* cauſam agnoſcas. Deinde ut eã dẽ tollas. Poſtremò Icterũ curabis. Interrogabis ægrum num ſentiat grauitatem, tenſionẽ, dolorem in dextro hypochondrio. Manum quoque admonebis, ut intelligas, num tumor & durities aliqua ſubſiſtat. Quæ omnia ſi *g* abſunt & excremẽta alui, urinæ ſimiliter naturaliter habent, iudicabis *h* incolume iecur eſſe, cæterùm effuſam in corpus bilem, quæ colorẽ cutis defœdat, & quia craſſior eſt, exhalare ac reſolui non poteſt. His ergò uictum liquidiorem atque humidiorem imperabis.

Balnea aquæ dulcis, in quibus quæ *i* detergent, atq; reſoluunt, decoxerint. Si uerò adſunt, uenterque ſubſiſtit. Albida excrementa ſunt cineritia & argilloſa, uri-

a *A bile toto corpore ſuffuſa.*
b *Eaq; ueſiculæ fellis.*
c *In quo eſt interdũ impreſſa uenenoſa quadã qualitas.*
d *Imò multi perſæpe.*
e *Quæ uenis rareſactis rapiuntur.*
f *Naturalẽ, criticã, aut ſymptomaticam.*
g *Et ſit hypochondriũ laparon & omnino æquale.*
h *Vnde nec ullam ſubeſſe perẽnem icteri generationem.*
i *Vt agrimonia, ſumaria, meli lotum, furfur.*

ſig. obſtructionis.

iæ uerò ſpiſſæ, colore croceo ſaturatæ, aut etiam nigræ, um obſtructionis certum indicium eſt. Inflammatio per petuò cum febre eſt, de qua prius. Obſtructio ergò prius curetur deinde delebitur icterus.

Primùm itaque aperientibus & detergentibus inſigniter liberanda eſt *a* obſtructio. Verùm ſi ſuſpitio aliqua eſt excrementi in uentre & primis uenis, caſſiæ aut catholici *b* ℥.i. ex ſero lactis imperabis. Et quia in hoc morbo aluus *c* ferè adſtricta eſt utiliſſimus eſt clyſter, cuius materia ſit ex iis, quæ ſtercus durius emolliant, quæ reſiſtentem bilem irritant. quæ muſculos & inſtrumenta excretionis incitent. Sic enim placuiſſe ueteribus Aphrodiſeus ſcriptum reliquit.

℞. maluæ, biſmaluæ, uiolariæ an. M.i. furfurum pinguium M.s. fiat decoctio ad libr. i. plus minuſve. In qua diſſolue mellis communis, ſacchar. rubr. ana unc. i. ſalis communis drac. ii. olei communis unc. iii. Hæc eſt formula, qua per interualla uti oportebit, ubi diutius uenter reſtiterit.

Poſtea ſi ſanguis multus eſt, baſilicam aperies, ac pro ratione ſanguinem educes.

Solitæ quoque hæmorroides incitandæ ſunt, & menſes in mulieribus, uenæ ſub lingua, non niſi inclinante morbo aperiri debent. Tum enim ea phlebotomia tempeſtiua eſt. Tum de *d* purgatione agendum eſt. Meminiſſe autem oportet nunquam utendum purgationibus, obſtructo hepate inſigniter, niſi prius feceris uiam aperientibus & detergentibus.

Aperiunt autem oxalis, cichorium, endiuia, apium, adianthum, calamintha, fœniculum, gentiana, anchuſa, ariſtolochia, melanthium, ſecuridaca, chamæpythis, roſmarinus, ſerpillū, hypericum, marrubium, aſarum, aniſum petroſelinum, amara omnia, aromata, terreni uermes, cornu cerui, ebur, cornu unicornis. Quorum omnium herbas, radices, aqua incoques aut uino tenui, atque inde cum ſaccharo aut melle potiones comparabis, aut redacta in puluerem ad drac. ii. mulſæ aut uini albi tenui & ſimilium unc. iii. aut. iiii. inſperges.

a *Veſiculæ fellis, & uenarū hepatis. Tali. n. obſtructione exitu & aditu prohibetur bilis in fellis ueſiculam.*

b *Vel drac. x. ne illud excrementū ui aperientiū in uenas feratur, obſtructionéq; pariat.*

c *Quod naturæ clyſter naturalis denegetur, ex eo quod bilis exitum nō habet in inteſtina.*

d *Quæ ſit huiuſmodi, ut materiā morbum facientē radicitus extirpet.*

Syrupi in uſu ſunt de cichorio, endiuia, capil. uen. de byſantiis, de duabus, & quinque radici. ſyrup. acetoſus, de acetoſitate citri, oxymel ſimplex. Aquæ uerò endiuiæ, cichoriæ, lupulorum, cuſcutæ, fumariæ, capil. uen. acetoſæ, ſcolopendrii raphani, apii, fœniculi, lappæ rubeæ, libiſtici, eryngii, ruſci, aſparagi, & ſimilium. Oportetque initio primùm uti leuioribus, idque per interualla.

Aſſiduus enim aperientium uſus uehementer lædit atque ubi his uſus fueris, purgationes imperabis ex ſeri factis unc. iiii. in quibus per noctem maduerint drac. ii. carthami conquaſſati, cinamomi, uel ireos florentinę ℈. s. Alioqui rhab. drac. ii. infuſas in aqua endiuię cum modico cinamomi. Idem pōdus hierę picræ, hierę diaco. conuenire poteſt. Alioqui.

à Si pituita obſtructionem faciat hierā picrā cōmode vſurpabis.

℞. pul. hieræ diaco. ℈ iiii. rhab. electi drac. i. cornu cerui, raſuræ eboris, cinamomi ana ſcru. s. Dabis hæc ex ſero lactis aut aqua hordei. Tum ad aperientia redeundum eſt, & iterum purgandum interuallis. Quòd ſi his malum non cedit, medicamentis utendum erit, quæ fortius aperiunt & detergent. Atque iam dacridio & colocynthide catharica acuenda, ut proximis Gr. viii. vi. iiii. dacridii admiſcenda ſunt. Alioqui.

℞. dacridii ſcrup. i. florum anthos, borraginis, & uiolarum ana P. s. cinamomi, aſari, rad. gentianæ ana Gr. viii. Fiat infuſio in ſero lactis. In col. unc. iii. diſſolue ſacchari unc. s. fiat potus.

Vomitus quoque etiam cum elleboro, de quibus antea, probati ſunt. Ita curato uiſcere, color fœdus delendus eſt thermis ſiccis: deinde balneo ex chamæmelo, anetho, calamento, fœniculo, roſmarino, parietaria, & furfuribus. Statimque à balneo, linteis aſperis & materia balnei perfricandum corpus eſt.

Potiones ex ſupradictis aperientibus & detergentibus exhibendæ.

Sternutamenta & errhina, qualia prius deſcripta conueniunt.

Oculi & facies aceto albo, aqua hordei, ſucco granatorum,

natorum, oxysacchara succo coriandri, acetosæ, acetositate citri. His quidem tepidis fouenda sunt & contingenda. Nunquam autem uenies ad fœditatem coloris, nisi sublata causa, & curato uiscere. Quod si durum est, fouebis ex aceto, in quo altheæ & lilii radices, ficus, passulę, coxerint, tum unc.iii. emplastri de meliloto, uel dialtheæ malaxatis cum oleo amygdalarum dulcium in duces, uel ammoniaci unc.ii. in aceto dissolutas applicabis. Superioribus remediis uteris, sed admixtis iis, quæ leniunt & emolliunt.

In materia uenenosa initio quidem uomitus, si eo materia uertitur. Si ad intestina, clyster acris. Si in habitum corporis, cucurbitulæ cum multa flamma conueniunt, & ea omnia, quæ foras materiam attrahunt. Ex quo syrupo acetoso, de limonibus, oxysacchara, de acetositate citri, cum aquis acetosæ, endiuiæ, *a* calendulæ, papaueris rubri, dictamni, tormentillæ, succo granatorum, berberorum, limonum, citri, lacte acetoso in quo flores cordiales leuiter bullierint, rasura cornu unicornis, cornu cerui, eboris, electuarium de uino, & paulò ante descriptum capite de debilitate hepat.

Theriacæ & mitridatii usus. Dãtur quotidie ℈.ii. aut drac.i. cum ℥. acetositatis citri, aut liquore conuenienti.

Virginibus, quas hoc *b* uitium defœdat, purgatio ex hiera imperatur dr.i.s. ex aqua halicacabi (uulgo Alcechengi) cuscutæ, endiuiæ, oxymelite. Alioqui.

R. hieræ picræ scrup.iiii. rhab. electi, agarici trochiscati, ana drac.s. rasuræ eboris, & cornu cerui ana scrup.s. cinamomi Gr.viii. croci Gr.iiii. incorporétur omnia in *c* unc.s. catho. Deinde dissolue in sero lactis, aqua cuscutæ, aut liquore simili.

Imperetur quoq; hoc elect. triasantali, diarhod. abb. ana drac.s. utriusque diamarg. an. scrup.i. rasuræ eboris, cornu cerui ana ℈.s. sacchari in aqua cuscutæ & rosmarini, quantum sufficit. Fiat elect. per lozengas pondere drac.i. *d* Dentur manè & uesperi per se, uel cum liquore conuenienti in cochleari. Alioqui.

R. rad gẽtianæ in pulu. redactæ scrup.iiii. cornu cerui

a Melissæ quoq; morsus diaboli, cardui bene dicti.

b De huius curatiõe fusius in splenicis affectibus.

c Vel dr.6. exhibebitur aũt ijs præmissis, quæ ad obstructa liberanda præscripta fuere.

d Diacurcuma etiã, & confectio alchermes mirificè prosunt.

& rasuræ eboris ana ℈.ii.cinamomi ℈. i. sacchari unc. s.detur sæpe medium cochlear ex uino albo, tenui.

Vtatur quoque per interualla decocto cicerũ rubrorum, in quo radicis petroselini & cichorii coxerint.

SCHOLIA.

Icterus iecinoris uitio flauus: lienis, niger: utriusque, mixtus & uirescens, & puellis quibusdam. In omnibus effunditur bilis & in uniuersum corporis habitum. Differentiæ ex causarũ uarietate & modo sumuntur. Si obstruatur meatus à iecore in folliculum fellis, quia plena adhuc est uesicula, excrementa alui utcunque colorata erunt: Sin alter à folliculo in Ecphysim, alba & cineritia, quia bili præclusus est aditus ad intestina. In utroque affectu, bilis non secernitur: regurgitat in iecur & uenas: sanguini permiscetur: effunditur in totum corpus, unde aureus color præcipuè oculorũ ob candorẽ. Pars per renes expulsa urinas aureas, crassas impuras efficit. Si calida sit & sicca intemperies hepatis, multitudo bilis inde procreatæ icterũ generabit. Sed excrementa quoq; alui, ut cæteræ partes, bile perfusa apparebunt. Idem præstat imbecillitas secretricis, quæ genitam bilem non separatam sanguine, ut in obstructione, schirro, inflammatione, uel imbecillitate hepatis. Idè quoque facultas expultrix in morbis acutis per crisim, uel læsa retentrix, & superata humoris copia, multitudine, malignitate. Sed quò distinctius & exactius causæ omnes discernantur, imprimis uideto, an cũ morbo acuto sit, an per se. Si cum morbo acuto, an die critico factus fuerit apparentibus coctionis signis, iecore nõ indurato. Sic.n.optimæ crisis indiciũ, superante expultrice facultate. Contra, malum, præcipuè ante diem decretoriũ, superata retentrice. Anceps tamen præsagium, ut dicetur. Quòd si sine morbo acuto sit, imprimis excrementa inspicito. Nam si alba, uel parum colorata, obstructio est. Si deiectio alba, urinæ flauæ, nullus tumor in hypochondrys, neque tensio, et dolor qua parte porus cholagogus decliuis, obstructus est ille meatus. Si colorata deiectio, uel est imbecillitas iecoris, uel intẽperies calida, uel morsus uenenatorum animalium, uel pharmacorum deleteriorum potus, uel aqua corrupta, ut in expeditione Neapolitana. Duo priora distinguito ex pro-

prÿs

in ... coibat ... et fit ictericia:

sig.^a icteritis prouenit his in crisi:

sig.^a obstructionis pori fellei

sig. icteritis prouenit ... iecoris imbecillitate uel intemperie calida eius:

priis capitibus, in quibus agitur de imbecillitate, inflammatione, scirrho, obstructione hepatis. Nam ab his etiam tribus postremis fiunt icteri, authore Galeno Aphor. 62. lib. 4. Verum schirrhus diuturnus morbus existit. Inflammatio & obstructio repente fieri possunt. Adde signum ex flatu in intestinis. Nam pneumatodis, id est, flatuosi fiunt, qui ex imbecillitate ictero uexantur. Contrario modo afficiuntur, qui ex calida intemperie. Non ignoro Hippocratem scripsisse ultimo Aph. 2. Regio morbo laborantes non multum uentosos esse. Quod cum experientiæ repugnet, qua flatibus icteros abundare constat, interpres in uarias sententias distraxit. Sed flatus in uentre fieri certum est caloris natiui imbecillitate, uel multitudine & qualitate materiæ. Ergo cum ferè morbus regius apud nos ex multitudine crudi humoris ortū habeat, qui imbecillitate caloris colligitur & obstruit, nec detergitur influente bile, necessariò ita affecti erunt pneumatodis. Quibus uero temperantior uictus, multum exercitium, calidior morbus, uel hepar, crassior bilis, intemperies calida, nisi accesserit imbecillitate, flatuosos non esse consentaneum est, quod Hipp. significat. Proinde non ineptè hoc signum adiecimus. Morsum uenenatorum, aut pharmaci deleterii potum ex relatu ægri, uita antecedente conicito.

In morbis acutis præsagium quam sit fallax ex ictero superueniente, historiæ multæ in Epid. demonstrant. Quibus adduntur quædam authoris obseruationes. Inter cæteras, anno 1545. quidam sexto factus icterus commota aluo biliosa deiecit, urinis nigris & multo felle tinctis. Febris expers iā ambulabat, quasi omnino liberatus. 14. recidiua. 17. obiit. Aliis duobus idem accidit. Quidam admodum robustus ante 7. icterus factus, ægerrime & cum recidiua euasit. Annos 1549. mense Aprili & Maio (quo ferè tempore Lutetiæ febres tertianæ exoriuntur) multis aureæ urinæ, & morbus regius primis diebus. Cuidā nobili ita affecto detractus sanguis ter ad octo ferè uascula iteratis uicibus. Sanguis totus & spuma & consistentia flauus. Visus est cōualuisse. 17. recidiua, alui profluuium, bilis crassa & meracior, singultus lenis. 21. obiit. Laborauerat aliquando lue uenerea. Multos in Epid. ante septimum icteros factos, euasisse legimus.

qui ex imbecil lit. iecoris ictero uexat flatuosi fiunt qui flatus uetre fiunt ex caloris natiui imbecillit. uel multitudine ... ex multitudine crudi humoris ... ortum habeat qui ex imbecillit. caloris ... iecoris ... multitudine crudi ... ex qua obstruitur ... flatus

In coacis Hipp. ἢ δὲ μὴ σκληρὲν ὑποχόνδριον, salutarē esse, 7.9.11.14. Si induretur, ambiguum, endiaston Gal. de rat. uict. in morbis acutis, in biliosa febre, ante 7. Ictero cum rigore uel horrore morbum solui uoluit. Si uero absque, rigore ἔξω τῶν καιρῶν lethale. Vbi criticū Icterum sine tumore, aut inflammatione hepatis, & excretionem consequentem horroris uel rigoris nōie intellexisse uidetur. Sed de his alio loco.

Criticus non curandus. in febrem inflammationē, schirrum, obstructionem hepatis intentum esse oportet. In cæteris biliosa purganda sine attractione uehementi per aluum, renes, uomitum. Suppressa uacuatione, & in plenitudine, uenæ sectio, à basilica, sub lingua. Hinc balnea, sudorē mouentia, masticatoria errhina, regia uita, topicum. Deniq; omne purgationis genus, quia in totum corpus malum sparsum est, ut scribitur in lib. Quos purgare oporteat. Multos se curasse Romæ Galenus testatur antea præparatos incidentibus, aperientibus, deinde medicamentis cholagogis lege cap. 7. lib. 5. de locis affectis, et de purgantium medicamentorū facultate. Conueniunt aperientia, detergentia, cuscuta, errinaceus, ammoniacum in mellito uino, uel aromatico, oleum inde distillatū, uermes terreni triti in melicrato, aqua raphani eupatorium gentiana, aptum, asarum, absynthium, amygdalæ amaræ, radix capparis, triasant. triplicato rhab. Charadrion à a *uoragine, uel uoracitate uilis auis, quæ credebatur uisa, icterum soluere. Propterea uenditores occultabant, ne emptores conspecta aut curarentur, priusquā emissent. Inde nomen ei, qui rē uilem quasi magni pretij occultat & dissimulat. Succus fumiterræ, cichorij, inde syrupi cū sero lactis, lac, cremor lactis cū fragis, caseus mollis, horrei fructus, iuscula ex hord. acetosa, lactuca, cichoreo. scariola, ius prunorum, ex oleribus conuenientibus acetaria, ius pullastri alteratum cum oleribus conuenientibus; calidā hepatis intemperiem corrigunt. Si sola intemperies, tantū alterandū. In quibusdam oxymel cū decocto gaiaci. Viscū collectum in alba spina, lintheis cōsutis includitur, cingitur nouem diebus, exprimento vulgi.*

De a oppilatione hepatis. Cap. XXXVI.

OPpilatur hepar à crassis flatibus, sed facile *b* discutiuntur.

a Quæ uariorum morborū soboles & parēs est ægros alimēto defraudat, & anadosim impedit.

b Sacculis, emplastr. termasmatis, litu &c.

Non

Non ita facile à *a* crassis uiscidisque humoribus se reque sentitur lancinans *b* dolor aut *c* grauis, aliquã do *d* tensio, facies *e* male colorata est, squallor *f* cutis, pulsus *g* inæqualis, spiratio *h* ẽt aliquãdo difficilis, excremẽta *i* à natura euariãt, fereque liquidiora sunt.

Curatio magna ex pte ex ꝓximo capite repetẽda est. *k* Incidendum, *l* aperiendum *m* detegendum, à *n* quo purgandum est. si *o* cætera consentiunt, e basilica, aut uenis extremæ manus sanguis educi debet, nisi suppressis mensibus, aut hęmorrhoidibus *p* malum natũ est. Tum enim uenæ cruris potius *q* incidẽdæ sunt.

Materia incidentium, aperientium, & detergentium proximo cap. descripta est. Peculiariter conueniunt syrupus acetosus, oxysacchara, syrup. capill. uen. de cichorio, de intiuia, oxymel simplex, quibus initio & ubi caloris suspitio, utendum est. Item oxymelite scyllitico, syrupo de bisantiis, de duabus & quinque radicibus, cũ aquis cuscutæ, fumariæ, & aliis supra descriptis. Probatum hoc est à *r* multis.

℞. *s* aquæ decoctionis hordei lib. viii. aceti lib. s. uini granatorum unc. iiii. sacchari, mellis albi ana lib. i. Fiat iulep, clarificatum & aromatizatum cum modico cinamomi, utatur unc. iii. *t* mane & uesperi.

Purgatio ex hieræ ℥. ii. cũ oxymelite, aut quæ in fœdis uirginũ coloribus scripta est, ex rhabarbaro & agar. addito aliqñ diacridii momẽto, quales hę erũt pilulæ.

℞. rha-

a *Hi enim nõ facile spasmum recipiunt.* b *Ab humoris acrimonia tunicas uellicantis.* c *Ab humoribus lentis.* d *A flatu.* e *Ob interceptam anadosim & prauorũ humorum pleonexiam.* f *Prauitate succi, & calore diffuso contra naturam in praui excrementi suffusiõe.* g *Motu q̃te, dilatione arteriæ.*

h *Cõpressione diaphragmatis, aut symphathia tunicæ costas succingẽtis.* i *Non sunt enim deiectiones figuratæ, sed molles, ex seri copia et præclusa anadosi.* k *Si lenta, sit materia.* l *Quod obstructu.* m *Quod adhæret.* n *Ubi illis remediis factum fuerit corpus εὔπορον, excitata naturæ ui est præparata materia.* o *Aetas, robur ægri, magnitudo morbi, symptomatum uehemẽtia.* p *Per palyndromen & refluxum humoris eò unde uenerat.* q *Nisi uehementia præsentium symptomatum & grauiorũ metus axillaris uenæ sectionem suadeat.* r *Si caloris est suspitio.* s *Vel ℞. aquæ decoctionis hord. lib. viii. uini granatorum unc. iiij. mellis lib. i. aceti ad gustum f. Iulepus.* t *Horis duob. ante cibum mane, itemque uespe ri duabus horis post cibum.*

a R. rhabarbari ʒ.i.agar.℈.ii.diacridii Gran.iiii.cum oxymelite formentur pilulæ, uel dissoluantur in liquore b conuenienti.

Contra obstructiones certissimum remedium esse uolunt frequentem usum huius pulueris.

R. electarii diarhod.abba.triasantali,rosatæ nouellæ an.ʒ.ii.detur ʒ.i.in cochleari cũ sex granis mali granat.

R.succi granati acidi & dulcis an.℥.i.s. resideant per noctem in salubri loco:postridie addatur oxymelitis ℥.i.fiat potus.

R.succi end.cocti & depurati ℥ i.oxysacch.simplicis ℥.iiii. Liberabis obstructionem,calorem temperabis,uiscus roborabis,putrida excludes.

Filicis radix & semen securidacæ plurimum probantur antiquis.

Ad hæc præscribenda erit diæta acriuis & schethra, quæ æquè naturæ studeat,& pugnet cum morbo.

a Horis duobus ante cibum mane, itemq; vespéri duabus horis post cibum.

b Vt aqua fumariæ, agrimoniæ, cuscutæ, vel decocto radicũ aperientium.

S c h o l i a.

Obstructio fit in venis capillaribus hepatis per caua et gibba disseminatis à vena porta, vel caua, ob earum angustiã, flatus, vel crassi & lenti humoris copiam, vt pituitæ in frigidiore temperamento. Biliosis etiam temperaturis praua victus ratione vtentibus sæpe crudus humor in ventriculo & primis venis colligitur qui calore hepatis attractus obstructiones parit. Vnde aliquando lenta febris, morbus regius, inflammatio, attrophia, calor præter naturam, sine quo raro fit obstructio in hepate, nisi sit scirrhus. Caussæ sunt frequentissima, victus ratio ex crassis & viscidis, exercitium à cibo, crassiora alimenta prima mensa assumpta, succendentibus calidis & ieiunium partium. Nam ex his crudus humor intra venas rapitur, sicuti plerunque medicamentorũ aperientium vsu, ventriculo crudis humoribus referto. Ex dolore, tumore calore, victu antecedente deprehenditur, Dolor hepatis ab obstructione mediocris cũ quodam pondere. Ab inflammatione magna flatu, suppuratione fortis. Qui fit à flatibus interclusis & crassioribus febre superueniente soluitur quia tenuat, coquit, resoluit. Inflamatione febris necessario comitatur. Dum pus conficitur, dolor & febris. Certissimũ signũ ob-

stru-

ſtructionis, tēſio vel tumor in hypochōdrio dextro. Adde pulſum frequentē calidius corpus, colorem flauum, vel pallidū.

Remedia ferè eadem cum Ictero & Lienis obſtructione. Optima victus ratio, detergentia alimenta medicamentoſa, iuſcula ex decocto aperientium, pilulæ, ſyrupi, oxymele purgatio, Opiatæ, vnguenta, pulueres, frictio leuis dextri hypochondrij. In Scirrho & à craſſis & frigidis humoribus, calfacientia, tenuantia, tergentia, mollientia, quæ illa temperent, ſed moderata ſint, excellant reliquā. Periculum enim, ne nimium tenuando & ſiccando aliquid inſanabile relinquatur & nimium mollientibus fundentibuſq; materiam, ſubſtātia viſceris relaxetur. Itaq; moderatè mollientibus præter cæteras partes obnoxias ſchirro, in hac excellere debet attenuantium, calfacientiumq; mixtio. Fotus ex oleis, mixtis pulueribus aromatum, aceto &c. Emplaſtra de meliloto, cerata, ammoniacum, decoctum ficuum, paſſularum recentium, chamæpytheos, alimenta ſacchar o condita & aceto diu inſolato, quo paſſulæ, ficus caryoph. etc. maduerint aliquoties commutata. Laxatur aliquando hepar articulorum modo ſolutum nimia humiditate: ſigna ex arte medica petenda. Hic vinum plurimum conuenit, aromaticum roſatum, diambra, dianiſon, diagalanga & ſimilia, quæ ventriculo proſunt, niſi quod minus aſtringendum in hepate. Aſtringendum tamen hic magis, quàm in aliis affectibus hepatis, mixtis calidis, ſi frigiditas coniuncta eſt: frigidis, ſi calida. Fotus ex oleis aſtringentibus, emplaſtrum de meliloto, diachylon commune, ireatum, additis aromatibus & aſtringentibus. In calida cauſſa ceratum ſantalinum cum cydonioxeratum Galeni refrigerans. Rhabarbarum aiunt hepatis vitam eſſe. Calidiore tamen & ſicciore hepate, mors potius dici debet.

De Hydrope. Cap. XXXVII.

a HYdropis b tria genera. Aſcites ab utre, quia uenter aqueo c humore & d ſeroſo plenus utrem repræſentat. Commotus his uenter fluctuat, quomodo ueſica ex dimidio plena. Continetur aqua inter epiploon & peritoneon, quāquā & portio excurrit in ſpatiū epiploi & inteſtini, cum à liene, colo, tenuiq; inteſtino, uel iis partibus, unde epiploon enaſcitur, malum ortū eſt.

a Symptomatis illius, quod à nimia humoris abundātia nomē habet.

b Materia & loco diſtincta.

c Exudāte in ſpatium epiploi, peritonei & inteſtinorum, tu ab infirmitate facultatis expultricis, tū ab hepatis contumaci obſtructione, tu à laxitate venarum et renū infirmitate aut eorundem obſtructione atq; tuberculo.

d Tūc enim adeſt ſanguificationis priuatio

Sig.r aſcitis.

Alterum genus hydropis; Aqua *a* inter cutem, quæ & *b* Leucophlegmatia, & *c* Anaſarca. Huius materia iam craſſior eſt effuſa in cutem atque carnoſum genus totius corporis. Hic ſi digitum imprimas, ueſtigium fit cauũ. Tertium genus Tympanites *d* in quo plurimus flatus humori commixtus eſt, unde uentris diſtentio, qui percuſſus inſtar tympani ſonitum reddit.

Cauſa. Hepar eſt omnino *e* refrigeratum, uel primario, uel per conſenſum cum uentriculo, liene, lateribus, tenui inteſtino, colo, *f* renibus, *g* utero, *h* pulmone.

Naſcitur hæc affectio ex *i* immodica uacuatione, aut eadem longius *k* ſuppreſſa. Communis ferè *l* curatio medicamentis *m* hydragogis, quæ aquas uel pituitam ducant. *n* Diureticis, Topicis & *o* externis remediis, quæ humorem ſiccent ac reſoluant, quibus ſi nihil proficitur, *p* ferro & igne utendum eſt.

Leucophlegmatiæ peculiariter conuenit *q* phlebotomia, & ea quæ magis incidant. Vt tympaniti, quæ flatus diſcu-

a *Proprie dicta: quã uis hoc nomine tria hydropis genera contineantur apud Celſum qui nominis huius author eſt.*

b *Quòd albeſcat cutis à pituitæ ſuffuſione.*

c *Quòd per genus carnoſum pitu ita ſuffundatur, ſitq; aſſimilationis priuatio.*

d *A tympano nomen ducens, et vocatur ab Hipp ſiccus hydrops, apho. 11. lib. 4. Aphor.*

e *Simplici intemperie, primaria, ſecundaria, vel tumore ſcirrhoſo.*

f *Labefactata vi ſecretrice ſeri, aut etiam vaſis obſtructis.*

g *Per ſuppreſſionem menſtruorum eorumq; palyndromen aut per frequẽtes hyſtericas affectiones à venenata aura ex ſeminis ſuppreſſione.*

h *Per translationem materiæ in pulmonibus conceptæ ad ventrem.*

i *Per hæmorrhoidas, menſtr. dyſenteriam.*

k *Per ſcirrhi in hepate generationem, aut eius intemperiem frigidam.*

l *Quæ à ſymptomatis correctiõe auſpicãda eſt, qđ ipſum ſymptoma ſit calamitoſius cã ipſa. Et ppeà hydropicos ſtatim ſecãdos eſſe monet Hippo.*

m *Vt decocto rad. verbaſci fœminæ ſucci ireos ſyr. roſ pall. lax. gra. ebuli diachartamo, nõ itẽ antimo. qđ veneficis ẽpyricis et pclitatorib. vſitatiſ.*

n *Vt ſyrupo de radicibus de raphano.*

o *Vt ſudorificis, materiam digerentibus, vt emplaſtro de baccis lauri.*

p *Paracẽteſis locũ habet, ſi tatũ in nimia humoris abundãtia cõſiſtat hydrops ſine penni generatiõe, cuius pennitas poſita ſit ĩ hepatis uitio ĩſa.*

q *Hipp. lib. 4. de dieta in morb. acut.*

discutiant. Phlebotomia igitur in solo hoc genere aquę inter cutem locum habet. Nec hoc quidem perpetuo, sed si otio & anteacta uita, si suppressa aliqua solemni uacuatione id uitium ortum est.

Morbi initio priusquam *a* in cachexiam abeat morbus, integris uiribus, quod Hipp. Asclepiadi, & Galeno uisum est. Oportet autem neque semel, neque copiose detrahere, sed *b* modice atque interuallis. Fereque placuit, ut è malleolis detraheretur sanguis.

Purgatio leuibus pharmacis & per *c* interualla datis, ut octauo quoque die, uel duodecimo, ut uires tolerãt.

R. benedictæ ℥. s. dissolue in sero lactis. Pilu. de rhab. maxime laudanť, q̃ aliter à Rhaze, aliter à Mesue describunť. Præferendæ sunt Rhazæ, *d* q̃ recipiunt rhab. succi agrimoniæ, sem. endiuiæ an. ʒ. iii. agar. ʒ. v. foliorũ laureolæ infusorũ in aceto, & siccorũ ʒ. x. Fiant pilulæ. Dedit Rhaze ʒ. ii. s. sed ʒ. i. satis esse põt. Leuiores fient, si sine foliis laureolæ formenť è succo ireos, in quo meseron, laureola, uel euphorbiũ maduerit. Similiter *e* pul. hieræ ʒ. i. agarici troc. ℈. i. cũ oxymelite formenť pilu. Quòd si ĩ oxymeli. ꝓxime dicta maduerĩt fortiores fiẽt

Aliquando uti licet puluere hieræ diacol. scrup. iiii. aut ʒ. ii. Leue est hoc pharmacum.

R. sem. carthami cõquassati ʒ. ii. aut iii. Ireos florentiæ scrup. i. cinamomi scrup. s. infundantur per noctẽ in unc. iiii. seri caprini. Frequentissimus usus est succi radicis ireos per residentiam depurãti, & eius quod supernatat capiantur ʒ. ii. unc. s. aut ʒ. vi. cum æquali mensura aquæ mellis, aquæ distillatæ è terebinthina, seri lactis. Quòd si ab hepate metus, ne pharmaco lædatur, admiscendum aliquid, ut scrupu. elect. triasantali, uel diarrhod. abbatis. Et hoc quoque laudatum est.

R. polypodii quercini unc. ii. sem. carthami unc. s. sem. anisi & fœniculi an. ℥. i. conquassata omnia in nodum linteolo cõstringantur, & una cum gallo decrepito coquantur. Ius galli sorbeatur. Aqua extillata è purpureis floribus ireos data ʒ. vi. uel un. i. quãtitate cũ ℈. i. electarii triasantali, & Gra. viii. cinamomi efficacissime aquam

Hydro-

a Priusquã materia facta sit naturæ potens, & habitũ corporis immutarit.

b Vt par hydropicis ratio habeatur.

c Nam ut sũt gradus coctionis, ita quoque & purgationis.

d Rhaz. ad Almãsorẽ, capite de hydrope.

e Vel R. hieræ picr. rhei elect. agar. troc. ana ℈. i. macerentur in oxymelite, in quo prius infusa fuerit laureola aut turbith & formentur pilulæ.

purgatio

a *Si metus ab hepate sit, ne pharmaco lædatur.*
b *Huius author fuisse dicitur Gordonius, ut sentit Valescus de Tharanta.*
c *Valescus legit dra. i. Quæ lectio magis arridet.*
d *Hæc Celsus pluribus pstrinxit cap. 21. lib. 3.*
e *Nulla. n. radix humectandi facultate glycyrrhizam superat.*

Hydropicorũ ducit. Laudant aquæ alkekengi, medii corticis sambuci, eiusdẽ radicis, ebuli, aut eorũdẽ floribus, similacis hortẽsis, iuniperi, raphani, cuscutæ. Cæterum catharticas eiusmodi aquas electuariis triasantali, diarrho. abbatis, schœnãtho, spica, sãtalis a meliores reddes

Cucumer agrestis in frequenti usu fuit & Græcis & Arabibus, quo sic utendum.

℞. corticis rad. cucumeris agrestis ℈ i. infriatum insperge mulsæ. Sine molestia pituitam ducit, nec stomachum lædit.

Secretum b *non reuelandum.*

℞. succi cucumeris asinini & radicis eius, succi laureolæ, succi ireos purpurei, succi absynthii & eupatorii ana unc. iii. Resideant, quæ supernatat aqua, abiiciatur. Crassiori uero parti insperge Rhabarbari, agarici ana unc. s. spicæ nardi, sem. endiuiæ, scariolæ, portulacæ, mastichis, lappæ, tragacanthi, salis gemmæ ana c unc. i. mellis col. unc. s. In uase uitreo reposita agitentur in sole, ut fiat ueluti conserua. Detur ʒ. i. per interualla.

Optimum est uti sero lactis caprini, in quo maduerit cacumen absynthii, cuscutæ: Gr. x. alKeKengi, fumaria, semina maiora, schenanthum, spica. Non habet par remedium Rhazes. Syrupus acetosus cum aqua cuscutæ, ubi & sitis extinguenda est.

Nec calfaciendum d hepar, ubi obstructio liberãda, & urinæ deduci debent. Grauiter sitiunt hydropici, quibus tamen potio danda est non ultra, quam quod uitam sustineat. Vinum album, tenue, subausterum, in quo diuretica prius concocta fuerint.

Oxycrati usus est, cum calor uehemens accessit. Glycyrrhiza e adipsos appellata, quòd prohibeat siti hydropicos. Probatur aliis Metrodori qui hydropicus plurimum quidem bibebat, sed statim remouebat. In iis igitur, qui facile & sine molestia uomunt, probari potest. Nam & uomitus utilis est hydropicis. Clysteribus quoque acribus & glandulis materia minuenda est. Diuretica conueniunt, berula, lauer, uulgo iuncus odoratus, spica nardi, asarum, phu, meum, carpobalsamum, cassia, radix

reuomebat

diuretica

Laureola, vide daphnoides,

dix dulcis,rosa,semen hyperici,dauci,smyrnii, petrose lini,calamus aromaticus,seseli,cancrorum fluuiatilium *a* siccatorum puluis,cum æquali parte asari. Ita etiã eri nacei siccati in sole 3.i.mel scylliticum,cantharides integræ,& aliis diureticis commixtæ, sed *b* minima quantitate ut ad Gr.v.Hæc autem uel in puluerem redacta, uel concocta dantur ex uino,oxymelite,mulsa, aquis *c* conuenientibus,quales prius enumeratæ sunt, & capite de oppilatione hepatis.

Abominabilis urinæ potus,sed maxime probatus Medicis.Tolerabilior, si ex puero impube distilletur cum melle & aliis diureticis.

Nec satis est phlebotomo,catharticis,diureticis uomitu.clysteribus & glandibus uacuare materiam:sed loca tumentia sacculis,unctionibus,fricationibus,balneis emplastris,aliisq; eiusmodi rebus resoluenda sunt.

Sacculi fiant e macribus furfuribus,milio,panico,sale,sulphure calidis,& ita appositis.

Materia balneorum & uaporationum in thermis siccis;Aquæ naturales salsę,sulphurosę,& eiusmodi reliquæ q́ si desint,arte comparant̃ liquefacto sale sub quadruplo,eoq́; plus minusve,uel sulphure in aqua dulci. Possunt quoq; incoqui anethũ,ruta, chamęmelũ, calamenthum,maiorana,rosmarin.pulegium, fęniculus,satureia,hyssopus,schenanthum,stęchas & *d* similia.

Sunt qui ueluti arcanum probant lapidem serpentis. Coluber aquaticus à cauda funiculo constringatur, atque ita suspendatur,ut sit subiectum uas aqua plenum. Euomet coluber lapidem,qui totam illam aquam consumet. Lapis è uinculo alligetur, & apprimatur uentri hydropici,paulatim aquam consumet.

Sacculi quoque *e* ex arena & sabulo, uel cineribus calfactis sæpius apprimantur. Laudatur oleum *f* scylliticum,uel in quo decima pars euphorbii,meserei,uel laureolæ coxerit. Sit autem oleum anethinum, aut simile.

R.terebinthinæ lib.i.thuris, mastichis, myrrhæ ana unc.s.ladani,nucis moschatæ,caryophyllorum, galangæ,zedoariæ,cubebarũ ana unc.s.foliorum laureolæ P. i.succi

a Ac præsertim lapillorum, qui in capitibus cãcrorum reperiuntur.

b Ne vesicã exulcerent.

c Vt ireos, enulæ cãpanæ, sambuci, ebuli, raphani.

d Vt folia lauri item baccæ laur. iuniperi, radices cucumeris asinini, bryoniæ ireos.

e Quinetiã in arena sepeliẽdus hydropicus. Vide Gale. lib.9. Simplic. cap.de Pyrite.

f Efficacissimũ erit oleum anethinum in quo maduerit cuminum.

sacculi locis lumen[illegible]

materia bal neor.

i. ſucci ebuli, & cucumeris aſinini an. unc. iii. Redigantur in puluerem, quæ redigi poſſunt. Miſceantur, Fiat diſtillatio *a* in alambico, qua inungantur loca tumentia.

Cochleis tritis uti licet, & emplaſtri modo affixis. Mirabile uolunt hoc emplaſtrum.

℞. *b* thuris, maſtichis, myrrhæ ana unc. i. granorum lauri unc. ii. *c* coſti unc. s. cyperi unc. i. s. ſtercoris caprini triti unc. iiii. mellis quantum ſufficit, ad congregandum emplaſtrum.

Sinapiſmi *d* diaſpiratum prius deſcripta. Stercora animalium calida conueniunt. *e* Fricationes ex ſale & hydreælo diſſolutis, uel ex medicamentis calidis ſubtiliter comminutis.

Perſeuerãte malo, Phœnigmi ex radice ſcrophulariæ, ranunculorum, & ſimilibus emplaſtri modo impoſitis ad decem horas præſcribendi ſunt.

Oporteq; ueſicas configi, ulcera aperta conſeruari, ſuperpoſito folio braſſicæ uncto è butyro uel oleo, grano ciceris, aut ceræ momento. Permittetur aqua fluere ad ſexaginta dies. Alioqui cauteria inducenda uentri in ambitu umbilici, & quibus partibus tumor eſt. Scarificationes quoq; conueniunt, ſed ſi nihil proficitur his remediis, extremum eſt *f* paracenteſis.

De Paracenteſi magna olim controuerſia, aliis Medicis omnino reprobantibus: aliis approbantibus. Vtriuſque ſectæ argumenta colligit Aurelianus 3. Cronicon capite de hydrope.

Illos enim deterrebat, quòd ferè moriuntur omnes, qui puncti fuerint.

Hi uero remedium temperabant, neque in omnibus utebantur, atque ita ſeruabãt aliquos. Galenus, Paulus Albucaſis, Meſue in Aſcite pungunt ad latera umbilici, qua parte illa uacua & inania ſunt, & propemodum excarnes muſculi. Alii quidẽ dextra parte, ſi lien: Siniſtra, ſi hepar in uitio eſt.

Alii uero ex eadem parte, qua uiſcus eſt, à quo malum primum ortum eſt. Si uero inteſtina in cauſa ſunt, quatuor digitis ſub umbilico. Sed paululum reducto phle-

a *Hæc vulgò dicitur balſamum.*
b *Hoc ẽplaſtrũ validiſſimũ & frequẽti i vſu.*
c *Vel, radicis angelicæ tantundẽ.*
d *De his vide cap. de attrahentibus in materia chirurgica.*
e *Fiant quoque malagmata ex radi. cucumeris aſinini, bryoniæ, ireos coctis ſub cineribus, deinde miſtis cum ſtercore caprino, baccis lauri & melle. Præterea ex cantharidibus ipſis cũ fermẽto admotus fiunt veſiculæ.*
f *Cõpunctio ab dominis & peritonei ſectio.*

phlebotomo ĩ latus. Hippocrates intercutaneos pueros incidit de locis in homine. Aurelianus consensu ueterum in Intercute magis, quàm Ascite paracentesim probauit. In aqua intercutem Asclepiades quatuor digitis supra talum, tibiam compungit, interiori parte ea profunditate, qua uena inciditur. Qui locus compunctus si parum aquæ reddit, femora, scrotum, pudenda, si quidẽ intumuerint, loca etiam supra manum, articulos, incidẽda sunt ex Leonide & Hippocrate. Formulam uerò punctionis ex 6. Pauli & aliis collige.

Tempestiua autem est punctio, priusquam in cachexiam morbus abierit, firmis uiribus, corpore iuuenili, si atra bilis hydropẽ non contraxit, si ualidus stomachus, si æger nõ febrit, aut si febrit, remissionis tempore. Hæc omnia prouidenda sunt priusquam de parecẽtesi decernas. Alioqui temeraria uia est, quæ etiam si adsunt, præmonendi tamen amici ægri quanto cum periculo remedium teneatur. Tentarique debet, ubi aliis remediis nihil profectum est.

SCHOLIA.

Hydrops tumor est, vel totius corporis ab humore: vel uentris tu ab humore, tum à flatu. In toto corpore et uenis, ἀνὰ σάρκα, ὑποσαρκίδιος, σαρκίτης, λευκοφλεγματίας *dicitur. In uentre aqua collecta, non tamen penitus sine flatu* ἀσκίτης. *In eodem, flatu plurimo intercluso cum pauca aqua, tympanias vel tympanitis, Hippocrati Hydrops siccus nominatur. In omnibus caussa antecedens, calor est, uel frigus. Coniuncta verò, semper est frigus. Refrigeratur. n. hepar, sanguificatio deprauatur, siue proprio ipsius iecoris uitio, vt phlegmone, scirrho, hydatidibus, intemperie: siue per consensum, vt folliculi fellis, lienis, uentriculi refrigerati, mesenterij, intestinorum gracilium, ieiuni, pulmonis, renum, septi transuersi. Ex his. n. omnibus malum communicatur hepati. Vt si splen ob scirrhum non purget sanguinem, renes obstructi, aut imbecilliores serum non trahant, aut emulgentes, menses suppressi sint, aut immodicè fluant, aut hæmorrhoides, cor non diffletur. In immodica enim vacuatione spiritu cũ sanguine exhausto calor extinguitur: in suppressione, sanguis,*

O uel

vel excrementa refluunt in hepar, vnde suffocatur. Aliquando contactu chyli frigidioris læditur, vt aquæ frigidæ potu à calore & exercitio. Sic intemperie hepati à Pulmone, aut alia parte communicata, Phthisici & Hectici hydrope magna ex parte corripiuntur, nisi uentris fluxu intereant. Eodem modo Asthmatici aquà in spatio thoracis collecta, & in uentrem tandem effusa. Comitatur febricula, assidua, lenta, cum pulsu paruo, sitis, humore circum viscera torpescente, salsedinèmque & putredinem colligente, spirandi difficultas à cibo etiam pauco ob plenitudinem & venarum distentionem, tumor, grauitas, color vitiosus, cibi fastidium. Ex retentione vrinæ (si uerus Hydrops dici debeat) subitò fit, & repentè. Sæpe enim pus vel crassamentum urinæ, quod meiebatur, retentum, speciem quandam hydropis adfert, quæ apertis uiis, & prioribus vrinis crassis euntibus sanatur. In cæteris sensim generatur.

Anasarca fit ex humore aquoso partim à iecinore, partim a tota carne corporis, veluti in aquam resoluta, sæpius post morbos diuturnos & febres pituitosas. Symptomata, tumor nõ ex æquo in toto corpore, sed partibus inferioribus magis ob humoris grauitatẽ, & partium frigus, corpus laxum, pallidũ, emortuo simile. Initio dignoscitur partium extremarũ perpetuo frigore, facie intumescente post maciẽ, palpebris & pedibus crassioribus & calidioribus. Si fluxus immoderatus præcesserit, aquæ frigidissimæ potio, pedes intumuerint non a uigilijs, imprægnatione, nocturna statione. Si cauitas remaneat impresso altiùs digito. A causa calida difficilior curatio, quia calidis ducitur aqua, siccatur, flatus absumuntur. In Ascite humor aquosus vel potius serum inter peritoneũ & intestina colligitur tanquam in utre, vnde morbo nomẽ. Spiritus aliquid admiscetur. Causa, maius frigus, quàm in Tympanite succedit cachexia, morbis hepatis calidis, obstructionibus, morbis lumborũ, renum, vesicæ. Symptomata, tumor ventris, reliqui corporis alimentũ non sentientis consumptio, inualescẽte morbo tumor ad femora, pedes, scrotum sensim quasi cuniculis factis, maximè post inambulationem humore defluente. Aliquando thoracem, occupat. Exudat serum è iecore, intestinis, omento, & similibus. Initio fieri

vi intelligemus, ſi multum vrinæ generetur, & reddatur, paulò poſt in venis remaneat ſitiunt, corpus contabeſcit. Signum certiſsimum, ſi cùm è latere in latus mouentur percipiatur ſonus aquæ defluentis. Vitio hepatis ortum cognoſcimus ex dolore & diſtentione partis, & ſi nullus ex morbis ſuperiùs enumeratis præceſſerit.

In Tympanite abdomen diſtenditur flatu. Cauſa, minor caloris mutatio. Succedit cruditatibus, flatibus uentris non diſcuſsis, diſtentioni venarum, dolori circa vmbilicum, qui nullis medicamentis ceſſerit. Initiò veluti inflatio. Hinc flatus ſpiſsiores effecti in nubem, tandem in aquam, vt pluuiam, cõcreſcunt aucto frigore: vel aqua è uenis in ſpatium ventris, veluti per diapedeſim effluit. Cognoſcitur, quia venter tympani modo ſonat. Facies minus recedit à naturali habitu, maior ventris diſtentio. timpanites.

Non admodum formidabilis eſt aqua intercus, quæ nullo antecedente morbo: deinde quæ longo. Omnium periculoſiſſima, quæ ex acuto naſcitur. A Scirrho confirmato, nõ curatur, vix à reſiccato nimis hepate: ab hydatidib. maximè. Signum peſsimum, ubi vacuata, vel ſpõte vel arte, materia malũ redit. Cauſa enim pertinax. Ergò quod ſcribitur Aph. 14. libri ſexti, Hydrope correpto, ſi aqua è uenis in uentrem defluxerit, morbum ſolui, non eſt perpetuum. Multis enim ſpõte vel arte commoto uentre & aquoſis multis inde expurgatis non ſuperſuit ſalus, quomodo ſectis mors contingit, ſiue aqua fuerit in uentre, ſiue in thorace. Hoc in thorace annotauit Hipp. lib. de morbis, quod & experientia confirmat. Nam etiamſi expurgetur aqua naturæ ſponte, vel arte, ſi viſcera vel corrupta, uel ſyderata, celeriùs moriuntur. Multos obſeruauit author, qui ex alui profluuio melius habuerunt, ſed paulò poſt manente cauſsà morbus rediens interitum attulit. Aliquando etiã in nimia effuſione humoris vnà ſpiritus effunditur, quod Hipp. monet in his, qui ſecantur & vruntur. Ob idque oportet integris viribus, eſt priuſquam viſcera corrumpantur, remedijs vti primùm purgantibus, deinde alijs. Lib. de Iud. In Hydrope detento, ſi aqua ad uentrem aut veſicam fluat, ſolutio. In Leucophlegmatia alui profluuium vehemens, ſolutio. Sed in Prædictionibus robuſta pronostica / ascite: pronostica / anasarca:

viſcera eſſe vult, ſi quis liberetur. Ex quo loco videndum, antequam curationem aggrediamur, an ſit ſpes ſalutis, necne. Addit Oribaſius tuſſim ſignum eſſe mortis in hydropicis. Et Aph. 35 lib. 6. Aqua inter cute laborantibus tuſſis ſuperueniens, malum. Sed hoc diſtinctione quoq; eget. Si videlicet id fiat adaucto morbo, & aquæ ratione, quæ iam pulmonum arterias aſperas occupet, vnde tuſſis. Nam ſi aliunde, non ita mala. Ex obſeruationibus authoris hæc notatu digna. Ioanni Blanche negotiatori Pariſienſi in Angliam profecto Hyeme tumor cum miraculo quodam ſubſedit, euanuitq; morbus, nec rediit. An quòd integro, aut non ita leſo viſcere aqua partim calore natiuo excitato, partim aere marino reſoluta fuerit? Cuidam per ſudores ſponte excitatos & quaſi diſtillantem aquam, curatio: Alteri mors, cū multo alui profluuio tumor ſubſediſſet, redeunte morbo. Cuidam ad viuum reſectis vnguibus pedum, exercitio & frictionibus paulatim humor illuc defluxit & conualuit.

Remedia ſunt ſyrupi, opiate, clyſteres, admota, pulueres, phœnigmi, veſicatoria, cauteria, punctio, ſcarificatio cutis ad aponeuroſes muſculorum, diæta, digerentia, epipaſtica, cataplaſmata, vnguenta, pilulæ, diuretica, apozemata, aquæ diſtillatæ ob tenuitatem vtiliores, decocta herbarum conuenientium, ſanguinis miſſio ſuppreſſis menſibus aut hæmorrhoidibus, victus ratio exiccans, abſtinentia à iuſculis, potu, fructibus, exceptis paſſulis. In Leucophlegmatia reſolutis partibus in pituitam purgantia, vomitus, errhina, maſticatoria, & ſimilia. In Aſcite aquam ducentia. Illigandus lino venter, & ita quotidie metiri cōueniet, vt intelligatur quid medicamenta profecerint. Cochlearum vſus, theriaca, iris ſilueſtris, ſoldanella, unguentum arthanitæ, emplaſtrum ceroneum auctum ſulphuræ, ſucci ireos & ebuli crudi potius, quàm cocti, aquæ ſulphuratæ, oleum de ſulphure, decoctum guaiaci cum aqua terebinthinæ, raſura pergameni, piloſella, aqua diſtillationis limacum, teſtudinum, cum alia materia. Sed mirum in modū potus abſtinentia, vt & in ventriculo humidiore. Celſus laudat potum medium, qui vitam ſuſtineat, & vrinas moueat. Metrodorus Epicuri diſcipulus coactus ſiti, bibere ſolebat, deinde uomere. Notanda hiſtoria Celſi. Apud Antigonum

regem

regem ex duobus Medicis unus quendam eo morbo mediocri ter implicitum negauit posse sanari. Alter se sanaturum pol licitus est. Prior respondit se respicere ad animum, alterum uerò ad morbum ægri. Neque res fefellit. Cum enim posset optima uictus ratione seruata curari, ob intemperantiam periyt.

Paracentesis) Erasystratus apud Celsum cap. 21. libr. 3. reprobat sectionem hydropicorum, quia semel effusa aqua, et affecto hepate postea regeneratur. Si tamen priusquam putreat materia, & uires concidant, grauiusq; affectum hepar & partes aliæ fuerint, adhibeatur, optime nutrito prius ægro, & confirmato, nihil peccatur. Sed extremum remedium est, & non nisi urgente necessitate usurpandum, & cum magna Medici prudentia. Hippocrates non solum paracentesim seu sectionem, sed ustionem etiā probat, puto uel pulmone affecto, ut in suppuratis, uel ut paretur uia scalpello, quem idmodū deinceps docebimus. In eo igitur libro, cuius initiū est, ἢν τὸ πλεύμονος ἀρτηρίη, Suppuratos, qua parte pus se prodit, in dorso & pectore urit aut secat, alioqui enutritos prius lacte. In hydropicis uerò uenas in scroto crassissimas secat: paulò post in scroto, femoribus, ac tibiis frequentia ulcuscula scalpello incutit. Deinde qua parte magis fluctuat aqua, aut tertiā costam ab ultima ad os, ex quo terebra caua τρυπάνῳ τρυπητηρίῳ perforat, donec exeat aliquid aquæ, ex quo linamentum indit è lino crudo, spongiamq; mollem alligat, ne excidat linamentū. Quotidie semel aliquid expurgat ad dies duodecim. 13. die reliquum aquæ emittitur, uia relinquitur, ut quod supernascitur, effluat, uenter cibis resiccatur Si femur & scrotum intumuerint, uulnusculis audacter configito. Sæpe hepate maximo, & prius lacte nutrito ægro, non metallo, sed alia materia inurit octo inde crustis factis. Non nulli id faciendum censent bruxeis fusis feruenti oleo tinctis. Libro de locis in homine, tenuissimis ferramentis circa umbilicum urit, ac tantum aquæ quotidie trahit, quantum uires ferant. Hoc semper obseruato, urendum aut secandum prius, quàm pituita corrūpatur, uiscera grauius lædantur, & uires concidant. Deinde uacuationē paulatim, idest 12. diebus, ut prius, faciendā. Galenus Paracentesim in hydrope laudat,

vstionem in suppuratis, dupliceq; affert ratione, cur periculosa sit vniuersa vacuatio in Hydropicis. Extinctione, scilicet, caloris natiui, simul cum humore effluente spiritu, et pondus visceris, quod cũ nõ amplius sustentatur ab aqua, septũ, & reliqua thoracis viscera trahit deorsum. Plura sunt apud Albucasim, Aurelianũ, Paulũ lib. 6. cap. 44. Recentiores tutius progrediuntur. Viam parant cauterio potentiali, deinde actuali. Hinc scalpello perforant, & canula caua commodiore, quàm linum crudum Hippocratis, sensim educunt aquam. Aculeato scalpello vtuntur, vt minor fiat perforatio, locuq; eligunt, vbi aqua deorsum in imum ventrem tendit relicto hepate & hypochondrijs, in medio musculorum obliquorum epigastrij. Partem materiæ medicamentis purgant, topicis discutiunt, siccante victu absumunt, vires diligenter fouent. Minus metuunt à peritoneo perforato, quàm à mẽbrana succingente costas. Diligenter cauent, ne purgantur intestina, ne facultas hepatis sit emortua, scirrho aut splenis tumore, aut vlcere pulmonis, aut infirmis viribus, aut ætate senili æger laboret. His demptis minus esse periculi, cum natura sæpe viã aquæ moliatur per vmbilicum, & quibus vulneratus est ven[illegible] nisi vulnus ad gracilia intestina penetret, omnes sua dant. Longò tamen tutior scarificatio cutis totius ventris ad aponeuroses musculorum, paruis scissuris, quibus per ventrẽ serum resudet.

a Qui ex splene laborant lib. 6. de locis male affect. et 9. cata top.

b A tumore cõtra naturam, præsertim scirrhoso.

c Dolor grauis, ex materiei copia et partis obtuso sensu.

d Per oppressionem diaphragmatis, cui subiacet liẽ

e Ex corrupti humoris in altũ effluxu, & oĩs humoris exhausto.

f Cum hydrops est in ppinquo et lien est catarropos.

Curatio lienis. Cap. XXXVIII.

SPlenicos *a* appellãt, quibus induruit *b* lien *c* grauitas sinistra parte sentitur. Difficultas est *d* anhelitus *e* sitis, oris siccitas *f* pedum inflatio *g* color plumbeus, decubitus in *h* sinistrum latus grauis, extat durities *i* oblõga, dolor ad *k* iugulũ sinistrum tẽdit, pediculi scatẽt, no

cte

g *Color enim similis efflorescit humori, cuius dominatu corpus tenetur. vnde sæpe icterus niger, elephantiasis.*

h *Et in dextrum molestius, ob meteorismon & suspensionem.*

i *Quæ præ se fert ideam partis obsessæ. Sed tamen existit anarropos & catarropos lien, atque tum rotundus est tumor.*

K *Ad clauiculam diaphragmatis sympathia, quæ tunicæ costas succingẽti communicatur.*

cte *a* sudor grauis, fœtet *b* anima, pudēda *c* turgēt, erumpit *d* sanguis, gingiuæ *e* corrumpuntur, uenæ ad lienem nigricant, & squalescit cutis. Vlcera maligna in tibiis nascuntur, quorum aliqua uel omnia lienosos produnt.

Curatio.

Initio molliendus *f* uēter cassia uel catholico. Quòd si inferiori parte visceris scirrhus est, clysteribus utendum erit. Post hæc phlebotomia conuenit è basilica sinistra, in duos dies diuisa vacuatione, amplo foramine. Quòd si vires suspectæ sunt, uena quæ ad medium digitum, uel minimum uenit, incidenda est. Alii uenā post aures *g* diuidunt, & sanguine qui effluit, lienē inungūt. Veteres enim naturali quadam ratione atque beneficio constare crediderunt superfusum sanguinem languenti membro præstare medicinam. Quòd & ueterinarii retinent. Constat quoq; certo experimento uenas apertas, quæ ad lienem nigricant, uehementer profuisse, ut inde inueteratum malum & contumax omnino curatum sit. Iisdem uenis sanguisugæ & cucurbitulæ cum scarificatione affigi possunt. Sed hæc localia remedia lieni, uacuato iam corpore conueniunt.

Purgādū quoq; corpus est, idq; interuallis, pharmaco qdē p os sumpto, si quidē magnus tumor est, aut superiori parte uisceris collocatus. Diuretica nō ita plunt qa à liene ad renes nō *h* ita cōparata uia est. Cæterū iuuare possunt alia rōne, qa videlicet incidūt & aperiunt. Potiones & melicrata ex cortice radicis *i* capparis, scolo-

a *Ex prauorum succorum pleonexia: unde purgatiōis necessariæ significatio*
b *Humoris in aluo corruptione.*
c *Ex flatu lento spiritu.*
d *Criticus aut symptomaticus.*
e *Ex translatione materiæ, siue acerbi vaporis, per continuitatem interioris tunicæ, quæ palato & stomacho commumis est.*

f *Expurganda prima regio corporis, vt splenica medicamenta ad lienem aditum habeant. vt R. cass. recens extract. ℨ. vi. cum sacchar o fingatur bolus. Deinde R. folior sennæ mundat. ℨ. iij. vel vnc. s. macerentur in decocto prun. damasc. & statim dilutum superbibatur.*
g *Et quidem sine ratione, nec sine periculo.*
h *Tamē secūdo iudicio liē p rimas īterdiu vacuat̄. Hip. li. de īternis affect.*
i *Nam quale est hepati absynthium, talis est lieni cortex capparis: & quale est hepati eupatorium, tale & lieni, scolopendrium. Sic itaq; fiat melicratū. R. cort. rad. cappa. vnc. v. polypod. tātundē, f. decoct. sufficies: ī colatura dissolue mellis ℥ iij. f. hydromel vtat̄ horis duabus ante pastū.*

scolopendriæ, capillaribus, roremarino, radice tamarisci, semine agni casti, endiuiæ, scariolæ, portulacæ, seminibus illis maioribus & minoribus, cortice & radice salicis, fraxini, genistæ, & aliis, quæ capite de oppilatione hepatis scripta sunt.

Purgationes ex epithymo, foliis sennæ, puluere hieræ a diacolocynthidos, & aliis, quæ cap. de melancholia descripta sunt. Ex sero caprino, aqua fabrorum, aut ea, in qua chalybem candentem sæpius extinxeris.

Laudatur aqua depurata, quæ e cotibus defluit, cum acuuntur enses. Lixiuium, oxymel, acetum scylliticum, syrupus acetosus, syrupus capill. uener. de pomis, aquæ & cætera, quæ partim capite de oppilatione hepatis, partim cap. de hydropisi dicta sunt.

Capparum b usus ex oleo & aceto plurimum laudatur. Laudatur uas e ligno fraxini, quo utantur dum bibunt. Corallus quoque tritus ex syrupo acetoso.

Durities uero, quòd attinet ad topica, mollientibus incidentibus, resoluentibus curanda est. Adstringentia quoque commiscenda, ut inde roboretur c uiscus, plus minusve pro ratione fluxionis & infirmitatis uisceris. Mollies hoc unguento, incides ac resolues.

℞. d olei de capparibus ℥. vi. medullæ uituli, pinguedinis anatis, ammoniaci in aceto dissoluti ana ℥. ii. aceti ℥. i. ceræ quantum sufficit, fiat emplastrum molle ad formam linguæ bubulæ.

Remollit butyrum, adipes ex cap. 7. lib. 5. de simpl. & lib. 5. secundum genera.

Radix lilii, maluæ, bismaluæ, brancæ ursinæ siue acanthi Scylla quòque & radices in oleo & uino austero coquuntur, ad consumptionem uini. Deinde ad formam empla-

a Præsertim ex descriptione. Paschij apud Scribo. Largum.

b Capparũ usus, siue delectu minime est admittendus. Dum enim ex aceto sumuntur, oxyregmiam pariunt. Adde quod humor melancholicus ab aceto fermeptetur. Hipp. lib. 3. de uict. rat. in morb. ac. Sed tales ex usu esse poterunt cappares. ℞. capparum lib. iij. passu. corynthiac. lib. i. reponantur in lib. i. sacchar. fusi cum unc. s. cinamomi in uase, & affundatur aliquid aceti hæ uentriculo non oberunt.

c *Communi enim officio funguntur.*

d *Vel ℞ medullæ cerui aut cruris uituli, butyri recẽtis, olei de capp. an. li. i. ammo. in aceto dissol. un. ij aquæ ros. li. s. coquãtur ad cõsumptionẽ pdictæ aquæ in balneo mariæ, quo liniat̃ lienis regio leuiter fricãda manu.*

oo quo. ali debemus capparib, i lienosis.

emplastri imponuntur. Ficus pingues similiter præparatæ; ammoniacum in aceto dissolutum, & ex oleo rosaceo, oleo in quo scolopendriũ coxerit, oleo amygd. dulciũ, de liliis, de cucumere asinino, de hyperico, de ben, de capparibus. Conuenit & emplastrum de meliloto, dialtheas, cerotum hyssopi, diachylon sine gummi, cum muccaginibus radicis altheæ, lini, fœnugræci. Vbi iam remollita durities est, lapis molaris, pyrites, aut *a* lapis alioqui durissimus aceto acerrimo candens extinguitur linteis inuoluitur, & sæpe apponitur. Alioqui fumus excipitur. Sed his utendum est solum, cum iam aliqua ex parte remollitus tumor est. A quorum usu ad remollientia redeundum est, oporteteq; per interualla alternatim uti his remediis. Postea uero fortioribus utendum erit, ac primum quidem ammoniaci unc. i s. opopanacis unc. s. dissol. gummi in aceto. Deinde malaxentur cũ oleo de cucumere asinino. Iam quoque miscebitur emplastrum Agrippæ, & ut minuetur tumor, ueniemus ad emplastrũ de fermento, ad dropaces, ad sinapismos, ad cauteria tum potentialia (ut uocant) tum actualia. Sacculis quoque uti oportebit resiccantibus ac resoluẽtibus, nunquam tamen neglecto remollentium usu. Sacculi.

R. milii parum conquassati P. ii. salis P. s. torrefiant in tegula calida. Fiant duo sacculi longitudine dimidii palmi interpuncti in linteo trito & raro, & perfumigati cũ aceto acerrimo, in quo lapis durissimus & igne candens extinctus sit.

Contra rugitus & fluctuantem *b* aquam e regione lienis. Frequens hoc malum est ortum a frigore, quod post plenilunia frigidiori cęlo, post usum aquæ & frigidorũ magis apparet. In quo purgandum corpus est per interualla ex hiera aliquando simplici, aliquando diacolocynthidos, uel

R. aloes succotrini ʒ. iii. rhab. electi, agarici tro. ana ʒ. s. ceterach, scolopendrii, sem. agni casti, & endiuiæ ana ℈ s. cinamomi, asari, spicæ, rasuræ cornu cerui, rasuræ eboris, coralli ana Gran. viii. cum aceto scyllitico formentur pilulæ, utatur ʒ. i. singulis hebdomadibus. Ex

siccanda

a Aut etiã lateres candentes aceto extincti parti admonentur ad discutiendam.

b Frequens clysterũ ex decocto capitis ueruecini usus mirifice cõfert ad rugitus & fluctuantem aquam è lienis regione.

ſiccanda quoque aqua ſacculis.

R. cumini P. ij. ſem. agni caſti, ſem. rutæ an. ℥. i. craſſiuſcule conquaſſata & in tegula ſiccata duobus ſacculis (ut priùs) includantur, & calidi ſacculi alternatim apponantur.

Vaporatio quoque cõuenit ex duriſſimo lapide candente extincto in aceto, in quo ebulus, folia ſalicis & ſcolopendrium toxerint.

Vnctiones, quæ in Aſcite, radix acori in acri aceto cocta, tum addita octaua parte ſem. naſturtii, emplaſtri modo imponitur.

Lepidum quoque per ſe tritum, & calido aceto merſum. Videndum tamen ne refrigeſcant.

Conueniunt ſpleni à proprietate ſplen aſini domeſtici, & ſylueſtris pulli equini, ueſpertilionis decolati corpus. Premantur hæc in uaſe teſtaceo. drac. 1. pulueris, uel eo plus, ex oxymelite imperatur.

couenictia ipsi spleni a proprietate:

SCHOLIA.

Σπληνώδεις Hipp. dicuntur, quibus diu obduruit lien Sed & multi alij ſunt lienis tumores, quorum ſua ſigna ſunt. De externis & internis Lienoſi deſcribuntur, ſi bilioſi male colorantur, halitus ſætet, aluus aſtringitur, tumet lien, ſemper æqualiter emactantur, vlcera mala cõtrahunt. Pituitoſi minus hæc patiuntur. Tumor modo decreſcit. Obdureſcit autem ab humore melancholico, uel phlegmone nec concocta, nec digeſta. Sequiturq; ſepe humoris melancholici per inteſtina profuſio. Lienem enim catarropon vocat Hipp. 6. Epid. quia uel tumore durus deorſum vergit: vel cò ſua excremẽta abijcit. Purgatur. n. per inteſtina et hæmorrhoidas, à quibus etiam lienem durum ſanari ſcripſit in eundem librum Gale. cõm. 5. Vnde Medicus naturalem curationem ſequutus, uiã & rationem purgandi lienis inſtituere debet. Neque tamen negamus induſtria naturæ aliquando humorem melancholicum per renes & ueſicam expurgari, & Peri pathon id docetur. Sed capite de doloribus capitis annotauimus nullam eſſe uiam communem, ex Galeno in Methodo medendi, & anathomia, niſi multiplici anfractu in venam cauam regurgitãs humor cò perueniat. Hic affectus longus eſt & periculoſus

Sig.a lienosi iterna et externa:

præ-

præsertim superueniente intestinorum difficultate, tum quia intestina læduntur humoris transitu, et uires labefactantur: tum quia hepar simul cum omni uenoso genere compatitur, vnde vel refrigerato calore natiuo sequitur hydrops, uel interitus. Nā quod Hipp. 48. Aph. lib. 6. scribit, Lienosis super ueuire dysenteriam bonum, Intelligendum ratione uacuationis, quæ modum non excedit. In rugitu splenis aliquando impletur colum flatu: aliquando vas, quod à medio ascendit. Sed distinguitur, quia in splene dolor grauis, in una parte fixus, & sinistra. In colo, acutus, mobilis & uagus.

Eadem, quæ in hepate, remedia, sed valētiora conueniūt, incidentia, flatus discutientia, mollienti, aperientia, tamarifcus, ebuli radix vel ireos, puluis scolopēdriæ, ceterach, brionia, cortex hederæ, radix capparis, diacapparon, olibanum, ammoniacum, oxymel de radicibus, trochisci de eupatorio, cerata, oleum laurinum, emplastra de meliloto, diachylon, lien bubulus, onagri, vespertilio siccatus capite detracto, limatura chalybis, & similia. Aegri cùm sumunt medicamenta, in latus sinistrum decumbant.

De Colico a dolore. Cap. XXXIX.

HVius multiplex causa est, ac primùm de *b* phlegmatico. Itaque colligitur pituita crassa & frigida, atq; aliquando uitrea, otio, intemperante *c* uita, obstructis uiis *d* per quas bilis in intestinum defluit. Hinc dolor excitatur *e* quasi infixi pali, certoq; loco insistit: sed ut plurimum ad inguem sinistrum, & utrunque renem, sursumq; aliquando reuoluitur, & locū mutat, ut sunt fluxus coli intestini, quod relicto intestino recto in sinistrum inguen diuertit. Ad sinistrum renē ascendit, ubi angustius est. Quæ angustiæ efficiunt aliquando vt hac parte dolor *f* colicus grauis intendatur. Hinc ad splenem & uentriculū iam laxius extēditur, subitq; hepar, hæretq; aliquādo cysti fellis. Postremò in dextrū iliū descendit, ubi desinit in cœcū, quod ad renē dextrū positū est. Dolor hic fixus, ut in angustiis, quæ ad sinistrū renem sunt nephriticum dolorem repræsentat, ut etiam peritos

a Qui ab' intestino colo nomen habet, estq; dolorū omniū sæuissimus. Cuius doloris Multiplex causa est: matèria crassa et lēta, flatus, humorū acrimonia et inflāmatio.

b Qui à pituita uitrea intestina affixa ortum ducit.

c vt largior potu & fructuum usu.

d Desiderato naturali clystere, quæ bilis est, quo pituita uacuatur.

e Gal. libr. 2. & 6. de locis malè affect.

f Vnde similitudine symptomatum in incerto est, utra pars efficiatur.

o. limatura chalybis exp[illegible]:

peritos Medicos fallat. Sed in Nephritide urinæ *a* tenues, albæ, poltea etiam cum aspero atque sabuloso sedimento. Dolor ad coxas *b* extenditur: fomentis & cataplasmatis mitigatur: inde laxatis uiis non commutat locum: aut si cōmutat, perinœum & uiæ ureterum affligūtur. In colico hoc dolore urinę tinctę & ignitę, quæq; biliosum falso naturā representant. Impostura fit, quia bilis, quæ ad intestinum defluebat, interceptis uiis ad renes diuertit. Præclusæ uię sunt, ut neque ructus, neq; strepitus uentris exire possit. Stercora sine succo, plena flatibus, similia bubulis, quæ iniecta aquæ consistant, neque in fundum demergantur.

Curatio.

Causa mali humor ille frigidus affixus *c* intestino. Symptomata uero dolor, qui si urget uehemētius priùs quidem *d* leniendus est, quàm affectui consulas.

At quæ doloris gratia imperantur, ea prodesse solēt, uel quia intemperiem *e* corrigunt, uel caussam auferunt, uel leniunt atque contemperant, aut stupefaciunt.

Narcoticorum usus in hoc genere colici doloris omnino suspectus *f* Græcis, permissus Arabibus. Optimū genus est, quod simul & causam *g* tollit, & dolorem attemperat. Secundum, quod solùm temperat.

Remedia uero multiplicia *h* Phlebotomia, purgatio, balnea, exterius *i* admota medicamenta: cucurbitulæ, potiones, amuleta, quæque proprietate *k* quadam colicos curant.

Phlebotomia *l* omnibus ferè relucta est. Octauius approbat. Et nostra *m* memoria, efficaci admodum remedio interim vsurpatur: multò magis, si dolor grauius urit:

a Ab obstructione.
b *Obliquo .n. ductu secundum ilia ad pubem fertur.*
c *Qui autē illic generationem habuit localē, aut aliūde affluxit, aut cōtinenter affluit.*
d *Nihil .n. æquè facit infirmū corpus, ac dolor. Hippo. lib. 3. de fractur.*
e *Partē & humorē ad æqualitatē adducendo.*
f *Hi tamen Philonium præscribūt.*
g *Purgādo digerendo tempamentū partis et habitū restituēdo.*
h *Si causæ coniunctæ uis excitet antecedentem, si phlegmone adsit, si humores doloris vi æstu incāduerint.*
i *Quæ dolorē leniant, flatus discutiant, materiā coquāt.*
κ *Ut intestinū lupinum.*
l *Quod nihil conferre posse videatur, neq; ad affectum, neq; ad symptomatis correctionē, præsertim cum materia sit vitrea pituita.*
m *Cum doloris acerbitas causæ magnitudinem superat, succeditq; causæ coniunctæ antecedentis perennis affluxio ex vitio aliquo.*

urit: si bene carnosum corpus est: si uires, ætas & cætera permittunt. Remissionis tempore e basilica dextra, auersionis gratia, angusto foramine & modica uacuatione, nisi febris adsit. Tum enim multò liberiùs, atque etiam copiosiùs sanguis depleri potest.

Quòd ad purgationem attinet, quia materia contumax est, incidentibus primùm, concoquentibus atque detergentibus utendum est: tum *a* ratione uitæ, tum iis quæ clysteribus iniiciuntur, atque etiam exteriùs admouentur. Conueniunt ergo origanum, mentha, pulegium marrubium, hyssopus, thymum, maiorana, ammi, beta, rosmarinus, enula, radix pœoniæ, scordion, seselli, Ruta, libisticum, anethum, chamæmelum, asparagus, anisum carui & dauci semina, uinum tenue, odoriferum, zedoaria, galanga, castoreum, gallia, aromaticum rosatum puluis ducis, mythridatium, theriaca, confectio de baccis lauri, mel anthosatum. Secunda classis. Centaurea maior, urticæ semen, asarum, betę succus, mercurialis, sal, sulphur, ius galli antiqui, ficus siccæ, carthamus. Sed hæc classis posterior simplicium deterget magis. Iisdem quoque scopis hieram, polypodium, & serapinũ commiscemus.

a *Quæ sit cruditatis expers nimiæq; humoris abundãtiæ, quæq; tenuis sit & exquisita.*

Olea conueniunt anethinum, rutaceum, *b* & in quibus superiora coxerint. Fortius est *c* petroleũ, oleum de castoreo, euphorbio, piperibus, sæpeq; gummi in oleo dissoluimus ut galbanum, serapinum, quale hoc est.

b *Ol. ũ etiã nucum.*

c *Vulgò dicitur oleum Philosophorum.*

℞. galbani unc. s. dissolue in olei rutacei ℥. iii. aut circiter. Aliquando etiam & muschum, & algaliam, & ciuetam, sed minori modo in oleo dissoluimus, Quale hoc est.

℞. ciuetæ Gr. iiii. aut vi. dissolue in oleo rutaceo. Diuitibus muschus & algalia eodem modo dissoluantur. Eiusmodi olea uel cum *d* clysteribus iniiciuntur, aliquãdo quidem per se, aliquãdo cum decoctione conuenienti. Iisdem ea pars, in qua *e* dolor est, inungitur.

d *Ex decocto rerũ incidentium, extenuantium, detergentium.*

e *Præsertim circum vmbilicum & utrunq; renem.*

Cæterũ oportet hoc in primis animaduertere, ut & incidamus & concoquamus citra calorem uehementem & iis quæ minimè inflant. Calidiora uerò conuenient

iam

iam purgata materia, ut inde relicta intemperies corrigatur. Melicrata ex supradicta materia comparari possunt. Et hæ potiones plurimum laudantur.

℞. summitatum absynthii uulg. P. i. sem. cumini. drac. ii. feruefiant in uino tenui odorifero: expressio bibatur. Aliud.

℞. aquarum *a* cordialium ℥. ii. aquæ nepetæ. unc. i. In quibus dissolue theriacæ aut mythridatii ℈. ii. Aliud.

℞. uini maluatici. unc. ii. calami aromatici. dr. s. croci Gr. iiii. ferueant leuiter in calidis cineribus: colatura bibatur. Similiter ex galangę & cumini an. dr. i. feruefacti, cum uino albo tenui: uinum absynthites ab Aetio plurimum commendatur. Alii & rectè quidem adiiciunt cumini momentum, ut drac. i. quæ feruefiat in eo uino.

Cucurbitula ampla, & cum multò igne medio *b* umbilico affigi debet. Coquit enim. Sed utilior usus eius futurus est, si primùm impleatur uino calido, in quo aliquid ex supradicta materia coxerit, & ita calida affigatur. Vtile quoque fuerit alliorum succo, aut re simili inungere parte interiori.

Vbi materia iam attenuata, & ex parte cocta partim clysteribus, partim *c* catharticis subducéda est. In clysteribus ex supradicta materia *d* comparatis mellis anthorazati. ℥. i. olei cõuenientis, ut anethini uel rutacei. unc. iii. dissolui debent. Aliquid quoq; salis, ut dr. ii. potius quam nitrũ, quod uentrem subuertit, dissoluendum est.

Procedẽte etiam malo drac. ii. iii. aut iiii. pul. hieræ picræ, aut unc. i. uel dr. vi. hieræ, diaphænici quoq; unc. s. aut tantundé terebinthinæ adiici potest. Veteres Clysteres imperabant crassiore substantia, ex solo interim oleo, modumq; faciebãt ad heminas duas, id est, ad duas libras, aut nostro more ad quartaria sex. Purgatio per os leuis esse debet, quales sunt hæ pilulæ frequentatæ.

℞. hieræ picrę. drac. s. cum uino albo tenui formentur tres pilulæ coopertæ *e* foliis auri. Paulò fortiores, si tãtùm addas rhabarbari, oportetque à leuioribus ad fortiores progredi.

Terebinthina quoque plurimum laudatur. Datur ab

a Vt cardui bened. morsus diaboli, & simil.

b Ad restituendum intestini habitum et dolorem leniendum. Sed tamẽ cucurbitula nõ nisi cæteris administratis adhibenda.

c Sed multò magis clysteribus.

d Vt ℞. oleo rutæ, nucũ, anethi. uini maluatici an. quarta 1. confectionis de baccis lauri unc. s. hieræ picræ tãtundẽ, f. clyster.

e Vel sine auro cũ puluere glycyrrizæ. Aurũ enim uentriculo negotiũ facessit.

unc. s.

unc.s. ad unc.i. inuoluta nebulis, ut fiant, quod aiunt, morſelli.

Nonnunquã terebinthinæ *a* dimidium dr. hieræ aut rhabarbari incorporatur, ut ſint terebinth. dr.ii. uel iii. Fortioribus purgationibus utendum non eſt, niſi ubi contumacius malum eſt. Tumque uti licebit.dr.i.puluеris hieræ diacolo.cocta in pilulas.Aliquãdo etiam adiici poſſunt dacridii Gr.iii.plus minuſve.

a Vt R.terebinth. unc.s.hieræ picræ ℈.ij. Misce,& fi.bolus cum nebulis exhibẽdus.

Laudantur purgationes,quæ præterquam quòd purgant,etiam dolorem ſtupefaciunt.Quibus utendum erit nimium ſeuiente malo,qualia ſunt.

R.pul.hieræ picræ.ſcrup.iiii.opii, croci an.Gr.i. uel ii.pro uiribus. Cogantur pilulæ cum uino. Similiter & ſupradictis catharticis. ſcrup.i.philonii commiſcebis.

Poſt purgationes clyſteribus,fomentis,balneis utendum eſt, iiſque maximè, quæ dolorem leniant, qualia ſunt chamæmelum,melilotum, anethum,althea,ſemen lini,fœnugræci.

Tuncque utendum erit amuletis, quæ à tota ſubſtantia conueniunt. Inteſtinum lupi ſiccatum tritum datum drac.pondere aut ℈.iiii.cum uino albo tenui,in quo chamæmeli flos,uel anethi efferbuerit.Vtuntur uariè pelle lupi. Alii cubilium ſtragulas contra hoc malum inde comparant. Alii cingulum geſtant,aut partem pellis uẽtri admouent. Nonnulli ſtercus lupinum album tritum ex uino albo tenui propinant.Meliora putant,ſi oſſa in ſtercore inuenta,una conterantur. Idem ſtercus nucula includunt,perforata:ſuſpendunt è collo,ut ad uentrem perueniat. Atque in id utuntur ligula è corio ceruino, aut filo lanæ ouillæ,quę à lupo interfecta ſit,uel ut alii uolunt,quæ à lupo euaſerit.

Ex Galeno lib. 10.Simplic.

Laudant & anguillæ ſanguinem. A laudæ genus criſtatum (quod Galerita dicitur) uſtum aut elixum cum iure galli.Stercus gallinæ,quę exercetur & nutritur ſicciore pabulo ex oxycrato.Tunicæ interiores uentriculi erinacei, maſculi quidem,in uiris: fœminæ,in mulieribus adiecta tertia parte eorũ quæ incidunt,detergent & alioqui colicæ conueniunt. Hæc probantur Gręcis &

Arabibus

Arabibus. Acerbius uerò uexante malo, neque cedente aliis remediis narcotica permittūt Arabes mixta pharmacis, ut prius, uel aliter. Ac primùm quidē in clysteribus ex leniente materia capita papaueris cōcoquemus, q̄bus si nihil efficitur, utemur flocculis, qualis hic est.

R. ol. anethini. ℥ i. castorei. drac. s. opii *a* ℈. i. misce, & in eo madefac flocculū lanæ, quē è filo suspendes: suspēsum impelles in sedem, ac simul atq; aquieuerit dolor, *b* retrahes: uel clystere uteris, cuiusmodi est ueterum.

R. ol. rutacei. lib. i. opii, castorei ana. scrup. i. Sed posteritas Medicorū oleo admiscet castorei drac. s. opii. Gr. v. Per os uerò conuenit Philonium Rhazes, cuius hæc descriptio.

R. piperis, ameos, foliorū rutæ siccorum, mēthastri, castorei, baccarum lauri, cumini ana drac. i. opii, mandragoræ, seminis hyosciami ana drac. s. mellis ℥. i. in quo cætera incorporentur. datur. dra. i. Quod si catharticum uoles efficere, adiicies dacridii scrup. i.

Al. Andromachi admirabile, libro. 9. de comp. med. κατὰ τόπον.

R. piperis albi dr. i. opii dr. s. croci Gr. xviii. seminis hyosciami albi Gr. xv. spicæ nardi, piretri, castorei euphorbii an. scrup. i. uel dr. s. excipe melle cocto. Dosis est scrup. i. aut dimidum scrup. cum aqua frigida.

Eadem fere curatio doloris colici nati e flatibus. Nam non alia re differt, quàm quòd in primo genere, plus est materiæ, uentorum minus. Hic uero intestina plurimis flatibus conturbantur, & uel *c* nulla, uel exigua materia est.

Propterea minor grauitas, distentio maior, ut aliquando parte aliqua uenter in gibbum extuberet. Singulare remedium hic est. Cucurbitula ampla imbuta, ut prius dictum est, *d* medicamentis, quę flatus discutiant cum multa flamma medio umbilico affixa. Clysteribus primùm utendum est, *e* qui stercus emolliant. Qualis ex hy-

a *Vel potiùs scrup. s. uel gran. v.*

b *Ne longa mora intestinu labefactet opiu atque adeo stupor is loco necrosin inducat. Philonij descriptio alia est ī cap. de sputo sanguinis.*

c *Nulla nō potest esse colici doloris materia, quandoquidem flatus suas in humoribus habeat sedes constitutas.*

d *Vt generoso uino, maluatico, decocto foliorū et baccarū lauri. Vel allio poterit illiniri.*

e *Vt R. aquæ decoctionis summitatum anethi quartar. 3. olei communis vel violati quarta. 1. ex hydreleo. f. clyster.*

ex hydrelæo, melle & ſale modico. Sed melius fuerit in ea aqua, unde hydrelæum paratur, prius fuiſſe incocta, quæ flatus diſcutiũt. Sunt autem cuminum, ammi, amomum, ſeſeli, daucus, aniſum, fœniculus, petroſelinum, caruum, nigella, baccæ iuniperi, lauri, urticæ ſemen, ruta, calamenthum, pulegium, zinziber, caryophylli, calamus aromaticus, cinamomum, piger, galanga. Hæc aromata uino tenui incocta, uel cum uino percolata plurimum conueniunt. His autem colicis uina optima, quæque tenui ſunt ſubſtantia & odorifera, non ſolum ægris, ſed ſanis etiam conueniunt.

Abſtineant aqua, diluto uino, *a* fructibus humidis, & oleribus, quæ ratio vitæ imperatur & uiris & mulieribus frigidioribus, quibus plurimi flatus toto uentre colligi ſolẽt. Hic etiã ariſtolochia, caſtoreo, euphorbio, quæ fortiora ſunt, uti licet. Ex his omnibus & melicrata cõponi poſſunt, uina quoq; reddi efficaciora, condiuntur cibi. Olea unguendo fiunt ſacculi & fométa. Sed hic ut & in reliquis generibus colici doloris ratio habenda eſt mulierum grauidarum, ne quid iniiciamus aut etiã applicemus uel aliter imperemus, quod abortũ faciat. Quale eſt caſtoreum, euphorbium, amara omnia.

Videndum rurſus ne nimium aperientibus utamur. Sic enim fit, ut apertis orificiis uteri ſanguis effluat, & ſequatur aborſus.

Curatio colicæ bilioſæ.

Præterea neq; remolliendum, neque relaxandum nimis. Hinc enim diſſolutis uteri uinculis abortio fit.

Inedia *b* colicos iuuat à frigida, lædit *c* uero à calida. A materia acri uehementiſſime cruciantur, uomitus bilioſi, æruginoſi, motus *d* conuulſionis & animi *e* deliquia, ſudores *f* interim frigidi, & febris, quibus phlebotomia exiguo *g* detracto ſanguine conuenire poteſt. Multo magis, ſi febris adeſt aut inflammatio orta in inteſtino. Sed aliquando hic & in aliis generibus urina ita ſupp-

a *Tum enim uitanda nimia humoris abundãtia, & calor natiuus excitandus, qui effectus languet.*

b *Quod media cruditas tollatur cuius dolor colicus ſoboles exiſtit.*

c *Quoniam acrior fit bilis quæ procreata eſt. Vnde ſymptomatis augẽtur ægri: tu vero inedia perennẽ affert generationem in bilioſis naturis.*

d *Vi doloris, ex punctis mẽbranis.*

e *Syncope ſtomachicæ per cardiogmum.*

f *Rapto ſeroſo humore in venas.*

g *Ad prohibendam bilis generationem & extinguendam inediam.*

ſupprimitur, ut inde *a* periculum immineat. Qua in re malleolo uena *b* ſecanda eſt. Læduntur hi omnibus acribus & calidis, egētq; temperatis, deinde etiam frigidis.

Purgatio *c* conuenit non moleſta, nec aceruatim facta, ſed interuallis ex ʒ.s. pul. hierę picræ ℈ ii. ad ſummum ʒ.i. rhabarbari.

Caſſia, catholicon ad ʒ.x. *d* mãna ad unc. ii. eaq; diſſoluere oportet in aqua hordei, ptiſana uulgari, ſero lactis, decocto paſſularum, prunorum, ſebeſten, uiolarum.

Clyſteres *e* ex radice & foliis altheæ, maluæ, uiolaciæ, muſcillagine ſeminis lini, altheæ, pſilii, cydoniorũ, adiecto interim capite papaueris cum uitello oui, oleo uiolato, butyro recẽti, adipe anſeris, gallinæ, anatis, ſacchar o uiolato, aut melle uiolato.

Atq; interim ſuſpitio eſt exulcerationis, tũq; plãtago, roſæ, ſumac, & ſimilia decocto clyſterũ miſcẽda sũt.

Plurimum laudantur clyſteres ex liquidiore hordeato, aut lacte amygdalarum dulcium ad quartaria quinq; in quibus diſſolue butyri recẽtis ℥.iii. ſacchari uiolati ℥.i. qui clyſteres, quia leues ſunt, ſi diutius retinent, mel uiolatum loco ſacchari, aut etiã cõmune miſcẽdum erit.

Eadem *f* quoque alimenta ſint. Panis ex *g* auſtero uino, aquæ frigidæ potus, inũctio ex oleo uiolato, butyro recenti

a *A ſuppreſſio vrinæ et eius ad nobiles partes palyndrome.*

b *Ad amotionem cauſæ coniunctæ & materiæ, quæ in vitio eſt, vacuationem tum vero ad vrinæ catarropiu.*

c *Ad collectioni bilioſi humoris quã coli inteſtini diſtẽtio ſequitur diſtentionẽ dolor. Vt R. tamarind. ping. paſſu. mund. ana ℥ i. prun. damaſc. n. xij. fol. end. ſcariol. borag. flor. viol. recent ſummit. lupuli an. p. i. ſeminũ end. melon. aniſi fœnic. glycyr. roſ. an. ʒ. i. s. fi. decoct. in qua diſſolue ſyrup. violac. multarum expreſſionũ unc. i. fi. potio.*

d *Manna tuto exhiberi nequit, quod huiuſmodi colici fere ſint picrocholi & megaloplanchni.*

e *Vt R. radi altheæ unc. i. fol. uiolar. mal. alth. pariet. lactuc. ana M. s. ſeminis pſilij, cydoniorum, altheæ ana ʒ. ij ſurfur. macr. hord. integ. ana p. i. prun. x. fi. decoct. In colatura ad lib. i. diſſolue cathol. unc. i. uel ʒ. vi. mell. viola. ſacchar. rub. unc. i. s. olei uiol. unc. iij. uel olei uiolati & nenupharini unc. i. s. fi. clyſter.*

f *Primũ tẽperamẽto frigida: ut tuſcula ex decocto pullorũ, cũ lactuca portul. oxalyde: ptiſana ſeu hordeatum, prunorum damoſcenorũ uſus, uini abſtinẽtia, ſyru. uiolaceus. Per die comedat. Nã media talibus inimica*

g *Vt uentriculus confirmetur.*

recẽti, oleo chamæmelino atq; ẽt anethino. Sacculi & fomẽta ex proxime dicta materia, chamęmelo, anetho &c.

Balnea a quæ dulcis, Narcotica in hoc genere ferè necessaria. Verum Ambes corrigunt non castoreo, pipere & similibus, sed croco b stercore lupi. Quæ si medicamentis miscenda sunt, miscebuntur, ut prius, hieræ, rhabarbaro, catholico, cętera quoque & eadem ratione.

Sunt & alia genera colici doloris, ut ab apostemate, uermibus, intestini descensu, indurata fœce. De quibus alio loco.

a *Ex decocto uiol. agrimon. paretar. fol. vitis.*

b *Vel condito borag. cur. myrabolani.*

SCHOLIA.

Primum cum de dolore uentris æger conqueritur, an sit sublimis, necne, considerato Gal. Aph. 7. lib. 6. sublimẽ & non sublimem distinguit peritoneo, ita vt sublimis sit in membrana & musculis abdominis. Hic dolores leuiores sunt, & minus periculosi, facileq; ex proprietate doloris, & differentijs causa discernitur, addito partiũ consensu. Quare cũ mẽbrana & musculi uiliores sint partes, & facilius remediorũ uim sentiant, de salute & remediorũ inuentione minus dubitãdum. Sin intra peritonaũ, maius periculũ. Primoq; num ab utero, an renibus distinguito. Solẽt enim mulieres à partu, aut quo tẽpore fluxuri sunt menses, dolore colico simili torqueri. Sed vtero affecto, dolor magis est in ligamentis, ad inguina descẽdit, coxendicus videtur. Quibus adde partũ antecedentem. Si ob difficultatem mensiu fluctiũ, dolor magis circũ renes, quã in penitioribus partibus, qua parte uenæ & uasa spermatica ad uterũ tendunt. In his enim distentio est ob plenitudinem, vnde dolor, qui magis torquet cũ menstruũ tempus appetit. Si à renibus ibi dolor incipit, fixus est, diuturnus, in uesicam porrigitur, urinis aquosa, tenuis ĩ principio, uel turbida, aut suppressa, et similia. Sic de calculo, aut pituita in renibus suspitio est: de inflãmatione uero, si febris iuncta, & magna renũ caliditas sentitur. Alioqui in intestinis affectio est. Mordentur, distendũtur flatu, abscessum patiũtur, supra umbilicũ periculosius: infra, minus. Morsus ab ĩtemperie, inflãmatione, pituita vitrea, materia calida. In inflãmatione febris et calor. In intemperie cũ pituita uitrea, dolor fixus in vna parte, intestinum psorari uidetur. A materia calida, dolor acris

mordicans, post morbum biliosum, retentā bilem, vt in ictero calidis irritatur, signa bilis adsunt. A flatu, aut alterius pituitæ multitudine, dolor nō ita fixus in una parte. Iliacus magis fixus, magisq; in circuitu vmbilici. Colicus in lateribus potius iuxta fundum ventriculi, siue crassus aut viscosus humor sit, siue flatuosus spiritus interclusus, nec habens exitū. Symptomata sunt, nausea, vomitus pituitosi atque corrupti humoris multo grauiores, quàm per nephriticos affectus, ob recursum flatuū & materiæ sursum ab intestinis, qui aliquando biliosi sunt, tametsi materia pituitosa, excrementorum retentio, vt ne flatus quidē aut ructus extat. Sæpe vagus est dolor, modoq; hanc, modo illā partem grauius torquet. Circa vmbilicum aliquādo fiūt grauissima tormina, propter anfractus tenuis intestini sensus vegetioris, in quibus interclusus spiritus dolores facit circa lumbos propter cæcum & colū, quod illic sæpe angustius. Deinde quia illic uincula neruacea sunt, quibus colū & renes inter se alligantur, & renes lumbis. Hoc malū si diuturnum sit, & perseueret, nec remedijs cedat, ut fomentis, clysteribus sacculis, unguentis & similibus, cōfirmata est intemperies, & veluti hectica, quæ difficillime remoueri potest, vnde imminet periculum Hydropis sicci. Si à uacuatione critica, aut sola refrigeratione nondum confirmata, adhibitis remedijs facile sedatur. Si hæc non adsunt, non flatus, sed cācer, aut abscessus aliquis dolorificus metuendus, periculūq; imminet, ne marcor hominem è medio tollat. Quod obseruatū est ab authore in D. Zolin Medico, & Aduocato Gilot, cui colum, qua parte uicinum est reni sinistro, collecta ueluti cartilagine dura in scirrhū obduruerat interiore cauitate eo tumore intercepta, ut nihil trāscurreret. Itaque neq; clysteribus, neq; medicamentis iuuabatur, etiā fortibus. Parte dextra colum ad instar magnæ uesicæ dilatatū & extensum medicamentis datis & potionibus plenum. Superiecti, uiciniq; musculi abdominis, & peritoneum, saniosa. Post longa, & multorum annorū tormina, è quibus tamen non decumbebat, sexto à quo decubuit, die mortuus est sine febre, nisi quo die obijt, nimirum 5. Martij 1555. Magister Hieronymus Germanus interna inflammatione, & putrilagine, colico morbum similem passus est 4. die obijt extremis ante frigescentibus lāguescente

scente

scente pulsu, & sanguineis spectris ob oculos obuersantibus. Quod autem à veteribus scriptum est colicum dolorem transire in Paralysim, id rarum apud nos familiare quibusdam populis, vt Britonibus. Sacerdoti cuidam annorum 40. ex assiduo prope dolore colico Paralysis nata, dolorem soluit, sed mansit Paralysis annis aliquot. Vires ex pulsu non colligendæ, quia in dolore graui pulsus ferè paucus.

In uitrea pituita, uomitus, clysmata initio fortiora, pilulæ, unguenta, syrupi. A uiscido humore, & flatu eadem remedia conueniunt, sed imbecilliora, clyster emolliens, discutiens, relaxans. A bile aut influxu acris humoris purgatio ex hiera clysteres detergentes, fotus, aliquando balneum, pulueres à pastu. In Phlegmone metuenda cathartica, quæ humores trahunt ad partem affectam. In flatu cucurbitula repente dolorem aliquando tollit. Rhabar. myrab. ob astrictionem: senna, cassia, pruna, manna, dulcia, ob flatus minus conueniunt, balneum quoque, quibus ad conuulsionem Paralysim, arthritidem natura propensior. A nimium uiolentis, inflammationis periculum imminet. Senibus, pueris, mulieribus grauidis, imbecillo calore & uiribus, narcotica non exhibenda. In crassis & uiscidis humoribus, inimicissima: in acribus & calidis, apta: in crassis spiritibus conceduntur. Phlebotomia si febris, & sine hac, ubi acutissimus dolor & omnia consentiunt, sed angusto foramine, pauca uacuatione. Veronica, alauda cristata, cortex mali granati, capita uer[illegible], furfures frixi, cingula è corio lupi, allia distillata, tunica interior uentriculi erinacei, membrana inuoluta in capite pueri, anguillæ sanguis, ossa & stercus lupi, castoreum, auicula (uulgo Mesange) lenticula plena decoctione conuenienti, coralli incisi, cornu cerui, umbilicus incisus, cortex mali aurei Physica quadam ratione mirum in modum persunt. si suo modo et tempore præparentur.

De alui fluxionibus. Cap. XLI.

FLuxiones alui partim uitio *a* uentriculi & intestinorum, partim uitio materiæ excitari solent. Ea uero materia uel in uentre est concepta, uel aliunde *b* trãslata, ut à cerebro ĩfluxu *c* cerebrali. Eiusmodi fluxus solet

a *Intemperie, uitiata conformatione, solutione continui.*

b *Critice, uel symptomatice.*

c *Per Aph. 30. lib. 7.*

euenire otiosis, intemperatis, iis qui somno nimiùm indulgent, quique a humidiore sunt cerebro, modo iuncta frigiditate, aliquãdo etiã caliditate. Humida aeris cõstitutione, austrina, & maximè cum sequuntur Aquilones, qui per austros & cœlum pluuium collectam materiam exprimunt in uentrem. Commouetur fluxio expergefactis, & periodica est. Ex ratione materiæ curatio instituenda est. Nam aliquando pituita dulcis est, aut expers qualitatis: aliquando salsa, acris & mordax, quæ distinguenda sunt, & curanda ex iis, quæ cap. de Catarrho descripta sunt. Nam sistendus est catarrhus, roborãdum caput & uentriculus. Roborabitur uentriculus ea ratione, quę præscripta est cap. de debilitate stomachi. Influit aliquando ab hepate, liene, atque etiam uniuerso corpore, de quibus postea.

a Suppressa quoque cerebri vacuatione solita per nares.

Quæ uerò lienteria appellatur, multas causas habet, Infirmitatem cõtentricis non solùm uentriculi, sed etiã primorum intestinorum, è quibus fit alimenti distributio. Infirmitas ex intemperie nascitur: intemperies alias simplex & sine materia. Aliquando uerò cum materia. Quæ ut plurimùm accidit, salsa b pituita est.

Fit lienteria & ab acri c humore, aut re alia eiusmodi uim expultricem irritante, ut abiiciat cibum, priusquam confectus sit.

Res autem eiusmodi ulcera sunt saniosa, quæ ab alimento uellicantur, quibus aliquando occasio est pharmaci portiuncula retenta in rugis & asperitate uentriculi. Quod ab agarico, colocinthide, metallicis, & rebus quibusdam uenenatis, uel nõ satis comminutis, uel maligna qualitate inferri solet. Duo hæc genera causarum Gal. annotauit 12. Aphor. lib. 4. 23. lib. 3. & aliis quoq; locis. Magna pars Græcorum, quique Arabes sequuntur, uentriculum putant uiscida interim pituita illini, atque ita lubricari, ut inde districta asperitate & rugis uentriculi læuor quidam sit & uia lubrica, unde celeriter cibus defluat, nec possit contineri, ex qua ratione Lienteriæ nomen factum est, quod non ita approbat Galenus comm. in Aph. 1. lib. 6.

b Vel etiã acida, eaq; lienteria comitẽ habet oxyregmiã.

c Facit acrior ille humor quasdã veluti aphtas, vnde expultrix facultas irritatur. Quo modo in uesica, strãguria, in ano, tenesmus excitatur.

Est &

Eſt & alia Lienteriæ cauſa. Poſt dyſenterias & ulcera inteſtinorum, cicatrices fiunt, quæ ſi obducantur oſculis uaſorum, per quę à tenui inteſtino ad portas hepatis inuehitur chylus, defluit alimẽtum aliqua quidem ex parte, ſed non omnino confectum.

a Antecedens et coniuncta, pituita acida, quæ reſoluitur facultas retentrix: aut ſerum acre et pituita ſalſa, quæ aluum facit aphtoſam.

Eſt autem in genere Lienteria coctionis priuatio, cũ celeriter alimenta excernuntur, neque conſiſtentia, neque colore, neque odore, neque alia qualitate immutata: ſed ſubalbida, maximè aquoſa & liquida, nulla commixta bile, aut ſanguine.

Alimenti nomine non ſolùm cibus, ſed & potus audiendum eſt. In ea, quæ ab acri humore, doloris ſenſus eſt: qui ſi perſeuerat, Dyſẽteria fit. In imbecillitate nullus doloris ſenſus, & melius eunte morbo, acidi ructus commouentur.

Curatio Lienteriæ.

Curatio tota in duobus eſt. Materia *a* uitioſa primùm eſt uacuanda. Deinde roborandus uentriculus. Itaque ſi materia acris eſt, infarcta tunicis uentriculi & inteſtini, purgatione ex hiera, rhab. utendum eſt. Diſſoluantur itaq; *b* dr.ii. aut dr.iii. hieræ aut drac.i. eius pulueris in ſero caprino, decocto cicerũ rub. uel abſynthii, & quia puluis amarior eſt, adiicietur purgationi ex eo puluere unc.i. oxyſacchare ſimplicis; aut drac.vi. ſyrupi de abſynthio: rhabarbari dr.i. aut ℈.4. infuſi in aqua abſynthii, aut liquoribus ſupradictis. Veteres diſſoluunt in mulſa, cui & uis eſt detergendi, & leniendæ amaritudinis pharmacorum.

b Vt R. radic. cichorij unc.1. abſynth. ĩ fine decoctionis poſiti p.1. f. decoct. in qua ĩfunde rhei electi dr. ij. In expreſſione diſſolue ſyrup. de abſynth. dr. vi. aut de mentha tantundẽ; f. potio.

In craſſiore bile & contumaciùs hærente ueteres addebant ſcrup. ſcamoneæ. *c* Nunc uero ſatis fuerit, ſi Gr. iiii. dacridii miſceantur.

c Nũquam tamen adduci debes ut ad lienteriam ſiamo niũ præſcribendũ putes.

d Vacuata cacochimia adſtringentibus utendum, ſed modicè, multo etiam minùs, ſi qua febris ſuſpitio eſt.

Probatum remedium antiquis ex tribus partibus ſucci granatorum acidorum, & una ſucci menthæ ſimul coctis: deinde adiecto melle, ut fieret eclegma. Noſtro

d Nã *adſtringentibus uenæ obſtruuntur et humores tenaciùs adhæreſcut.*

a *Vt R. oxysaccharæ simplicis unc. i. syrup de metha unc. s. utatur ex cochleari, si febris absit.*

b *Gal. lib. 8. method. et 9. de cõp. med. local.*

c *Vt fotus linimenta, bapsi, emplastra.*

stro more uteremur unc.i. oxysaccharæ simpl.dr.iii.syrup.de mentha,ut per interualla ii.aut iii. cochlearibus uteretur,aut ut esset liquidius medicamentum,unc.i.iulep ros.admisceretur.

Laudatum & aliud remedium è cydoniis & malis granatis,ut esset utriusq; æqualis modus, tum coquerentur ad putrilaginem, atque expresso succo tantum mellis misceretur,quantum satis esset ad eclegma. Nostro more licebit uti syrup.de cidoniis,& oxysacchara simplici, *a* utroque ad drac. vi.cum unc.iulep.ros. exterius cataplasmata,quę in debilitate stomachi à calore dicta sunt. His remediis celeriter curari dixi *b* Gal.

In pituita eadem genere cõueniunt, quæ si crassa est, oxymelite & similibus primùm incidenda:tum ex hiera repurganda. Si uerò tantùm conspersa tunicis uẽtriculi, solis siccantibus & calfacientibus opus est,ut confectionibus è succo cydoniorum cum aromatibus, quas prius ex Gręcis & Arabibus descripsimus,uino forti antiquo, stiptico,sed modica quantitate. Modus enim potus est, ne fluitet in uentriculo. Quòd si consuetudo est,diluatur uinum aqua ferrata,in qua uel cinamomum, uel mastiche,aut utrunque coxerit.

Mastichis Gr. ii. uel. iii. per interualla deuorantur, chebuli conditi,zinziber conditum, & alia in debilitate stomachi à frigore enumerata. Similiter & quæ exterius *c* applicantur.

Laudatur uomitus à cœna; & quia cibos non continent.fixa ingenti cucurbitula eo modo,quo cap. pe cho de lera diximus, ut contineatur cibus, procurandum est. Quòd si nihil iis remediis proficimus, dropace atque sinapismo utendum est.

SCHOLIA.

Lienteria, Cœliaca affectio, Diarrhæa, Dysenteria, immoderatas alui fluxiones significant, sed ut nominibus, ita natura & causis distinctas. λεῖον *Græcis læue significat, seu continuum, & nulla ex parte diuulsum, sed sibi undique cohærens, æquabili superficie. Vnde lienteria, quasi liotis ton enteron, læuitas intestinorum. esti de tachia diexodos*

diexodos ton prospheromenon sition ametableton ecchrinomenon cum cibus & potus, qualia sumpta sunt, celeriter & ante coctionem vllam, aut exiguam, elabuntur è uentriculo & intestinis. Huic igitur duo propria sunt, quibus facilè discernitur ab alijs. Nempe alimenta celeriter postquam sumpta sunt, per aluum reddi, & mutationem fere nullam coctione adepta esse. Id necesse est fieri, uel ob imbecillitatem retentricis ab intemperie, uel irritationem excreticis. Intemperies siue sit in uentriculo, siue in intestinis, quæ anadosi inseruiunt, siue in utrisq;, aliquando hectica est & in habitu. quæ scilicet in ipso corporum habitu firmata est, sic ut calore suppresso coctionem prohibeat, & cibum diluat humiditate: aliquando propter acidam pituitam diutius inhærentem, uel, ut vult Oribasius, frigidam, crassam & lentam, quæ replet rugosas & sinuosas partes, vnde inducta læuitate cibus effluit. Nonnunquam quoque à medicamento lubricante, aut alimentis pinguibus. Irritatur autem facultas expultrix multitudine materiæ & acrimonia. Multitudine quidem, ut alimentorum multorum, aut propter venarum mesaraicarum obstructionem non distributorum, aut humiditate aliunde confluente dilutorum. Acrimonia verò humoris tenuis, aut alimenti corrupti, aut exulceratione aliqua. Partes enim exulceratæ ex permeante cibo dolorem percipientes, eum à se propellunt.

Sequitur sæpe alios fluxus, Diarrhœam, Dysenteriam, aut longum morbum, tuncque ferè lethalis est. Quòd si excrementa nō egerantur cruda, & imputrefacta, sed semicocta, fœtida, neque statim post cibi assumptionem, Cœliaca affectio dicitur, fitq; ab iisdem causis, sed præcipuè à cibi corruptione ac cacochymia, & intemperie vētriculi siue frigida, siue calida. Vnde Paulus scripsit Cœliacā confundi, cū Lienteria, quæ fit ab imbecillitate ventriculi. Meritò ergò Gal. reprehēdit ueteres, qui in his affectib. cibos effluere ob læuitatē intestinorū existimarent. Et si.n. hæc quoq; cā est, non tamē præcipua, & propria. sed imbecillitas potius, ob quā vētriculus & intestina grauata à cibis assūptis, ipsos cōfestim excernut. In medicina faciēda, tria imprimis cognito morbo spectāda sūt, An sit obstructio in uenis mesaraicis, an humor acris aut pituitosus, & an

et an à capite fluat. Obstructionem indicabunt præter cætera grauitas in hypochōdrijs, excrementa chylosa, urinæ tenues. In acrimonia & exulceratione seu abrasa superficie partium, eiusdem morsus inerit sensus. In imbecillitate, deiectio nullum dolorem efficit. Humorem autem è capite defluere Hippocrates colligi uult ex spumosis excrementis. Quibus (inquit Aph. 30. lib. 7.) in alui profluuiis excrementa spumosa sunt, ijs ex capite pituita defluit. Sed hoc non est necessarium, ut Galenus monet. Nam cum causæ continentes spumæ sint spiritus humori mixtus et motus inæqualitas, unde frangitur humor in multas partes, siue ob multitudinē caloris, ut in ijs quæ elixantur, siue agitationem, ut in mari, potest à uenis proximis, aut uentriculo, aucto feruore, aut agitatione humor cum spiritu mixtus excrementa reddere spumosa. Et in dysenterijs materia commota, & calore æstuante agitata uidemus spumosas deiectiones fieri. Alia igitur signa adijcienda sūt ex his, quæ circa caput apparent, ut grauitas, multitudo sputi, quòd manè & noctu vehementius fluat, ægri somnolenti sint, pituita defluente ad ventriculū molestiam quandam sentiāt, & similia. Solent autem, quasi periodis quibusdam, à somno nocturno spumosa excrementa deijcere, quibus facilè cerebrum repletur, & ventriculus humidior est. Est. n. vt Hipp. scribit 4. de morb. cerebrum pituitæ veluti fons quidā. Quòd velut cucurbitula incumbens corpori, ex vniuerso corpore attrahat, ex quo fluxiones fiunt. Acidi ructus in principio demonstrant pituitam in ventriculo, aut frigidam intemperiem, nec dum prostratas esse uires, sed aliquo tempore cibos retineri, et ueluti initium quoddam coctionis fieri. Sed aucta passione cessant, quod malum est. Bonum uerò, cum post longum tempus superueniunt, ob eandem causam. Hæc igitur propria natura est, & essentia Lienteriæ & Cœliacæ fluxionis. A quibus Diarrhæa distinguitur, quia non alimenta, sed humores praui, multa liquida excrementa pituita, vel bilis altera, syncera vel mixta, vacuantur, siue ex toto corpore, siue ex aliqua parte.

Natura enim sese exonerante, si orificium supremæq; partes valentiores sint, pylorus autem languidior, excrementa deorsum abijciuntur. Sin contra, sursum repunt, & pro diar-

diarrhœa vomitiones excitant. Modus autem propulsionis eodem modo fit, quo in superiore, irritata excretrice, aut retentrice imbecilla. Symptoma est multorum morborum. Fit enim sæpe in declinatione alicuius morbi acuti, uel post morbos diuturnos, cũ varij et diuersi humores purgantur, vel à cute astricta, à medicamentis constringentibus, aere, si post medicamentum purgans æger aeri se exponat, uel medicamentũ sit violẽtius, aut si singulis annis bis aut ter ita soleat expurgari. Ab intemperie certe frigidiore ventriculi multitudinem cibi non coquente, lienteriam creari potius quàm diarrhæm, consentaneum est. De dysenteria dicetur sequenti capite. Fiunt & multæ aliæ fluxiones, uitio alicuius visceris, vt inflãmatione hepatis, tumore lienis, & similibus, quæ ad alia capita referri debent. Author annotauit se fluxum quendam diuturnum in multis obseruasse, in quo uaria, opima, nigra, cærulea, viridia, satis corpulenta excernebãtur. Ex quo alios euasisse, vt Aduocatum (De la Vergine) Anglum Pædagogũ, &c. Alios interijsse, vt ducem celebrem peditatus in exercitu, fabrum argentarium, & similes. Omnibus ferè vitium in visceribus, & vlcus in postremo intestino. Quidam in vico Templi post sextum annum, quo eo morbo laborauerat, interijt obsesso hepate multis uomicis, syderata parte mesenterij. His, qui conualuerunt, interuallis idem morbus redijt, uel dysenterica excrementa. Anno 1558. Autumno dysenteriæ salutares ijsdem excrementis. In fine purulenta egerebant, de quibus sequente capite. In omnibus certe Aphorismus Hipp. notandus, Si qualia purgari, &c. Et cum duobus modis uacuatio moueatur in nobis: Primum beneficio naturæ, ut in acutis morbis, diebus criticis: in longis autem & hominibus sanis, statis temporibus & periodis: deinde à qualitate quadam morbosa, & vi morbi, inordinate & sine periodis: Medicus his fluxionibus obsistere debet: illas sequi, & tardiores iuuare, materiamq; naturæ comparare, & comparatam, si natura cessit, uacuare: Si uacuatione nimia offendatur, compescere, ut & si sit periculum uel ex transitu humoris, uel læsione alicuius partis, ut in Phthisicis, Pulmonum inflammatione & costarum, longa difficultate intestinorum ex scirrho lienis, & similibus.

In

In diarrhæa, leniora initio, ne quid in gracilioribus intestinis retineatur, lac, topica, sacculi, vnguenta, fotus, cataplasmata, purgatio, clysteres, opiatæ, cucurbitula, fumigia, pulueres. In lienteria, purgantia, confectiones emplastra, unguenta, pilulæ, inunctiones, in aluo iusto humidiore, parcior potus, isque ad uesicam diuertendus. Vbi aluus siccior, largior potus, isque ab anadosi prohibendus. Vinum tenue & calidum, medicamenta, diuretica, motus criticus, multas vrinas faciunt, unde parua deiectio, quia materiæ pars, quæ per aluum flueret, ad urinas diuertitur. Sicuti multa eunte deiectione urina pauca, aquosa, humore ad intestina conuerso. Sudor & deiectionem & urinam.

De Dysenteria *Cap. XL.*

HYeme *a* aquilonia, Vere *b* australi & pluuioso, calida Aestate, Aestatis fine & autumno Dysenteriæ fiunt. Otiosis, intemperatis, & quibusdam *c* naturis peculiariter, ut lentiginosis.

Nam antecedentibus anni partibus pituita crassa & uiscida in intestinis colligitur. Quòd si bilis non pro ratione è cysti fellis in intestinum defluit, nec eam pituitam pro consuetudine deterget, multò copiosior pituita in intestino, & bilis toto corpore aceruatur, acceditque cruditas. Hæc omnia æstiuo calore putrescunt. Primumque illa pituita acris euadit: intestinum uellicat: fit deiiciendi *d* appetentia, inanis aliquando, at interim pauca, uel cum maximo conatu mucosa, & similia albuminibus ouorum egeruntur.

Fit etiam aliquando, ut acrimonia eius humoris claustulæ uenarum intestini reserentur, & ita aliquid sanguinis una cum mucosis illis excrementis *e* deiicitur. Hoc malum non Dysenteriam, sed tenesmum appellari uolunt. Tum Dysenteria est, cum bilis illa putris magno impetu in intestinum confluit, & grauius exulcerat. Radit primum *f* pinguia, quę intestino adnata sunt. Deinde ramenta: postremò etiam sanies effluit. Excreméta illa ferè spumosa sunt. Quia in Dysenteria & febris & inflammatio est. Itaq; motu & calore spuma excitatur.

Omnis

a Qua tempestate humor qui in peculiari cuiusq; natura redundare consueuit, exitum non habet.

b Quæ tēpestas pituitæ salsæ ē procreatrix, et procreatæ corruptrix.

c Vt uires et & mulieribus præhumidis, qbus nō ē pspirabile corpus.

d Cū pituita uiscida ad sphyncterem adhæret, et rectū intestinum exulcerat.

e A tenuibus quidē, sāguis fæci ei ex parte pmistus: à crassis, nullo modo, aut inæqualiter

f Vnde deiectiones opime, paucæ & albæ.

Omnis *a* Dysenteria exulceratio est intestini, aliquando totius quidem: aliquãdo huius uel illius, quod ad curationem distingui oportet, ex ea.43.lib.9. Aetii.

Curatio est in Phlebotomia, purgatione, Clysteribus, *b* Potionibus, & externis remediis.

Corpore bene carnoso, graui febre atque inflammatione, suppressa aliqua solenni *c* uacuatione, sanguine multo *d* cum excrementis abeunte, consentiente ætate & uiribus, uena secari potest, etiàmsi Gal. in comment. ad Glauco.& lib.4. de ratione uictus in acutis repugna re *e* uideatur. Verùm quia assidua egestione, perpetua *f* uigilia, febre atq; inflammatione uires maximè laborant, temperandum uacuandi consiliũ est. Itaq; alii humeralem, alii uenas extremæ manus aperiri uolũt, quia hinc minus uirium cum sanguine effunditur. Potest & basilica aperiri, sed angusto foramine & paulatim reuul sa atque etiam uacuata materia. In suppressis purgationibus inferioribus *g* uenas maleoli aperiri iubét. Quod si fit, eo magis temperanda uacuatio, quòd hinc ductus sanguis *h* plus uirium, quàm è manu exhaurit.

Eadẽ quoque cõtrouersia de Purgatione. Sed iam indubitatum est, ubi & morbi magnitudo & *i* cætera non repugnant. Nullum autẽ præstantius phamacum *k* rhabarbaro, à quo purgatio non solùm semel conuenit, sed si res exigit & uires permittũt, sæpius *l* repetenda est.

In purgatione consilium esse debet, ut obstructiones liberentur, & uia facta redundans materia uacuetur.

Nec *m* de adstrictione initio cogitandum est. Itaque scrup. iiii. plus aut minus rhabarbari imperentur. In- fun-

a *Propriè dicta, cum ulcus serpit per omnes intestini anfractus.*

b *Lenientibus, detergẽtibus, adstringentibus & cicatricem inducentibus.*

c *Vt hæmorrhoidũ aut menstruorũ*

d *Vnde infirmitatis & syncopes metus adfertur.*

e *Imò nõ repugnat Gal. dũ uenæ sectionẽ in diarrhœa prohibet nõ itẽ in dysẽteria*

f *Ob frequẽtẽ deyciendi cupiditatẽ & anathymiaseos somniferæ inopiã.*

g *Vt fiat humor catarropos, qui erat, anarropos, uiamq; ad loca commoda affectet.*

h *Tu quòd partes superiores plus habeant sanguinis quàm inferiores.*

i *Vt neque uires, neque ætas, neque anni conditio.*

k *Aequè enim naturæ studet & pugnat cum morbo.*

l *Ob perennem humoris morbifici generationem.*

m *Metu inflammationis febris & translationis symptomaticæ humoris morbifici ad nobiles partes, unde pleuritis, peripneumonia, epilepsia.*

fundãtur in aqua endiuiæ, aut ſimili, quæ uim habeat li berandæ obſtructionis. Aliquãdo drac. vi. ſyrup. roſ. de ſiccis non tam adſtringendo, quàm roborando commiſcentur. Nonnunquam aromata, cornu cerui, unicornis admiſcenda putant. Multò magis, ubi popularis Dyſenteria eſt, & ſuſpitio uirulẽtæ materiæ. Cornu ceruinum crematum prius, deinde elotum Dyſenterias ſcribit ſanare Galenus. Nec alia uis eſt unicornis, niſi quòd arbitrantur ualere contra uenena omnia. Itaque *a* potioni ẽ rhabarbaro Gr. iiii. unicornis, aut plura, aut cornu cerui ad ſcrup. i. miſceri poſsunt. Practici plurimum utũtur myrobalanis. Dioſcorides manifeſta quidem ratione agarici drac. i. imperat, ubi mucoſa & pituitoſa deiiciuntur. Neque à ratione alienum, ubi non ita uitioſa ſunt excrementa, & obſtructiones multæ ſunt, deſcenduntque muculenta, expreſſioni drac. i. rhabarbari infuſi in aqua endiuiæ aut cichorii adiicere expreſſionẽ agarici trociſcati pondere ſcrup. i. infuſi in melle roſato colato. Practici loco agarici expreſſione drac. ii. aut iii. carthami in ſero lactis infuſi aut melle roſato utendum putant. Nonnunquam polypodio. Sed præ cęteris rhabarbari uſus probandus eſt. Procedente morbo infuſioni drac. i. rhabarbari ſcru. eiuſdem in puluerem redacti admiſcere licet. Poſtremò etiam *b* torrefaciũt, cum iam adſtringendi conſilium naſcitur.

Quod ad Clyſteres & ad cætera remedia attinet, uidendum ne initio adſtringentibus utamur. Adſtringentia febrem augent & inflammationem, uitioſam materiam prohibent ne effluat, eaque prohibita regurgitat in partes ſuperiores.

Hinc grauior febris inceditur, Epilepſiæ fiunt & conuulſiones, aliaque eiuſmodi mala enaſcuntur. Adde quòd adſtringentia inteſtinorum ulcera exaſperant.

Sed adſtringentium tempeſtiuus uſus eſt iam uacuata in

a Initio hæc poterit præſcribi potio, cùm uacuãdi cõſiliũ aderit. R. rhei elect. dra. ij. macerẽtur ĩ liquore ſtillatitio endiuiæ & cichorij. f. leuis expreſſio. cui miſce unc. i. ſyrup. uiol. f. potio.

b Præſtabit dilutum exhibere cũ forti expreſſione. Sic. n. ptes quaſq; ſubibit rhabarbarũ, cũ alioqui torrefactũ primas tãtum uenas perimet. Adde quòd rheũ torrefactũ acrimoniã acquirat, propterea q; ĩteſtinis inimicũ. Itaq; dũ adſtringendũ erit, ſic imperabis. R. rhei electi in tenuiſſ. pulue. redacti dr. ij. macer. in liquore cõuenienti f. fortis expreſſio: adde ſyrup. roſ. de ſiccis unc. i. f. potio.

ta in totũ uel magna ex parte uitiosa materia, quoque tempore iam excernitur, cum uitioso frugi succus, & inde uirium casus metuitur.

In adstringentibus, quæ leniùs id præstant, meliora sunt, deinde ad fortiora progredi licet. Videndumque est, vt adstringentibus partim lenientia misceamus, partim etiamsi per os sumuntur, ea, *a* quæ urinas ducant, Sic enim fit, ut nullo periculo materia prohibita ad urinas diuertat, nec refluat in partes nobiles & superiores. Quo tempore con rmandum hepar est, ne tam facilè humores e corpore reliquo recipiat. Quod efficiunt cerati santalini unc. iiii. malaxatæ cũ oleo rosaceo, extẽsæ in aluta, ut fiat scutum ad modum crescentis pro hepate. Cętera quoque, quæ è capite de debilitate hepatis à calida causa dicta sunt. *b* Eadẽ rõ stomachi & uentriculi habẽda est ex iis, quæ propriis capitibus descripta sunt.

Clysteres primum leniant: deinde detergeant & abluant: postea etiam carnẽ regenerent, & consolident. In quibus si oleum dissoluatur, dulce *c* sit, non salsum: aut si salsum est, priùs abluatur, ut salsuginem deponat & omnem alienam qualitatem.

Clysteribus leniẽtibus optimum est admisceri quod intestinum roboret. In detergentibus & reliquiis intestinorum sensus & nuditas priùs cognoscenda est. Alia enim intestina uegetiore sensu sunt, nec ita inducta pituita, non ita carnosa, quibus clementiores clysteres conueniunt.

Clysteres lenientes.

℞. *d* ros. M. j. Fiat decoctio in lacte recèns mulcto ad lib. j. s. Colatura fundatur tepida, diu retineatur. Dolorem mitigabis, tẽperabis ardorem, ulcera ablues & detergebis, illines intestinum, solidabis, roborabis, uim acrium humorum obtũdes. Galenus, Oribasius, Aetius solo lacte recens mulcto usi sunt. Aliud.

R. ol.

℞. i. seminis alth. psil & cydon. drac. ij. rad. altheæ vnc. i. f. decoctio. in qua dissolue (si potior sit ratio materiæ, quã vlceris) vel buty. recẽ. vel ol. amyg. dul. ℥. ij. mel. ros. et sacch. rub. vnc. i. s. vitell. ouor. ij. f. clyst. Qđ si roboradi consiliũ est, adde muscill. tragacãt. extractæ in aqua plãtag. ℥. s. aut ʒ. vi.

a Vide hist. 2. vniuersa. lib. 1. Ton Epidem. vbi de stranguriosis agit Hipp. deriuatione ab aluo ad renes facta.

b Nam initio potior esse debet materiæ cura, quàm ulceris ĩchoati.

c Vt ole. cõmune uiol. amyg dulc.

d Vel rosarũ. p. ij. violar. M. i. *vel lenientẽ clystere sic præscribes. R. uiolariæ, alth. lactuc. pariet. summitatum anethi ana M. i. pran. 14. furfur. macri hord. ĩteg. ros. an.*

a *Hæc ad materiã, nõ ad ulcus, præscribuntur.*

R. *a* ol.rof.ad lib.i. leuiter calidũ pluribus horis retentum dolorem & inflammationem mitigabit. Poteris addere femiſſi libræ olei roſarum, decoctionem maluæ & fœnugræci, feminis lini, altheæ & cydoniorum, aut horum muſcillagines pari menſura commiſcere.

Alii libr i.olei amygdalarum dulcium,muſcillaginis ſem.cydoniorum extractæ in lacte unc.iiii.adiiciunt.

Conuenit amygdalogala, uel orizogala, hordeatum auenatum liquidiora ad libr.i.infuſa cum butyri recentis unc.iii.aut pari pondere adipis, anatis,anſeris, gallinę,pinguedinis hirci,capraũ. His enim tutius utemur. ſi qua olei qualitas ſuſpecta eſt. Amygdalogala & orizogala leniunt magis, & contemperant. Hordeatum etiam refrigerat. Auenatum ſiccat. Conuenitque magis in tenuibus fluxionibus.

Rhazes lib. 9. ad Almã. cap. de dysenter.

Rhazes non habere parem ſcribit in dolore ab acrimonia,olei roſati libr.i.s.muſcillaginis ſem. pſilii.unc. iiii. Laudatur & hic clyſter.

b *Ab humoris acrimonia, flatu, aut affectione quadam inteſtini cãcerosa.*

c *Quib. pugnatur cũ vlcere & acrimonia materiæ.*

d *Aut etiã lac aſininũ quod multum habet ſeri, in quo uis eſt detergendi.*

R.ſem.lini,altheæ, pſilii, conquaſſatorum ana unc.s. ſem.cydoniorum,orizæ & tritici in tegula toſtorum an. P.i.fiat decoctio in lacte ad libr.i.s. In colatura fortiter expreſſa diſſolue ſæui hirci,aut pinguedinis raſæ ex abdomine arietis unc.ii. butyri recẽtis unc.i ſacchari uiolati unc.i.s.ouorum uitella ii. Vitella miſcemus lenien do,& ut diutius inhęreat inteſtino, quod infuſum eſt. Similiter & ſepum,& quicquid pingue eſt,ſaccharum & mel detergendo.Vtimur albiſſimo ſaccharo, ut leuiſſimo: groſſo uerò appellato, ut magis detergente. Hoc etiam magis melle roſato & communi. Celſus hoc clyſtere dolorem mitigat,appetentiam excitat.

R.decocti foliorum roſarum quartaria v. uitella ouorum ii.In Dyſenteria fere *b* tormina ſunt & flatus.Qua in re ſummitatum anethi & chamæmeli, florum anthos & meliloti aliquid miſcendum eſt.Contrà uerò ſanguinis excretiones taxo barbato,plantagine,burſa paſtoris centinodia,frangaria utimur.

Clyſteres c detergentes.

Aqua hordei,ſerum *d* lactis cum melle, aut ſaccharo roſ.

ro rof. Similiter hydromel, decoctum cicerum rub. parietariæ, furfurum, uinum rubrum, decoctum betæ *a* cétaureæ, radicis cucumeris agreſtis, ficuum pinguium, abſynthii, lupinorum. Horum unius quartaria quinque aut libra. In quibus diſſolue mell. roſati, ſacchari. rub. ana unc. i. s. Aliquando ſemuncia terebinthinæ *b* liquidæ cum ʒ. ii. ſalis *c* communis. Aut ut detergeas & lenias, detergentia coquuntur in lacte.

a Minoris, ſi inflãmatio nulla ſit

b In aqua plãtag. aut roſarum lotæ.

c Ad pituitam contumacem.

Fuerit quoque utile roſas, plantaginem & ſimilia adſtringentia admiſcere, ut robores. Vt materia cõtumax eſt, quæ inhæret inteſtino, plus minuſve detergebis.

Fortiores ſunt Clyſteres ex urina, lixiuio, muria, ſal ſugine, aqua ſalſarum oliuarum. Fortioribus uteris, ubi leuioribus nihil effectum eſt. Detergẽtibus dolor interim exaſperatur. Itaque reddito clyſtere detergẽte, lac recens mulctum iniicies, aut clyſterem qui leniat.

In carnoſis inteſtinis regeneranda caro: in membranoſis conſolidandum eſt. Carnem regenerabis clyſtere, qui primum abluat, deinde impleat carne. Ablues e ſero lactis & ſaccharo, ex uino calido, auſteriuſculo, mulſa & ſimilibus.

Deinde commiſcebis ʒ. ii. pulu. *d* gentianæ, thuris, enulæ tetrapharmaci unc. i. uel eo plus, aut liquori cõmiſcebis mellis, terebinthinæ & butyri ana ʒ. vi. Optimumq́ue fuerit hos clyſteres *e* diutius retineri, craſſiores fieri additis ouorum uitellis.

d Sũt hi pulueres ſarcotici.

e Ad leniẽdum, confirmandum & detergendũ

Conſolidant & cicatricem ducunt decoctiones adſtringentium, in quibus terræ ſigillatæ, boli armen. ſanguinis draconis, thuris aut ſimilium ʒ. ii. uel eo plus miſceantur.

Sunt autem adſtringentia alia calida, alia frigida. Calida, nardi ſpica, abſynthium, cinamomũ, caryophyllum, calamus aromaticus, lignũ aloes, gallia, thus, maſtiche, manna, aloe, myrrha, uiſcum, iris, gentiana, ariſtolochia, enula, ſtyrax *f* propolis, ſaluia, artemiſia, thymũ origanum, roſmarinus, pęonia, aniſum, ammi, cominũ, naſturtium, coagulum hædi & leporis, caſeus inueteratus in aqua coctus, ſiccatus & in puluerem redactus.

f Hæc tamẽ ex Galeno uim habet attrahendi.

Frigida, hyoſcyamus, portulaca, lenticula paluſtris, pſilium, ſemperuiuum, cichorium, polygonum, lactuca vmbilicus ueneris, oxalis, uiolaria, cucurbita, atriplex, ſolanum. Sed hæc non ita adſtringunt *a* quia humidiora ſunt: quæ ſequuntur magis.

a *Omnia.n. quæ adſtringunt, craſsiora ſunt.*

Vitis capreoli, arnogloſſum, rubus, mirthus, balauſtia malicorium, roſa ſicca, corna, ſorba, pruna ſyluestria & pira, meſpila, galla, thus, berberis, acacia, hypocyſtis, terra ſigillata, hematites, bolus armena, ſang. draconis, ſalix, coriandrum in aceto maceratum, catabe, camphora, corallus, margaritæ, cornu cerui, ſantali, ſpongia ex aceto expreſſa, imbuta pice, deinde cremata. Interior tunica uentriculi gallinarum, erinaceorum, papauer, hyoſcyamus, opium.

Aliud eſt genus clyſterum in putridis ac ſerpentibus ulceribus inteſtinorum, in quibus cauſtica diſſoluūtur. Fiunt paſtilli cauſtici ex arrhenico, calce uiua, auripigmento rubro, mixta acacia, & iis quæ adſtringunt. Coguntur ex ſucco plantaginis, ex uino cocto, fiuntq; pondere ʒ i. ii. aut iii. Diſſoluuntur autem in lib. i. uini diluti, in lacte & aliis decoctis lenientibus.

b *Vt R. paſtillorum deſcriptorum drac. ij. opij. gran. i. Diſſoluitur in lib. i. lact. f. enema.*

Sunt *b* qui addant ſingulis ʒ. eorum paſtillorum ſingula Grana opii, antequam infundantur. Buccella panis ex aqua frigida, lacte aut diluto uino exhibenda eſt.

c *Quod per ſympathia inteſtini labefactetur.*

d *Vt maſtichino, menthæ cydoniorum, abſynthij.*

Stomachus *c* myrthino oleo, aut *d* ſimili roborādus eſt. Præterea muniendum caput, ne ardore clyſteris offendatur. Quòd ſi infuſo ſtomachus exuritur, detur frigida ad unc. iiii. & lactucæ cauliculi ex aceto. Retineri oportet, quòd infuſum eſt ad horam, quod minimum ſit uel duas, quod plurimum. Si uero non retinent, ſed ſtatim eiiciunt clyſteres, Muria prius aquamarina, lixiuiū urina cum ſale prius iniicienda.

Anus ex decocto adſtringentium fouetur, uel ſacculo è milio & ſale expreſſo in uino nigro adſtringente. Poſt hos clyſteres lac recens emulctum iniiciendū eſt.

e *Ad expurgatione materiæ, partium robur & meatuū libertatem.*

Clyſterum uſus, ubi exulceratio in inferioribus inteſtinis. Si uero in ſuperioribus, potiones conueniunt magis. Quanquam perpetuo *e* utriſque remediis uti licet.

cet. Et potionibus *a* quidem eo ordine, qui in clysteribus præscriptus est, exceptis causticis.

Ad astringendum conueniunt potiones omphacomeli ueterum. Nunc syrupus de agresta, de myrtillis, de ribes, succus cornorum, mespilorum, cotoneorum, sorborum, prunorum syluestrium. Coquantur succi, & aliquid sacchari rosati admisceatur. Aqua decoctionis sumach, mastiches & rerum adstringentium. Alumen tritum ʒ pōdere ex ouo. Similiter symphiti radix, pumex tenuissime tritus cum vino austero, saluiæ decoctum, lac vstulatum cum ʒ.i. stercoris canini, aut in quo radices quinquefolii consolidæ maioris & similia coxerint, uel in quo calculi, uel fluuiatiles uel marini igniti prius extincti sint.

Coagulum leporis uel hædi ʒ. pondere è uino ueteri abluitur. Datur cum aqua decoctionis sumach, mastiche, succo plantaginis depurato. Puluis factus è turture cum bolo armena, sanguis draconis, & mummia cōtusa uase testaceo bene lutato & ita cremata. Dantur ʒ.ii. ex lacte ouillo cocto.

Conueniunt cydoniatum, conserua rosarum, cornorum, symphiti, & similes. In aquæ rof. lib. i. bulliant mastiches, sumach, caryophyl. ana ʒ. i. s. fiat decoctio ad unc. viii. pro tribus dosibus. Ouum *b* ex aceto frigitur: deinde conspergitur pul. astringente.

Ossa femoris bouilli trita, alumen in succo plantaginis dissoluitur. In eo linteolū immergitur, siccatur, vritur, fit puluis conueniens. Succus expressus ex stercore asinino. Est aliquando, cū multum sanguinem fundunt. Frigida cibaria iis conueniunt, vt aliis Dysentericis tepida ac calida. Clysteres itaque, ut prius. Hæc uero potio, macis, balaustiorum ana ʒ.i. Dato ʒ. aut ℈. iiii. ex vino astringente, aliisq; remediis vtere, quæ sanguinem sistunt capite de sputo sanguinis.

Sudor excitatus plurimum prodest viribus ualentibus, balneo aut suffumigio ex rebus sudores mouētibus.

Later calfactus & uino albo conspersus, inuolutus pannis adhibetur *c* plantis pedum.

a *Vt primo lenientibus, mox detergētibus, postremo adstringentibus.*

b *Ac id ventriculo nocet.*

c *Aut etiā vasculum aqua feruēte plenum, nisi resolutionis hepaticæ metus aliquis immineat.*

Narcotica conueniunt nondum deiectis uiribus syrupus de papauere, aqua rosa. tepida, in qua coxerint semina papaueris albi.

Suppositorio, ut primum in clysteribus, dissolue ʒ. i. trochiscorum de carabe, aut philonii persici. Quibus si nihil proficimus, dabimus scrup. i. aut ʒ. s. ex decoctione mastiches, Philonium capite de colico dolore proxime descriptum, & alia iam multis locis descripta.

Inungendus est uenter primum quidem iis, quæ leniunt: deinde quæ astringunt, ut oleo de cydoniis, de spica, aut cydoniorum carnes in aceto coquendę sunt, detractis interioribus, deinde malaxatis. Adde trochiscorum de carabe ʒ. i. mastiches ʒ. i. s. Fiat emplastrum, quod fumigetur cum ligno aloes.

Consulendum uiribus ex iis, quæ dicta sunt de sputo sanguinis. Ratio uitæ instituenda pro rei necessitate. Leniendum enim, detergendum & adstringendum.

SCHOLIA.

Apud Hippoc. & Galenum Dysenteriæ differentiæ quatuor reperiuntur, sed tres priores improprie dictæ. Vna, à copia sanguinis toto corpore redundantis, qui è uenarum orificijs apertis in intestina effunditur, vt in Hæmorrhoidibus, è venis ani. Vbi vi morbi & uitio corporis, non prouidentia naturæ excernitur, malum, & per uias alienas. Sed quædam est naturalis uacuatio sanguinis, ut per uterũ mulieribus: quibusdam per nares: alijs in crisi: nonnullis per hæmorrhoidas, natura expurgante uitium grauioris mali. His uacuationibus suppresſis, aut intermissa exercitatione, aut truncato membro certis interuallis solet huiusmodi Dysenteria contingere, quam cruentam uocant, Græci æmatiran. In hac sæpe etiam sanguis niger pici liquidæ similis excernitur. Nam cum hepar sanguinem conficit, eius crasſiorem partem lien attrahit, & alimento tenuiri inde sumpto reliquias deijcit deorsum. Si uero hepar multum limosi sanguinis colligat, lien non expurget, neque attrahat, aut attrahat quidem, sed præ copia, aut debilitate non conficiat, aut excrementa sua non expurget, utroque uiscere copia oppresso & debili facto, fiunt deiectiones

nigræ

nigræ, aut cum ante solita essent expurgari per hæmorrhoidas, uterum, aut hemorrhagiam, si supprimatur solemnis purgatio, aceruatur humor, & per intestina vacuatur. Sed cum triplex sit materia atra bilis, sanguis crassior, ut uinum crassum deposita fece: limus & fex sanguinis crassioris: & bilis flaua: de his deiectionibus intelligimus, quæ nigræ sunt, neque grumescunt, nec quicquam acre, corrodens, uel acidum habent, nec effusæ in terram feruent, aut fermentant terram, sed sunt ueluti sanguis niger, aut limus sanguinis, qui salubriter è corpore sæpe expellitur, & si retineatur diutius, in atram bilem exquisitam transit, & extra uasa nigrescit ac corrumpitur, unde multis interitus contingit. Ob idque optimè de similibus uacuationibus Hippoc. Sanguinem quidem supra ferri, qualiscunque sit, malum: infra autem, bonum: cum niger deijcitur. Nam partes inferiores superioribus minus principes. Deinde leuatur natura excremento melancholico, unde & morbi graues solui possunt, & declinari. Sed reuera multis distinctionibus est opus: Num ui symptomatica, natura, arte exeat, quid inde fructus, quidque sequatur incommodi: Num signum, an caussa, an utrunque. Altera Dysenteriæ species à Paulo sub priore comprehensa, à Galeno 3. de Symp. caussis distincta, fit non propter sanguinis copiam, sed acrimoniam, bile flaua uel atra permixta, unde stimulata uenarum orificia aperiuntur. Potest initium esse à caussa frigida, quando crassa et uiscida materia interceptis angustius hepatis putredinem quandam contrahit, unde cruentæ ac saniosæ deiectiones prodeunt aucto feruore. Hæc priore periculosior, aliquando tamen salutaris. Morbo inclinante, pharmaco expellente nihil periculi. Si uero principio & incremento febris, periculum denuntiat. Melius autem, quando parcius, quàm cum copiosius effunditur. Multos author obseruauit stantes, & sæpius deijcientes, nigra etiam fæci aut pici liquidæ similia salutariter, & in febre, sed natura superante, & non in principio. Natura enim initio coquit, non uacuat: in coctis separat utilia ab inutilibus. Hæc uictrix excernit. Ea enim est naturæ œconomia. Acrimonia autem irritante, excrementisque magnam uiscerum adustionem &

putredinem indicantibus, visceribus nobilibus grauiter laborantibus, superassato crassiore sanguine vel bile putredine quadam contracta, lethale, quia superior morbus. Bonum vero, cum natura vi medicamenti adiuta russi aliquid, vt à Rhabarbaro: nigri, à cassia & Cathol. alijsq; id genus excernit vitio euicto. Cauendum etiam hoc loco, ne frequentius permeante acri humore, vlcus in intestinis contrahatur, semperq; à bile deiectione syncerae metuendae, & vt caussae, & vt signa grauiorum affectionum. Tertia species est hepatica Dysenteria, cum aquosus sanguis deijcitur, loturae carnium persimilis ab imbecillitate retentricis & alteratricis in hepate, de qua superius dictum est capite de morbis hepatis. Quarta maximè propriè dicta facta in intestinis ab vlcere cum torminibus ventris & dolore, praesertim cum fluunt, vel redduntur excrementa alui. Aliaeq; à Tenesmo, aliae à Diarrhea incipiunt. Et in alijs acris materia, in alijs mucosa egeritur. Quaerit Gale. 5. de vsu partium, Quomodo illic fieri possit vlcus. Nam cũ sentiant intestina, & vel naturalem bilem aut leuiter atram statim expellant, qui fit vt descendente materia acri, & celerius expulsa, fiat vlcus? Respondet transitu per anfractus et circumuolutiones id fieri, bile acriore vtraque, pituita verò saepe inhaerente intestino. Putrescit enim & salsuginem contrahit, sicq; exulcerat. Vnde etiam sequitur à quolibet humore Dysenteriam veram fieri posse, sanguine acriore (qui aliquando intestinis concretus refert etiam bilem) pituita, bile vtraq;. Periculum intelligitur ex natura vlceris & humoris vitiosi. In vlcere enim primo videndum quousque progressum sit ex recrementis abrasis ab intestino, vt intelligatur an adhuc fit, an factum sit. Interior tunica intestinorum carnosior: exterior magis membranosa tertia è peritoneo. Constant fibris circularibus & transuersis, additis rectis, vt non sine ratione quibusdam visum est, ad attrahendum, & ad firmamentum aliarum, praecipuè in recto, quod quia magis laborat in egerendo stercore duro pluribus fibris praeditum est. Canibus eadem ratione plures fibrae in intestinis, quia non nisi magno conatu excernũt. Sua ergò intestinis carnosa substantia, quae semel exesa & erasa eò grauius periculum denunciat, quo profundius abraditur. Primum pinguedo quae-

dam

dem & mucus apparet. Deinde efflorativ quædam & tamen tenex superficie, vt in epidermide cutis. Postremò substantia corpulenta intestini. Est autem veluti caro, non vt musculorum, sed peculiaris intestino. Cum qua cruenta deiectio sequitur, interdum ulcerum crustulæ, & puris magna quantitas. Abraduntur enim primo intestina: deinde exeduntur: postremò ulcerantur. Magna ergò parte exempta huius substantiæ membranosæ, ea neque renasci potest, neque cicatrice tegi. Vnde desperatio. Galenus quidem scribit multos fuisse seruatos putrefacta interiore tunica, integra exteriore. 4. de vsu part.
Sed hoc in eorum numerum referatur, quæ accidunt aliquando. In indicando tamen multi decipiuntur, quòd sæpe pingue aliquid similitudine fallat, ut albida caruncula uideatur. Sed pingue iniectum carbonibus liquatur, & nidorem pinguedinis effundit. Caro nigrescit & siccatur. Cruor & ramenta cum excrementis mixta, nec statim à dolore reiecta, in tenuioribus: supernatantia, & statim post dolorem reiecta, in inferioribus intestinis & crasfis esse ostendunt. Quod attinet ad humorem, qui deÿcitur, Hipp. sinceras omnes deiectiones periculosas esse vult. Tales sunt, impermixtæ aquosæ humiditati, quando solus humor, qui uacuatur, deÿcitur, siue sit biliosus, siue melancholicus, siue porri colorem præ se ferat, siue bilis æruginosa. Sed id in febre intelligo. Nam deiectiones huiusmodi exustam esse omnem natiuam humiditatem à febre demonstrant. Quæ ab atrabile fit, Galenus insanabilem dixit, quia non differt à cancro. Qui in superficie non curatur, quantò minus in intestinis, ubi nec medicamenta adhærent, & semper superfluitate alimenti irruente tangitur ulcus? In libro quoque de atra bile, Omnem exulcerationem ab atra bile insanabilem facit, nisi quis circuncifo loco omnem uim eius abscindat, sublata etiam uicinia cum ulcerata parte. Aetius tamen, si per crisim excreta atra bilis Dysenteriam mouit, non esse desperandum ait. Si sponte, & non critice, id est, nulla Naturæ, aut Medici prouidentia, desperatio. Sed caue, ne sanguinem concretum in intestinis referas ad atram bilem. Vidit Author, qui simile quid crasfiori pituita nullo periculo & sine febre deÿcerent. Alios cum febre et periculo. Monachus quidam apud D. Genouæuam Dysente-
Aph. 24. lib. 4.
cap. 43. lib. 9.

ria laborans, cum ui morbi frigerent extrema, nigra, liquidæ pici similia deijceret, spiraret difficulter, & iam de funere disputaretur, conualuit. Anno 1557. autumno, tempore bene constituto, pestilentissimæ febres extiterunt, & quæ plurimos sustulerunt. Dysenteriæ salutares. Nemo enim, in multis quos uidit, interijt. Curabantur clysteribus lenibus & rheo. Erant enim ab acri fluxione. Sæpe quidem, sed pauca egerebant. Parum febricitabant, ac rheo dato conquiescebat dolor. Sicq; breui liberabantur. Anno sequente, Autumno quoque Dysenteriæ multæ, in quibus uiridia, cærulea, nigra, biliosa, cruenta, deijciebantur, & qualia scribuntur lethalia. Tamen omnes prope euaserunt, cura etiam parum sedulo adhibita. Annus fuerat bene constitutus. Hyeme Aquilonia, Vere Australi & pluuioso, Aestate calida, Autumno Dysenteriæ. Aliæ ex uictus ratione. Vertiginosis & Rufis magis periculosæ. Lutetiæ humidiore anno periculosiores, quã æstuoso & sicco. In sicco statu anni, materia sæpius bilis utraque. In pluuioso, pituita putris. Cum cibi fastidium accedit, quibus prius non erat, malum est, & ut signum, quia uitium intestini ad orificium uentriculi peruenisse significat: & ut caussa, quia non instaurantur, qua re maximè egent. Sæpe etiam latius peruagatur affectio, quàm ad intestina. Adolescens anno 12. natus biliosos profluuio cũ febre correptus deijciebat frequenter similia Dysentericis, nigrum sanguinem. Sitis, manus frigidæ, uigiliæ, uini magna appetentia, Nihil adiutus remedijs obiit die 9. Apertus æsophago interiore ad uentriculi os superius & ad medium thoracem, nigro, corrupto, epiploo similiter corrupto, pulmonibus alteratis, recto intestino exulcerato. Dolor fuerat in sinistro latere, imo uentre & stomacho. Alteri febris, uomitio, uentris dolor, deiectiones pici & nigro sanguini similes. 20. die mors. Secto corpore inuentum ulcus ustulatum, in ambitu exesis tunicis omnibus uentriculi, qua parte decliuis est in pylorum. Huic procidit anus fere toto morbo.

In huius morbi curatione duobus sæpius modis peccatur uulgo: celerius suppressa aluo & astringentium usu, impacto pure in inuolucris intestinorum. Suppressa intempestiue Dysenteria uidit Author insanum factum: mulierem, cui in

perpetuam

perpetuam uitam ita constricta aluus, ut septimo quoque die tantum excerneret, & inde ore & naribus grauiter oleret. Gale. de uenæ sectione contra Erasist. non paucos uidisse scribit, qui Dysenteria, uaricibus, hæmorrhoidibus suppressis in insaniam, Apoplexiam, atram bilem, nephritidem, Pleuritidem Hydropisim, sanguinis uomitionem & hæmoptoicã passionem inciderint. Nobilis quidam pictor in scabiem fœdam. Corpore enim pleno materia feruida sursum fertur. Alioqui ita resiccatur intestinum, ut maneat perpetua alui astrictio. Si sursum & deorsum obseratur, in inuolucris intestinorum aceruatur magna puris quantitas, quæ tãdẽ interficit. Quod nos cuiusdam corpore dissecto obseruauimus. Fluxus acris et malignus moderãdus hordeatis, clysteribus è lacte, lacte poto & similibus. Interea fouendæ uires, ut impetũ naturæ sustineat. Alijs materia acris, alijs muccosa egeritur, quibus nõ eadẽ remedia cõueniunt. Quæ à Diarrhœa incipit, purgatione, cõfirmatione partiũ, diuersione: Quæ à Tenesmo, expulsione stercoris, detergẽtibus, lenientibusq; clysteribus opus habet. Cõueniunt cholagoga, quæ adstrictionem aliquam relinquant, Clysteres abluentes, detergẽtes, astringẽtes, cicatricem obducentes, linimẽta, fotus, potiones ad somnũ conciliãdum, syrupi, iulepi, cõdita. Quantitas clysterũ augenda ad libr. ij. s. aut ij. quia inanita intestina sunt, & melius tergentur. In pulueribus periculum, ne remaneant in parte affecta et pungant. Sanguinis quoque missio uitanda, quia uires deiicit, neque bilem trahit, neque curat ulcus. In cruenta laudatur.

a *Ab ulcere superstite à dysenteria, uel ab omni materia q̃ dysenteriã facit.*

b *Reseratis uasorum osculis ab acri materia aut superstite ulcere.*

c *Tempestate præsertim austrina, quæ pituitæ salsæ parens est.*

d *Generatione multa, aut excretrice ui imbecilla, aut desiderato natura li clystere ob folliculi fellis obstructionem*

De Tenesmo. Cap. XLI.

TEnesmus irritatio *a* est ultimæ partis intestini, i. recti, in quo sæpius libet sine causa desurgere. Excernũtur omnino pauca, mucosa, idq; maximo conatu, insidentque stercori guttæ *b* sanguinis. Hic si præter mucosa stercora excernuntur, ea cocta ferè sunt. Nascitur hęc affectio magna ex parte in *c* pituitosis *d*. Aceruatur enĩ pituita recto intestino crassa & uiscida: putrescit, tempore acrimoniam contrahit, irritat intestinum: hinc deiiciendi libido. Sed quia contumacius inhæret pituita, non nisi magno conatu excerni potest. Hoc tenesmi genus Dysenteriam ferè præcedit.

Aliud

Aliud uerò genus hanc ſequitur, à Dyſenteria relinquuntur ulcera, in quibus acris ſanies inteſtinum uellicat, ex quo fit Teneſmus, inanis deſidendi cupiditas.

Poſt phar. ſi quid inteſtino hæſit, ut male infriata coloc. aga. ut ſimilibus eadem affectio naſcetur. Vlceribus quoque in ea parte ſponte natis idem accidit. Abſceſſus in recto inteſtino natus eandem appetentiam inuehit nonnunquam.

Curatio.

Initio cauſa cognoſcenda eſt. Quòd ſi præceſſit frigus & pituita craſſa in cauſa eſt, Rutam, hyſſopum, origanum, calamenthum, roſmarinum, maio anā, lauri folia, ſtęchades, anethum, melilotum, chamæmelum, uino incoques: hinc fouebis ſedem: materiā calidam emplaſtri modo toti perinæo induces.

Iuuant fotus *a* ex oleo rutaceo, chamœmelino, anethino, ſeſamino. In uehementi *b* frigore oleo, in quo decima pars caſtorei aut bituminis diſſoluta ſit. In dolore anethino & irino utendum erit. Eiuſmodi oleis fouere & ungere oportet perinæum & imum uentrem, iiſque calidis. Deinde contegendæ partes duplici aut triplici linteo calfacto.

a His imbuetur hapſus ex goſſipio carpto, et perinæo admonebitur.

b Vt iis accidit, qui ſine ſubligaculis per niues deambularunt, aut lapidi inſederunt.

c Ex his fiunt trochiſci, quorum halitus ſeu fumus ſede excipiēdus.

Laterem ueterem denigratum fumo confringes, & cominues: aceto feruenti immerges: inuolues linteo, & calidum ſedi totiq; perinæo applicabis. Molle filtrum aut cotonem, uel ſpongiam molliorē ſæpius immerges uino calido, in quo ruta, fœniculus & quædā ex ſupradicta materia coxerint. Deinde expreſſa, ſed calida, ſedi ac perinæo applicabis. Poſt fotum linteis calētibus muniendæ partes, omninoq; uidendum eſt, ne refrigeſcāt. Laudantur hac in re ſuffumigia ex reſina pini iniecta carbonibus, nuce pinea, bene reſinoſa, aliquando additis ſemine rutæ, cumini, aniſi, fęniculi, uel hoc modo.

R. *c* picis ſiccæ unc. i. bituminis unc. s. liquent̄ in aceto: liquatis inſperge ſulphuris in puluerē redacti unc. s.

Clyſteres ad quartaria. ii. uel iii. ex iis comparentur, quæ calefaciunt incidunt, detergent, leniūt, quales proximo capite deſcripti ſunt in Dyſenteria.

Similiter

Similiter suppositoria ex labdano, styrace, oleo rutaceo adiectis seminibus fœniculi, rutæ, anisi, cumini, & similibus.

Si dolor urget *a* uehementius, narcoticis *b* utendum erit, ut prius.

Sacculi fouendę sedi & perinæo ex milio, furfuribus sale, ruta, & descripta materia frixis in sartagine, deinde sacculo inclusis. Quòd si inflammatio est, & cætera consentiunt, uena brachii interna secanda est.

Probatur quoque Arabibus purgatio leuis è cassia, manna *c* suspecta Græcis. Vrina, & sudor, prouocari possunt ad diuersionẽ, uictus refrigerãs. Clysteres leniętes è lacte, hordeato, oleó rosaceo tepidis, & aliis ut prius.

In sessiones in decocto maluæ, bismaluæ, seminis lini, uiolaríæ, adiecta portiuncula florum chamæmeli & meliloti.

Olea conuenient rosaceum, uiolatum & nenupharinum, in quo folia salicis coxerint. Deinde etiam axungia, butyrum recens, ex quibus & unguenta fiunt, quale hoc est.

R. olei rosati unc. i. olei salicis & uiolarum ana unc. s. muccaginis quatuor seminum frigidorum in aqua cydoniorum extractæ ʒ. vi. ceræ modicum, fiat unguentũ.

Molli cotone in aceto albo feruente *d* partes fouendæ sunt, idest, imus uenter & perineon.

Vlcera si qua sunt, abluenda *e* primum sero lactis, uino austero, mulsa, etiam lixiuio, si sanies contumacior est, aut uino austeriusculo tepido & sexta parte mellis rosati, quibus postea adiiciatur aliquid rosarum, thuris, mastichis, gummi arabici, tragacanthi & similium. Aut fiant hæc unguenta.

R. *f* cerusæ plumbi ʒ. i. muccagi. gummi arabici extractæ in aqua rosarum unc. s. corticis thuris ʒ. i. olei rosacei quantum sufficit ad impinguandum. Aliud.

R. muc-

a *Vt si cansæ magnitudinem vincat doloris vehementia inflammationisq; metum afferat.*

b *Vt Philonio in lacte dissoluto, aut sapa. Aut coquetur furfur cũ sapa ad pultis consistentiã hinc dissoluãtur opygra. iij. aut iiii. Iniiciatur.*

c *Ob impensum calorẽ quem facile contrahit.*

d *Imus uenter & perinæum.*

e *Vt R. decoct. hordei aut aquæ mulsæ (si nõ sit ardor) unc. vi. mel. ros. colati unc. i. s. his commistis fiat enema.*

f *Vel R. axungiæ suillæ unc. i. cerusæ, pompholygis lotæ ana ʒ. i. cũ aqua plantag. f. unguentum.*

℞. muccaginis gummi tragacanthi & arabici, muccaginis seminis psilii ana unc. s. aloes lotæ ʒ. ii. olei rosarum, quod sufficit. Cum modico ceræ fiat unguentum. Hæc inunguntur ulceribus, si quidem apparēt. Alioqui commiscentur clysteribus his, qui ad consolidandum descripti sunt, cap. de Dysenteria. Potus lactis caprini primum quidē ad lib i. quæ paulatim bibatur, non acervatim. Postridie uero ad lib. s. remedio est Tenesmo. Oportet primo die recens mulctum bibere. Postridie decoctum ad dimidias & despumatum.

Decoctum betonicæ in uino albo tenui, laudatur ab antiquis.

SCHOLIA.

Tenesmos affectus est præter naturam in recto intestino, in quo assidua & implacabili desidendi cupiditate æger tenetur, uel, ut Celsus, irritatio ultimæ partis intestini, in quo sæpius lubet sine caussa desidere. Initio excernuntur pauca, muccosa, magno conatu, aliquando conspersa sanguine, fitq; uelut proœmium Dysenteriæ. Hic necesse est naturam stimulari in intestino ab aliqua caussa præter naturam, quā excernere nititur, quasi illic esset excrementum. Ea est uel sine materia, uel cum materia: & si cum materia, uel in cauitate intestini continetur, uel extrinsecus comprimit meatum. Sine materia intelligimus, ut cum frigus partem illam constringit & mordicat, ut si æger in solio frigido aut lapide sederit, aere, uento frigidiore. Aliquando reduplicatur intestinu, uel musculus, ut nec clysteres, nec alia auxilia excipiat pars implicata, sæpeq; efficiat, ut lateat ulcus. Materiam uero dicimus, quicquid interiorem illam cauitatem irritare potest, uel ulcus, (nisi tum Dysenteriam esse uelis) uel abscessus, uel hæmorrhoides interiores, aut uermes, aut humor acris, aut stercus induratum & coactum. Quæ omnia tum ex relatu ægri, tum excrementis & doloris proprietate, artificiosa coniectura discernere licebit. in ulcere excernitur sanies aut sanguis dolor acutus, humor acris relictus post Dysenteriam, & si nihil perspici potest, profundum esse suspicamur, fitq; aliquādo cachoetes. Vidimus uermium globulos assidue reijci ac subinde renasci. Ante Dysenteriam ferè fit à pituita putri: in

Dysenteria,

Dysenteria, ab acrimonia, uel medicamento malè infriato, uel glande immissa. Aliquando iecur plus iusto calefactum acriorem materiam perpetuo generat, quæ ad partem affectam defluit. Reijcitur, sentitur morsus, quandoque sequitur febris quasi hectica, & paulatim atrophia. Stercus induratũ conijcimus, si diu æger nihil reddiderit, aut non nisi recrementa dura, sicca, sine muco. Extrinsecus comprimitur & pungitur uel à magno & inæquali uesicæ calculo, quia uesica recto intestino incumbit, uel inflãmatione parastatũ. Hic adest penis distentio, ardor urinæ. Illic calculi signa adiiciẽda, urina retenta, turbulenta sanguinolenta & similia. In grauidis minatur aborsum, ut scripsit Hipp. Vterus enim inter uesicã & rectum intestinum situs est, fœtuq; concepto amplior, & uesicam (unde assidue mingendi cupiditas) & intestinum premit. Quod fit ut etiam in laboribus partus, & alio quoque tẽpore Tenesmi cuiusdam imago illis eueniat, & si hoc morbo uehementius corripiantur, in uehementi illo conatu necesse est laborare uterum, fœtum quoque deprimi assiduo decessu, & uires lædi. Vnde abortus, Interdum tam uehemens affectus est, ut Dysenteriæ similis uideatur.

Curatur sublata caussa & affectu, unde nascitur. Clysteres ex hydromelite probe cocto cum rebus coquentibus, carminantibus, detergentibus. Omnes in minima quãtitate ad unc. v. aut lib. s. quia intestinum ferè strictus, & ultima tantum pars abluenda. Insessus in decoctione pingui, inunctio, in ulcere unguentum Aegyptiacum, fotus ex uino, in quo ruta, uel quæ coquant, incidant, confirment. Later uetus fumo denigratus aceto feruenti, ut excipiatur fumus, linteo conuolutus, admotus, & similia.

De curatione hepatici a *fluxus. Cap. XLII.*

HEpate duriore excrementa durissima & similia pilulis caprarum, unde Spiratodi à Græcis, nisi iuncta sit imbecillitas. Hic enim biliosa liquidiora, & ut *b* augetur calor, insigniter flaua, crassiora, grauiter olẽtia, æruginosa, nigricantia assatis humoribus, & postremo colliquata hepatis substãtia. Hic sitis, ardor, deiecta appetentia, assidua corporis iactatio, difficilis c curatio. In infirmitate attracticis Hepatis, chylosa. In infirmitate alte-

a *Hunc hepaticam dysenteriã uocant.*
b *Humoris suppressione & æstu.*
c *Vehementia symptomatum, humoris contumacia, resoluta hepatis ac substãtia.*

alteratricis primum quidem loturæ carnium similia & sanguini diluto aqua: deinde uaria qualitate & consistẽtia, interim quasi limus sanguinis & grumus. Integra fere appetentia, sitis nulla, frigoris sensus, fętor exiguus. Hepatici fluxus nocte excitantur magis, longioribus *a* interuallis Horum curatio ex capite de debilitate hepatis petenda est.

In summa utendum est refrigerantibus, si infirmitas à calido est: calefacientibus, si à frigido. In utrisque uitanda sunt, quæ obstruunt: In calida.

℞. electarii triasant. ʒ. ii. coriandri præparati ʒ. i. semin. acetosæ & portulacæ ana ℈. i. coralli rubri scrup. s. sacchari rosati ʒ. vi. misce, utatur in *b* iusculis, in hordeatis, in potu.

Syrupi conueniunt rosatus, de ribes, myrthinus, cydoniorum, uel iulepus cum multa aqua ferrata Spodiũ semen portulacæ, acetosæ, corall. rubr. flos rosarum, & semen arilli, lappa, cichorium, endiuia, sonchus, coriandrum præparatum acetositas citri, ptisana, & similia cõueniunt. Ceratum *c* santalinum subactum e rosaceo, ceratum ex oleo rosarum, deinde subactum cum succo cichorii, endiuiæ, sonchi, plantaginis & tantillo succi absynthii uel eupatorii. Ceratis inspergi possunt pulueres ex proxime dicta materia.

In *d* frigida, unde lotura carnium, electarium de uino prius descriptũ, mel passulatũ hoc modo præparatũ.

℞. passularum bene pinguium M. ii. fiat decoctio ad lib. i. s. uini optimi austeriusculi. Coquantur dum crassescat uinum. Deinde passulæ in supradictum uinũ fortiter exprimãtur per setaceum & satis rarum. Expressio cum uino rursus coquatur ad crassitudinem. Cui adde aromatici rosati ʒ. i. sem. nasturtii & securidacæ assati & infriati, cinamomi electi an. ʒ. s. misce, utatur sępe. Hinc eundem puluerem seorsum aceruabis, insperges ʒ. i. la- ctis

a Gal. cap. 2. lib. 6. de locis male affect.

b Vt pulueris huius cochleare vnũ dissoluatur

c Vt R. cerati santalini unc. iii. puluer subtilissimi corall. rub ℈. iii. Malaxentur cum oleo cydoniorum. f emplastrũ in formam lunæ crescẽtis, et dextro hypochondrio admoueatur.

d Materia scilicet cõuenit quæ penetrat, ut cyperus, schœnanth. quæ aperit, ut absynth. cichoriũ: lenit ut passulæ, uinũ granatorũ dulc. abstergit, ut mel: incidit, ut uinũ granatorũ maturorũ. præseruat à putredine, ut calam. aromaticus, cinamomũ, lignum aloes. Cæterũ electariũ de uino Arabũ his oĩbus pollet commemoratis dotibus.

ctis ustulati unc.iiii.cum uitello oui, fiet pulticula.

Poterit inspergi & lacti amygdalarum bene cocto in hoc fluxu. Lac ouillum coctum & ustulatum conuenit, sed inspergere oportet aliquid supradicti pulueris, uel hunc.

R. corticis thuris scrup.ii.caryophyllorũ, cinamomi ana scrup.s. Orizogala, pulli gallinarum & columborũ. perdices, auiculæ assatæ, uinum tenue, odoriferum, sub astringẽs. Inungatur hepar cum oleo mastichino, de spica, de absynthio & aliis dictis prius. Deinde superasper gatur pul.mastichis scrup.i.styracis calamit.Gr.16.thuris albi & nigri ana Gra.6.

Fotus e spongia expressa in uino decoctionis mastichis, thuris, styracis calamitæ, rosarum, absynthii, florũ cupressi, eupatorii, asari.

Si superueniat febricula (quod sæpe fit) proxime dicta remedia calfacientia temperanda sunt prius dictis refrigerantibus.

SCHOLIA.

De hoc affectu lege Galenum cap 2.lib.6.7.lib.5. de Locis affectis 8.& 6.de Morbis & symptomatis. Maior sanguinis quãtitas reiecta ab Hepate necessario oritur. Sanguis uel rubet: uel aquosus est: uel ater & niger. Is duplex, uel sanguis crassior, ut in bobus: uel limus & fæx sanguinis. Hic rursus duplex siue adustus sit, siue naturalis: crassus nimirum, à quo ulcera profunda fiunt, & eiusdem ueluti serum seu pars tenuior. Rubens æmatiran Dysenteriam efficit: niger tenuis & splendescens, Lotiuum fluxum, quem uulgo uocant, & quẽ prima Dysenteriæ differentia complexi sumus: crassus tum hanc, tum etiam secundam. Sed tenuior magis è uenis mesaraicis & ramis uenæ portæ, quæ incoctum sanguinem & serosum continent: crassior ab hepate, uel liene. Si cũ torminibus, Dysenteria est. Si in fine febrium quartanarum, morbis à melancholia, & aliquando in peste, non malum. Si sanguis aquosus, tertia est Dysenteriæ improprie dictæ species. Nonnullis etiam lotiuus fluxus dicitur. Læso hepate, rupta aut aperta uena, sanguis niger, uelut crassum atramentum, deinde rubens aliquãdo excernitur, & moriuntur. Qua

les

les duo uult Author. Vterque uix sentiens periculum, animi deliquio paulatim extinctus est. Sunt & aliæ multæ differentiæ deiectionum alui ex uarijs causis apud Hippoc. ut xysmata, interpreti strigmenta ueluti linamenta, pelidnæ, liuidæ, dysodees, fœtidæ ex corruptione partium, unde exeunt: cholodees, cholin acraton, bilem synceram significantes, non multum, ut uult Musa, & similes. In quibus hæc duo generalia præcepta tenenda sunt, Omnem synceram excretionem metuẽdam in morbis, quia cruditatem significat. Omnem quoque corruptam, si die non critico, crudo adhuc morbo, cum labore ægri, si die non leuat, aut tantum ad tempus. Ab initio quidem (inquit Galenus de omnibus) nunquã ad bonum fiunt huiusmodi deiectiones, ut pote magnam uisceris læsionem ostendentes: ad morbos quidem consistentes sequuntur sæpius, natura superfluitates expurgante. Et paulò post. Multi deiectionum colores præter naturam, sponte quidam euacuati, multarum atque malarum in corpore dispositionum sunt signa. A medicamento autem ducti uim habente plures humorum species euacuare, nihil absurdum significant. Sed de his multa superiore capite. Varia autem illa excrementa, quæ deijciuntur, cruditatibus uentriculi respondent, quæ retenta corruptelam quandam & uitium contrahunt.

Pro uarietate causarum multiplex curatio. Quibus sanguis excernitur, rupta, aut exesa uena, si uires firmæ, sanguis modicus è basilica detrahendus, rhabar. in substantia, cum syrup. rosa. aqua arnoglossæ, tabulæ ex his, quæ sanguinem supprimunt, syrupus ex succo arnoglossæ, centinodia, bursa pastoris, millefolio, urtica græca, uino granatorum, cum sacch. rosa. embroche ex oxycrato parato ex aqua plantaginis, &c. Vitanda in cæteris quæ obstruunt, utendum roborantibus, redeundum ad caput debilitate hepatis, aperiendum roborando, aquã decoctionis passularum, Gallina cydonijs & conseruis adstringentibus cocta in balneo mariæ, donec ius concrescat in causa conueniente, gelatina ex rebus corroborantibus, cinamomo & alijs, aqua distillationis mastichis coralli seminis cydoniorum, unde diluatur uinum.

De fluxu a Pestilentiali. Cap. XLIII.

GAleno olida insigniter, fulua & crassa excernuntur, aliis subalbida Autumno ferè: liuescit facies, grauatur corpus, pulsus *b* concidit 4. 7. uel 9. moriuntur, aut ægrè conualescunt. Alii tota cute *c* commutantur. Aliis decidunt *d* ungues. Fluxus hic periculose adstringitur. Præter remedia supradicta in Dysenteria utatur auro in decoctis pullorum, perdicum & similium, Syrupo de ribes, de cydoniis, de myrtillis de limonibus, acetositate citri, uino granatorum, syrupo acetoso simplici cum iulepo rosato. Atque aliquando in aurora ℥. s. bonæ theriacę in uino granato, acetositate citri, aut re simili dissolues. Iuscula alterentur cum multa acetosa & nodulo de berberis. Collatitiis inspergatur puluis hic.

℞. limaturæ auri ʒ. i. diamargariti recens facti unc. s. nucis moschatæ ʒ. s. margaritarum, smaragdorum, saphyrorum ana scrup. s. panis sacchari unc. s. fiat puluis. Interim quoque utatur puluere unicornis & cornu cerui, uino tenui, odorifero, diluto aqua, in qua aurum extinctum sit *e*. Vtatur interim hoc electuario.

℞. conseruæ rosa. unc. i. s. conseruæ corticum citri conditi cum saccharo unc. i. corticum citri ʒ. i. s. margaritarum electarum ʒ. i. hyacinthorum, smaragdorum ana scrup. s. serici crudi scrup. i. seminis citri mundati scrup. ii. s. acetosæ ʒ. s. boli armenę, terræ sigillatæ ana ℥. ii. limaturæ auri ʒ. i. cornu cerui & unicornis, rasuræ eboris ana scrup. i. sacchari albissi unc. ix. folia auri numero decem. Fiat conditum ad formam sacchari rosati cũ aqua rosata moschata.

a Quod est luis pestiferæ symptōma.

b Hippoc. sect. 3. li. 3. ton epidim.

c Diffusa pestilẽti putredine per habitũ corporis.

d Ex atrophia partiũ & venenata humorũ qualitate.

e Interim etiã vti poterit pilulis Rufi ex aloe, myrrha & croco.

SCHOLIA.

Pestilentis huius constitutionis Galenus meminit pluribus locis, vt Aphor. 21. lib. 4. & in lib. de atrabile. Excernebant nigra ferè 7. 9. 11. Quibus deiectio talis non fuit, pustulæ nigræ toto corpore excitatæ. Nullus autẽ seruatus, qui atram bilem exactã deiecerit. Primis diebus deiectiones erãt ruffæ & colliquationis indices, vel ut alio loco catatopus, vitellinæ, crassæ, acres, fœtidæ, spumosæ. Postea vero, vt scribi

tur in eundem Aphorismum, nigræ uel superassato sanguine, uel putredine quadam contracta & corruptela. Sed an fuerit pestis peculiariter appellata, an Epidemius morbus, qui multos interfecerit, dubitari potest. Nam pustulæ illæ nigræ raro in peste apparent, quin sequatur mors. Et multos obseruauit Author pestilenti febre laborantes, quibus eruperunt infiniti prope carbunculi aut furunculi similes carbunculis, quorum nullus euasit. Cutim & ungues decidere nonnulli a ueneno putant.

Non temere supprimendus fluxus, sed bezoardicis utendum syrupis cordialibus, conseruis, opiatis, unicornis & similibus.

De difficultate meiendi. Cap. XLIIII.

VEsica interiorem membranam habet contextã omni genere fibrarum, quas dum intẽdit, urinam cõtinet. Si solum transuersis agit, exprimit. Eius actio in totum naturalis.

Eiusdem collo musculus est obliquus. Agit hic transuersis fibris arbitrio quidem motu, ne urina intempestiue effluat. Itaque cum plena est uesica, & quantitate uel qualitate irritatur, transuersas fibras intendit: musculus cessat ab officio atque ita urina emingitur. Nerui a lumbis & osse sacro ad uesicam perueniunt. Resolutis neruis aliquando torpescit sensus uesicæ: aliquando musculus sphincter, qui collo uesicæ adnatus est, resoluitur, atque ita urina intempestiue effluit. Galen. cap. 4. lib. 6. de loc. male affect.

Aut si sensum perdidit uesica, retinetur. Aliis nascitur inflammatio læsis uertebris, unde nerui oriuntur, quod & dolore & calore loci intelligitur. Aliis rupta uena sanguis emingitur. Grumus fit, qui meatus intercipit, quo urina expurgatur. Idem meatus & lapillis & tuberculis & inflãmationibus crasso pure, uel humore aliquando præcluditur, atque hinc urina exprimitur.

Vitiatæ uero missionis tria sunt genera. Dysuria, id est, difficultas urinæ: Stranguria, stillicidium, aut subtillum matum: Ischuria, cum omnino urina supprimitur. Dysuria libidinem meiendi facit, sed ægrè & ui quadã

aliquando:

aliquando etiam cum dolore urina excernitur.

In ſträguria aſſidua meiendi cupiditas, ſed urina guttatim efflnit. Iſchuria improprie quidem fit perdita renum actione attrahente. Si enim ſerum ſanguinis non attrahitur, urina non fit. Proprie uero meatu urinario præcluſo aut infirmo excretrice ueſicæ, quæ tranſuerſis fibris exprimere non poſſit.

Idq; propter intemperiem, ut ſiccitatem in ardētiſſimis febribus, aliquando reſolutis ueſicæ neruis, & muſculo incolumi. Nam ſi muſculus una reſolutus eſt, urina præter uoluntatem effluit. Dyſuriam & ſtranguriam facit retentricis imbecillitas, quæ ferè fit à frigido. Frigidum enim ueſicæ corpus, & frigido facile euincitur. Altera cauſa eſt urinæ acrimonia. Adiunge cætera, ut inflammationem, grumos, ulcera, calculos & cætera.

a Expultricis. ſ. facultatis ueſicæ quæ dyſuriam facit, aut retētricis, quæ ſträguriam.

Curatio Dyſuriæ a & Stranguriæ.

Si à frigore infirmitas, calorificis utendum eſt, unctione perinæi & pectinis, fomentis, balneis, clyſteribus, potionibus, aliiſque remediis. Vngendo olea *b* conueniūt rutaceum, anethinum, chamæmelinum, balſaminum, de ſcorpionibus, de κeiri, de lilio, de cucumere aſinino, in quo decima pars caſtorei, ſexta galbani uel opopanacis coxerint. Ex eiuſmodi oleis fiunt cerata. Ceratis. Conſperguntur *c* aromata, quæ calefaciant & partium tenuitate facile penetrent.

b Cōmendat præter cætera oleum de ſcorpionib. cū anethino Vt ℞. olei anethini, olei de ſcorpionib. ana ℥. x. caſtorei ℥. ij. galban. ℥. iij. Coquantur in balneo mariæ, f. linimentum.

c Vt caryophill. macis, cyperus angelica.

Fomenta fiunt ex decocto maioranæ, roriſmarini, arthemiſiæ, origani, calamenthi, thymi, hyſſopi, parietariæ, ſiſymbrii, berulæ & creſſonum, ex quibus & balnea comparari debent. Alioqui has *d* herbas friges in ſartagine ex oleo uel butyro, & emplaſtri modo femori ſuperiori, pectini & perinæo calida admouebis. Omentum arietinum, calidum iiſdem locis ad modum iuuat, uel recens detracta pellis cuniculi. Cuius axungia in eundem uſum plurimum commendatur.

Clyſteribus & glādulis ex ſupradictis herbis, oleis & materia, adiecto ſale & melle ad irritādū cōfici debēt.

d Vt ℞. raphani contuſi, parietariæ, creſſionis ana M. i. Ex his cum ſuillo adipe friis, uel axūgia fœniculi, f. cataplaſma admouendum pubi & perinæo.

Decoctum radicis eringii, cyperi, radicis lapæ, amços, cinamomi, nephitæ, myrrhæ, opopanacis, crætæ marinæ, carthami, extremitatum caulium, & alia, quę postea dicentur, cap. de lapide.

Aquæ conueniunt tribulorum, raphani, crætæ marinæ, pentaphylli, alliorum, acori, florum malum, cyperi, eritrodani, sabinæ, fabaceorum, scolopendrii, alкecangi. Grana alchecangi trita & expressa succum reddunt, utilem cum uino albo tenui, terebinthinæ, parietariæ, acetosę, acetum album.

Conueniunt à proprietate uiuerræ gentiale, cinis scorpionum crematorum, testa oui repurgata, e qua pullus exierit, aselli, uermes terreni, erinacei siccati aut eiusdem testiculi puluis, uesica tauri & capræ.

Conuenit & theriacæ potus, uocatum lithotripon, electuarium ducis, aurea alexandrina, Cucurbitæ natibus affixe. Pediculus inditus foramini uirgæ, aut cimex uel loco horum fila croci, granulum salis, catheter, algalia, syringua, aut candela cerea oleo prius illita.

Vbi uero urina *a* acrior est, si quidem corpus bene carnosum est, si inflammationis suspitio, uena basilica *b* secanda est.

Purgandum cum ℥. x. cassiæ dissolutæ in sero caprino uel liquore *c* conuenienti. Vomitus, si quidem consuetudo est, plurimum prodest. Clysteres è lacte *d* sudoris prouocatio.

Galenus *e* ex Hipp. phlebotomiā è crure magis probasse uisus est, quàm e brachio. Arabes prius è brachio, quàm è crure, quod & aliquot locis Gal. nō repugnat.

Hic olea conueniunt, uiolatum, nenupharinum, de papauere, ex quibus cerata fiunt admixta modica quantitate camphoræ, gr. iii. aut iiii. ad singulas unc. cerati.

Balnea & fotus in decocto sem. lini, fęnugręci, althęę psilii Nec peccaueris, si quid chamęmeli adieceris.

Aqua distillata ex acetosa, plantagine, laureola, pentaphyllo, syrupus de iuiubis, de papauere, decoctum glycyrrhizę, portu. lactucę, quatuor seminum communium, lac asinæ, uel capræ, serum lactis, lac amygdalarum,

a *Naturalis œconomiæ uitio, excrementi suppressione quod in peculiari cuiusq; natura redundare cōsueuit, aut improba uictus ratione.*

b *Ad sedandum ardorē materiæ euacuationē & faciendum perspirabile corpus.*

c *Vt aqua decoctionis glycyrrhizæ.*

d *Vt exitū habeat icor cuius acrimonia fit stranguria.*

e *Lib. 6. Aphor. apho. 36. & sent. 5. sect. 1. li. 6. ton epidim.*

rum, hordeatum cum sem. lini, melonum, cucumeris 4. sem. communibus frigidis, quale hoc.

℞. seminum psilii, melonum, cucumeris ana ℥. ii. seminum altheę, cydoniorum ana ℥. i. seminum lactucæ, hyoscyami albi, papaueris albi ana ℥. s. gummi tragacanthi ℥. ii. fiat decoctio, cum qua dissolue amygdala dulcia. Fiat lac amygdalarum cum saccharo uiolato. Quòd si suspitio est ulceris, iam bolus armena, terra sigillata, sanguis draconis, pul. equiseti cum lacte ustulato, syrupo myrtillorum, iulepo rosato conueniunt. Similiter saccharum rosatum, triasantalum, tragacanthum frigidum, cydoniatum sine speciebus factum cum saccharo. Iniicitur in uirgam lac recens emulctum, maxime muliebre, cui si calor maior est & dolor, addatur muccago seminis papaueris, cucumeris, psilii & similium cũ modico camphoræ. Vbi uero consolidandum.

℞. lactis mulieris, uel bubuli ustulati unc. iii. sarcocolæ tritæ, amyli, cerusæ an. ℥. i. fiat iniectio ter aut quater in die. Laudatũ hic puluis, quo mane & uesperi utatũ.

℞. sem. melonum excorticatorum ℥. ii. sem. citruli, cucurbitæ, portulacæ, papaueris albi ana ℥. s. sem hyoscyami albi scrup. s. & gra. vi. panis sacchari unc. iii. fiat pul. detur ad ℥. ii. cum iulepo uiolato, aut liquore conuenienti. Dragma una trochiscorum alchecangi cum liquore conuenienti plurimum commendatur.

Grumi decocto stœchados, sarmentorum uitis, mummia, oxymelite, rebusq; eiusmodi incidentibus dissolui debent. Hinc graue periculum est. Sequitur enim animi defectio, coloris fęditas, pulsus paruus, frequés, obscurus, anxietas, & ut plurimum mors.

Sanies & pituita si crassior est, incidenda. Inflammationes & ulcera suo modo curanda sunt. Ita & calculus. Plenior uesica manibus comprimenda est, & qua parte tumor eminet.

SCHOLIA.

Vrina uel supprimitur: uel parum & frequenter mingitur: uel seruat naturalem excretionis modum, sed uesica cum difficultate aliqua aut dolore operatur. Supprimitur aut vel

uacua, uel plena vesica. Si vacua, argumentum est vrinam non transire ad vesicam. Vitium igitur erit vel in vreteribus vel renibus aut resolutis aut interceptis. Philot. in Aphoris. obstructionem addit in crassioribus intestinis à crassa & viscida pituita, quæ prohibet anadosin ad hepar, & consequutione quadam succorum generationem, & urinæ secretionē. Si uero uesica plena sit, in ea affectionem morbosam esse necesse est. Suppressio vrinæ siue renum uitio, siue vesicæ fiat, quibusdam dicitur iscuria. Proprie tamen hoc nomen usurpari debet in ea tantum affectione, in qua urina supprimitur, læsione in vesica existente. Cum autem parum & frequēter, siue guttatim & maturius, quàm pro naturali excretione emittitur, stranguria: quando tempore conuenienti, sed cum difficili motu aut dolore, dysuria, nominatur. Hæc est vera distinctio inter has affectiones breuissime ex multis Galeni locis comprehensa. In quem acerbius tanquam tenebras offundentem, nobis inuehi uidentur, qui nuper Cōmētarios in Aphor. scripserunt. Aiunt enim in Dysuria semper dolorē fieri, ut in Dysenteria: nunquam in Stranguria. Sicque hac sola differentia Dysuriam differre à Stranguria, siue guttatim emittatur, siue contra. In quo & sibi & experientiæ repugnant, ut qui alio loco scribant Stranguriam fieri eo modo, quo Dysenteriam ab acri humore confertim ad vesicam irruente, & alibi ardorem vrinæ adiungant, imò producant Aphor. 55. lib. 5. Vbi Hippoc. ait Stranguriam fieri à magna inflammatione uteri, aut intestini, aut renibus purulentis. Quo pacto hic dolor ad Stranguriam nihil pertinebit? Neque ad mixtionem duarum affectionum recurrendum, nisi maiorem multo confusionem in omnibus & Hippocratis et Galeni scriptis, de industria mutatis pro arbitrio vocabulorum significationibus inducere velimus. Vnicuique enim libenter concesserim rem quamlibet, ut velit, nominare, modo aut à seipso, aut ab aliis intelligatur. At in ueterum scriptis interpretandis non idem licet. Illi enim perspicuitatem sequuti propriis & suo tempore vsitatis dictionibus conceptiones animi expresserunt, parum admodum solliciti, quo quisque idiomate deinceps loqueretur, aut in quam significationē uocabula traduceret, modo sententiam non peruerteret. Ac cer-

te nescio an vlla vnquam maior in grauioribus scientijs exorta sit confusio ex præstigijs quibusdam & captionibus tū uerborum, tum dialecticarum ratiocinationum, quàm quæ imminere uidetur, neglecta vera illa Antiquorum Methodo solo nomine plerisque etiam doctioribus nota. Cum igitur perspicuum sit, non solum in Dysuria sed & in Stranguria, & Ischuria dolorem sæpe fieri, actionem tamen vesicæ diuersæ modo lædi, num satius fuerit à rei natura, & læsionis in excretione varietate harum affectionum distinctionem sumere, quàm ex dolore, qui omnibus communis esse potest? Vt igitur aluus in lienteria: ita vesica in Stranguria, siue urinæ stillicidio non expectat, ut urina tota colligatur, sed statim, tanquam grauantem (vt ait Galenus) aut mordentem expellit. In Dysuria siue difficultate vrinæ expectat quidem, atq; aliquando diutius, quàm oporteat: sed cum excernenda est, percipit æger dolorem aut tantam difficultatem, vt sæpe nisi locum uesicæ comprimat manu, aut diu et magno conatu enitatur, libere non profluat. Et si in totum supprimatur, iam erit ischuria. His positis causæ facile inuestigari possunt. In Stranguria primum uesicam stimulari ad excretionem ante tempus perspicuum est. Id igitur vel vrinæ mordentis acrimonia fieri necesse est, uel imbecillitate retentricis, quæ minimo etiam onere grauatur, vel ab vlcere, erysipelate, abscessu, inflammatione. Acrior vrina redditur vel admixtione acris alicuius humoris vt pituitæ salsæ aut bilis, puris per vesicam euacuati, ut à renibus suppuratis, uel quia talis ex venis effluit ex praua victus ratione, aut intemperiem calidam, & humidam, vel humidam acquisiuit. Idq; aliquando per consensum vicinitatis ratione. Participat enim intemperie & inflammatione partium proximarum à quarum etiam tumoribus premitur, ut intestini & vteri. Retentrix imbecilla redditur ab intemperie qualibet, sed præsertim frigida. Musculus vesicam claudens, quandoque resoluitur, ut in senibus. Sed proprie non est Stranguria. Hæ sunt in vniuersum causa huius præcipitis excretionis, proprijs signis distinguendæ & ex relatu ægri, quas diuersis locis Hipp. exposuit. Vt cum scribit in siccitatibus vrinæ stillicidia fieri; alio loco, Recto intestino, aut utero inflammationem patiente, & renibus puru- Apho. 16. lib. 3. 58. 5. 48. 7.

 lentis,

letis curari quoque uini potione, & sectis uenis interioribus δυσουρίας, si dolori pro symptomate habeat, causa erit inflãmatio, uel abscessus, uel ulceratio, ut ab usu medicamẽtorum acrium; uel spiritus flatuosus, uel inæqualis intẽperies. Si uerò difficilem aliquẽ motum, imbecillitas potẽtiæ excretricis, ut ob frigus uesicæ aut colli: uel tumor præter naturã, uel obstructio à crassis et uiscidis humoribus infarctis aut adhærẽtibus ceruici uesicæ, aut urinæ permixtis. ἰσχουρία nascitur obstructione meatus vrinarũ, imbecillitate excretricis, intẽperie. Obstructio, uel cum collum uesicæ tumescit & induratur extra naturam adeo vt via vrinæ claudatur: vel cum ibi aliquid præter naturam generatur, vt tophus, carunculæ, tuberculum: vel aliunde confluit aliquid in illam cauitatẽ, vt grumus, lapis. Imbecillitas ab intẽperie, morbo organico, solutione continui, sæpe neglecta meiendi occasione velut euersa expultrice ob copiã vrinæ immodicã, vnde etiã obturatur meatus. Sic nec vesica sese contrahere potest ad expellendum nec si id fecerit, præcluso aditu vrina exire. Intemperies à multa siccitate idem efficit, ut in febribus ardentissimis & siccissimis. Si lapis exitum prohibeat, sitq; insignis magnitudinis, cognoscitur, quoniam ægro supino, si concutiatur, vrina prodit: si paruus extiterit, cathetere immisso sentitur in collo vesicæ. Si arena, dignoscitur exitu, quanquam rarò obstruat, nisi lentus humor adsit. Si sanguis concretus, liquidus solet ante effluere: si pituita, apparet dum excernitur. Si imbecillitas, præcessit aut diuturna retentio, aut frigus vehemens aut alia intemperies. Si abscessus, dolores & febres præcesserũt. Tophus, callus, tubercula solent sequi ardorem vrinæ, fluxum seminis, morbum gallicum, vlcerationem à cathetere. In cathetere cauendum ne fallamur, quòd aliquãdo pure aut crassitie pituitæ orificium intercipiatur, & os catheteres angustius, aut quia nihil lotij in uesica interceptis superioribus. Constat experientia vrinam supprimi à calculo in uentriculo renũ sine dolore. Sed ubi incidit in vreteras, acerbissimus dolor excitatur. Plerisq; suppurantur renes calculosi, & colliquantur ut tantum maneat pellicula, sicuti D. de Mancy, cui ren dexter colliquatus, sinister calculũ habebat, vreter & partes reliquæ siccatæ. Subita resolutione

tione vesicæ cuidam cū subitus dolor motus esset in osse sacro et coccyge, vrinæ suppresſio sequuta est, quā tamen reddebat tussiens et sese cōprimens manu admota pubi. Sensus amissus in recto intestino, vt neq; clysterem iniectum sentiret, neque cū redderetur. Admotu fomentis, & emplastris ossi sacro contra Paralysim, rediit sensus & conualuit. Viro nobili in pueritia secto aderant signa omnia calculi, nisi quòd cathetere nō inueniebatur. Mortuo à malè curata cicatrice abscessus et gangræna in vesica & vicinia inuenta est. Inflāmatio vesicæ dignoscitur tumore supra pectinem, febre, vrinæ retentione & excrementorum alui. Sequitur fere vlcus, calculum, vsum medicamentorum acrium, dolorem uehementem.

Varia curādi ratio. Pro causarum diuersitate cōueniunt clysteres ex materia cōuenienti, quia collum vesicæ insidet recto intestino, fotus, insessus, veronicæ succus, cuniculorū esus qui iuniperum oleāt, candela cerea, iunctiones per uirgam, cassia cum tātillo rhab. terebinthina, iniectio ex oleo nardino et succo ozimi, aqua thertacalis, gallus cū parietaria, radicibus, herbis, seminibus conuenientibus coctus, aqua ligustri, herniaria, sacculi, vinum dilutū aqua parietariæ, intinctus ciborum in oxymelite, vel succo limonum, sectio uenarum interiorum iuxta Hippocr. A materia frigida vini potio, fotus ex decocto apij, illitus ex vnguento Agrippæ, martiato & similibus, vinum enulatum, stercus gradioris muris.

De a calculo. Cap. XLV.

CAlculum gignūt calor renum *b* immodicus, aliquando etiam tepidus & humor crassior, qui calore lapidescit. Generatur aliquando in renum stomacho: aliquando in substantia. In uesica *c* quoque generari uerisimile est, & maximè pueris.

Signa, dolor *d* fixus in renibus grauitas, urinæ *e* initio tenues. Primùm quidem cū arenis & exigua asperitate: deinde cum multo sabulo & crassiores excernuntur †. Primùm igitur clystere molliendus uenter est. Renes enim oppressi stercore grauiùs dolent: liberati leuius, & ex eo calculus minori negocio excluditur.

In dolore uehemēti sanguis detrahi potest e poplite uel

a De lithiasi, siue lapide renum.

b Si tenuis sit humor, aut acer, unaq; expultrix renum facultas lāguidior, & meatus angustiores.

c Prima generōne aut secundaria.

d Non uagus, ut in colico dolore.

e Ab obstructione uasis urinarij. Aut etiā urinarū suppresſio cum dolore renū repētè oborto. Ex Hipp. in coacis animaduers.

† Pituitæ uomitio, deinde etiā bilis æruginosæ, femoris quod è directo est, stupor.

uel malleolo. Aluus quoque leni medicamento ducenda est, ut cassia ad unc. i. cum saccharo uiolato, uel glycyr. decocto. Optimũ quoq; fuerit interim, dum Medicus laborat excludendo calculo, alternis diebus a Cassiæ unc. s. aut ʒ. iii. cũ saccharo uiolato imperare horę dimidio ante cibũ. Posteaq̃ uero *b* stercus depulsum est, secta uena est & lenita aluus, unctionibus, fomentis, balneis & remediis lenientibus atq; laxantibus utendum est. Conueniet itaq; oleum uiol. amygd. dulc. butyrum recens, oleum in quo radices althee coxerint. Vnguentum dialtheæ, œsypus, hyeme etiam oleum liliorum, & cham. fotus & balnea ex malua, bismalua, uiolaria, chameliloto, lini semine & fęnugr. aliisq; eiusmodi.

Iuscula *c* quædam ex malua, bismalua, adiectis ciceribus rubris cum multo butyro & modico sale. Postea uero remediis *d* utendum est, quæ calculum excludunt. Primum quidẽ leuioribus, deinde fortioribus. Cõuenit initio oxymel simplex cũ decocto liquiritiæ. Betonica, lupulus, capparis, scolopendrium, capillares herbæ, radix graminis, chamebati & similia. Fortiora sunt scylla, iris, enula, aristolochia & similia. Oportet aũt interuallis repetere hæc remedia leniendo, laxãdo, excludẽdo.

Sanguis *e* hircinus è iugulato hirco iuuene, quo tẽpore vuæ maturescunt, medius quidem excipitur reiicto eo, qui primus fluit, & postremus fictili uase excipitur. Insolatur *f* exsiccatur, reseruaturq; fideliter. Cum usus fuerit, accipies pul. ʒ. i. s. cum uino tenui.

Aurelianus à balneo aut iam laxatis uiis, renes, pubem, interfœmineum, calido hirci sanguine inungit. Lapis iudaicus tritus & potui datus ʒ. pondere. Solinus, Dioscorides & alii Medici tum renum, tum uesicæ lapides frangere hunc scribunt. Galenus non uesicæ, sed renum. Author libelli de calculo duplex *g* genus facit,

a *Vt nephritica remedia inoffenso cursu ad renes perueniant.*

b *Stercoris enim copia nephritici damnis augentur, compressis à colo fæcibus distento renibus.*

c *Vt R. summitatũ bismalua M. i. filiusculũ cum multo butyro & cochleari vno mellis Narbonensis.*

d *Si subsistat calculus & ad vesicam viam affectet.*

e *Hæc ex Aetio. Obseruabis verò sanguinẽ illum efficaciorem futurum si postremis diebus hircus diureticis altus fuerit.*

f *Obducto linteo, ne solis ardore vis euanescat.*

g *Galen. lib 9. Simplic. vnum lapidis iudaici genus tantum statuit. Vnde colligas libell. de calculo falso Galeno tribui.*

cit, ſcribitq; marem è renibus, fęminam è ueſica calculum educere.

Datur cum oxymelite tritus in cote, uel cum unc. iii. aquæ. Oleũ *a* chamæmelinum fictili uaſe concluditur, miſtis floribus geniſtæ. Vas fideliter clauſum ſtercorario fimo ſepelitur, illícque ut eſteruefcat, aliquot dies relinquitur. Eo oleo renes, pubes, perinæũ inungũtur.

Beſtiolæ in lapidariis, fodinis quaſi uerrucæ lapidibus obhæreſcunt, quæ ſi quinque numero ex aquæ unc. iii. ſumant, mirabiliter iuuant. Pellis *b* leporis cremata, lepus decolatus, alioqui integer cum croco & carnibus uaſe fictili crematur. Eiuſdem renes ſiccati & inueterati pondere ſcrup. iiii. ex uino tenui propinantur. Cinis ungulæ equi, plumarũ palumborum, teſtæ cochlearum, cancrorum, uermium terrenorum, aſellorũ, paſſerculi; quã caudam tremulam uocant, ſtercus murium in aceto tritum. Calculus, quem quis primum excluſerit. Lotium capræ montanæ, cicadæ aridæ, & alia eiuſmodi à proprietate calculum excludunt.

Corticis raphani acerrimi unc. vi. horis xii. in *c* uini albi tenuis unc. viii. madeant. Colatura duabus doſibus ſumitur.

Terebinthina *d* ad cautionem calculi, potius quàm ad excluſioné, imperãda eſt, eaq; multis modis utimur.

R. terebinthinæ unc. iiii. inuratur in lamina ferrea cãdente, ut poſſit infriari. Dabis ʒ. ii. eius pulueris cum unc. ii. aquæ ſaxifragiæ, chamæmeli uel geniſtæ & unc. i. oxymelitis. Hoc medicamentum ex eclude̅do calculo ſatis eſſe poteſt, ubi prius lenieris & relaxaueris. ut.

R. terebinthinæ unc. s. lithontripon ʒ. ii. miſce, fiat bolus. Aliud.

R. terebinthinæ lotæ decies in aqua ſaxifragiæ unc. s. cum ſaccharo fiat bolus. Hoc uero datur tempore paroxyſmi.

R. te-

a *Huiuſmodi oleum tenuandi & incide̅di in diex odo vi habet.*

b *Hæc proprietate inexplicabili dicũtur eſſe nephritica Pulviſculũ autem apte conficies ex radi. petro. radi. ſaxifrag. & lapillis qui in aſtacorũ capitibus repeuiunt. Conferet mirifice ad lapidem confringendum cum uino albo aqua fœnicul. ſcolopẽ. aut petroſelini diluto exhibitus.*

c *Vini albi uſus in calculi geneſi non probandus; quòd ad renes humores deducat excrementitios.*

d *Imò potius ad curatione̅, quã ad prouiſione̅ terebinthina præſcribe̅da.*

e *Idem facit terebinthinæ aqua ſtillatitia.*

R. terebinthinæ lotæ in aqua uiolarum unc. s. a benedictæ ʒ.ii. Aliud.

R. b terebinthinæ lotæ in aqua halicacabi ʒ ii. pulu. tragacanthi & glycyrrhizæ ana ʒ. i. s. incorporentur in unc. s. caſſiæ, cum ſaccharo fiat bolus. Aqua diſtillata e terebinthina.

Iuſtinianum excludendo calculo ad ʒ.iii. diſſoluitur in glycyrrhizæ decocto, uel cum ſaccharo uiolato in bolum cogunt. Lithontripon per ſe ʒ.iii. pődere, uel cum ʒ. iuſtiniani ex decocto glycyr. aqua uiolarum, chamæmeli aut ſimili. Aliud.

R. cornu cerui uſti & pulueriſati, gummi tragachanti ſimiliter pul. ana ʒ.i. Terebinthinæ in lamina terrea ut prius crematæ ʒ.s. lapidis iudaici, pul. uermiũ terrenorũ an. ſcru.i. incorporẽtur omnia in iuſtiniani ʒ.i.s. Deinde in decocto glycyrrhizæ diſſoluantur, & fiat potus.

Sunt qui ſingulare præſidium putant frangendo lapidi lignum c gaiacum. Iuſta quidem ratione, uirtute uidelicet incidente, adſtringente & leniente. Talia enim eſſe oportet, quæ calculoſis imperantur: uitanda tamen ſunt, quæ nimium ſiccant, quæ craſſiorum partium.

Ratio quoque habitus corporis ineunda eſt. Obeſum corpus magis d tenuantia, gracile uero minus perferre poteſt. Sic loci, temporis, anni, ætatum & ſimilium meminiſſe oportet. Laudatur & hæc diſtillatio.

R. mellis roſa. terebinthinę ana lib.i. iuiubarum, ſebeſten, nucleorum pini ana unc. iiii. Granorum alchecangi, ſeminis cucumeris, nigellæ, apii ana unc. ii ſucci raphani per reſidentiam depurati lib.ii. Semina & reliqua materia ſolida conquaſſetur. Cum cæteris in alambico ponantur, fiat diſtillatio. In diſtillationis unc.iii. diſſolue ʒ.i. aut ſcrup.iiii. e eorum, quæ à proprietate calculum excludunt. Qualia ſunt antea deſcripta, cinis ſcorpionum, ſcarabeorum, hepatis aſini, teſtæ ouorum ex qua excluſus recenter pullus eſt, hirundinum, teſtarum auellanæ.

a Ex rhazæ deſcriptiõe, quæ turbith non recipit. Attamẽ huius loco recte ſubſtitues hieræ picræ ʒ.ij.

b Hoc medicamentum pari facultate leniendi & tenuãdi pollet, proptereaq; ad paroxyſmum diexodu imperari poteſt.

c Gaiacinũ decoctũ diureticum eſt unaq; cum urinis ſudores ciet maxime. Sed potius ĩ prouiſione confert, quàm excluſione.

d Quòd uenas habeãt anguſtas.

e Vt pulueris polygoni minoris, betonicæ, lapillorum aſtacinorum, pulueris corticis caſſiæ.

Limonum

Limonum ſuccus à multis commendatur. Item & cinis uitri combuſti. In uehemēti ſiti & calore, ſi quidem prius uacuatum corpus eſt, ſi debilitas uiſceris, aut conſuetudo non prohibet, aquæ frigidę potus largiter exhibitus aliquando calculum excludit. Aliud remedium.

R. rad. aſparagi, rad. rubi humilis ana M. ii. foliorum betonicæ, polii montani ana M. ii. cicerum nigrorum M. i. fiat decoctio in aqua pluuiali ſecundum artem. In fine decoctionis adde aceti ſcyllitici unc. i. fiat colatura doſis unc. iiii. cum ʒ. i. lapidis iudaici, aut ſimilium.

Remedium Porphyrij & Octauij.

R. braſſicæ ſiccæ & in puluerem redactæ ʒ. ii. piperis unc. s. miſce. Dato ʒ. i. ex aqua, aut aqua alchecangi aut ſimili.

Gallus laſſatus flagris cum polytrico, trichomane, lupulo, aſparagis, aliiſque eiuſmodi ad putrilaginem coquitur. Ius ſorbetur. Conueniunt præterea ſcolopendrium, portulacæ ſuccus, cucurbitæ cinis, ualeriana, ſemen perſonatæ, cardui & damaſonii radix, lini, cucumeris, maluæ, fœnugræci, apii, ſeſeleos, hederæ ſemina, cyperi radix, aſari, ruſci, cynosbati fructus detracta interiori lanugine, & ſpongiolæ in cynosbato natæ, gummi nuclei ceraſorum, perſicorum, cortex medius corillis ſarmēta uitis combuſta & extincta in uino tenui, aut liquore conuenienti, ut bibatur colatura.

Electri, lapidis ſpongiæ, pul. ſaxifragiæ ana ʒ. s. ex aqua geniſtæ, aut ſimili.

Cucurbitula lenito prius dolore, remollitis ac relaxatis partibus, iam nō urgente inflammatione, renibus primum, deinde perineo & inguinibus affigi debet.

In ſumma clyſtere mollienda aluus, leniendus uenter e caſſia. Detrahendus ſanguis è crure, niſi plenitudo ſit totius corporis. Sic enim è cubito prius lenientibus atque laxantibus: deinde etiam leuiter incidētibus calculus ad excluſionem præparandus eſt, paulatimque faciendus gradus ad ea, quæ detergent, attenuant, expellunt, atque etiam urinas mouent. Multo maxime cum iam remittitur dolor, & calculus commutat locū.

Quòd

Quòd si iis,quæ bibuntur,nihil efficitur cucubitul,utendum est . Si uerò neque hoc remedio exit calculus , ad a relaxantia , lenientia & initium curationis redeundum est. Si uerò translatus est calculus in uesicam, nec aliter extrahi potest, ad incisionem confugere oportet. Cuius rationem repetes ex 6. Pauli Chirurgia Albucas. & aliis Chirurgis.

a Vt cataplasmata , ex raphano, nasturtio aquatico , parietaria in adipe cuniculi frixis confecto.

b Quod ad comminuendum calculum in renibus ualere putatur.

In hoc modo dolor intolerabilis facit, ut aliquando utendum sit narcoticis. De quibus multa antea.

Descriptio b *olei de scorpionibus.*

R. aristolochiæ rotundæ,gentianæ, cyperi, corticum radicis capparis ana unc. j. Bulliant omnia in lib. j. olei amygdalarum amararum.

Sunt qui addant succi raphani lib. s. ut fiat decoctio ad succi consumptionem. Alij aquam. Per hebdomadem insolentur.

Singulis libris colaturæ adiice duos scorpiones , & rursus insolentur dies xv. Gutta eius olei uirgæ infunditur: eodem oleo pecten & perinæum inunguntur.

Probatum quoque multis balneum sulphureum , ex aquis naturalibus ; vel sub quadruplo sulphure liquato in quadrupla aqua. Alij in eiusmodi aquã calidã lintea immergunt,& calida perinæo ac pectini apponuntur.

S C H O L I A.

Multis in partibus corporis humani calculi generari possunt. Obseruauit Author concretos in capite & utero mulieris,cui dissecandæ in Scholis publicè præfuit. Multis in folliculo fellis leues,nigri,flaui,innatantes aquæ, qui quandoque excluduntur deorsum. In nobilissima muliere 53. repertos sectо folliculo uidimus in Aruernia, quos adhuc habemus. Puero cuiusdam sutoris, in mesenterio inuenti: ducibus mulieribus in pulmonibus: multis in articulis , iecore, liene , uentriculo. Adhærent sæpe uesicæ,cranio, utero. Galenus de humoribus meminit calculi in utero. Musa mulierem refert ex ano quinque lapides reddidisse. Quod uerisimile est. Nam pituita sæpe lentissima intestino hæret, quæ potest concrescere , dum satis non detergitur. Galenus 5. de locis affectis meminit cuiusdã, qui è thorace uelut grandines expuebat. Alberto Sauaronol-

la

le mortuo decem calculi inuenti in uesica magnitudine oui columbæ & figura, singuli pendentes plus quàm ʒ.5. omnes simul unc.vi. ut scripsit Musa. Pituita putris & pus crassum aliquando repræsentant calculi signa, ut in Præside quodam multa mucosa, uiscida, longo tempore quotidie expurgante. Sed de materia, causa efficiente & generationis modo in uesica & renibus non eadem omnium sententia. Alij aiunt multam materiam crassam ac terream primùm cogi in unum in uesica, cuius pars intima concrescit, tandemque si non eiiciatur calore & frigore parte tenui consumpta in lapillum coalescere. Hinc uoluitur ab urina, & semper sibi adiungit, atque sic augetur. Causam autem efficientem esse tum calorem, tum frigus, unde in senibus et pueris generantur, non in iuuenibus. Alij ex Hipp. materiam faciunt urinam adustam à feruore & ardore. Quorum enim aluus fluida est ac sana, & uesica aut uesicæ os non ardet, his facilè urinam effluere, & in uesica nihil congregari. Quorum uerò aluus ardens & feruida fuerit, in his etiam necesse esse uesicam idem perpeti. Cùm enim magis, quàm pro natura, fuerit calefacta, stomachus eius inflammatur. Vbi uerò hæc perpetitur, urinam non demittit, sed in seipsa concoquit & adurit: & quod quidem tenuissimum in ipsa est, excernitur: quod purissimum transit ac emingitur. Indicio esse urinam splendidissimam excerni instar seri. Brasauolus tertium modum affert ex eodem Hipp. 4. de morbus. Fieri enim ex arenis, sedimento uelut glutine copulante. Hoc quibusdam non placet, quia natura ut statim arenam senserit, protinus eiicit. Et cùm renum calculus nudus sit, adeo uesicam uexat, ut diu non possit retineri, quare nec augeri. Contra nonnulli nullum in uesica lapidem generari aiunt, quin in renibus acceperit principium & rudimentum. Indicia esse nephriticos dolores, qui in omnibus præcedunt, & in omnibus calculis medium quasi nucleum reperiri, uerum rudimentum à renibus exturbatum. Philot. contra, sæpiùs in uesica propter capacitatem calculos generari. Respondent capacitatem iustum argumentum non esse, & experientia doceri contrarium. Tantam controuersiam neque nostrum est conciliare, neque breuibus scholiis id potest præstari. Si tamen licet ex his, quæ apparēt, quicquam efficere, cum lapides

renum

renum & vesicæ, neque eodem colore, neque eadem figura, neque eadem substantia, neque in eodem sexu aut ætate similiter concrescere sensus doceat, omnibus eandem causam, aut generationis modum tribuere, aut locum non minus absurdum videtur, quàm si in metallis & lapidibus terrenis idem fieret. Vesicæ enim calculi ferè maiores, rarò alio colore, quàm albo, aut cinereo, in pueris frequentius ob edacitatem vt ait Galenus, vnde crudi humores generantur, qui calore concrescunt. Sed fusam crassitiem exceptam ob robur natiui caloris & virtutis naturalis in vesicam renes excernunt. Adde si vis mollia & humida corpora puerorum & fluxilia quod plurimum facit ad excretionem materiæ crassæ. Quæ quia in senibus & adultis non adsunt, in illis frequentius generantur in renibus. In mulieribus rarius propter menstrua & laxitatem mollitiemq; uiarum. Acceruantur lactis, casei, vinorum crassiorum vsu, vt Ferrariæ: aquarum limosarum, vt Lutetiæ: alimentorum crassi succi, vbicuq; sit. Vrinæ aliquando arenosæ ex vesica: aliquando cõtra. Ex his omnibus in vesica & ab arenulis & à materia terrea atque adusta sed multo frequentius ex crudo succo, limoso ac viscido, quo etiam coguntur arenulæ, calculos oriri consentaneum est, aliquandoq; arenulas ex renibus in vesicam labi, sed & ex ipsius vrinæ fæce resoluto humore posse fieri, à calore stomachi ipsius, vt ait Hippocrates, quales in matulæ fundo apparẽt. Crassities materiæ intelligitur ex corticibus veluti cæparũ, quibus lapides vesicæ integuntur, & ex compacta substãtia ac duritie. A viscido humore frigus, à superueniente calore induratio, coctio & quasi assatio vt in lateribus ex luto, vnde neque calore liquantur, neque frigore. In renibus vero fere tinguntur rubro, vt rubrum intelligas, & flauum, & ruffum iusta ratione quod & in arenis videre licet. Nam à sanguine, calore loci, & partis colore tingi solent. Minus duri, asperi & magis friabiles, quàm in vesica. Ergo magis ex arenulis coalescunt. Cur igitur multi arenas mingunt, neq; calculosi sunt? Causa in promptu est. Non enim coguntur, nisi viscido aliquo & crudo humore tanquam glutine. Opus est tempore. Vbi igitur obstructio à crassis & viscidis humoribus, & acrior urina ac magis feculenta, angustiores meatus
calore

calore superueniente à quacunque parte, ut hepate, corde, renibus, quod diu impactum fuit in meatu, induratur & lapidescit, figuramque accipit à sinu, in quo est. Neque impedimento est, quod nonnulli respondent, ex calculo arenulas fieri, non contra. Cur enim qui generantur in uesica, in arenulas rarò dissoluuntur? Neque etiam ob id necesse est in calculo renum semper arenulas excerni cum urina. Nam in multis dissectis probatum contrarium, qui calculosi sunt inuenti, cum neque arenas meierent, neque laborarent vrinæ difficultate, infosso calculo in substantia renum. Archigenes & Philagrius arenas reddi uolunt, cum iam calculus è rene in uesicam descendit. Rudimentum quoque in renibus quandoque accipi, accretionem uerò in uesica non est negandum. Cuiusmodi calculi in medio sunt friabiles, in superficie duriores & magis compacti, doloresque nephritici præcedunt.

Quæ omnia plurimum conferre uidentur ad curationem & prædictionem, ut in quibusdam potius ad arenularum generationem respicere in aliis, ad crudorum humorum copiam oporteat, certumq; sit in renibus, et ex arenulis facilius posse comminui. Calculus renum exactè describitur his signis. Dolor renum acutus: Sexto tamen Epid. grauis in renem dolor, cum cibo replentur. Quod ita distinguendum censemus. Cum enim in uentriculo renum figitur, uel sine dolore est, uel cum graui. Vbi incidit in ureteras, uel etiam intra renem pungit pelliculam in exortu ureterum, dolor acerbissimus. Cum etiam mouentur uehementiùs, aut spinam flectunt, dolorem acutum percipiunt, et stuporem circa lumbos & crura ob compressionem nerui à lumbis, uel ut alii uolunt, uenæ cauæ. Proinde additur ab Hipp. et in lumbos, et in testem secundum renem situm. Videtur enim quibusdam testis sursum trahi. Dolor ille fixus est, nec locum mutat, ut in colico. Frequenter mingunt. Sed paulatim astringitur et supprimitur urina. Vrina enim frequenter fluere non est sufficiens argumentum liberos esse calculis ureteras, cum uno clauso per alterum reddi queat. Suppressa urina regurgitat, unde alui tumor, singultus, animi deliquia, Coma, Dyspnœa, Cataphora, &c. Nõ semper arenulæ rubræ prodeunt, sed sæpius, præsertim ubi è

renibus emotus est lapis. Vomunt pituitam inualescente dolore & aeruginosa. 6. Epid. fastidium cibi, alui excretio difficilis. Sæpe sanguis excernitur ob uiolentiam calculi.

Clyster lenis, fomentum, unguentum, bolus, phlebotomia. Molliuntur uiæ cassia cum rhab. cessante dolore & uomitu. Deinde terebinthina: postea oleo amygd. dulc. cum alphenice, uel diatrag. hinc cataplasma molliens. Postremo quæ comminuunt. Inueteratus calculus paulatim atterendus. Alioqui frustra contendimus excindere. Ubi iam durior & maior substantiæ reni impactus, & quasi actis digitis & radicibus inhæsit, frustrà oppugnatur. Recens natus mollior. Ille tamen atterendus paulatim & confringendus. Alia enim remedia excludunt, alia atterunt & frangunt. Regurgitante urina ad uentriculum uomitus ciendus, aluus subducenda. Alioqui uis medicamentorum hebetatur, licet ab hepate & renibus eorum quoque vis infringatur. Vehemens impulsio, cõmotio, affrictio, qua parte ureteres explantantur, è renibus urinã & calculum promouent. In excludendo calculo renum uidetur quædam periodus. Multis quieto dolore, nec opinantibus excidit. Infinita prope sunt remedia in ueteru libris, sed cum iudicio & delectu eligenda. Quidam nobilis Lutetiæ lapidem habuit mollem, laxum, efformatum ad instar mortarij, per quem transcolata aqua & epota mirum in modum iuuabat calculosos & urinam suppressam. Cauendum à nimia refrigeratione renum, quia inde angustiora uasa redduntur, et aliquando gignendi impotentia consequitur.

De calculo uesicæ. Cap. XLVI.

Calculus uesicæ si per fistulam urinariam exitum non habeat sola chirurgia curatur.

CAlculus uesicæ curatur eodem modo, quo calculus renum. Nihilominus tamen in calculo uesicæ fortioribus opus est medicamentis, quàm renum.

SCHOLIA.

Signa lapidis in pueris sunt, urina aquea, similis lactis sero, sedimentum arenosum & tensio uirgæ, alioqui nõ conueniens illi ætati. Cũ factum est, difficultas meiendi, urina subcruenta, dolor in eius excretione, pruritus in præputio ex motu lapidis & arena, uel etiã lapilli parui ex attritu. Certissimum signũ: si meiendo aliquid egerunt, aut egerẽdi cupiditate

te tenentur. Cũ sedent repente, uel sedendo cõcutiunt uehemẽter alterum pedem, dolorẽ sentiunt iuxta anum, in ima parte pudendi. Nonnulli iubent ad certiorem distinctionẽ ægrum equitare, saltare, exerceriq; uehementius. Inde exhiberi lapidem cõmmaventia, & subsidentia in urina inspici. In qua si tribus aut quatuor diebus puluis appareat, lapidem esse durum: si lapidum frusta & quasi arenæ, tophum: si nihil horũ appareat, lapidem proculdubio non esse. Sed cauendum, ne exercendo in ardorem urinæ incidant. Ponunt aut tripliciter in uesica lapidem generari. Ex arena, sed raro, unde fit tophus: ex lapide iam in renibus concreto: & ex fæce urinæ. Cùm uero lapis iam ulcus excitauerit, aut carnẽ, signa confundi. Omnibus tamen certiora signa digiti in rectum intestinum, cui uesica incumbit, immissio & catheter, sed quæ nõ sine dolore adhibentur. Suppressa urina corpore supino & cõcusso si prodeat, lapis meatu occludebat. Neq; catheteri semper fidendum. Mercatori cuidam omnia calculi uesicæ signa aderant. Cathetere probari nõ potuit. Mortuo duo magni calculi inuenti sunt, singuli unc. ij. s. membrana inclusi, utrique sua ubi concreuit in uesica, ferè maior euadit ob maiorem capacitatem uesicæ & colluuiem. Tum non mutatione ætatis, sed sola Chirurgia curatur. Atq; aliquando liber est, interdũ hæret uesicæ, nec nisi ui extrahitur. Nam ut matula excremẽta hærentia contrahit: ita uesica imbecillior. Deinde imbecillitate uesicæ & angustijs uiarum impeditur exclusio. Hinc mors, quia febris & inflamatio sequuntur. In consilio secandi uidendum qua parte sit, & an sine periculo eximi possit, an pertinaciter hæreat, an sit in meatu uirgæ & anfractu colli eiusdem. Contusio ab asperiore & longiore operatione inflammationem, gangrænam, mortem deniq; infinitis adfert. Sunt, qui iniecto oleo scorpionum & alijs per penem contendant frangi posse. Vidimus mulierem, quæ inunctionibus & suctu penis multos liberauit. Sunt qui napo orbiculato oleũ accommodatum immittunt. Napum coquunt: deinde ad modum emplastri pubi admouent.

Sunt, qui aperto uesicæ collo, quomodo Lithotomi faciũt, uiam aperiãt, nulla ut eiusmodi illata, quæ inferri solet uario genere ferramentorum, ubi calculus extrahitur. Atq; ea

ratione facta uia, aliquãdo ſponte naturæ calculus, niſi grãdior ſit, excluditur. Hoc in mulieribus facilè ob breuitatẽ & rectitudinem colli ueſicæ, uix tamen ſine læſione aut laceratione Sphyncteris, unde ſequitur inuolũtarius urinæ exitus. In uiris difficilius ob reflexionem, quæ fit in modũ literæ S. Tutior tamen uidetur hæc ratio. Sed ſi lapis grandior ſit, inſtrumentis intra frangendus. Deinde ſectio facienda paulò ſupra anũ, qua parte eſt Sphyncter ſecundum fibras rectas.

De ardore urinæ. Cap. XLVII.

IN iudiciis acutarum *a* febrium bilis plurima aliquando excernitur à natura, quæ ſi diffluit in ueſicam, ardorem *b* urinæ facit. Vrina ſero ſanguinis & bile cõſtat. Cùm autem alterum acrius, uel augetur proportio bilis, ardor urinæ fit. Vrina omnis acris eſt, ſed multo maximè ſentitur acrimonia, ſi pars ulcerata eſt, effluit. Ad ueſicam *c* glanduloſa ſunt corpora, quę humorem reddunt, unde urinæ acrimonia temperari poteſt. Ea exſiccantur immodico coitu, morbo aut medicamento, quæ cauſa ardorem urinæ gignit. Sanies quoque acris ex ſuperiori corpore in ueſicam defluit, quæ urinæ mixta ardorem facit. Cognita cauſa de Phlebotomia, purgatione & aliis remediis cogitandum. Phlebotomia *d* tum conuenit, cum calidius corpus eſt, è brachio.

Purgatio *e* & diuertendo, & acriorem humorẽ repurgando cõuenit. Sed prius conſiderandũ eſt, an ſolum leniendum, an etiã detergendũ. Vbi ſola humoris acrimonia eſt, leniendum ſolum: Vbi ulcus, etiã detergendum.

Leniendo cõuenit Caſſia: detergendo, terebinthina. Vtriuſque uirtus augetur aut temperatur iis, in quibus diſſoluitur. Itaque ſi leniendum, imperabis ℥.10. caſſiæ, aut ℥. j. diſſoluesq́; in decocto iuiubarum, paſſularum mundatarum, ſebeſten, prunorum & ſimilium. Si detergendum ſimul & leniendum, diſſolues in aqua hordei, in ſero caprino, in iulepo uiolato, qui & lenit & deterget. Terebinthina, ut prius dictum eſt, uteris. Aliquando rhabarbari ℥. aut ℈.4. vi. ℥.ii. caſſiæ commiſcebis, atque ita diſſolues, uel cum ſaccharo coges in bolum.

Quod attinet ad reliqua remedia, reuocanda ſunt in hunc

a *Et diuturnarum, nec nõ criſi propria partis alicuius affectæ, aut etiam materiæ auerſione, ut in parotidibus et ſurditate.*

b *Abradendo, exaſperando & inflammando.*

c *Quia eſt ſymptomaticus ipſi ueſicæ, non autẽ ipſius veſicæ ſymptoma.*

d *Si ſerum in uitio ſit & æſtu incanduerit: aut ſi à miſtione bilis ardor urinæ fiat.*

e *Humorem ad inteſtina deriuando, qui ferebatur ad renes*

hunc locum, quæ de Stranguria ab urinæ acrimonia di
cta sunt. Si tantum humoris acrimonia est, leniendum:
si etiam ulcus præterea, detergendum & consolidandũ.
Leniunt iulepus & syrupus de uiolis, maluæ & bismal-
uæ frequens usus. Aqua ex iisdem distillata. Decoctum
glycyrrhizæ rasæ, passularum mundatarum, prunorum,
iuiubarum, sem. communium frigidorum, psilij, cydo-
niorum, lac muliebre, oua & similia. Imperabis ergo.

R. aquæ maluæ unc. iiij. iulepi uiolati ℥. j. s. Atque
ubi leuiter detergẽdum, uteris syrupo uiol. de iuiubis,
de nenuphare, de papauere. Et his quidẽ magis, si maior
ardor est, hosq; syrupos dissolues in supradictis decoct.

Semina melonum excorticata & mundata ℥. ponde-
re, aut ex iisdem seminibus, semine cucumeris & cucur
bitæ cum amygdalis dulcibus imperabis lac amygdali-
num, aut hoc ipsum iubebis comparari, dissolutis amyg
dalis in decocto prædictorum seminum, atque ubi urge
bit ardor, semina hyoscyami albi & papaueris albi &
psilij commiscebis. Sem. lini, altheæ & cydoniorum, ei
dem usui esse possunt, si parentur, ut dictum est, ut vel
hordeatis, uel lacti amygdalarum misceantur. Deterget
iulep, id est, aqua sacchari: sed leniet magis, si saccharũ
uiolatum sit. Plurimum laudatur medicamẽtum ex tro
chiscorum alkecangi ʒ j. iulepi uiolati unc. iij. Hocque
utendum erit, ubi maior ardor est. Lac muliebre & bu-
bulum leniens magis. Ouillum confirmat. Caprinum &
asininum detergent magis. Serum separatum ab his ge
neribus lactis magis detergebit. Sed quia ardoris sen-
sus magna ex parte sentitur ad collum vesicæ & extre-
mitatem glandis, propterea iniectionibus in colem, tu-
rundis quoque in foramen uirgæ utendum est. Lenien-
do lac muliebre iniiciendum est.

Liquor tenuis albuminis oui agitati, atque despuma
ti, uel hoc.

R. muccagi. sem. psilij & cydoniorum extractæ in a-
qua cucurbitæ, uiolarum, maluæ an. unc. s. lactis mulie-
bris unc. j. liquoris oui ℥. ij. misce pro iniectione.

In maximo ardore muccagines seminis hyoscyami

& papaueris commisceri possunt, uel camphoræ gr. vi. aut plura, uel opii gr. ii aut i. Turunda intingi debet cerato rosaceo Galeni, quod ita comparabis.

R. olei rosarum ℥. vi. lauetur sexies ex aqua rosarũ. Deinde cum ℥. ii. ceræ lotæ fiat ceratum liquidum in duplici uase.

Potest & hoc ceratum refrigeratũ affundi succo plantaginis. Et hoc magis, ubi extremitas uirgæ ulcerata est.

In dolore uehementi dissolues camphoræ scrup. i. in aquæ rosarum aut uiolarũ unc. i. uel in uino dulci opii gra. ii atque ita linamentum, idest turundam in his liquoribus madefacies, & molliter indes in uirgam.

Si detergendum, supradictis iniectionibus addes saccharum, ut non solum lenias, sed etiam detergeas, uel aquam hordei, uel serum lactis cum modico saccharo. Cum uero ulcera detersa sunt, conueniunt, quæ consolidant, ut.

R. sarcocolæ scrup. i. amydi, cerusæ lotæ ana scrup. s. nutriãtur in lactis muliebris aut caprini, uel ouilli unc. ii. Fiat iniectio in uirgam, quæ ter aut quater in die repetatur. Aliud.

R. aluminis plumæ (scissile uocatur à Galeno) sacchari ana scru. i. mellis ℥. i s. uini albi austeriusculi unc. ii. leuiter bulliant. De colatura fiat iniectio. Conueniũt & hæc.

R. succi uirgæ pastoris depurati, succi plantaginis an. unc. i. boli armenæ, mummiæ ana ℥. s. misce pro iniectione consolidante.

Trochisci de charabe, de terra sigillata, bolus armena, tragacanthum, trochisci de spodio ℥. i. pondere dissoluuntur in unc. ii. succi equiseti, plantaginis iulepi uiolati, syrupi myrtillorum, diluti, ubi consolidandum est. Sed trochiscis de carabe in maiori ardore utendum est.

In curatione ardoris urinæ Clysteres *a* ex iis, quæ leniunt, iniici debent. Quales multos habes de Dysenteria. Atque ubi humoris acrimonia causa est, sudoris prouocatio & uomitus ex usu sunt. Inunctiones pecti-

a Vt ex decocto maluæ althææ, uiolariæ, decocto capitis ueruecini.

nis

nis & peringi, è descripto cerato, rosaceo, oleo uiolato, de nuphare, de mandragora, de salice, cucurbita & cucumere.

Balnea, immersio pudendi in a decocto leniente. a Vt in lacte in quo decoctū fuerit verbascum.

Laudatur à multis iulepus ex aqua acetosæ & quarta parte sacchari uiolati. Postremo partes affectæ roborandæ, de quo in Gonorrhea.

SCHOLIA.

Per penem redduntur vrina, ramenta, pituita, vermes, pus, semen & sanguis. Vrina duabus partibus constat, sero & bile. Hæc si superat, aut serum sit acrius, fit vrinæ ardor aliquando etiam per crisim. Sunt & glandulæ ac parastatæ humore quodam tanquam saliua confertæ, quæ vrinam temperant. His resiccatis aut male affectis idem quoque ardor excitatur, idest, dolor quidem, qui sentitur inter meiendum. Multæ quoque sunt aliæ caussæ, quæ ad Dysuriam pertinēt. Sæpe pituita putris, aut salsa vt in senibus, aut pus acre permiscetur vrinæ, eamq; acrem reddit, aut illa omnia cum vrina exeuntia dolorem excitant, præsertim si qua sit exulceratio, aut inflammatio. Sed in vlceratione ramenta quædam simul conspiciuntur. Non erit inutile sigillatim de singulis agere non solum ad huius affectus distinctionem, sed multorum etiam aliorum, quibus hic permiscetur, aut similitudine quadam respondet Puris & pituitæ differentia obseruanda, tum ex his, quæ præcedunt, tum ex natura rei. Pus præcedit dolor, cruor, grauius olet, minus viscosum est. Contraria in pituita. Nam raro dolor, nisi cum putris, salsa, frigidior. Annotauit author se frequenter vidisse interceptam vrinā crassa pituita, quæ dolorem & ardorem, vt in calculo excitaret. Vidit & intolerabili cruciatu aliquot diebus affectum, qui pituitæ partes velut crystalli, aut concocti succi, quem gelatinam vocant, globulos colore aqueo pullucidos. Duos itidem, quibus pituita putrescens in vermes vertebatur, quos emingebant. Beaucler Aduocatus post dolores renum magnum uermem eminxit. Quidam literas ad Hispanum scriptas ostendit, quibus consilium petebatur pro calculoso, cui eiectis calculis aliquot & arenulis prodierant duo vermiculi acuto capite, corniculato, ventre & dorso testula in-

ductis instar testudinis, nigri, nisi quòd rubebant uentre. In quo uidetur generatio quædam esse à putredine pituitæ, calore multo totius uenosi generis eam pituitam ita cōformante. Quemadmodum cum sit τριχίασις, id est, capillitium illud, de quo agit Galenus Aphor. 76. lib. 4. id est, pituita, quæ in longum diducta à calore exurente capillos repræsentat aliquando ad dimidium cubitum, ex usu crassioris alimenti genita, quæ cum urina crassa excernitur. Viscidior enim fit, & resiccatur non omnino quidem, sed ut in longitudinem produci possit. Aliquando animatur, ut cætera animalia, quæ ex putredine ortum habent. Archigenes fieri putauit à fluxione muccosa, unde & foliacea, & ueluti pili, aliquando implexi breues, longi, & materia quædam è uenis ad renes, ubi cogitur. Galenus scribit, in quibus talia exeunt, semper urinam esse crassam. Contrarium experientia docuit. Quidā annis plusquam uiginti tales urinas cum capillitio emisit ruffas, mediocri consistentia, non crassas. Temperamentum illi erat biliosum, satis tamen quadratū & carnosum corpus. Multis idem contingit: alijs cum crassa urina. In Præside Longuel pituita lenta, corrupta, quam incredibili quantitate multis mensibus eminxit & deiecit, quoties sumpsit medicamentum, cum urina tenui, serosa, simili sero lactis. Opportunus, erat Arthritidi & calculo. Sed utroque affectu liberatus, uigilijs, frequenti mictu dolorifico torquebatur. Malum modò remissius, modo acerbius per frigora & humidū cœlum. Modò stillicidium mictus exiguus & frequens, modò urina largior. Remittebatur dolor, tum acerbior redibat. Penis & crura condolebāt. Vrina modo mordax, modò contra. Eadem omnino apparuerunt in procuratore ad Paruum pōtem. Vtrique ætas annorum circiter 52, hepar calidius, sitis multa. Sed Præses naribus nihil expurgabat: alter contrà. In sacerdote Normano multa muccosa per urinam prodibant, sæpe emingebat. In his omnibus cùm pituita acris, salsa, putris, frigidior erat, dolor excitabatur. Creditur tamen pituita uiscida & parum permixtæ, cum dolore excreta & magno conatu in ulcere renum aut uesicæ calculo tantum emitti. In Asthemate aut simili affectu, morbi uel magnitudinem, uel mutationem significat. Quæ omnino sine do-

lore

fore exit, & in fundo crassiori farinæ similis apparet, crudus succus est. Quē sæpe sequitur renum aut articulorum dolor, aut calculus, aut morbi longitudo, aut corporis consumptio. Pus resudat & effluit ab abscessu, inflammatione, ulcere. Non semper sanguini permiscetur. Multi enim renum abscessus reperiuntur, in quibus pus solùm, certis interuallis cum urina excernitur, ut in duabus mulieribus, altera uxore senatorij Consulis Claudij Fabri: altera uxore Vincentij Fabri negotiatoris. In alijs quoque, qui inde tabidi mortui sunt. Sanguinolentum aliquando. Vtrumque exactè urinæ permixtum, aut residens, sed post longum tempus, urina etiam inde crassiore reddita, è renibus est, præsertim si dolor fixus in lumbis præcesserit, aut calculus reiectus fuerit, aut ex ureteribus, ulceratis transitu calculi, uel in illorū cauitate orta post ulcus caruncalæ. Sed copiosius è renibus, quàm vreteribus. Cito subsidens, viscidum, muco permixtum, cū squamulis minimè carnosis, è uesica, si nullus dolor in lumbis aut circa pubem grauitas præcesserit. Sine urina profluit è pene, vt dicemus. Neque tamen è renibus, aut vesica semper exit. Ab omnibus.n. ferè partibus superioribus miro naturæ artificio, & per corpus confluxile facta exudatione modò in intestina, modò in uesicam exoneratur. Mulieri cuidā intolerabili cruciatu vrina purulenta profluebat. Mortua post quartū mensem, & dissecta duo calculi in corde cum multis abscessibus paruis inuenti renibus integris & uijs vrinæ. In qua uerisimile est, aut potius necessarium pus acre per urinas naturam expurgasse, quo ad fieri potuit. Carnosa ramenta à renibus: furfuracea non semper à vesica. In febre enim ardente & colliquante à tunica venarū ita exesarū acrimonia (quō à cutis superficie pituita salsa & mordente erosa) furfures redduntur. Aliquando in eadem febre ardente ab adusto sanguine præsertim crassiore & melancholico, ac ueluti in cinerem resoluto. At in vrina mediocriter habente, ægroto non febricitante, à vesicæ scabie & prurigine oriuntur. Semen præter naturā & uoluntatem effluit vasis relaxatis imbecillibus post immodicū coitum, colliquato corpore, vlcere irritante, frigidis flatus generātibus, acriore semine, retento ob contortionē pudendi. Si nihil horum neque renes neq; vesica

patiantur,

patiantur, frequentius Parastata aut glandulæ semen retinẽtes, quæ sũt in uasis circulatoriis ĩ parastatas desinẽtibus, aliquo præter naturam affectu laborant. Sunt autem multi, ut inflammatio, ulcera, scissuræ, resiccatio. Inflammatio fine coitu à semine retẽto et illic putrescente, unde puris reiectio, pudendi mador, erectio, aliquando etiã à partibus uicinis inflammatis, ut in hæmorrhoidibus: nonnunquam defluxu humorum post equitationem longam celerem, acrium nimium usum. In ulceribus maior puris quãtitas, minor ardor quàm in inflãmatione. In scissuris, solus urinæ ardor absque puris emissione. Si post coitum præsertim cum infecta, Parastatæ aut glandulæ manitæ & calfactæ halitum quendam tetrum contraxerunt a cõcubitu, efficitur ardor urinæ, quem uulgò propriè uocãt (Chaudespisses) *Eriguntur urethrum, urina cũ maximo dolore redditur, sanies liuida, uirescens, mordicatio in meatu. In erectione pudẽdi fit etiã contractio cum dolore nõ in neruo cauo, ut nuper nõnulli scripserut. Nã sic erigeretur potius, quàm inflecteretur: sed ob plenitudinẽ, uel inflãmationẽ uel inanitionẽ in meatu urinæ. Unde sæpe fit, ut qui tum utũtur coitu, ut erecto membro illis scissura fiat, aut ulcus. Hinc uel exitus urinæ quasi cuniculis factis per anũ aut aliquã aliam uicinã partem, uel carũculæ, tanquã fungi concrescẽtes aut tubercula in anfractu colli uesicæ, aliquãdo in reliqua fistula penis, à quibus & ἰσχουρία & dolor grauis in meiendo. Oribasius calore loci scribit huiusmodi φύματα celeriter suppurari ex Hipp. Experientia tamẽ docet sæpius carnẽ absumẽtibus curari. Sæpe hic decipimur specie calculi, ut in nobilissimo uiro post urinæ cruciatum in octauum mẽsem ambigentibus. Medicis & Chirurgis de calculo, adhibitis frustrà remediis tandem apertio facta, ut solent Lithotomi. Liberatus omnino dolore nõ inuento calculo, sed carne in collo uesicæ, quæ paulatim consumpta est cõuenientibus remediis. Harum omnium affectionum curationem exponere non est huius instituti. Quia tamen sæpe malorum omnium origo à renum inflammatione est, quæ hoc loco prætermittitur ab Authore, non erit alienum sequentia breuiter subiecisse.*

De inflammatione Renum.

Vulnere, attritu assidua equitatione, corruptela et afflu-

x humerum, potis pharmacis. Dolor pulsatilis in lumbis & superius ad nothas & hepar, si ren dexter, inferius ad uesicā, & femur, pectinem, pudendum: stupor cruri respondētis. sternutatione, concussione corporis & uehementi motu lancinatio uehemens. Extrema, suræ præcipue & pedes, frigent, febris uehemens. Vrinæ primum retinentur, aut tenues fluūt & aquosæ. Procedente morbo in peius, rubræ: deinde crassæ & muccosæ, quæ ut augetur malum ita augentur. Nausea, uomitus biliosus, cordis morsus. Quibusdam animi deliquia & sudores syncopales. Sistitur uenter: unde inflatio & ructus. Breuibus aut maioribus interuallis exacerbationes.

Initio molli clystere pauca quantitate leniatur aluus: detrahatur sanguis: frugaliter uiuat. Hordeato satis liquido et iusculis mitigantibus utatur. Vino, mellitis, diureticis abstineat. Iniyciantur cum clysteribus, iam puro intestino, quæ leniant. Exacerbata inflammatione iterum phlebotomia, cataplasmata è farina hordei primum in mulsa, deinde passo ex farina dicta, & iis quæ leniendo discutiant & roborent. Cataplasmatis non cedente morbo cucurbitulæ cu scarificatione applicentur lumbis & ilibus. Insessiones deinde parentur ex decocto lenientiu & resoluentiu, roborantiu, Prius tamē cū uesica hydrelæo plena cū spongiis foueatur locus. Tum ad cerata & malagmata ex eadē materia eiusdem uirtutis. Vtendum quoq; potionibus, narcoticis, & cocta inflammatione, quod urinis crassis euntibus & boni sedimenti intelligitur, diureticis. Mesue initio ex farina hordei rosis & similibus repellentibus, deinde mixtis detergētibus chamæmelo & c. Emplastru de muscillaginibus deinde de meliloto Lactis asinini usus cum modico melle efficacissimus renibus exulceratis.

De mictu a sanguinis. Cap. XLVIII.

QVibusdam b naturis eodem modo sanguis per uias urinales excernitur, quo aliis per nares c uenas sedis, aut d uomitum. Hoc ipsum præter e naturam est, debetque anteuerti secta uena è brachio dextro. E insino di excretiones sanguinis excitantur ferè inclinante Vere. Veris itaque initio anteuertendum est.

Aliis f cruenta est urina, similisq; diluto sanguini ex laxitate

a Synceri, mixti atq; serosi.

b Vt sanguineis, vel etiā proprii excrementi et solitæ vacuationis suppressione, aut mēbro aliquo mutilis.

c Vt melancholicis.

d Vt mulieribus, a suppressis menstruis.

e Quod sanguis per cōmoda loca nō feratur. Adde quod excisæ, apertæ, aut ruptæ uenæ, ipsum etiam renis symptoma est.

f Tali affectio hepaticæ desinente riæ consimilis est.

laxitate atque amplitudine uenarum, quæ à caua renibus inseruntur.

Renum quoque infirmitas hoc idem efficit. Scriptũ autem ab *a* Hippocrate, Quicunque sponte sanguinẽ mingunt, ijs à renibus uenula rupta est. Sponte, hoc est, & repente & sine manifesta causa. Rupta uero uena propter humorum multitudinem ac crassitudinem, unde uenæ quæ renum uentres subintrãt, disrumpuntur, aut aliquando aperiuntur ex casu, saltu, ictu aut uehementiore motu idem potest contingere. Rupta uena cõfertim effluit sanguis: aperta, paulatim. Laxioribus uenis emulgentibus, infirma ui renum contentrice aut discretrice, statim à cibo serum sanguinis purum post coctionem cum *b* spongioso sedimento excernitur. In infirmitate uasorum seminaliũ aliquando excernitur sanguis, non cùm urina, sed in *c* coitu aliter, quàm uesica exulcerata. Hic enim cũ urina sanguis emingitur quibusdam corpusculis immixtus. Nec in uesica solùm, sed etiam in cole exulceratio esse potest. Sed ulceris sanies & dolor indicia sunt. In imbecillitate primum cognoscendum est, an à calido, an à frigido, fereq; à calido esse uolunt. Quod malum astringentibus, refrigerãtibus atque supprimentibus corrigi debet: quæ quia propter tardum motum non facilè penetrant ad renes, diureticis, maximè aromatibus, commiscenda sunt. Sed diureticorum minima sit portio. Non enim ut urinas moueant, sed ut astringentia ad renes deducant, commiscentur. *d* Materia in sputo sanguinis, in hæmorrhagia

a *Aphoris. 78. libro 4. Aphor.*

b *Hoc spongiosum sedimentum flatulenti spiritus est sobo les: ex quo effœtã vim renũ liceat colligere.*

c *Vt in ijs qui laborãt fœda colluuie, aut quibus immoderato uenereorum usu imbecillia sunt uasa seminalia.*

d *Astringentium scilicet & glutinantium quibus cum uenarum anastomosi pugnandum. Sunt autem adstringentia, plantago, balaustia &c. Glutinantia uerò bol. armena, terra sigillata, sang. drac. gummi arab. tragacanth. Sed trochisci Gordonij cum lacte ouillo recens multò propinati horum omnium instar esse poterunt. Interim sit purgandi & temperandi uicissitudo semel aut bis in hebdomade per catharticum, ut ex diluto rhei cum multo syrup. uiolaceo: ne labefactata ui retentrice ac secretrice renum, excrementis onerentur & augeantur symptomatis. Vt. ℞. cassiæ recèns extractæ drac. vi. puluerις diatragacãt. frig. dr. i. cum sacchาro f. bolus.*

gia è naribus descripta est & aliis locis.

Auicennas nihil melius existimat confirmandis renibus lacte ouillo. Datur ieiunis ad ℥.vj. quibus aliqui admiscent boli armenæ, aut similis medicamenti ʒ. j. alii etiam ℈. spicæ, aut cinamomi.

R. lactis ouilli ℥.iiij. aquę millefolij unc. j. boli arm. ℈. ij. spicæ ℈. s. Aliud.

R. lapidis hæmatitis ʒ. j. dissolue in aqua plantaginis unc. iiij. Quod si ardor sentitur in rebus. *renibus*

R. aquæ plantaginis & portulacæ an. unc. ij. philonij ℈. i. Aliud.

R. muccaginis sem. papaueris albi unc. s. trochiscorũ de carabe ʒ. s. rasuræ eboris & cornu cerui an. scr. s. Omnia incorporentur carne cydoniorum condita sine speciebus. Dentur auellanæ magnitudine, duabus horis ante pastum.

Conueniunt radix consolidę maioris, gummi arabicum, tragacãth. macerata prius, deinde feruefacta in uino austeriusculo: colatura bibitur. Maximè ubi solidandum est, & hoc quoque laudatum ab antiquis.

R. aluminis plumę ʒ. j. gummi arabici ʒ. s. tragacanthi ʒ. ij. cum uino adstringente fiant trochisci pondere scru. ij. dentur ut prius. Ad detersionem ulcerum & consolidationem repetenda sunt, quæ proximo capite. Aliud remedium.

R. spodij unc. s. berberorum ʒ. iij. sem. lactucæ ʒ. v. cum succo cydoniorum fiãt trochisci. Detur ʒ. ex decocto sumach. Puluis sem. lactucę inspergitur uitello oui manè. In hæmorrhagia uesicæ, ilibus ac lumbis atque etiam natibus & coxendici exteriori *a* cucurbitula affigi bebet. Inunctiones *b* renum, perinæi & pectinis ex oleo rosato, myrtillorum de cydoniis, aut *c* oleo in quo adstringentia coxerint. Hinc fiunt cerota liquida, quibus conspergi possunt santali, bolus armen. cortex thuris, & similia commisceri, acacia, hypocistis & similia.

Hic summum periculum est, ubi grumescit sanguis. Nam hinc sequuntur, quæ capite de difficultate meiendi dicta sunt. Conandumque est, ut incidantur grumi

a *Ad reuulsionem hæmorrhagiæ non ad dia urosceos amotionem.*

b *Ad inflãmationem prohibendã et peremem arcendum affluxum.*

c *Mastichinũ oleũ, in quo fuerit decoctio. myrth. ad id mirificè confert.*

oxymelite,

oxymelite, arthemisia, stęchade, assa odorata, coniza sem. raphani, coagulo, summatim iis, quę lapides comminuunt, datis ex oxymelite. Quibus si nihil efficitur, a inciso perinæo, quo modo calculi educi debent, molienda curatio.

a Ad uitandam ischuriam, syncopem & uesicæ gangrænam.

S C H O L I A.

Sanguinis nomine non intelligimus sanguinem purum, exquisitum, syncerum mingi, sed aliquando serum, aliquando suo sero mixtum & cum vrina, aliquando cum pure. Ab vlcere id fit aut læsione vasis alicuius. Sed ulcera intelliguntur tum ex dolore tum ex pure & corpusculis simul prodeuntibus, vt squammulis è uesica. Pus ergò cum sanguine exit per urinam renibus, ureteribus medijs & uesica exulceratis. Nam si in pene exulceratio sit, sine urinis & pus exit & sanguis. Exeunt quoque è renibus sanguinis grumi in febribus assati. Nonnunquam carunculæ, ueræ renum partes, licet in Aphor. Galenus id se uidisse neget. Sexto tamen de locis affectis, & initio primi uidetur agnoscere ubi iam ulceris acrimonia erasit particulas renum quomodo & in Pulmonarijs tabidis contingit particulas pulmonis expui, & in Dysenteria partes intestini. In Aduocato Perrot uidit Author minimas carunculas, ut non ab re sarcia micra dici deberēt, quas sepe emingebat, neque reuera erat grumus. Has carunculas præcedit dolor pulsatilis, qui ad lumbos & nothas costas extenditur, & signa exulcerati renis. In concreto sanguine & orobeis uriuis, non præcedit. In utroque, hepate incolumi, possunt urinæ naturaliter cætera habere. Si in alijs partibus fuerit exulceratio, ex dolore quoque & simul exeuntibus corpusculis dignoscendum, hoc tanquam generali axiomate notato in his omnibus affectibus. A renibus dolorem & sensum quemlibet à lumbis ad nothas costas extendi. Ab ureteribus per illa oblique descendere. A uesica, in pectine: à uesicæ collo, in perinæo. Potest seorsum pus exire, ut diximus superiore capite. Potest quoque & sanguis solus aut cum urina. De quo præcipue hic agitur. Si ergo ulcus nullum sit, huius cruentæ excretionis causæ multæ esse possunt. Est quidam mictus sanguinis criticus & interuallis quibusdam motus, qualis

suis

fuit in Moniali muliere, cuius meminit Musa, quæ singulis mensibus, suppressis menstruis multum sanguinem emingebat. Archembault aduocatus per aluum, uomitum, urinam interuallis sanguinem reddebat ætate uirili. Quibusdam inclinante. Vere multus emingitur. Id ab Archigene scriptum reperio, quibusdam per circuitus, ut in hæmorrhoidibus sanguinem multum collectum renibus emingi, unde sublenētur, idque accidere iuuenibus, qui maiori licentia ueneri indulgent Milesius quidam apud Aurel. 5. chronion sanguinem emictum affirmabat esse ex infirmitate seminalium uasorum. Ab Aureliano reprehenditur. Sed cum experientiæ doceat è renibus per uasa spermatica defluere, & ab his & à renibus exire certum est. Vidimus, qui à coitu multum sanguinem effunderent, quique non facile reprimeretur, laxatis nimiū uasis & imbecillioribus redditis profuso omni semine. Animaduertendum igitur, num grauitas renum & calor præcesserint, an immodicus coitus, an solita sit excretio. Quòd si repente & nulla causa antecedente profluat, è renibus & ureteribus excidit. Neque enim à uenis uesicæ id accidere potest duabus de causis. Vna, quia non ita multum sanguinē, ut renum, excipiunt. Altera, quia renum uenulæ nudæ sunt, inuestes & expositæ ruptioni. Quod contrà fit in uenis ad uesicam perreptantibus. Ex illis igitur sanguinem tribus de causis exoriri consentaneum est, ut & in cæteris omnibus hæmorrhagijs. Orifici uenarum apertione: erosione: ruptione. Apertio fit ob nimiam laxitatem & amplitudinem uenerū, quæ ad caua renum pertinent, & ob imbecillitatem retentricis uel discretricis in renibus. Hæc enim duo sæpe efficiunt, ut calfactis & exercitio commotis cruentæ urinæ profluant. Sed in laxitate, crassior: in imbecillitate, tinctura est à sero. A cibo quoque serosus sanguis: post coctionem spongioso sedimento. Aperta enim & hiantia orificia uenarum, nō confertim, sed paulatim, non crassum sanguinem, sed tenuem et quasi percolatum reddunt, præsertim ubi apertio est parua. Maior crassiorem reddit. Rupta autem uena athroos, idest, copiose & repente prodit, estq; crassior. In erosione denique epi de anauros os oligiston: ut in Anastomosi non sanguis, sed quid æmatodes, ut vult Philot. Erosionis causæ sunt, quæ

cunque

cunque acriorem sanguinem reddunt & tenuiorem, aut quæ exulcerant, ut cantharides, quibus assumptis sanguis mingitur, penis distenditur, & quodammodo æger ad uenerem irritatur. Ruptionis causas Galenus facit multitudinem & crassitudinem sanguinis interclusi in uenis renum. Hoc etiam fit ictu, casu & uulnere, ut in rustico quodam ense transfosso uidimus. In sæpe nascitur ulcus, nisi occurratur, ut in puero quodam, qui in ludo graui Britone insultante sanguinem minxit primum: deinde pus annis sequentibus. Ita aliis multis. Sed ulceris ratio distinguenda ut aliorum ulcerum, quia putre, callosum, &c. In uniuersum ergò per penem sanguis exit à renibus, ureteribus, uasis spermaticis, uesica, aut uesicæ collo. Sine urina, è collo: cum urina statim subsidens & cum dolore in pectine, è uesica: cum dolore in lumbis multus, nec nisi post multum tempus subsidens, è renibus manat. In apertione, serosus: in ruptione multus & crassus: in erosione, paucus & tenuis. Singulis causis sua debetur curatio ex aliis locis petenda.

De a Diabete & similibus. *Cap.* XLIX.

OYρητικοὺς Græci uocãt, qui sępius mingunt. Vitia, quæ in sæpius meiendo contingunt, urinæ *b* multitudo efficit, renum uitium, resolutio uel infirmitas musculi, qui collum uesicæ claudit.

Diabetes proprium est *c* renum uitium. Nascitur primùm humoribus *d* uitiosis substantia renum imbibitis. Vnde *e* insatiabilis appetentia potus, ut in canina appetentia insatiabilis ciborum cupiditas ex uitioso humore, qui stomacho imbibitus est.

Sequitur perpetua renum attractio. Sed cum infirma sit alteratrix & contentrix, quicquid hic bibitur, statim per urinam effluit, quo modo in lienteria potus cum cibis.

Hic ardent *f* uiscera, atque adeo uniuersum *g* corpus, propterea quod quicquid aquosum est & serosum in uenis, unde uidelicet sanguis temperatur, attrahitur in renes & emingitur. Ex quo, ut & humores solidarum partium exugant uenę, quod deinceps renibus attrahentibus

a De profluuio urinæ ui renũ raptæ, ubi potioni concolor est ipsa urina.
b Fusa toto corpore materia, aut a capite, aut seri copia.
c Deprauata alteratrice renum facultate & infirma retentrice.
d Vt bile, aut pituita salsa.
e Eo enim humore renibus imbutis repentina fit urinæ nullo modo coctæ attractio.
f Ex perenni et uiolenta seri attractione.
g De fraudatis sero humoribus.

hentibus emingitur. Rara hæc *a* affectio & in ardoribus nascens, ubi urina aquæ omnino similis est.

Alius affectus est uesicæ, cùm uel defluxione, uel frigore, ictu, casu, uulnere aut aliis eiusmodi causis nerui, qui uesicæ musculum claudunt, resoluuntur. In qua affectione & noctu & interdiu præter uoluntatem urina effluit. Cui & alia affectio uicina est eorum, qui non satis urinam continent, sed stragulas noctu permingunt. Quod uitium familiare senibus & pueris. Senibus quidem propter siccitatem: pueris autem, propter laxitatem & mollitiem.

Curatio.

In ardēte febre Diabetes *b* incurabilis. In aliis ægrè *c* curari potest, quia non facilè initio deprehendi potest. Quod si initio deprehenditur, mittendus sanguis est è cubito, sed moderatè.

Deinde utendum iis est, quæ refrigerant, contemperant & paulatim uitium renum corrigunt. Vitæ ratio omnino frigida tum actu, tum potentia.

Cataplasmata quoq; refrigerantia tū renibus, tum uisceribus applicāda. Vomitus eius quod bibitū fuerit.

Sudor excitatus in dolio, ut tantum exeratur caput.

Conueniunt cibi, lactuca, endiuia, oua sorbilia, recens caseus sine sale, lac in quo calybs uel calculus fluuiatilis sæpiùs extinctus sit. Pulli gallinarum hordeo mundato, uel quatuor sem. maioribus frigidis infracti, hordeatum, lac amygdalarum præparata cum refrigerātibus. Et quia hic uiribus plurimùm detrahitur *d* suilla caro, uinum crassum, rubrum aqua frigidissima dilutum concedi possunt.

e Farinam oxyrhodino subactam emplastri modo & renibus & hypochondriis applicabis. Vitis & rosarum folia, ea in summa, quæ *f* refrigerant & adstringendo roborant, renibus applicabis.

Cerota comparabis lumbis & pectini ex rosaceo, subigesq; cum lactucæ succo & similium. Aliquando etiā in maiori ardore expresso succo è foliis papaueris cerota subiges, aut populeum uocatum cerato commisce-

a *Hanc bis tātū uidisse se cōmemorat Gal. c. 3 li. 6. de loc. malè affec.*

b *Partium solidarū exhausto.*

c *Magnitudine cāæ, symptomatum uehementia et curandi difficultate labefacta oī naturali œconomia.*

d *Vel potius uitulinæ carnis atq; pullorū stillatitia.*

e *Præsertim hordei.*

f *Vt ceratū refrigerans Galeni cū cāphora unguentū rosatū Mesuei, muccagines seminis psilij et cydoniorū, lamina plūbi tenuissima sæpe mutata.*

bis. Eruntque dr.ij. populei ad singulas ℥. Cerati.

Laudatur & infusio ex oleo, in quo uermes terreni fuerint decocti. Mirum est, quod theriaca ex natura sua calida & sicca sitim diabetis extinguit, data interuallis. Leges ultimum problema primi Aphrodisei. Hunc morbum appellant Syphonem, urinę profluuium, inter cutem matulæ, Dypsacum. Hydrin.

In paralysi diabetis Curatio.

Si paralysis ex luxatione uertebrarum, non facilè cu ratur. Alioqui balneis sulphureis, frictionibus asperis, inunctionibus dictis cap. de Paralysi, Dropace & sinapismis uti oportet ut uim medicamētorum percipiant lumbi, perinæum & pecten.

Quòd si urinæ multitudo in *a* causa est, uictus *b* ratione exiccante, iis quæ ad *c* intestina diuertunt, utendum est. Ad alios uerò, quibus infirmitas claudentis musculi causa est, cōueniunt caro ericii, cerebrum aquilæ, cerebellum, renes, testiculi leporis, pulmo hædi, lingua anseris, galli guttur, uesica suilla, tauri, caprę, ouis, enula, thus, myrobalani, cyperus, coriandrum præparatum, myrrha, mentha, calamentum, galbanum, castoreum, seseli, lac ouillum & caprillum, Oleum de ben, de spica, rutaceum, mastichinum.

a *Ex suppressione seri, aut potu largiore, aut pituitæ colliquatione.*
b *Vt decocto radicis iuncatæ. abstinentia inficulorum.*
c *Cuiusmodi sunt cathartica, quæ leniendo aut trahendo purgant.*

Vulgare remedium est eius murium. Oleis itaque uel inde comparatis cerotis pecten & perinæum inungenda sunt. Reliqua ex uino odoro, senibus: ex aqua, pueris exhibenda sunt. Laudantur & hæc.

R. cinamomi electi dr.j. spicæ nardi dr.s. cyperi, coriandri præparati ana scrup.j. uesicæ suillæ siccæ, testiculorum leporis siccorum ana scrup.s. Omnia incorporentur conserua enulæ campanæ prius conquassata & subacta. Aliud.

R. glandum dra.ij. corticis thuris ℥ j. sem. coriandri præparati, boli arm. gummi arabici an. dr.ij. spicæ, cinamomi ana dr.j. testiculorum leporis, uesicæ suillæ ana dr. s. misce, fiat puluis, utatur sępe.

Laudatur & lac ouillum & caprillum cum modico saccharo, uel cum medicamentis descriptis.

Ne

Ne permingant ſtragulas, ueſica tauri uel ſuis priùs madefacta oleo interiori parte debet è cole ſuſpédi, & ita alligari, ut quicquid meitur, excipiatur ueſica.

SCHOLIA.

Vrina ſecundum naturam habens quantitate potui reſpondere debet, aut ab eo paululum diſtare et tempore conuenienti excerni. Ob infrequens, aut pauca, aut plurima mictio præter naturam eſt. Frequens fit tum ob cauſſas ſuperius dictas: tum ob reſolutionem muſculi orificium ueſicæ motu uoluntario claudentis & aperientis, quæ ſæpe fit luxatis uertebris, referturq; ad Paralyſim. Pueris quoque molliores nerui, ſenibus ſicciores, unde permingunt lectum, neque diu urinam continent. Pauca autem fit æſtate ob ſudorem & exhalationem: uel ob multam & humidam deiectionem, quia materiæ pars, quæ per urinam flueret, ad inteſtina diuertitur: uel ob reſolutionem & exiccationem, ut ardente corpore in febribus, uel ob Aſcitem. Multa, frequens & copioſa multis de cauſis contingere poteſt. Alimento & potu copioſiore: colliquatione aut diſſolutione totius corporis: Intemperie uel renum, uel hepatis & criſi. Largior ergo potus uini tenuis & calidi, & medicamenta diuretica multas urinas faciunt. Cruditas quoque multam efficit & mictionem, & deiectionem, & ſtatim à cibo tractus ſine mora tenuior ſuccus ab hepate calidiore, aut inanito. Quòd ſi hepar adhuc calidiore intemperie teneatur, robuſtum tamen ſit & ualens fæcem, quæ eſt in inteſtinis, omnem ſugit, unde ſicca & pauca remanet, ſerum autem augetur, ſicque fit plurima mictio, & pauca deiectio. Nonnunquam quoque ob imbecillitatem naturæ partes frigidiores alimenti tranſmutari non poſſunt, in quibus quoque iuſto plus urinæ apparet. In his omnibus nondum ueteres Diabeticam paſsionem poſuerunt ſed in affectis renibus & ueſica per conſenſum. Harum enim partium morbus eſt διαβήτης, ἀπὸ τοῦ διαβαίνεσθαι, id eſt, pertranſeundo, quod humor corporis ſubinde mutet locum, & ueluti tantum per renes percoletur potus. Multum enim & frequenter mingunt ægri, et ſtatim à potu urinam aquoſam & tenuem. Vnde ὕδερον εἰς ἀμίδα, & διάρροια εἰς οὖρα, & διψακὸς Græcis etiam dicitur. Habet enim hæc affectio ali-

quid simile cum Lienteria & Canina appetentia. Cum illa quidem, quia potus omnis subitò per urinas effluit: cum hac uerò, quia perpetua sitis ob inexplebilem cupiditatem atrahendæ urinæ in renibus, & eiusdem retinendæ impotentiam. Si igitur huius uehementioris attractionis caussam intellexerimus, natura huius morbi perspicua fiet. Tres autem in uniuersum caussæ uidentur. Calida & sicca renum intemperies: humor biliosus, acris, salsus, renibus impactus, quos assiduè irritat ad tractionem: & uenenum aliquod deleteriũ. Quibus adde seri tenuitatem & biliosum temperamentum. Ex his igitur sitis ingens excitatur, ob quam æger assiduè bibit. Potum hunc auidè renes attrahunt antèquam coquatur in uentriculo, sed propter imbecillitatem non retinent. Hinc etiam urina aquosa & tenuis redditur, licet sit ingens calor, quia breuiore mora retinetur, quàm ut coctionem & tincturam accipiat. Sunt tamen aliæ huius affectus species duæ, à colliquatione renum & totius corporis dissolutione. Huius meminit Aretæus, fitq; frequenter in febribus, quam sequitur macies totius corporis. Cum dolore meiunt ægri, uiscera aduri illis uidentur omnia fastidiunt, animo sunt dubio, saliuam habent albam et spumam, precordia grauia. Increscente morbo calor mordax in uisceribus, abdomen corrugatur, uenæ intumescunt, fit tabes. Si uel modico tempore à meiendo abstinuerint, tument lumbi. testes & ilia. Rarus affectus, & bis tantùm à Galeno uisus, ab Authore sæpius. Anno 1558. Augusti fine in uico uetere Templi Consuli du Val, in febre continua non ita ardente, ad sensum lingua scabra, arida, nigra. Quotidie sex Pintas (quas uocant Lutetiæ) urinæ mingebat, non ita siticulosus, constabat mente. Sub septimum diem obiit. Consuli Quelim Nephritico, in febre profluuium urinæ motum, in quo serosa urina ad duas quartas emingebatur, ex quo euasit. Eodem morbo paulò ante eius pater obierat. Alter ab eodem profluuio obiit in uico Sancti Ioannis Bellouacensis. Quibusdam diutius urina suppressa, sequitur urinæ profluuium, aut morbus aliquis acutus per crisim malignitatem suam in renes deponit, ut ait Aretæus.

In ardente febre rarò curatur, sicuti & in colliquatione.

n aliis difficilè, nisi statim initio deprehenso morbo occurra tur. Secatur uena in cubito, sed moderatè. Refrigerantur re nes & confirmantur. Alimenta crassa, emplastica, minimè calida unguenta circa renes, inunctio spinæ, optatæ.

De Vermibus. *Cap. L.*

VErmium *a* tria sunt genera. Ascarides infima parte recti intestini, adultioribus pueris familiares. Rotundi, qui pueris superiore ferè intestino generantur. Latus uermis per totum intestinum aliquando extenditur, raro admodum & paucis gentibus generatur. Nũquam Atheniensibus, Thracibus, ut scribit Teophrastus. De eo tum antea cap. de Canina appetentia. Horum omnium generatio, putris materia & calor. Signa *b* ex Paulo & Aetio colligenda sunt. Verminam hunc morbum & uerminationem appellarunt, non solum hominibus, sed iumentis familiarem.

In genere conueniunt, quæ enecant uermes & excludunt, acria, amara, quę uias lubricant, quæ à proprietate hoc efficiunt.

Ascaridibus, quia infimo intestino hærent, glandibus potius utendum est, quàm potionibus. Fiunt glandulæ ex carne salsa, filo appensa: fiunt ex lardo prius in aqua frigida macerato. Item ex melle mixta aloe, & iis, quæ interficiunt uermes, qualia sunt coriandri semen & caulium, decoctum thymi, allium, absynthium, hyssopus, mentha, bouis astragalus ustus, uermes terreni usti, chamæmelum, zedoaria absynth. xantonicum, myrrha, puluis contra uermes, securidacæ semen, succus portulacæ & endiuiæ, oleum omphacinum, medulla cerui, folia persicorum, rutæ, rasura eboris, unicornis, rhabarbarum, cornu ceruinum. Superstitiosum est, quod scribit Scribonius, Oportere e cornu cerui scobem fieri lima lignea. Nam aliter iuuare potest. Plurimùm laudatur decoctio sebesten. Alia quoque, quæcunque qualitate ali-

a *Hippocrat. li. 4. de morbis.*

b *Ac rotundi quidem signa sunt cardiogmus syncope stomachica, cum ad stomachum serpit, pruritus narium, tussicula sicca, suffusio roboris in facie fugax cum uicissitudine caloris, tormina in aluo et systrophæ, dentiũ stridor pueris dormientibus. Lati canina appetẽtia borismus, & uermiculorum, qui cucurbitæ semen referunt excretio. Ascaridis uero ani pruritus, tenesmus pro lapsus.*

qua *a* uniuerſali uermes interficiunt.

Aquæ conueniunt graminis, abſynthii, portulacæ & rerum amararum. Purgatio quoque an conueniat, quæſtio eſt, de qua non dubitandum. Repurgata enim materia, unde uermes generantur, una cum ea uermes excluduntur. Laudantur rhabarbarum, hiera tum ſimplex, tũ diacolocynthidos. Veteres etiam Medici ſcammonio uſi ſunt. Nunc licebit uti granis quatuor dacridii, cum aqua abſynthii aut ſimili. Sed purgatio commodior ubi in ſuperiore inteſtino uermes ſunt.

R. decocti ſebeſten unc. iii. cornu cerui dra. i. menthæ ſiccæ & piperis triti an. ℈. ii. latos etiam expellit Rhabarbari dr. i. aquæ graminis aut abſynthii unc. ii. ſpicæ nardi Gr. 4. Clyſteres ex uini lib. i. olei abſynthii unc. iiii. pulueris hieræ dr. ii. Poterit etiam adiici unc. mellis & dr. ſalis. Nam & ſal deglutitum aſcendentes uermes ad ſtomachum deorſum pellit.

Videndum tamen, ne odioſa uermibus per ſedem iniiciamus, cum ad ſuperiora eorum motus eſt. Tum *b* n. iucunda potius, ut mellita & dulcia inniicienda ſunt, aut eiuſmodi glandulę ſubiiciendæ. Bibenda uerò, quæ eoſdem uermes dorſum appellant. Nam aliquando ad uentrem uſque aſcendunt & ſtomachum lancinant, unde ſyncope, conuulſio, mors.

Emplaſtra & cerota ex cerato facto è tribus partibus olei abſynthii, amygdalarum amararum, nucleorum perſici & una ceræ amaræ. Deinde ubi refrixerint, ſubigi debent ex ſucco amaro, ut abſynthii. Adiiciendum quoque aliquod genus fellis. Nam fel inſigni amarore enecat uermes, ex quo & glandulas felle illinimus. Medulla cerui, uenter, lumbi & perinæum inungi poteſt. Mirum eſt, quod contigit aliquando uermes per inguina prorupiſſe, uia exedendo facta. Aliis per umbilicum.

Nonnullis quoque contigit, ut multitudo uermium tunicam ſibi contexerit extenſam toto inteſtino, & omnino ſimilem ueri inteſtini.

Vbi coniunctus eſt alui fluor, eligenda ſunt, quę præ-

terquam

a Vt decoctum graminis cum raſura cornu cerui pueris poterit præſcribi. Vel hic puluiſculus R. abſynth. xãtõ. ʒ. s rhei [illegible] ij. raſuræ cornu cerui dr. i ſ. pulueſculus. Cap. ad dr. i. cum iuſculo capi.

b Dum hæc fiunt cataplaſma ex aloe, abſynth. xant. & felle fieri poterit umbilico admouẽdum.

terquam quod uermes enecant, etiam alui fluxionem retineant, quale est rhab. & plantago.

Et quia pueri fere uermibus infestantur, refugiunt autem quæcunque amara sunt, diductis dentibus clysterio aut curuata fistula medicamenta in œsophagum, infundenda sunt.

Fiunt clysteria ex muria, aqua oliuarum, centaurea absynthii decocto. Sed ubi uermes exclusi sunt, roborandum intestinum, instituenda uitæ ratio, ne in posterum regenerentur. clisteria :

Theriaca & mythridatium, si nulla febris, uermes enecant & excludunt.

SCHOLIA.

Ex multis humani corporis partibus reiiciuntur uermes, uentriculo, intestinis, uesica, utero, dentibus, ulceribus. Puella quædam ad portam D. Iacobi album uermem, latum, palmo maiorem, satis crassum reiecit per nare nulla tussi, nullo uomitu antecedente. Præcesserat acerbissimus capitis dolor per duos dies, anno 1553. Aprilis 9. In quodam è renibus longi præcedente magno dolore lumborum per urinam reiecti sunt, in alus duobus parui. Musa Aph. 49. lib. 4. scribit quendam tussi expuisse uermem, nescio an à uentriculo, an à pulmonibus. De generibu uermium, materia, generationis modo in intestinis, non eadem est omnium sententia. Vulgò tria genera faciunt, ἕλμινθας στρογγύλας, id est, teretes & rotundos, qui in superioribus & gracilibus intestinis nascuntur, uentriculum subeunt, & per os sæpe, aut nares reiiciuntur: ἕλμινθα πλατεῖα, id est, latos et lōguos, qui aliquando per tota intestina extenduntur, à quibus oriuntur cucurbitui, quòd semina cucurbitæ referant. Tertium genus Ascaridum, qui exigui sunt, teretes, uermibus casei similes, & in recto intestino continentur. Alii præter latos quartū longissimum adiiciunt, eumque Tineam nominant, quanquam sublatis comprehendi potest. Cucurbituos etiam à latis separant quòd neque illius Tineæ fœtus esse possint, neque partes animalis, cum ipsi sint animalia. Sicque in uniuersum erunt, rotundi in superioribus intestinis, tinea, longi, lati, cucurbitui extensi per intestina, et Ascarides iuxta anu.

In qua diuisione, cùm ex rei natura sumpta non sit, & mẽbra simul permisceri queant, nihil mirum confusionem reperiri, & controuersiam. Experientia tamen omnia facilia. Cõstat enim longos & rotundos in superioribus intestinis contineri & per os reiici. Anno 1553. in Collegio D. Barbaræ puer annos 12. natus interuallis uomere solebat longos uermes, albos e uentriculo. Sentiebat motum, morsum et commotionem. Dum urgebant, sitiebat, angebatur. Nutritus fuerat lacte, & fructibus. Tineam uocatum uermem Arelatæ cum D. Valeriola uidimus longitudine si bene memini, nouem pedum, aut etiam amplius. Cuius uir ille Doctissimus in suis Obseruationibus copiose meminit, & quæ ad eius generationem intelligendam pertinent, exactissimè docet. Cucurbitinos quoque uermes esse certum est, ut iam quinque genera inter se uel loco, uel figura, uel magnitudine distincta constitui eadem ratione possint. Ascarides quibusdam quasi sacculo inclusi & membrana inuoluti latitãt in fæcibus. Quod ad materiam pertinet, nonnulli ex Hippocrate 4. de morbis ab utero seminaria accipi uolunt. Generari enim in utero matris, quoniam tunc fœtus non expurgatur à fæce. Non apparere autem, nisi ad id tempus, quod infans incipit uesci cibo, tum ob benignius lactis nutrimentum, tum quòd humidiora, & minus calida sint illorum corpora. Quod certè principium longius petitum uidetur, cum in grandioribus, atque adeo senibus frequenter, ut in pueris, nascantur. Musa scribit senẽ annorum 82. in extremis positum accidentibus, quæ uermiculosis pueris accidunt, & cum graui halitu, qualis pueris esse solet, plures 500. excreuisse medicamento è scordio, & coralina. Rusticæ cuidam mulieri plures prodierunt, cum ante incredibili palpitatione & fluctuatione uentris laborasset inde assurgentis & tumentis, ut in grauidis consueuit robusto fœtu. Græci alios à bile, alios à pituita quosdam à melancholia generari uolunt. Aetius latum uermem siue tineam nihil aliud esse uult, quam mutationem membranæ interioris tenuium intestinorum in corpus quoddam uiuum animatum mobile. Quæ omnia parum probabilia uidentur. Bilis enim & melancholia humores sunt tota natura ad hanc generationem ineptissimi, nisi temperentur ab aliquo alio longè su-

ge superante. Et Galenus tanquam admirandum proponit in dysenteria hominem abrasa interiore tunica intestinorũ uiuere posse, cum tamen expulsis huiusmodi latis uermibus ægri longe melius habeant, ut uidimus in eo, cuius antea me minimus. Rationi magis consentaneum & experientiæ, uel ex chyloso succo, uel pituita ortum habere, quæ tamen aliquando aliis humoribus tingi potest. Hoc intelligitur ex cruditate & alimentis eorum, in quibus reperiuntur. Deinde facile in gluten resoluuntur, & secti rursus uniuntur. Neque alius generationis motus uidetur, quam per corruptionẽ & putredinem, in qua natura, id quod benignius est, calore uiuifico tanquam opifice efformat in animal, qualecunque possit effingi, ut Aristoteles docet in Meteoris. Id perspicuũ est ex fœtore excremẽtorum & halitu. Varia inducunt symptomata. Nam chylum consumendo corpus minuunt: in uentriculo uomitum, famem, syncopem mordendo, & aliquando iugulare uidentur. In recto intestino pruritum excitant & [redacted] re medio fluorem alui, dysenteriam, uentris inflationem. In omnibus aliquando febres quotidianis similes, inordinatas & horrificas, &, si arrodant intestina, sæpe interficiunt. Hæc eadem uermium signa sunt sicuti anhelitus fœtens tussicula inanis & sicca. Cum clamore expergiscuntur ægri, arctius dormiunt, strident quodammodo dentibus, morsus, nausea, fastidium & similia. Latus rarò generatur & paucis gentibus nunquam Athenensibus. In intestinis obiectũ rapit alimẽtum, ut alio statim opus sit. Inde erosio, fames canina, gracilitas, imbecilitas siue manifesta occasione. Certissimum signum esse uolunt, in recrementis similia quædam cucurbitulæ seminibus reiecta. In omnibus nihil certius, quàm si uermes aliqui reiecti sint.

Ascarides glandibus siue suppositoriis: Rotundi potionibus: Vtrique lati curantur ex materia, ut est scopus necandi, alliciendi, purgandi. Cõueniunt syrupi, topica suprà umbilicum, cataplasmata, unguenta, inunctiones, clysteres, & similia.

De

De a Hæmorrhoidibus. Cap. LI.

HAemorrhoides uniuersum b corpus uacuant, aliquando c cacochymia, aliquando d puro sanguine, quique e sola quantitate peccat. It autem per uenas, quæ à f uena caua explantatæ utero, pudendis & sedi implantantur. Hoc enim uerisimilius est, quàm per uenam, quæ à portis hepatis in extremum rectum porrigitur. Neque admodum uerisimile hæmorrhoidum materiam per uenam a liene repurgari. Ramus enim uenæ, quæ à medio liene descendit, desinit in omentum. Hæc uacuatio in genere præter naturam est. Ideoque periculosa, proptereaque non facienda eius consuetudo. Quibusdam tamen naturis fit naturali consuetudine, & incolumis ualetudinis causa est. Tale est, quod scribit Hippocrates g Atrabile uexatis & renum passionibus, hæmorrhoides superuenientes, bonum.

Præterea quòd quartana, melancholia, angina, pleuritide & aliis eiusmodi grauioribus h morbis hominem uindicant. 6. Epid. Salutaris quoque hæc uacuatio Epilepticis, & iis quibus tubercula & maligna ulcera oriri solent. Fluunt tamen hęmorrhoides aliquando i immodicè. Oportet enim ex fluxione corpus κ leuari, non infirmari. Atque ubi de commouendis hęmorrhoidibus consilium est, peculiaris natura ægri primùm interroganda est, an ex cõsuetudine & statis interuallis soleat eo modo repurgari. Sunt enim quibus periodicè fluũt. Mulie-

a De sanguinis aut humoris melãcholici fluxu, qui fit per uenas ad podicem pertingentes, quæ ab ea affectione nomen habent.

b Cacochymiam purgando, aut plethoram deplendo.

c Melãcholica, per mesentericas uenas.

d Per uenã hypogastricam, quæ musculis intestini recti ceruicibus uesicæ ac uteri sanguinem impertit, atque etiam pudendo.

e Vt in grauidis, in nimia sanguinis abundantia, mulieribus quibus suppressi sunt menses, aliquo etiam membro mutilis.

f A ramis illis trunci inferioris uenæ cauæ.

g Aph. 11. lib. 6. Aphor.

h Sect. 3. lib. 6. τῶν ἐπιδημ. & ad finem lib. de humoribus.

i Vnde cachexiam adferunt, indeque hydropem.

κ Quod erat alioqui onustum humoris melancholici prouentu, aut suppressi sanguinis plethora.

Mulieribus *a* uiduis *b* senibus & quibus aliter supprimuntur menses. Sanguis interim diuertit à uenis uteri ad sedis uenas, & ita per periodos sese repurgant. Præte[illegible]rogandus est æger, num sit opportunus gra-u[illegible]is morbis, quos diximus. Hæc enim efficiut con[illegible]um excitandæ huius purgationis.

Excitantur autem aliquando *c* purgationibus, quæ cacochymiæ conueniant. Nonnunquam phlebotomo è malleolo, uel iis uenis quę superiore parte pedis eminent. Cucurbitulis cruribus admotis & sedi. Leuissima uia est per sanguisugas.

Ferro etiam aperiuntur, ubi turgent, quas mariscas appellant. Tum etiam medicamétis, ut oleo ex nucleis persicorum, aut in quo res *d* acres & amaræ coxerint. Aut unguento.

R. pinguedinis lardi erasæ ex parte pinguissima unc. i. olei irini, rutacei aut similium dra. iii. Fiat ueluti unguentum molle, quod subigatur ex succo cępæ rubræ. Eadem cœpa aceto macerata contusa & imposita. Verùm ubi dolor est, cũ butyro subigimus oui uitello uel rosaceo. Pulpa colocynthidis conuenienti oleo immergitur, ano alligatur: quinque horarum spatio aperit.

Collyria, suppositoria ex radice ciclaminis, ex radice caulium induntur. Fortiora, si taurino felle illinuntur. Fellis genera maxime flaua sedi illinuntur, vel cotone excepta induntur. Pallida verò mitiora sunt. Forte hoc est.

R. stercoris columbini in puluerem redacti dr. iii. inspergantur vnguento molli facto ex pinguedinis lardi vnc. i. olei in quo matricaria coxerit vnc. s. salis dra. ii. omnia misceantur in mortario.

Celerius agent medicamenta, si ante confricetur, sedes ex foliis ficus, parietariæ, aut aliis asperioribus, vt linteo cannabino, uel detrito panno.

Fotus quoque ex ciclamino, centaurea, abrotono, matricaria, brionia, radice enulę, ireos, absynthii & similium. Reliqua materia cap. de commouendis mensibus dicetur.

a *Quæ fuerunt olim restibilis fæcũditatis, hoc est, singulis annis pariebant.*

b *Melãcholicis, olim biliosis, quorũ corpora biliosa iam perspiratione carentia fiunt melancholica.*

c *Ex decocto foliculorum sennæ & cassia, diluto rhei & diaphœnico maximè uerò aloes usu.*

d *Ut persicaria myriophyllum, apparine, & præsertim rubia minor.*

Sed

Sed aliquando latent *a* hæmorrhoides, qua in re placuit Antiquis ut ſedes euerteretur. Inuſitatum nec ita tutum remedium noſtris temporibus. Euertitur ſedes, quo facilius remedia applicentur.

R. piperis, nitri an. dra. i. leuigatis ſedem [illegible]

Vti licet & ſale gemmæ, & pul. ſeriphii, & felle, abſynthii *b* ſucco & matricariæ. Poſtea uero reponenda ſedes ex iis, quę capite proprio dicentur. At uero ubi iã immodice fluunt, ſiſtere oportet. Siſtuntur autem, ubi odioſæ ſunt. Atque ubi grauius aliquod malum non metuitur, ad eam rem uena *c* cubiti ſecatur, aut extremę manus. Cucurbitulę hypochondriis, lumbis ac ſcapulis affiguntur. Reliqua curatio *d* potionibus, topicis remediis, Chirurgia perficitur. Quod autem ad Chirurgiam attinet, meminiſſe oportet, anum maxime ea parte, qua ſphyncter eſt, partim neruoſa ſubſtantia, partim neruoſo circulo conſtare.

Neruoſa ſubſtantia neque acria & mordacia medicamenta, neque vſtionem aut incisionem ſine conuulſionis periculo perferre. Exterior muſculus recti terminus ignobilis & carnoſus, qui uocatur podex, ea remedia perferre poteſt. Quod autem ſcriptum eſt ab Hippoc. quodque ad cõſilium ſiſtendi hæmorrhoides pertinet, A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi una non ſeruatur, periculum eſt, ne Intercus aut Tabes ſubſequatur, ita intelligere oportet. Medico ſananti hęmorrhoidas, id eſt, dum ſanguinem mittit, affigit cucurbitulas, topica & reliqua remedia adhibet, rectam uitæ rationem inſtituit, una quidẽ eo tẽpore relinquenda hæmorrhois, vt paulatim non temere ac præcipitanter fluxum cohibeat. Vbi vero perſanauit, nulla relinquenda eſt.

Potiones cõueniunt, quæ partim cap. de ſputo ſang. partim cap. de profluuiis alui & mictu ſanguinis deſcriptę ſunt, & deſcribentur cap. de ſupprimendis menſibus. Sed quia in hęmorrhoidibus fere cruciat dolor, iis utendum eſt.

R. olei violarũ vnc. iii. muccag. ſem. pſilii unc. ii. miſce, ungatur ſedes. Aliud.

a Neque ſub aſpectũ ueniunt, ſiue ſiſtendi, ſiue ciendi cõſilium ſit, ſiue ſymptomatis corrigẽdi.

b Nonnulli eſulæ lacte utuntur.

c Tum ad reuulſionẽ, humoris eo fluẽtis, tum ẽt ad prohibendã fæculenti ſanguinis generationem.

d Alterantibus, uacuantibus, & ſiſtentibus, Præter hæc abſtinẽdum erit uino, ut orgaſmus inhibeatur.

Symptomatum correctio.

ad dolorẽ morroidarum

R. olei

R. olei uiolarum unc. iii. cerusæ lotæ dr. vi. ceræ albæ, quod sufficit. Aliquãdo uitellum oui cum rosaceo, aut uiolato oleo subigimus. Nonnunquam albumen cõmiscemus, ubi maior ardor est. Similiter & a micam panis albissimi ex supradictis oleis subactam emplastri modo apponimus. Conueniunt & muccag. portulacę, lactucæ, sed maximè psilii. Fiunt quoque sacculi ex rebus anodynis. Fiunt fotus ex iisdem, atque ubi dolor urit grauius.

a *Violaria in lacte cocta ad pultis consistẽtiam mirificè dolorem sedat si eum tantillo olei rosacei admoueatur.*

R. olei uiolati unc. ii. populei dr. ii. Cũ ouo integro fiat unguentum Quòd si res urgeat, opii ℈. cõmiscere potes. Postremo uidendum, ne adstringentibus immodicè nimium resiccatus podex non præstet officium. Itaque fomentis humectantibus corrigendi uitium est. Similiter cùm nimium podex refrixit, refrigerantibus medicamentis & narcoticis temperandus est.

Potest sisti hæmorrhois siccantibus, causticis, uolsella præhensis & uinculo interceptis uenis.

Sistitur ... rroidas

Laudatur farina uolatilis, aranearum tela, & alia in fluxu sanguinis numerata. Vrunt, & ut loquuntur, mortificant ex puluere radicis caulium torrefactæ & stercore canino similiter cremato, fæce arida uini adstringentis cremata, adiecta tertia parte uitreoli romani. Extremum est arrhenicũ rubrum, cum æqua parte aluminis plumę. Oportebit autem, priusquàm hæc admoueas, sedem madefacere uino adstringente.

SCHOLIA.

Per anum effluit sanguis multis modis, ut per intestinorũ fluxum, hæmorrhoidas, συκωσὺς, siue ficum, et Tymum siue Mariscam. In quibus multi sæpe falluntur, qui sine distinctione, statim fluxu aliquo in ano, aut tumore apparẽte Hæmorrhoidas esse putant, cùm plurimum hi omnes affectis inter se differant & natura et curatione. Thymus à ueteribus describitur tuberculum carnosum, quasi uerruca eminens ad cutem, tenue, supra latius, subrubrum, in summo peraspetũ, oblongum, florem thymi referens, unde nomen habet. Facilè finditur et cruẽtatur, modoq; unus, modo plures nascũtur in pedibus, talis, palmis, mediis fæmoribus, glãde, præputio, fa-

cie, & sæpe in ano. Alij sunt sine dolore carnosi, asperi, candidi aut subrubri. Alij cum dolore punctorio duriores, asperiores, maiores fœculenti, liuidi, quę non facile curantur nisi tota parte execta, cui innascuntur. Sycosis idem significat, nisi quòd minor est quantitate & magnitudine, ut scribit Aetius.

De quibus sic Martialis.

Cæduntur tumidæ Medico ridente Mariscæ.

Falluntur ergo, qui Mariscas cum Hæmorrhoidibus confundunt. Illæ enim generantur ex præpostera uenere, immodica equitatione, uel attritione qualibet in ea parte facta. Hæmorrhois uerò (nomine pro affectu sumpto, si quidē partem affectam quandoque significat) nihil aliud est, quàm profluuium sanguinis per uenas ani, aut in illis tumor ab influente sanguine. Quæ affectio ut distinguatur à fluxu sanguinis antea descripto superioribus capitibus, obseruanda est hæc methodus, omnium fluxionum causis inuestigandis accommodissima, siue naturales sint, siue præter naturam. Tria enim sunt in genere, in quibus causam inuenies. Virtus quæ mittit: instrumenta seu uiæ fluxionum, unde, qua, & quo mittuntur: postremo materia fluens. Virtus quadruplex attractrix, retentrix, concoctrix & expultrix. In materia notanda mixtio, consistentia quantitas, qualitas. Primum igitur per quam uiam sanguis fluat, obseruandum, an per intestina, an per uenas ani. Hoc cum ex causis antecedentibus & sensu, tum ex mixtione coniiciendum. Nam simul cum recrementis reiectus & cum illis mixtus ab intestinis prodit: sine recrementis, ab ano. Illic causa est uel in sanguinis multitudine aut acrimonia, uel in uirtute, siue non retineat ob imbecillitatem, siue excernat ob copiam: uel in uia, ut ulcere aliquo in intestinis. De quibus omnibus dictum est superiùs. Si à uenis ani, (simul cum arteriis: ab utrisque enim fiunt.) Hæmorrhoides erunt. Itaque uidendum initio, ut fluxionis natura & origo exactè intelligatur, unde uenæ illæ oriantur, qua progrediantur & ubi terminentur. Vna est insignis, quæ à ramo splenico uenæ portæ per mesareum circa collum & intestinum rectum extensa terminatur in musculis ani & intestino interiore, cui circa lumbos

occurrit

occurrit arteria. In eundem locum, sed ulteriùs ad cutim usque à uenæ caua tres cum suis arteriis à duabus illis & ramulo uenæ sacræ dictæ à Syluio. Si per has effluat sanguis, quia exteriores sunt. Hæmorrhoides apertæ dicuntur. siue externæ, in quibus necesse est hepar, renes & totum illud uenosum genus à uena caua magis expurgari proindeq; sanguinē magis coctū esse, quàm qui fluit à uenis mesaraicis, in quibus adhuc rudis est et splēdidus, licet ater sit et crassus, quem lien, et mesareū maxime hac uia expurgāt. Nā hepar sanguinē coctu per uenā cauam distribuit. Mesaraicæ uerò sugūt à uentriculo, et omnibus intestinis atq; ad hepar succum mittūt, plurimumq; seri cōtinent. Lien aūt sanguinē fæculentū exonerat in ramū splenicū. A quo descendit per mesaraicum ramū, unde primus ramus, qui descendendo occurrit, hæmorrhoidalis est: Paulo infra, uenæ mesaraica. Si igitur per uenā à mesaraico ramo, qui à splenico oritur, fiat ille fluor, Hæmorrhoides internæ erunt, quod intus lateant, nec oculis cerni possint nisi descendente ano, aut immisso speculo. Vtræque rursus diuidantur in cæcas & apertas. Cæcæ sunt, quæ tument cū maximo dolore, nec sanguinē reddūt. Quanquam non ignoro cæcas etiam dici illas interiores, quia non uidentur. Apertæ uerò, in quibus est sanguinis profusio. Rursus uel sine inflammatione sunt, uel cum inflammatione. Inflāmationis signa sunt dolor, rubor, tensio, renixus, febris. In cæcis grauissimus dolor, quia partes illæ acutiore sunt sensu. Sphyncter enim neruosa quædam substantia est, quæ neque ustionem, neque sectionem facilè ferre potest sine conuulsione. Deinde habent è uicino osse sacro ductos neruos, et extremæ partes sunt. Quales acerrimū habēt sensum, neque sine periculo offenduntur. Indicio est è pollice pedis subita mors apud Hip. 1. Epid. et læsis extremis digitis dolor grauissimus et oculis, et pudendis, et sedi. Rectitudo quoque & tenuitas neruorū plurimū facit ad doloris sensum. Quæ omnia indicāt, nō sine cā plenioribus uasis & distenta membrana, sedis, quæ orificiis uenarū prætēditur, à plenitudine, aut inflāmatione acutissimū dolorē excitari, qui sæpe ad se totam curationē traducit. Ex his ēt perspicuū est, nō solùm propter crassum et fæculentum sanguinem, sed etiam purissimum

hæmorrhoidas

hæmorrhoidas fieri, licet Gal. in Aph. cōtra sentire uideatur.
Si igitur sanguis, qui effluit, redundet & uitiosus sit, magn
ex hæmorrhoidibus commoda cōsequitur, quæ numerātur a
Hipp. Incipientē melācholicā prohibent, factā sanant, quò
ferè is humos crassior et nigrior per has uenas uacuetur, qu
quā et altus. Varicibus, lieni indurato, Arthritidi, Nephri
di remedio sunt. Quibus (inquit 6. Epid. com. 3.) hæmorroi
des, ÿ. neq; Pleuritide, neq; Peripneumonia, neq; Phaged
na, neq; furunculæ, neq; Thermynthis, fortasse neq; Lepra
neq; Alphis corripiūtur. Sed nō solum his, quæ dicit Hip. pr
sunt, uerū ēt uteri, uesicæ et pudēdi affectibus. Ex eadē enim
diuisione hæc oīa uenas habēt, et uiduis quibusdā loco men-
sum fluūt hæmorrhoides. In grauidis quoq; notauit Author
utiliter fluere in duabus mulieribus nobilissimis iā quatuor
menses in utero habentibus. In quibus partus tēpestiuus con
sequutus est, & saluberrimè adoleuit. Erat autem frequens
& multus fluxus, sanguis ferè dilutus, qui ubi subsistebat,
grauius habebāt. Aegrè excluso leuabātur. Quibusdā etiam
familiis consuetæ sunt. Cuidā nobili in æde Ambrosii Chirur
gi decubenti, qui Authorem ad cōsiliū adhibuit, cū in grauis
simo renū dolore emingeret pus, sanguinem et crassam pitui
tā, natura remediū ostendente, quia tumebat hæmorrhois, &
aliis remediis non cedebat dolor, eo statim tempore iussit ape
riri hæmorrhoidem, unde incredibili celeritate dolor cōquie
uit. Sed hæc omnia intelligenda de natura superflua exone-
rante, & si ægri leuiter ferant. Nā quæ ab infirmitate uisce
rum & intemperie, unde sanguis uel acrior, uel serosior ge-
neratur, uel quæ à laxatione & hiatu uenarū ortū habent,
aut immodice fluunt, in his celeriter tolli debet totius mali ori
go. Alioqui intempestiue cohibitæ deteriora longe et pericu
losiora uitia inuehūt. Nā suppressus sanguis ad hepar, hinc
aliquādo ad pulmonem, cerebrū, latus, aut in corpus diffun
ditur, uel aliqua parte cōsistit, unde morbi illi omnes supē-
rius relati oriuntur, & siqua adhuc grauiora dici possunt.
Paucis enim grauioribus annotatis morbis alios intelligit
Hippocrates, ut Epilepsiam & similes. Non immeritò igitur
quæstiones illæ duæ ponuntur, an prouocandæ sint, an sisten
dæ. Et si sistere consilium sit, an una relinquenda, vt Hippo-
præ-

-æcipit in Aphorismis. De quibus remota omni disputatio-
ab hoc, loco aliena sic breuiter cẽsemus. Assuetis et grauio
ibus morbis laborantibus aut opportunis aperiri posse. Qui
usdã familijs cõsuetas esse, in quibus indiuidui rõ habenda.
t quia ante pubertatẽ nõ fluũt, ut est author Hipp. impetus
uoq; naturæ cõsiderãdus. Alioqui nõ est faciẽda cõsuetudo.
Aperiẽdæ igitur nõ sunt si non tumeãt, et si nunquam fluxe
int. Qđ ad alterã quæstionẽ pertinet, Curati (inquit Hip. 6.
Epid.) importunè multi subitò his morbis correpti sũt, et gra
uissimè. Gal. importunè curatos interpretatur, qui neq; Phle
botomia, neque medicamẽto subducente per interualla, exhi
bito, uel exercitationibus uacuantur, qui itẽ neque unã ex ip
sis relinquũt, sed omnes in uniuersũ tollũt. Vbi Gal. uidetur
sentire oẽs quidẽ tolli posse, sed non ἀθρόως. Deinde oportere
κατὰ περίοδον uacuare corpus, Phlebotomia, medicamento,
exercitio. Alioqui unã relinquendã. Quare ubi hæc remedia
adhibita fuerint, et p interualla, nulla relinquenda uidetur,
præsertim cũ ea purgatio nõ sit naturalis, & optima uictus
rõne declinari queat. In recentibus quoq; metu grauioris ma
li una seruari potest. Multis percurãtur. Sed experientia do
cet, nisi purgẽtur, et sãguis detrahatur, nescio qua melãcho
lia et obscœnis somnis uexari. An ãt una relinquenda sit,
quæ statis periodis effluat, an obligãdus æger Phlebotomiæ
p interualla et medicamentis, id ferè arbitrio ægri relinquẽ
dũ, nisi siquis à Phlebotomia, purgatione, exercitijs deteriùs
habeat, aut hæc leuiter ferens grauiùs ferat hæmorroidẽ. Re
linquere ãt unã apud Hipp. nihil aliud est quã nõ secare, nõ
urere, nõ cõsuere, siccare, putrefacere. Nã liber est de Hæmor
rhoidibus, ubi omnes urit, secat, curat, cõsuit, putrefacit, sic
cat. Vrit ãt nõ adhibito uenæ ferro, sed tantũ admoto, ut as
setur, et siccetur. Qđ igitur Aetius nullã seruandã scripsit,
Paulus cõtra, non solum in diuturnis, sed ubi stillicidiũ mo
do effluit sanguis, cæteris occlusis unã relinquendã præcipit.
Seruari duobus modis interpretari poteris, uel neglecta arti
ficiosa curatione, uel adhibita. Si negligatur, una seruanda
est: si adhibeatur, nulla. Rursus sistendi cõsiliũ duplex. Alte
rũ dũ fluẽtes sistimus: alterũ, dũ fluxuras animaduertimus.
In illis inmoderatũ fluxũ adstringi debere nõ est dubiũ. Cæ

terũ externæ facile deprehenduntur ex tumore. Internæ ue ro ex pondere circa ſedem, egerendi difficultate, & clyſteres aut glandes immittendi ſanguine alijs excrementis non per mixto, & conſueta purgatione a qua induidui natura.

Multi ſunt igitur curationis ſcopi. Tumentes aperiendæ, fluentes compeſcendæ: dolor mitigandus, & inflammatio tol lenda. Quæ omnia propria remedijs perficiuntur. In oĩbus partis affectæ habita ratione, ab omnibus acribus et mordẽ tibus abſtinendum. Cauendum à cancro aut fiſtula. Quæ ue hementioribus medicamẽtis facile inducũtur. Nam cuniculi quidã ſepe latent, in quibus pus. Vnde longiores ſinus in fi ſtulas abeunt. Videndum etiã ne nimiũ adſtringamus aut refrigeremus podicẽ. Hinc ſequitur ani prolapſus uel reſolu tio; illinc nõ præſtat officiũ, et aluus nimiũ reſiccatur. Itaq; poſt uſum horum corrigi uitiũ debet, ſi quod illatum ſit. Vbi remedijs non eſt locus, Chirurgia opus eſt, ligatis, uſtis, tabe factis uenis. Sed reuera in Hæmorrhoidibus diuturnis, in ua ricibus, & reliquis influxionibus & collectionibus tam in ueteratis omnino periculoſa ſectio, qua uel moriuntur, uel in aliquem grauiſſimum dolorem incidunt, priore peiorem. Purgato corpore fotus conuenit cum uino adſtringente, de coctione roſ. centinod. plantaginis, ſcoriæ ferri & ſimilibus. Topica adhibentur & ſedi & oſſi ſacro.

De exitu a ani. *Cap. LII.*

ANus totum rectum inteſtinum eſt, aut extrema laxitas eius. Excidit hæc infirmis a muſculis obliquis, qui ſedem ſurſum reuellunt: & laxitate b membranarum quibus oſſi ſacro & lumbis colligatur. Nerui etiam c reſolutione, qui ab extrema ſpina ad ſedem porrigitur. Itaque primum animaduertendum, num [illegible] inflammatio adſit, quod tumore, rubore, calore & d duritie intelliges. Hic e ſanguinem e brachio detra hes. Deinde etiam è f malleolo. Si fuerit opus, materiam inflammationis reſoluentibus medicamentis & laxantibus digeres, admixta etiam parte eorum, quę repercutiant & corroborent.

Topica remedia fruſtra ſunt adhibita ſedi, ſi à læſo neruo uitium eſt. Tũcque applicanda extremitati ſpinæ,

a De ultimæ recti inteſtini partis prolapſu.
b Ductarũ à peritonæo, atque etiam a ligamentis lumborũ & oſſis ſacri.
c Quæ uel ab obſtructione, uel compreſſione fit.
d Dolore itẽ & pulſu.
e Ad reuellẽdum & in hibẽdum fluxu.
f Ad amotionem materiæ coniun ctæ.

g, ubi *a* coxa eſt. Redeundumque ad genus *b* curatio-is, quod ca. de Paralyſi dictum eſt. Si uerò infirmitas it eorum obliquorum muſculorum, & corpus craſſis e uiſcidis humoribus abundat, purgatione primùm tédum eſt ex hiera ſimpl. aga. hiera diacolocinthidos & ſimilibus: tum ſi qua ſordes ano inheſit, detergenda rius hydromelite, urina propria, decocto betæ, mu-ia, marina aqua.

a *Qua parte iſchium cũ oſſe ſacro cõnectitur.*

b *Vt ad fotus, litus, emplaſtra dropaces.*

detergentia.

Poſtea uero fotus conueniet ſæpe repetitos ex uino uſtero in quo acacia, hypociſtis, mirthus, malicorium, oſæ, ſcoria ferri, & alia eiuſmodi coxerint aſtringen-ia; adhibita ratione, quę iubet mollioribus mitiora, urioribus fortiora remedia eſſe adhibenda.

De his uide Hippocratem ad finẽ libelli de fiſtulis.

fotus. N.

A fotu unctiones, inſperſiones puluerum, inſesſiones & balnea uſurpanda ſunt. Quanquam inunctiones & olea, quæque lubrica ſunt omnia, non ſine ratione quidam reiiciunt, alii admittunt, quia firmius inhærent. Laudabitur oleum nardinum, coſtinum, laurinũ, maſtichinum, roſaceum, quæ ubi inuncta fuerint, puluis ex arida pice trita, ſeta porcina, uſta galla, fimo canino, cornu cerui, carabe, ſanguine draconis, maſtiche, corallo & ſimilibus.

unctiones.

puluis.

Suffitus è bdellio, pice arida, pinea, colophonia, exuuio ſerpentis; lapide molari candente conſperſo aceto, in quo porri folia coxerint, uino auſtero nigro, in quo aliquid aſtringentium ferbuerit; inſesſiones in aqua ſulphurea, marina, bituminoſa, aluminoſa & ſimilibus.

suffitus

insessio.

Puluis.

℞. ſang. draco. malicorii ana dra. i. gallæ, bituminis ana ℈. ii. ſubtilisſimè trita & cribrata inſpergantur.

Alius.

℞. carabe, cornu cerui uſti, coralli, balauſtiorum, thuris albi *c* antimonii, acaciæ ana dra. s. trita inſpergantur, aut incorporentur uitello oui, & modico petrolei. Vitellum oui uſurpamus, ut in eo pulueres incorporentur, tum quia non ut oleum, ſordes relinquit.

c *Stibÿ non calcinati.*

Emplaſtra fiunt ex ammoniaco, bdellio, malaxatis cum oleo nardino, & ſimilibus conſperſis puluiſculis,

tempus applicandi remedia i[n] c[on]situ ani:

quæ adſtringant, oſſi ſacro, perinæo & ſedi apponi debent, & ne concidant, faſciis contineri. Tempus remediorum, ubi iam ægri deiecerint, & abluta ſedes repoſita fuerit.

SCHOLIA.

Rectum inteſtinum, Græcis ἀπευθυσμένον ἔντερον dicitur. Hippocrati ἀρχός, Aph. 58. libr. 5. ut interpretatur Philotheus. Prius nomē illi inditū eſt, quòd cum alia inteſtina flexuoſa ſint, recta linea ſine gyris in anum ſiue podicem deducatur: poſterius uerò, quòd uel aliis imperet, uel aliorum ſit principium. Excrementa enim excipit, & foras agit adiutu ſepti transuerſi et muſculis abdominis propellētibus. Opus igitur habuit muſculo, à quo tanquam crumena conſtringeretur ne ante tēpus excremēta effluerēt, quē Græci σφιγκτῆρα uocant ἀπὸ τοῦ σφίγγεσθαι id eſt, conſtringendo. Quæ eſt illius propria actio, nō autem excretio, ut multi uoluerunt. Deinde altero (qui geminus eſt, uel etiam tergeminus) obliquè ſupra rotundum ſito, quo ſurſum reuellitur. Adiectæ ſunt membranæ, ad maiorem firmitatem, quibus alligatur oſſi ſacro et lūbis. In hac parte morboſi affectus plurimi oriūtur. Si excrementa nobis inuitis egrediatur, reſolutio eſt Sphincteris. Si uerò extra anum prolabatur inteſtinū rectū, neque ſurſum retrahi poſſit, niſi manu protrudatur, neceſſe eſt cauſam eſſe in muſculis aut neruis ſurſum reuellentibus, uel membranis alligantibus. Id autē fit laxatis illis neruoſis corporibus, uel imbecillioribus redditis, uel intumeſcēte et inflato inteſtino. Si reſoluantur nerui, cauſæ ex capite de Paralyſi exquirēdæ ſunt, topicaque oſſi ſacro imponēda. Imbecilliores redduntur aliquādo ob nimiam mollitiem et humiditatem ut in pueris, uel frigus à quacūque cauſa externa, uel aliquam aliam intemperiem, aut humorem madefacientem. Aliquando uero ob magnam aliquā contentionem in reddendis excrementis durioribus, aut acrioribus, ut in Dyſenteria, uel Teneſmo. Inflatur autem à quolibet tumore, ſed præcipuè inflāmatione, quā ſequitur dolor, febris, perpetua irritatio ad excretionem, ſtillicidium urinæ. Fieri ſcribit Hippoc. de fiſtulis à pituita ex corpore in inteſtinum rectū decumbente. Quanquā in contextu Græco habetur ὑπὸ τοῦ φλέγματος. Certū aūt

eſt

est phlegma Hippocrati aliquando inflammationem dici, ut in Prognosticis. Nec dubium, quin ab aliis etiam humoribus, præsertim a sanguine fieri possit. Mirum est, quod nobili cuidam mulieri contigit anno 1559. Nihil excludebatur stercoris: dolor ingens in ano, qui nullis remediis cedebat. De causa disputabatur. Nihil è speculo immissa apparuit interiore recto intestino. Tandem summa ui, et eo dolore, qui in partu difficili excitatur, rotundum globum tophaceum è cæco intestino deiecit. Hernia laborabat. Erat is globus tunica inuolutus suberis substantia.

Non eadem omnibus curatio. Frustra adhibentur remedia ano, si spinæ uitio resolutus sit neruus. Inflammatio curanda, ut cæteræ, indicatione sumpta à parte.

De exitu matricis. *Cap. LIII.*

RElaxatis *a* uinculis, refrigerato *b* utero, collecta *c* mucosa substãtia uterus excidit, senibus magis, & iis, quæ ex instituto uitæ *d* nudos pedes in frigida continent, aut diutius in frigido lapide sedent, uel aerẽ frigidiorem excipiũt, maxime in puerperio & *e* tempore menstruorum. Casu, ictu, resolutione quoque decidit. In uehementi motu, eo modo quo urina & stercora præter uoluntatem effluunt, ita etiam uterus delabitur.

Totum uterum decidere posse quidam *f* è Græcis negant: contra quos *g* Arabum authoritas & experientia facit. Tumque desperata res est, ut cùm inueterauit malum, quod ætate senili non facilè curari potest.

Initio animaduertendũ, nũ retenta urina aut stercus. Primũ enim excludere oportet. Vterus.n. in medio positus & cõpressus magis expellitur, nec facile reponitur.

Apte collocanda mulier est, sublatis coxis inuicẽ dilatis, reflexis poplitibus. *h* Atque eo modo, quo in sede diximus, detergendum, abluendum, fouendum, pessuli quoq; e lana molli inuoluta linteolo figẽdi sunt. In ea lana *i* pulueres misceri possunt, qui uterũ confirment.

Pessulus

a *Quibus uterus coalescit, adiungitur moue tur, nutritur.*

b *Qđ frigus utero bellũ indixerit.*

c *Tũ in corpore uteri, tũ in acetabulis ipsis. Vnde granior factus uinculis suo loco contineri non põt.*

d *Vt mulieribus lotricibus.*

e *Quo tpe uteri pars utraq; hiat. Accedit et coeundi libido, cũ.s.uteris defraudatur, & appetitui non explet. Arist. ca 2.li.7.hist or. Anim.*

f *Vt Aetius.* g *Vt Auicenna.*

h *Vt si in crasso intestino sphincteris constrictione obdurnerit.*

i *Ex balaustiis, radice cyperi, nuce cupressi, rosis.*

a *Vt baccæ, cortex et folia rosſ. caninæ, fol. rub. hypociſtis, balauſtia.*
b *Vt repoſitus ſuo loco cõtineatur. Hinc ſemiſphærã figura ouali, cera obductã, filoq́; appenſam ĩ muliebrẽ ſinũ (ſi uſquequaq́; ſit plapſus uterus) immittere, & ſubligaculis retinere decuerit.*
c *Vt maiore ui ſurſũ attrahãtuterũ prolapſum.*
d *Quod uim habeat cõſirmãdi et cõſtringẽdi: cuiuſmodi eſt empla. cõtra rupturam, ung. comitiſ. emplaſt. de maſtiche, ung. rubrũ dſicatiuũ cũ rad. cyperi.*

Peſſulus factus pro ratione ætatis immergendus eſt uino, in quo *a* adſtringentia coxerint, & ita inſinuandus pudendo, prius repoſito *b* utero.

Pectinem quoque & lumbos lana, bombace, aut ſpongiis imbutis oxycrato contegemus, & ne concidant, alligabimus.

Cucurbitulæ cum multa *c* flamma umbilico & ſumini, atque etiam ilibus affigendæ ſunt, ſępiuſque repetendę. Atque interuallis cucurbitularum, *d* emplaſtrum ſupra umbilicum & lumbos affigendum eſt.

R. galbani unc. i. s. myrrhæ, thuris albi ana dra. ii. terebinthinæ dr. s. ſem. lauendulæ dr. i. moſchi ℈. s. incorporentur & extendantur in aluta.

Peſſarium, Peſſulus, Priapiſmus.

R. aſſæ fœtidæ, myrrhæ, thuris albi, maſticis ana quod ſufficit pro ætate & ratione mulieris.

Fiat peſſarium malaxatum cum oleo laurino, uel de liliis, addendo dra. i. s. lauendulæ, & baccarum lauri dra. s.

Naribus odora, utero fœtida admouenda, pannis lineis inuoluẽdę partes pudẽdæ & uicinæ perfumigatis cũ myrrha & thure. Suffumigia & inſeſſiones, ut prius.

Sed hic peculiariter ex lauendula, biſtorta, foliis & baccis lauri, adiecta portiuncula myrrhæ, thuris cum cortice, & maſtichis.

Si putruit uteri pars, quæ decidit, placuit Græcis & Arabibus, ut quicquid corruptum ſit, amputetur.

SCHOLIA.

Vterus uinculis undiquaque alligatur ante, retrò: ſuperiùs, inferiùs: dextra, ſiniſtra: obliquè ad collum et inguina. Oſſi pubis: ilion & ſacro per tunicam à peritonæo, dextra et ſiniſtra parte annectitur: magnis uaſis per arterias & uenas præſertim ſpermaticas et apophyſim peritonæi: ſpinali medullæ per neruos: recto inteſtino p fibras quaſdã tenues: ueſica per alias, ſed plures et laxiores: oſſi pubis per uincula laxa. Omnia membrana peritonæi præter uaſa. Hinc maximus uteri conſenſus cum uniuerſo corpore. Plato tanquam animal uorax moueri putat modo deorſum ad ſemẽ excipiẽdum:

dum:modo ſurſum, fuga male olentium, aut alia cauſa. Medici uerò naturaliter quidem excipiendo ſemen, hiare, deinde conſtringi uolunt, ſurſum autem nõ moueri, niſi uaſis plenis reuellatur, aut inſletur ut in ſuffocatione, deorſum uero, cùm peritonæum aut uincula à peritonæo relaxantur, uel rumpuntur, uel fundus inuertitur, unde uteri procidentia. Contorquetur etiã interdum ut ob abſceſſum, uel inflãmatione, uel uim aliquã illatã, uel poſt partũ. Videre et licet multas, quæ cum utero geſtant, dolore coxæ affectis ligamẽtis laborent, ſic ut ædito fætu dolor maneat, unde claudicant, cuius meminit Galenus 6. de locis affectis. Sunt igitur tres affectus uteri præcipui ex deprauato motu, unde infinita & admirãda ſymptomata cõſequuntur, ſuffocatio, cõtorſio & procidentia. Hic de poſtremo tãtũ agitur, in quo aliquando collũ, aliquãdo fundũ in uuluã procidit. Vbi collum excidit, uidetur ueluti glans uiri rubens, quæ ſe oſtendit in ore pudendi cum ſuo foramine. Fundum autem cum procidit, inuertitur. Quæ omnia rõne diligenter diſtinguenda ſunt. Cauſæ igitur ſunt relaxatio aut ruptio aliquando uinculorum ad oſſa pubis: nonnunquam peritonæi. Relaxatio fit ab humiditate, aut difficili partu, aut rupto peritonæo, aut tenſis inferioribus ligamentis. Quod tamen fieri nõ poſſe exiſtimo. Sic enim traheretur ad oſſa pubis potius. Ariſtoteles 7. de natura animalium ſcribit quibuſdam deſideria coitus, aut longiore ueneris abſtinentia uterũ excidere, quibus coitus & conceptus remedio eſt. Sæpius fit caſu, ictu, uehementi metu, mora in aqua frigida ut in lotricibus, difficili partu, magno conatu in reddendis excrementis. Ob rupturam peritonæi, aut difficilem partum, uix curatur, aut nunquam.

Si fundum procedat, ſublatis cruribus facile redit, ſi uincula, declinet in latus, unde dilabũtur. Puellæ cuidam (quod ab authore annotatum eſt) tremor ſiniſtra parte in facie & thorace, non inferioribus partibus. Decumbenti in ſiniſtram mouebatur, quieſcebat reuolutæ in dextrã. Manè & ueſpere mouebatur. Ardebat ſimiliter et frigebat. Suppresſi menſes annis ferè tribus, facies ſaturato rubore, teneſmus, dolor ſtomachi, lien inflatus. Si ab humiditate fiat relaxatio, reſiccãtibus et adſtringẽtibus utendũ. Vacua in repellendo debent

esse intestina & uesica. Conueniunt fotus. Inunctiones, pessaria, odores fœtidi, fumigia, emplastra, cataplasmata, unguenta, cucurbitulæ, lumbis et umbilico. Extremum remedium est zona Hippocratis, quæ à cingulo zonam habeat à parte posteriore per perinæum adductam in anteriorem partem ad idem cingulum. Iuxta pubem arctè colligatur. Alij è subere ouales formas inductas cera & quasi pediculo alligatas immittunt in sinum pudendi, atque alligant coxis. Inunguntur oleis & unguentis adstringentibus.

De a sistendis mensibus. Cap. LIIII.

MEnsis b naturalis est purgatio, nisi uel quantitate excedat, uel c præter statas periodos effluat. Decimo d quarto anno excitatur, nonnullis 12. Rarissimè 7. Desinit uerò 40. aut paulo post, alioqui ad 60. producitur. Aliis singulis mensibus, nonnullis uno aut pluribus mensibus intermissis, quibusdam sæpius uno e mense redit. Iunioribus ad lunæ plenilunia, aliis ferè, decrescente luna, tribus 4.5.6.7. diebus, eo plus minusue. Maiorem copiam efficiunt ratio uitæ plenior, otium, temperamentum f frigidus, tenuitas sanguinis, uel acrimonia, amplitudo uasorum, quæ plurima & maxima ad uterum perueniunt. Subsistere debent in totum grauidis, puerperiis, lactantibus.

Vt sistas, primùm animaduerte g causam immoderati fluxus, colore sanguinis fluentis. Si linteolo excipias, animaduertes. Calida enim mẽstrua, ubi sanguinis calidior est: florida atque rubentia, ubi sanguinis copia in causa est: subalbida ubi sanguinis h frigidior est. Rubentibus itaque menstruis, si quidẽ corporis plenitudo est, i uenam è cubito secato. Si uerò magna pars plenitudinis iã K depleta est, aut alioqui nõ redũdat in reliquo corpore

a *Cum scilicet fluunt immodicè et præter modũ peculiaris naturæ, ætatis, diætæ.*

b *Quæ cõmodo naturæ fit et à natura suscipit.*

c *Vt si bis mense repetat.*

d *Cum puellæ ad iustã magnitudinem & modum peruenere.*

e *Vt salacibus mulieribus, quæ sero abũdãt.*

f *Vt si mulier sit habitior, corpus habeat minus perspirabile, glabrum cutim albã, capillos nigros et rectos, oculos quoque nigros, uocẽ acutã, ut si sint iracundæ.*

g *Quæ triplex est: sanguinis copia & qualitas, uasorum laxitas, facultatis retentricis infirmitas.*

h *Aut etiam frigidior mixtione fieri.*

i *Ad reuulsionem & plethoram deplendam.*

K *Immoderato scilicet fluxu, ut uenam secare tutum non sit.*

corpore sanguis, cucurbitulas satis amplas cum multa flamma sub mammis affigito: vinculis brachiorum vtitor, *a* frictionibus manuũ & calfactionibus. In vsu phlebotomiæ & reliquorum, interrogabis primùm, qua parte vteri maior grauitas sit. Si dextra parte, basilicã dextram secabis, dextram manũ ligabis, fricabis, calfacies. Sub dextra mamma cucurbitulam affiges.

Si verò cacochymia est, biliosum sanguinẽ rhabarbari. dr. j. s. aut hiera picra repurgabis. Si pituita, eadẽ hiera aut rhabarbaro uteris, sed addito agarico. Sed fere vbi nulla plenitudo aut manifesta cacochymia, cucurbitula sub mãmis, aut in humeris apposita, vincula manuũ, remedia quę sanguinem sistunt, satis esse possunt.

In laxitate meatuũ, astrigẽtibus: in tenuitate, incrassantibus vtendum est. Cõuenit inter Gręcos & Arabes succũ plantaginis efficacissime menses sistere. Memini (inquit Gal.) cũ quatuor diebus iugiter sanguis fluxisset, nec sisti posset, ciatho uno succi plãtaginis cõstitisse. Recẽtiores *b* aqua plãtaginis vtunt. In aqua melius fuerit aliquid dissoluere eorum, quę sanguinem sistunt, vt dr. trochiscorum de carabe, de spodio, de terra sigillata, & eorum quæ iam antea sæpe enumerata sunt.

Loco pessulorum (quoniam mulieres non facilè admittunt pessula) lana vel gossipiũ, aut mollius linteolũ succo adstringẽte, uel plãtaginis insuccat, & ita indit genitalibus. Mulieres fingũt e puinca, quę iniiciũt cruribus. Laudãt ungulas asini, pelles anguillarũ, pelliculas iteriores nucis auellanę, quę cũ succo cydoniorũ cogũtur in pilulas, aut diluuntur in succo conuenienti.

Pessuli, si finguntur, teretes sint ac rotundi ad instar digiti è lana, bombace, aut conserto linamento, quibus medicamenta adstringentia excipiuntur. Deinde cõuoluatur, uel serico raro, uel lineo linteolo. Pendeat è filo ut cùm opus fuerit, retrahatur. Vtũtur epithematibus lumborum *c* & crurum posteriorum, ex aqua plantaginis, sumach, uino rubro adstringente & similibus.

℞. scoriæ ferri crematæ & in aceto extinctæ, deinde puluerisatæ, lapidis hæmatitis triti an. ℈. ij. syrupi myrtillorum

a Ad reuulsionẽ obscuram.

b At felicius aqua mucamentorũ salicis, succo rad. urticæ albæ, succo bursæ pastoris atque lãceolæ. Vt ℞. succorũ depuratorũ lãceolæ, bursæ pastor. rad. urtic. alb. unc. ij. sacch. q. s. f. syrupus.

c Ad regionẽ uenarũ spermaticarum quæ ad fundum uteri feruntur. Iisdem etiã partibus im plastra admouentur è bolo, empl. contra rupturam unguentũ comitissæ.

tillorũ & ros.an ℥.s.aquę plãtaginis unc.ii.Fiat potus.

℞.trochiscor.ambræ citrinæ puluerisatæ dr. i. datur cum uino adstringente diluto modica aqua plãtaginis.

℞.sanguinis draconis,boli armenæ, ambræ citrinæ, coralli rubri an.℈ i.fiat puluis,detur ex aqua plãtaginis.

℞.boli armenę dr. ii. coque in uino subtili subaustero ad ℥.ii.colatura bibatur.Opiata.

℞.*a* conseruæ ueteris rosa.℥.ii.sem. plantaginis dra. ii.sanguinis dracon.boli armenę an ℈.iiii. ambræ citrinę,coralli rub. an dr.i.cũ syrupo de myrtillis fiat opiata. Datur castaneæ magnitudo serò & mane ante cibũ.

Laudant puluerem è pectunculis, quæ è compostella & mari comportãtur. Iaspis,onix,id est, cornallina, hæmatites, corallus ruber prodesse creduntur, siue in puluerem redacta usurpentur, uel è collo pedeant,manui alligentur,aut supponantur mammis.distillatum è conserua consolidæ maioris & limacibus ana quod sufficit.Aliquandò ad stupefacienda deueniẽdum est, ut.

℞.philonii dr.i.boli armenæ ℈.i. cum uino stiptico fiat potus.Ablutiones ex vino austero,in quo saluia coxerit,aut aliquid ex materia adstringente.Inunctiones ex oleo rosarum,melino, uel in quo adstringentia coxerint,unde & alia remedia ex altis locis.

De prouocatione menstruorum.

Resistunt menses *b* ætate, conceptu, *c* lactatione & iis prouocari non debent. Sunt quibus pręter calidius & siccius temperamentum,præter frugaliorem uitam, exercitia maiora,uacuationes tum manifestas, tum insensiles,ut sanguinis uacuationem per nares,phlebotomias frequentes, & alia eiusmodi. Item in his *d* quæ longo morbo se confirmant. Aliis propter pinguedinem, in quam totus sanguis conuertitur. Nonnullis propter gracilitatem & copiam sanguinis. Neque his commouendus mensis, ut nec bene carnosis, si quidem cessatione, menstruorum nihil offenduntur. Vnicum tamen est, *e* quod excipi debet ratio generationis. Nam ut mulier suppressa purgatione, nihil lædatur, quia tamen sine menstruo sanguine,

a generatio

a *Huic addes symphyti & nenupharis cõseruã.*

b *Vt anno 50.45.aliis seriùs, aliis celerius.*

c *Vt ĩ nutricibus, quòd p uenã epigastricã atque mãmariã sanguis fiat ἀνάρροπος ad lactis generationẽ.*

d *Quòd nullæ sint in his reliquiæ partium sanguinearum alimenti.*

e *Vt in mulieribus bene carnosis, et propterea sine incõmodo ualetudinis non menstrualibus.*

a generatio esse non potest, oportet quidem naturam assuefacere, ut sanguinem in uterum deriuet. Nam in multis conceptum adiuuat bis aut ter detractus b sanguis in anno, sed iis maxime, quibus præ copia sanguinis menstrua resistunt. Huius rei author est c Hippocrates. Frequentissimum est, ut uel crassiore sanguine, uel alioqui interceptis uteri uenis resistant menses: qua in re consilium est d Galeni, ut uena malleoli aperiatur. Tria uascula detrahuntur aliquot post diebus, duobus, tribusue. Balneum imperetur, in quo chamæmeli flores, origanum, maiorana, arthemisia, folia lauri, coniza, baccæ iuniperi & lauri, e aliaque eiusmodi coxerint. Statim à balneo f melicratum propinandum è pulegio, calamentho, & eiusmodi. Alioqui nostro more syrupus de hyssopo, prasio, calamentho, de bizantiis, de duabus radicibus, aut quinque radicibus ad unc. i. s. cum aqua cuscutæ, decocto cinamomi, aut cassiæ liquore ab unc. iiii. propinabitur. Quòd si fortius uolueris, castorei ℈. i. aut eo plus adiicies. Hac arte semper expertus est Galenus moueri menses, ut nihil inde mulier læderetur. Cucurbitulæ pubi, inguini, interiori femori affigi debent. Purgationes conueniunt ex hiera picra, quæ hoc modo parari debet.

℞. g aloes succo trini dr. ii. spicæ, cassiæ ligneæ, cinamomi, xyloaloes, radicis gentianæ, masticis, asari, cubebarum ana Gr. vi. Gr. iii. Omnia puluerisata incorporentur cum modico conseruæ anthos, aut borraginis, propinentur cum uino albo tenui.

Secretum est quarundam mulierum, uti cõserua borraginis dissoluta in uino albo tenui. Potest & pulueri hieræ aliquid agarici commisceri. Laudantur & pilulæ elephanginæ, mastichinæ & similes. Laudatur quoque hæc purgatio.

℞. Cassiæ fistulæ dr. x. pul. liquiritiæ dr. ii. croci Gr. iii. mellis anthosati dra. ii. dissolue in decocto cicerum rubrorum.

a Hip. sect. 7. lib. 6. των επιδημ.

b Emalleolo.

c Hipp. lib. d carnibus.

d Lib. de curand. ratione per sang. missionem, & libell. de tremore.

e Vt matricaria, nepeta hyssopus.

f Vt R. decoct. puleg. & calamenthi lib. ij. quibus adde mellis ℥. iii. hieme, æstate. ii f. melior.

g Vel R. castorei dra. i. dissolue in uino albo, fiat potus. Mirificè cõfert ad ciendos menses. Cæterum ad obstructa liberanda & materiam præparandam sic imperabis R. sabinæ foliorum M. i. cuius decoctioni adde syrup. de radicibus, aut capill. uen. unc. i. s. propinetur.

rum. Vacuato & bene purgato corpore, aliis remedijs utendum eſt. Suffitus *a* aromatum muliebria ducit. Fiũt autem cum baccis lauri, iuniperi, ſiccis herbis odoratis, casſia lignea, & alius eiuſmodi.

Inſesſiones ut prius, ubi bilioſi & pingues humores ſunt petroſelino, porro, apio, alii ſmyrnio, ſtyrace, melanthio, fœniculo, utraque centaurea utendum eſt, & ad ſuffitus & olea comparanda & peſſulos. Laudatur & oleum de ben, de nuce moſchata, laurinum, de iunipero. Sunt qui geniſtæ floribus ad dimidium uas impleant, oleum chamæmelinum ſuperfundunt, fideliter obturatum uas fimo ſepeliunt, aut reponunt in furno calido, ſi nuntque efferueſcere, quo oleo inguina inungunt & peſſulo madefaciunt.

a Aphor. 28. libr. 5. Sunt autem ſuffixus aromatum caute per infundibulum administrandi. His enim plerunque, ſicca uentriculi intemperies cōtrahitur, imo uaſa et cotyledones aduruntur.

Optimum eſt imperare decoctionē cicerum rubrorum coctorum cum radicibus petroſelini, ut cum modico butyro iuſculum paretur, cui, ut ferè conſuetudo, puluerem cinamomi & tantillum croci inſperges.

Laudantur quæ abſynthii, cuſcutæ, pulegii, calamenthi, mentaſtri, rubiæ tinctorum, ſabinę. Vinum album tenue colatum per manicam Hippocratis cum ſaccharo in aqua anthos diſſoluto & tantillo cinamomi.

Hermodactylos ſcribit Meſue non habere par remedium in mouendis menſtruis & fœtu mortuo.

Fortes quoque ſunt trochiſci de myrrha.

R. *b* myrrhæ electæ dra.i. lupinorum optimæ tritorũ ſcrup.v. foliorũ rutæ, mētaſtri, pulegii, cumini, rubiæ tinctorum, ſerapini, opopanacis ana ſcrup.ii. Formētur trochiſci pondere dra.ii. Detur unus mane cũ aqua in qua iuniperi ſemen coxerit, uel.

b Conſerua borraginis, in uino albo diſſoluta mirificè mēſtrua & lochia ciet.

R. myrrhæ ſcrup. ii. aſſę fœtidę ſcrup.s. cinamomi Gr.x. croci. Gr.ii. cum aqua rubiæ fiant pilulę. Fęniculi radix, melanthium, quod quidem præſtantisſimum eſt. Alii dant triferę ſine opio dr.i. cum decoct. cinamomi. Eodem modo mythridatium dari poteſt. In ſumma omnia, quæ magis calfaciunt, & ſiccant minus.

Peſſulus.

R. olei nucelini unc.ii. pulueris gētianæ dra.ii. miſce cum

cum bombace moſchato in eo madefacto, fiat peſſulus.

SCHOLIA.

Mulierum purgamenta per uterum quædam ſunt multùm inter ſe differentia, quæ tamen ſimilitudine ſæpe fallunt, ut ſpecies quædam Hæmorrhoidum, λοχεῖα, ſpermatis corruptela, muliebris purgatio & menſtrua. Nam ex ramo illo uenæ cauæ duæ ſunt propagines, quarum una Syluio epigaſtria dicta ſurſum aſcendit per muſculos rectos, ac mammariæ occurrit. Paulo ſupra altera propago ceruici uuluæ & ori inſeritur, ſicuti & ſedi hemorrhois, unde fit cōſenſus uteri cū mammis ob uiciniam ſurſum ac deorſum fluēte ſanguine ex utero in mammas, & contra. Ab hac propagine poſteriore interdum fluit craſſior ſanguis nō aliter, quam per hæmorrhoidas. Aiunt Virgines & grauidas hac uia aliquādo purgari. Quod certe in grauidis magis neceſſariū uidetur poſt aliquod tempus ob arctam illam colli uteri adſtrictionem quaſi nodulis quibuſdam accurate, & artificioſè à natura inſtructa, vt ne vi quidem ſpecillū emmitti poſſit, & ob acetabula, è quibus ſanguis deſtinantur alendo fœtui. In uirginibus non tanta adſtrictio. Quæ igitur fluxio fit ex his uenis eam ad menſtruam purgationem vulgo referunt, cum tamen & partis, & uaſorum, & ſanguinis fluentis natura diligenter perſpecta, Hæmorrhoidum potius ſpecies quædam appellari debere videatur. Non enim niſi ſolo ſitu differunt, niſi dicas in grauidis veram eſſe purgationem menſtruam regurgitante illuc ſanguine, qui in capacitatem vteri per uenas è ſeminariis vaſis expurgari debebat. Sed cum hoc non ſit omnino ſecundum naturam, & ex his quæ raro contingunt, id etiam cæteris, quæ vterū non gerunt, haudquaquā conueniat, nec ita certis & menſtruis interuallis fiat, minus id uidetur conſentaneum rationi.

Non ignoramus tamen ueram purgationem menſtruā in grauidis fieri poſſe, ſed diuerſo modo, eoque duplici. Vno, primo menſe per uteri capacitatem, quia adhuc os illius non ita conſtrictum eſt, cum etiam fiat ſuperfœtatio. Altero, per alterum ramum ſpermaticæ iuxta hæderiformen, quæ ad latera vteri deſcendit & hypogaſtriæ occurrit. Sed unicuique liberum ſit vocare ut lubuerit, curationem tamen eandem

propago posterior!

N.

dem non habere perspicuum est. Curatur enim fluxus huiusmodi eadem ratione, qua hæmorrhoides, præsertim quod attinet ad uenæ sectionem. Nam retentis menstruis uena cruris secatur, hæmorrhoidibus suppressis interdum vena cubiti. Quod hic quoque obseruandum est. Proinde hi affectus distinctione opus habent λόχια quoque distinguenda, tum quod ædito fœtu tantum prodeant, tum quod comprehendāt quicquid post fœtum & secundas exit à puerpera. Sæpe etiā à spermatis corruptela salacibus, uenere abstinentibus, viduis & similibus redditur humor quidam crassus & ueluti seminalis in utero corruptus, uel sanguis grumosus, qui ad menstruam purgationem nullo modo referri debet. Quarta fluxio est illa, quam uocant muliebrem purgationem, quæ quibusdam quotidie, aliis post mensium purgationem nonnullis inter duas purgationes contingit, uel a toto corpore, uel affectibus uteri. In hac excernuntur quædā excrementa serosa, & veluti ichores sine dolore, & in maiore quātitate quàm pus ab ulcere. Quæ colore intelligimus modo ab hoc, modo ab illo humore uitioso separari. Nunquam enim fit absque cacochymia. Ponamus igitur præter has quatuor affectiões, Menses propriè dici quos Græci καταμήνια uocāt cū sanguis ille generationi & alendo fœtui destinatus à natura ratis statisq; diebus semel in mense excernitur per uenulas è uasis seminariis in uteri capacitatem, nō quod ab utero trahatur sed quia illuc mittitur siue lunæ cursus, siue alia quapiā prouidentia moderāte. Vnde nō sine rōne multi contendunt neq; præter naturam esse, neque excrementitium nisi sola quantitate.

Nam si qua in eo maleficia reperiantur, quæ Plinius recenset, ea corruptioni illius, & diuturniori in utero mora, cū euasis propriis excidit, accepta referri debent, aut mixtioni uitiosi alicuius succi, quod satius est, quam duas illius partes cōstituere puriorem beneficā, & feculentam ueneficam. Neque enim probabile est hominem ueneno concipi, conceptum veneno conseruari in utero in lucem editum eodem ali, nisi iam dicere uelis infantis corpus aut totum, aut magna ex parte uenenum esse.

Sanæ igitur mulieri (inquit Hippoc. 1. de Morbis mul.) sanguis

muliebris purgatio

sanguis menstruus exit interuallis uictimæ iugulatæ sangui nis similis, rubens. Effluit autem duarum hæminarum Atticarum mensura. Quæ non, ut Fuchsius Aph. 30. lib. 5. olei mensura æstimanda est, sed sanguinis, ut redeat circiter ad tres semisextariolos Lutetianos, natura tamen, ætate, & similibus perpensis. Id autem absoluitur duobus aut tribus diebus. Excessus et defectus in uitio est. Illinc tenues fiunt, fœtus emarcescit, aut parum uitalis est. Hinc si, uidelicet, minus quàm tribus uel duobus diebus, & pauci, crassæ fiunt, nec facilè concipiunt. Quæ plus habent sanguinis ad quinque, septem, quæ sanguinē crassum aut uenas exiles, ad plures etiam purgantur. Initio uero et fine pauciores et tenuiores: in media purgatione plures et crassiores, præsertim ubi multi fluunt. Aristoteles cap. 2. 7. de hystor. animalium moueri scribit de cremento lunæ, & hæc crescente colligi, unde cauillo sexum fœmineum lunæ tribuunt. Aliter tamen sæpe experimur. Idem quoque uoluit mulieres quasdam esse, quæ concipiant, etiam si non fluant menses, quibus non plus est sanguinis, quàm aliis restat à purgatione. Sed haud scio, an id ex principiis Galeni admitti queat. Constat tamen multas concepisse antequam passæ essent menstrua. Naturalis purgatio cessat 45. aut 60. ætatis anno experientia & iusta ratione. Incipit 13. 14. quo tempore cessat incrementum, & in quibusdam 20. ob pituitam, & sanguinis paucitatem. Ex his intelligũtur, quot modis menses præter naturam esse possint. Vel enim omnino supprimuntur, uel immodicè fluunt, uel tempore non conuenienti. Sanguis autem peccat in qualitate, quantitate, aut consistentia. In quibus omnibus peruestiganda causa, et an ob id morbosæ uiuant. Nam aliis debetur curatio, aliis præcautio, aliis conseruatio, ut pro ratione quadam peculiaris temperamenti, aut causa morbifica semel in mense multis, aliis sæpius, quibusdam uno mense intermisso, nonnullis tertio quoq; mense prodeũt. Supprimuntur quia uel sanguis absumitur, uel retinetur. Illud fit aliquando in ficciore temperamento & calidiore, in pinguibus ob pauci sanguinis in pinguedinem conuersionem, uenarum angustiam, unde etiam non concipiunt, aut imbecillos pariunt. Id ēt fit in longo morbo consumptis, lactantibus auidiores

diores pueros, uirginibus, exercitio multo utentibus, sanguine in nutritionem conuerso. In quibus frustra natura repugnamus mouendis mẽsibus. Retinentur aũt aut euersione uteri & distortione osculi interioris, in quibus quoque frustra mouemus mẽses: aut obstructione, quia sanguis crassior, aut acetabula muco plena, aut condensata substantia. Mæror quoque supprimit etiam quæ iã fluãt, et præ doloribus certũ est. Tunc sanguis ferè tertio mẽse incipit regurgitare in hepar, caput, pulmonem, totum denique corpus, unde sequuntur iidem ferè morbi, quos de Hæmorrhoidibus diximus, utero suffocato, difficilis spiratio, uel ob plenitudinem uenarũ, uel oppresso corde ab humore in pericardio. Si diutiùs, quã par sit, suppressionẽ mensiũ ferãt, uix curãtur obductis & induratis meatibus. Immodicè fluentiũ signũ certissimũ est imbecillitas uiriũ. Hoc fit ut cæteræ fluxiones, nimia uasorũ laxitate, ruptione, erosione ab acriore sanguine, imbecillitate partiũ, causa externa, in abortibus fractis uasis, aut obstetricis unguibus irritato utero in partu, aut natura imbecilliore reddita ob uiolentiã et similibus. Quæ omnia tũ proprijs tũ cõmunibus cæterarũ fluxionum signis exquirenda sunt. Sanguis qualitate peccat, si male coloratus sit, quia, ut uult Hip. colore similis non est sanguini recens mactati animalis. Albi, saniosi, loturæ carnium similes à pituita: pallidi, flaui & acres à bile: nigri, crassi, pauci à melancholia. Iam atra bilis est, cũ ueluti acetũ terrã effusi radũt, fermentãt et grauiter exulcerant. Alij carbũculo similes, caliginosi, acres, turbati, salsi, purulenti. Quò magis à naturali constitutione recesserunt, eo periculosiores. Fluxus albus prouectis magis: rubens iunioribus, fuluus utrisque. Aristoteles uult puellis albos fieri, unde extenuantur, præsertim si uictu humidiore utantur, sicque incrementum prohibetur. Alio loco saniosas purgationes & humidiores puellis: senibus paucas, crassas, nigras, quæ facilè concrescant, media ætate medias. In quo non uidetur consentire cum Hip. Vt aũt ex sanguinis colore humor peccãs internoscatur exactè, Hip. iubet substrata arena in sole superfundi menses, aut linteo excipi & siccari. Nã biliosi, pallidum: pituitosi muccosum, grumosum, pelliculosum, albidũ colorem relinquunt. A melancho-

lia nigri, ualde splendidi, paucissimi. Sed & anteacta uita, temperamentum corporis, ætas, omnia consideranda. Tardiores crassiore materia pauciores dẽsatione et præclusione acetabulorũ, osculi uteri, è cõtrario, plures. Sed et frequẽti coitu copiosiores fiũt. In omnibus colores fœdi Qđ tame uitiũ aliquãdo simplex est suppressis mensibus: aliquando affectis uisceribus et corpore: nõnũquã malo naturali cõtracto ante tẽpus mensiũ. Quod ad curationem ab ægro sciscitari oportet.

In cachexia sanguis generandus: in obstructione medicamenta aperientia, sanguis ad uterũ trahendus cucurbitulis circa emunctoria. Sanguinis missio ex talo, poplite, ligaturæ in coxis, frictiones, linimenta, suffitus, unguenta, syrupi aperientes, incidentes, attenuantes, pessaria nuptis, oĩa tpe quo fluxuri sunt. Hoc præcepto perpetuò obseruato, in omnibus morbis qui fiunt per consensum, partem primariò affectam primo loco curandam esse, & causam sine qua non remouendã: In locũ missionis sanguinis succedit catharticũ, fit enim affatim, & plus è corde educit, unde uirium maior deiectio. Sed longè utilior. Vomitu & narium profusione leuantur à natura. An id medico imitandum? Ad redundantem sanguinem respicienti licet: ad menses mouendos, minimè. Nisi suppressis mensibus oriatur morbus, qui uenæ sectionẽ requirat è superioribus. Tunc uena secatur è cubito. Vt enim natura uijs interclusis per oppositas partes, aliquãdo p uicinas multitudinẽ uacuat: ita licebit apto cubito multitudinẽ tollere et morbo mederi: malleolo secto, sanguinem trahere. Neq; naturæ imitator semper esse debet medicus, sed minister in quibus ipsa nihil põt, ut cucurbitulis affigendis, ligaturis, uenæ sectione. Natura uero id quod cõmodius est, sequi solet in his quæ põt. Cu itaq; uiæ p uenas brachij aptas nõ pateãt, alias, quas sequi põt, aperit. Contraria oĩa fiunt in sistendo. Reuulsio, sanguinis missione è mediana: cucurbitulæ in circuitu mammarum, ligatura in brachijs potius, quàm digitis, quia per plures uenas fit attractio, & iter breuius.

a. De suffocatione hysterica, quã alii strangulationẽ appellant.

De uteri a præfocatione. Cap. LVIII.

MVlta ad hanc rem ex capite 5. libr. 6. de locis affectis, & Aetio colligenda sunt. Vocatus in paroxysmo primùm an b uiuat mulier, cognoscendum

b. Interdũ enim mortuæ similis uidetur, q spiritum nõ ducat.

est. Nam sæpe fit, ut grauiore a accessione intereant, aut nõ aliter iaceant, quàm mortuæ. Infidele est signi[ficatio] uitæ, quod flocis naribus admotis, uel uase pleno aquæ imposito regioni stomachi, colligentur. b Sternutatorijs potius de uita cognoscendum. Secundum est, ut causam cognoscamus. Causæ sunt, Menstruorũ suppressio, spermatis corruptela in nubilibus, uirginibus, uiduis, & ijs mulieribus, quæ natura sunt salaces, & præter cõsuetudinem non miscentur uiris. Aliquãdo humor quidam crassus & ueluti seminalis utero c collectus corrumpitur. In tali causa præfocationis uteri, in paroxysmo extremorum uincula, d. frictiones maximè crurum ex sale & aceto uel similibus. Odorata, e utero: grauiter olentia naribus admouenda sunt, malè olida ut castoreum, galbanum, f. gagates lapis, capilli hominis, assa fœtida, plumæ crematæ, cornu cerui, cornua reliquorum animalium cremata, euphorbium. Quæ omnia excipi possunt pice humida, uel in puluerem redacta galbano & rebus eiusmodi. Huius rei causam repetes ex problem. 60. Aphrodisei. lib. 2. Odoratã uerò, quæ utero admouentur, zibet seu ciueta, bombax muscatus, aut cotton musco conspersum, oleum musco perfusum, gallia muscata, alipta muscata, caryophylum, & similia.

℞. aliptæ moschatæ scrup. ii. ligni aloes, caryophyl. an. scrup. s. aut scrup. i. moschi ambræ, an. Gr. iii. excipiantur oleo de spica. Aliud.

℞. galliæ moscatæ dr. ii. cinamomi, folij, macis, caryophyl. an. scrup. i. ambræ, moschi an. Gr. iij. labdani, styracis an. q. s. cũ aqua rosata moschata fiat, ueluti suppositorium, quod indatur genitalibus. Pulueres eiusmodi aliquãdo insꝑgimus oleo costino, de spica, laurino, de lilio, ut inde intinctis digitis g. obstetrix affricet os uteri in uirginibus: in alijs ẽt, interiora. Et ut à paroxysmo excitentur, uellicãdę aures, nares, sed maximè pili, qui pudendis adnascuntur. Aliquando etiã piper zinziber, sal gemmæ & alia eiusmodi pudendis immittuntur, ut naturam irritent ad expressionem. Et quia magna ex parte plenæ sunt uentorum, glandulis, cly-

steri-

a Ab impeditis respirãdi ĩstrumẽtis.

b. Vt helleboro et pyrethro naribus admotis, aut ĩmisso puluere, aut ẽt pẽna.

c Et eius corruptione hysterica fit suffocatio, sublatis respirationis usu propter oppressionẽ diaphragmatis.

d Vt excitẽtur spiritus et excitetur humor ad excretionẽ.

e Vt in sinũ pudoris immittantur, id est uteri ceruicem.

f Nisi mulier sit epilepsiæ obnoxia.

g Vide Galenũ c. 5. li. 6 de locis male affect.

eribus, unctionibus, quæ flatus discutiunt, utendum
rit ex capite de colico dolore.

Excitatis à paroxysmo nullum remedium melius
arito. Alioqui si retenti menses in causa sint, emoue-
e oportebit ex proximo capite. Et si humor crassus,
urgationes conueniunt. Imperabis igitur hieræ diacol.
crup.iiij. aut infusionem dr.i.s.agarici trochis. uel.dr.
i.pulueris hierę picræ. Alioqui.

Remedia hysterica suffocationi quæ fit à seminis corruptione dicata.

R.terebinthinę lotę in aqua matricariæ unc.s.sem.
lauci, agni casti, cinamomi an. Gr.viii. cum modico con
eruæ anthos fiat bolus. Aliud.

R.terebinthinæ dr.iii.agarici trochiscati scrup.2. se
minis dauci, cannabis, ligni aloes an. Gr. viii. cum eadē
conserua fiat bolus.

Purgationes per interualla repetendę sunt, sed pau-
latim imminuto modo. Laudatur castoreum per inter-
ualla datum. Hoc autem uariis modis vtuntur. Nam in
paroxysmo dissoluimus in aceto acerrimo & naribus
admouemus, uel eius scrup.ii. aut dr.i. exhibemus cum
aqua distillationis radicū dauci uel arthemisiæ q.s. Ace
tū scylliticum, uel in quo pulegiū, calamenthum, thy-
mum, origanum, coniza coxerint naribus admotū uel
etiam potum adiuuat, etiam si uterum lædere uideatur.

Laudatur ab antiquis succus & semen plantaginis.
Cinamomum, lignum aloes, semen dauci, cannabis, ru-
tæ, agni casti, radix nimpheæ & quæ semen extingunt.
Vomitus, sternutatio, cucurbitulæ, primum quidem in
guinibus & coxis deinde ilibus cum multa flamma af-
fixæ. Hipochondria quoque fasciis deligata & constri-
cta. Glomeres fili anethino feruenti inculcati & calidi
alternatim appressi pectini. Laudatur puluis conchulę,
seu blattæ byzantiæ & pectunculorum.

Post alia quoque remedia dropaces & sinapismi ex-
tremæ spinæ & ventri appositi. Balnea naturalia, fre-
quens coitus, unctio ex oleo dulci, in quo semen agni-
casti cinamomi confracta omnia coxerint, ut eo sumen
& lumbi inungantur. Adiicitur aliquando pirethrum,
piper & similia. Sed ineunda ratio habitus corporis, tē

poris, anni & reliquorum. Similiter clementer agendum est cum pregnantibus.

a. Nunquã enim uenã secabis in suffocatione hysterica, à seminis corruptione.

Quod ad phlebotomiam attinet, *a.* suspectum remedium est, nisi cùm suppressi sint menses. Tumque eo modo, quo in mouendis mensibus. Si quidem nigella mulier est, malleoli venam phlebotomo aperies: sin alba & mollis, uel sacrificatu vel sanguisugis uteris.

SCHOLIA.

Υςερικὴ πνῖξ, Græcis dicitur uteri suffocatio, cum uterus sursum ascẽdit, uel quia inflatur & intumescit, uel quia plenis uenis, quæ ad uterũ ptinent, reuellitur, in qua passione, sine motu, sine sensu quasi mortuæ iacent, frequentiusq; uiduis et malè purgatis ac sterilibus accidit, & iuuenculis ad venerem procliuioribus. Vnũ cõmune symptoma est, defectus respirationis, nõ quod strangulẽtur, ut inquit Galenus, quia nihil est, quod spirationẽ intercipiat, sed quia ita inflatus uterus primũ intestina, deinde mutuo contactu uentriculũ et diaphragma cõprimit adeo, ut dilatari nequeant. Atq; ob id nõ loquũtur, quia aeris satis nõ attrahitur, aut extrà propellitur. Alii id referunt ad frigiditatẽ humidi & frigidi seminis totũ corpus refrigerantis, ut sic trãspiratio p poros illis suffi ciat. Quanquã in nonnullis hæc cõstant, & ratio, pulsus languidus exiguus et aliquãdo nullus. Sed quia ut eius maximũ cũ corde per arterias habet cõsensum, cũ cerebro uerò p spinæ mẽbranas & neruos, horũ membrorũ actiones uariè læduntur admirandaq; subsequuntur symptomata, præsertim sublato tetro uapore sursũ ex causa cõiuncta ipsius affectus. Cum accessio imminet, torpor mentis, pigritia, crurum imbecillitas, pallor quidã faciei. Hinc sopor grauis, mentis desipiẽtia, sensuũ interceptio, ἀφωνία, crurũ cõtractio et simil. Quibusdã risus, aliis lachrymæ, aliis utrunq;, ut D. de Rochepot quæ cũ uaricosa esset, eo affectu corripiebatur cũ delirio, risu, lacbrymis, cõtractione oculorũ. Alteri risus, deinde pturbatio mentis: hinc lachrimæ, à quibus ẽt monitæ nõ cessant. Sed nihil admirabilius, quã quod duabus filiabus Præsidis Rhotomagẽsis cõtingere solebat in motu sursum uteri, quo interuallis laborabant. Risu enim longo ad horam & horas duas imminente paroxysmo capiebantur, quem neque metu

casus admirabilis.

inie-

iecto, neque hortatu, neque aliis artibus poterant compe-escere. Parētibus interrogatæ & obiurgatæ respondebāt se non posse continere risum. Aliis prius lachrymæ, deinde ri-us mouetur in eodem affectu. Sunt quæ magnam ducunt re-pirationem, in quibus necesse est nullam fieri compressio-em stomachi & cordis, sed materiam aliò ferri. Inclinante ccessione humiditas quædam è locis mulieribus prodit, uen-ris strepitus, laxatio uteri. Circuitu quodā redit morbus, hye-ne præsertim & Autumno. Causæ sunt refrigeratio uteri, permatis corruptela, humor quidam crassus & ueluti semi-nalis in utero corruptus, grumus, menses suppressi, læuigatus & nimium uacuatus uterus. Sic enim ad loca humida sese cōuertit, & è capite ac reliquo corpore immodico labore sic catus trahit. Id quoque grauidis fieri potest inopia alimenti sicciore facto utero & concalfacto labore. Eodem modo è de-fluxione pituitæ à capite in præcordia, & inde impedito re-spiratione, utero ad humiditatem concurrente. In remedijs hæ omnes causæ distinguendæ. Alij aiunt uacuato utero, ut per immodicam mensium fluxionem, aere uterum repleri et ita inflari conueniente collo. Gratis etiam odoribus ad nares quibusdam ascendit.

cāę

quō. grauidis eueniat uteri strāgulatiō.

Præfocatio uteri cessatione mensiū naturali 45. anno, uel 50. uel cessat, uel ingrauescens interficit. Descernitur primū à syncope pulsu, sudore, pallore, odoribus admotis. Nā hic pul-sus est aliquis, licet languidus, sudor frigidus nullus, minor pallor, & odorata nocent, nisi admoueātur inferioribus. In Syncope contraria oīa. A Catalipsi uerò, quia rigor nullus aut refrigeratio, qualis in corpore gelu concreto, nec oculi aperti & similia. Ab Apoplexia, sensu. Sentiunt.n. cum pū-guntur, licet obtusè. Ab Epilepsia, quia corpus nō cōcutitur. A flatibus fieri intelligimus, cum uenter intumuit.

Remedia sunt, odores fœtidi sursū admoti, ut bituminis, castorei, galbani, picis liquidæ, pilorū combustorū, rutæ, cæ-parū, aliorum: grati uerò deorsum utero, uel ad coxas, ligatu-ræ dolorificæ in inferioribus partibus, cucurbitulæ in ingui-nibus, pessaria trahentia, emplastrū ceroneū. Vbi frigiditate & inde dolor, confect. [illegible]æ, quæ etiam conceptum iuuat, preciosissimum suffumigium.

pro dolore uteri a frigiditate:

a Vt hæ partes dehiscāt perinde ac callosæ aq̄lonia tēpestate manus. b Ad infringendam saniei acrimoniam & ulcus detergendum. c. Vel unguento diapompholygos item ex cerusa pompholyge, adipe suillo & aqua plāt. d. Rudior indigestaq; moles in utero ex seminis uitio siue effœta ui & sanguinis menstrui largiore affluxu concepta. Hip. lib. de sterilibus. * Deinde opus erit manu chirurgica, ut non nunq̄ speculū matricis adhibendū.

Ad Ragadas. *Cap.* *LVII.*

RAgades ulcera sunt a ani & uteri deducta in fiss-ras. Sed alia humida & saniosa, alia callosa, nonn- la cancrosa & feruida. Saniosa primum b. ablues sero ctis, mulsà: deinde cōsolidabis tetrapharmaco in ros ceo dissoluto, medicamentis è lythargyro, c calciti & metallis. Callosa remollies œsypo humida, radice lii, iride ilirica, quam excipies terebinthina. Alioq uitellum oui assum cum lacte muliebri subactum imp nes. Vbi feruet & cancri suspitio.

R. cerusæ. lotę, tuthiæ præparatæ & puluerisatæ pa tes æqual. misce. Aliud.

R. succi portulacæ, lactucæ, plantaginis, psilii, hor vnius unc. 3. Agitentur in plumbeo mortario pistill plumbeo ad crassitudinem. Aliud.

R. ceratum rosaceum Galeni cum succo solatri, vn guentum de cerusa. de plumbo, quibus tuthia lota & ir friata comisceri debet.

SCHOLIA.

Ῥαγάδες fissuræ, uel rimæ, quibus partes musculosæ uelut proscinduntur, ut labra quandoque & manus ex uehementi frigore. Nascuntur ex difficili partu & uiolento coitu: in ano ex ui aliqua. Aliquando in causa est humoris acris affluxus, aut condylomatum inflammatio & distensio, rupta cute. Hæc ulcera uel saniosa sunt, uel callosa, uel cancrosa.

Conueniunt diapompholygos Nicolai mollitū liquido cerato rosaceo, ubi callus est, muscillagine & adipibus emolliētibus si calor est, uitellus oui, succus cancrorum plātaginis, vnguentum de cerusa, de plumbo, lithargyro & similia.

De mola. *Cap.* *LVIII.*

MOla cruditas quædam est & d. coagulatio materiæ, quam naturalis calor confirmare non potest, uixque curatur. Vtendum tamen est primum quidem mollietibus, ex capite de Scyrrho. Deinde iis, quę partum eiiciunt & fœtum mortuum excludūt, quales sunt trochisci de myrrha, hermodactili & alia eiusmodi. *

SCHOLIA.

Ea est naturæ prouidentia, ut calor opifex & formator eorum

rum quæ generantur, nũquam sit otiosus, sed quamlibet materiam in opus aliquod miro artificio ducat, qualecunque tandem sit. Sic Aristoteles in putredine uermes generari scribit, cùm humidum substantificum, in quo calor insitus est, dissoluitur, & extra calore externo illectum effluit. Tũ enim calor in exitu, ne proprio subiecto deserto intereat, quicquid est benigniori materiæ colligit, eamque effingit in animalculum aliquod, in quo conseruari queat, pro quantitate et qualitate illius materiæ, ex qua nihil maius efficere potest. Quod si eã quasi pro arbitrio tractare nõ possit, quia aut copiosior, aut minore copia, aut ex diuersis generibus cõstãs, minusq; sequax, mõstrũ generat, si quidem aliquid perfectius non licet. Sin inepta omnino sit, aut herbam aut aliquid adhuc rudius efformabit, inducta quàm maxima fieri poterit perfectione. Naturæ enim, quæ in perpetua indiuidui successione cõtinuatur, longe satius est creare aliquid, quàm nihil. Hoc idem nostra quidem sñia in utero generationi à natura destinato fit, à spiritu illo gignitiuo et calore, quem nõ sine rõne sui domicilij architectum ueteres Philosophi appellarunt. Materiã enim cõuenientem et tractabilem si repererit ex utriusque sexus semine, fœtum pulcherrimũ ad utriusq; exemplar diuinitus fabricatur, aut uni magis, quã alteri similem pro rõne materiæ et uiribus imaginatricis facultatis, tãquã optimi moderatoris. Si uerò ipse imbecillior sit materia aũt subiecta qualitate, quãtitate, consistentia, aut mixtione alicuius extranei, ut sanguinis crassi aut alterius succi uitiosi ineptior ad tãtã perfectionem, aliquid tamen, ne nihil, generat siue animatũ, siue rude & expers uitæ. Vidimus mulierem, quæ cũ nouem mensiũ spatio uterũ gestasset, oĩbus, quæ in legitimo partu euenire solent, mirificè respẽdentibus, tandem nihil aliud præter animalia quædã ranis haud absimilia cũ multis purgationibus cruentis et corruptis in lucem edidit: aliã, cui carnea moles informis exiit cũ fœtu, ueluti superfœtatione quadã. D. Valeriola multas habet & admirãdas in huiusmodi partu obseruationes, curationemque pulcherrimã de mola, cui partus quatuor mensium erat alligatus, cùm ipsa iam pro uero fœtu nouem mensibus in utero latitasset. Qui quia materiam

hanc copiosissimè & doctissimè tractat, longiori demonstra tioni supersedendum putamus, summā generationis tantū cō plexi. Primū carnem hanc informen & tanquam exiguum quoddam chaos non eodem modo quo uermes, in utero gene rari à calore tantùm cōquente & humore crasso ac uiscido, sed ex semine & uiri & mulieris efformari à spiritu illo gi gnitiuo. Indicio sunt mēbranæ, quibus aliquādo integitur li gamenta, superfœtatio fœtu alligato, incrementū, motus qui dā tremulus cum tumore uteri. Quæ omnia cōcepti fœtus spe ciē per initia exhibent. Neque unquam quisquam sine coitu concipi obseruauit. Caussa igitur efficiens erit spiritus ille, qui opificis uices gerit: materia, semen cum multo crasso & spisso sanguine menstruo concreto & indurato: uel (ut ait Hipp. de sterilibus) morbosum semen uiri & modicū, cū mē sium copia: forma, modo profectior & animata (nam & ani malia illa speciem quandā molæ, quod eodem modo, iisdemq; de caussis generentur, esse putamus) modò rudior & expers uitæ, licet augeatur & increscat. Galenus scribit fœtū ita in formari in utero, ut primùm uiuat tanquam planta: deinde ut brutum: postremò ut homo, nō quòd tot simul formæ in ho mine contineantur tanquam Gerione quodam, sed quia cum quatuor sint naturæ perfectiones, Esse nimirum, ut in elemē tis: Viuere, ut in plantis: Sentire ut in animalibus: & Intel ligere, ut in homine: posteriores prioribus continentur, ut nu meri minores maioribus. Vt enim unitas non est binarius, ne que binarius est ternarius, binarius tamen cōtinet unitatē, & ternarius binarium: ita quod essentiā duntaxat habet, ne cesse non est ut uiuat, neque quod uiuit, ut sentiat, aut quod sentit, intelligat. Quod tamen intelligit & sentit ut homo, ne cessariò & in rerū natura cohæret & uiuit. Atque hæc uera ratio est cur ueteribus homo μικρόκοσμος dicatur. Eius enim forma cæterarum omnium perfectionē complectitur, siqui- dem essentiam cum elementis, uitam cum plantis, sensum cū animalibus, intelligentiam cum formis diuinis habet com- munem. Cum igitur natura ita progrediatur, non ut ex spe cie aliam speciem procreet, ut ex planta hominem, sed for- mam perficiat gradatim ascendendo, haud absurdum for- tasse fuerit neque à Galeni sententia alienum in hac porten

tosa

tosa generatione idem fieri. Primùm enim rudis quædã moles gignitur, in qua si natura uitio materiæ quasi itinere intercipiatur, consistit neque aliud quicquam addit. Sin ulterius nullo uitio repugnante progrediatur, paulatim perficit ut iam uideatur stipes, deinde animal. Cuius pro materiæ quantitate & temperamento uariè figura immutatur & corporis effigies. Hinc fortasse ex molis aliæ rudiores, aliæ propius ad legitimum fœtum accedentes, aliæ uariis animalium imperfectorũ figuris effictæ cõspiciuntur. Finis autem semper est generatio humanæ naturæ, ad quam perfectionem diuina illa facultas corporis nostri architectatrix, uteri uitio, colluuie humorum, materiæ ineptitudine, & caloris imbecillitate præpedita, peruenire nõ potuit, nonnunquã etiã alterato optimo semine ab aere externo, aut uteri intẽperie, ut frigore. Locus generationis huius præter uterum nullus est. Tempus & reliqua ferè omnia, ut in legitimo partu. Hinc fit, ut in principio à uero partu distingui non possit. Menses supprimuntur, uterus attollitur, nausea & uomitiones incurrunt, motus in utero tremulus percipitur siue sit à mola, siue ab utero ueluti inutile pondus excutere contendente. Quòd si animatum sit, quicquid illud est, difficiliùs adhuc internoscitur. Certissima signa sunt, primũ si tempus legitimi partus excesserit. Nã aliquando gestatur mola decẽ, duodecim & plures menses: aliquando toto uitæ spatio, sæpe foras expellitur primis mensibus. Deinde si motus instar lapidis percipiatur à latere in latus, non qualis inest fœtui, qui calcitrat & circũuoluitur, neq; eo tpe, ut mense 3. in maribus 4. in fœminis. Præterea sãguis mẽstruus, qui in uterũ delabitur, in alimentum non ita absumitur, sed corrumpitur, unde uterum peius affici necesse est & per consensum corpus uniuersum. Hinc uentris tumor maior & tensio, color fœdior, appetentia magis deiecta, grauitas difficilior, quam in uera impregnatione. Sed nihil adhuc certius, quàm si mammæ tumeant sine lacte. Si initio deprædendatur, non expectandum tempus partus. Sic enim sæpe incurabilis est, aut onere grauata natura propulsatur, sed exeundo interficit, aut dolores acerbissimos, symptomataque periculosa inuehit. Quibus Perpiniani uidimus mulierem nobilem interiisse, cùm molam

gestasset

gestasset duodecim mensibus.

Curatur sanguinis missione, laxatis partibus fotu, medicamentis aperientibus & his oībus, quæ abortum prouocāt. Alioqui Chirurgia est opus, uidendumq; an insideat ori uteri, an superiore parte, uel ad latera, ut remedia adaptes. Si uel ante, uel post uerā impregnationem oriatur, fætū necat.

De Hernia. Cap. LIX.

QVæ *a* ad hanc rem pertinent, plurima capite 18. & sequentibus; libro 7. Cornelij Celsi. Multa quoque apud Paulum & Aetium.

Cæterùm uinculum quoddam membranosum est, vtrinque ab inguinibus procedens in peritonęū expor rectum, cuius robore peritonęum confirmatur. Atque hinc omentum & intestina. Relaxatum Herniam facit descenditque plus minusve intestinum & omentū aliquando in inguina, nonnunquam in scrotum, unde nomina Enterocele Epiplocele.

Aliquando *b* rupto peritonæo idem fit. Graue malum est, cum *c* intestinum descendit, intestinùmque in scroto conuoluitur. Supprimuntur fæces, regurgitatque in uentrem. Testiculus erythroide tunica uestitur. Post hanc uerò adnata est darte: In superficiem extenditur folliculus genitalis, quod ὄσχεον Græci, scrotum Latini uocant.

Inter erythroidem & darton, & inter testiculum & erythroidem, aut etiā in scroto aquosa sanies aut aqua colligitur, vnde Hydrocele. Nonnunquam soli flatus Herniam repræsentant. Id recēs natis puerulis sæpe cō tingit, facileque discutitur. Varicosus ramex, sarcocele, testiculorum inflammatio, tumor & similia extra rationem Herniæ sunt.

Aquosa & uentosa Hernia remediis curantur, quæ descripta sunt in Ascite & Tympanite. In aquosa peculiariter laudatur emplastrum factum è recēti stercore uacino, & tertia parte pulueris boli armenæ, uel sang. draconis. Laudatur & semuncia pulueris è cremata radice brassicæ. Puluis is incorporetur adipe suillo ueteere. Ad Enterocelem & Epiplocelē multa remedia sunt

medica

a Vt ad diagnosim, prognosim & curationem herniæ,

cap. 24

b. *Labore, ictu, casu.*

c. *Leue distributioni chyli & secretioni stercoris dicatū quod à suo mesaræo diuulsum descēdit. Quā obrem enterocele ferè fit cæci intestini prolapsu, quæ nihil aliud est quàm apophysis quædā cum mesenterio minimè connexa, & proptereà absolutè intestinū dicitur. Comm. in sent. 3. sect. 4 lib. 6. Epidem.*

medica, tum quę per os sumuntur, tum quæ apponuntur. Sed in primis habenda ratio, ut quod decidit, reponatur. Quies ad multos dies imperetur, molli lecto decumbant pro ratione corporis, abstineant clamoribus: Et in *a* egerendo manum apprimant pubi & scroto, ne quid recidat. Fasciæ seu loculaméta scroti ex panniculis comparentur, sed ita compactis, ut solidæ sint. Optimumque fuerit materiam eiusmodi fasciarum adstringétem materiam primùm imbibisse. Possunt & ex ligno, ferro aut alioqui solidiore materia confici, sed ita ut interiori parte, qua scrotum contingant & inguina, molliori corpore inducãtur. Laudatur succus iaceę *b*. utriusque. Datur singulis diebus manè, quantum testa oui capiat, cum modico uini albi, Ex eodem succo depurato iulep & syrupi comparari possunt.

a. Imo danda opera, ut fæces duræ non sint, sed molles.

b. Præsertim tamen albæ.

Laudatur pul. & succus radicis consolidæ maioris, rusci, osmundæ regalis, sigilli salomonis, panis cuculi, radicis ualerianæ pul. 3. Datur pueris in lacte cocto, addito oui uitello, aut ex solo oui uitello. Succis utemur ut succo iaceæ eodem modo, sem. thlaspi uermibus terrenis, limatura chalybis, lapide (quem uulgo diamentha uocant) hepatica trita. Et hæc quidem probata multis. Herbula *c* est in sabulosis nascens: ramulos multos in terrã spargit, folijs minimis & rotundulis, alijs follicatis ex uiridi flauescentibus, per ramulos sparsis, adstringente gustu, ex qua succus expressus subinde affuso uino albo certissimum & aliquoties probatum remedium contra descensum intestini. Nam nouem diebus ita percurat, ut postea non redeat malum. *d* Facilis inuentu Autumno.

c. Hæc herniaria dicta. Ab alijs herba Holleri.

d. Puerorũ puliculæ ex pane albissimo in tenuissimum puluerem redacto & lacte conficiantur: quibus mellis nonnihil addi poterit, ut aluus fiat liberius.

Ex radicibus Osmundæ regalis repurgatis fiunt syrupi, qui huic rei conueniant. Radices eiusmodi in nigro uino austero coqui possunt, & inde emplastra fingi. Alioqui utendum erit emplastro Pharmacopolarũ contra rupturam. Valet & lenticula aquæ trita & alligata, similiter & cicuta ualet, radix pétaphylli sicca trita dr. pondere ex uino data. Semuncia foliorum equiseti tritorũ ex aqua calida. Parabile emplastrũ ex unc. i.

bdellii,

bdellii, mane quidem subacta cum saliua hominis: uespere uerò, cum uino austero. Radix cyperi, arnoglossæ, aristolochiæ longæ & rotundæ in emplastrum formata & trita prius, deinde data potui.

Emplastrum.

*Glutinis piscis.

℞. mastichis, corticis thuris, nucis cupressi, myrrhæ, sarcocollę, *usblach an. unc. s. usblach in aceto dissoluatur, reliqua trita, misceantur, extendantur in aluta:

E nucibus cupressi & gallis immaturis ad consumptionem coctis emplastra fiunt parabilia, quę in mensem relinquantur, nisi superueniat dolor. Liquor autē, in quo coxerint, potui datur.

Probatissimum Octauio. Balaustiorū unc. i. s. gallarū ℥. s. radicis asphodeli, radicis narcissi. Aut si hæ radices desūt radices arnoglossi & betæ loco psonatę ana. unc i. s. coquantur in uino, tundantur in emplastrum, subigantur.

Aliud.

Spumæ argenti uehementer combustæ unc. ix. aceti lib. 2. & unc 3. olei cydoniorum lib. s. succi plantaginis unc. 2. Spuma argenti in aceto extinguetur, etiamdum feruens: deinde teretur, Tum adiecto oleo & succo, perpetuo agitando fiat decoctio secūdum artem, ut fiat emplastrum, quod quidem diebus continuis adhibetur.

Aliud emplastrum.

℞. thuris, mastichis, sarcocollæ, acaciæ, lapidis hæmatitis, mummiæ, tracaganthi, gummi arabici, terræ sigillatę an. dr. iii. boli armenę, galle, lithargiri balustiorum, nucis cupressi, malicorii, aristolochiæ longæ & rotundæ, corticis olibani, rosarum, radicis utriusque consolidæ, orobi, siliginis, sambuci, cyperi an. unc. s. picis naualis dr. ii. s. colophoniæ, resinæ pini, terebinthinæ an. unc. i. uisci quercini unc. i. s. cerę dr. 2. pilorum leporis ustorum dr. 4. olei in quo ficus pingues coxerint unc. s. fiant magdaleones secundū artem, de quibus portio extendantur in aluta applicetur. Quod si his remediis nihil proficitur, ad Chirurgiam ueniendum est, q̃ ex 6. Pauli, 7. Celsi & recentioribus colliges.

Sco-

SCHOLIA.

Ad ossa pubis nõ perforatur peritonæum, sed productio quædam illius descendit in scrotum, per cuius meatum uasa spermatica, arteria scilicet & vena perreptant ad testes, & per eũdem locum eiaculatoria ascendunt, vt inseratur collo pudendi. In hac productione multi tumores fiunt, quos Græci κήλας uocant modo in scroto, modo supra scrotũ, qua parte in illud descendit. Quorum omnium causa est uel flatus aut aqua ibi contenta, aut caro, aut tumor venarum varicosus: uel delapsa pars aliqua ex his, quæ intra peritonæũ continentur, vt intestinum & epiploon. Idq; fit uel rupta peritonæo, vel relaxato & hiante. Ex omnibus autem intestinis solum ileon, in quo chylus semper continetur, procidit. Nam rectum in anum, cum relaxatur, descendit. Colum alligatum est renibus, & altius ascendit ad ventriculum. Ieiuna & tenuia intestina sublimiora sunt. Ileon itaque tantum super est, uel cæcum. Neque enim de duodeno ulla dubitatio. Duo igitur in his affectib. statim initio distinguenda sunt, an sit aqua, uel flatus, vel caro, vel varicosus ramex, in mulieribus, laxatio foraminis ligamenti descendentis ad internam partem inguinis: an ileon delapsum, vel epiploon: nonnulli addunt musculos ruptos epigastrii. Deinde si quid descenderit, qua parte sit, & an ruptione, an relaxatione, id fiat. Si aqua fuerit. Hydeocele: si flatus, Pneumatocele: si caro, Sarcocele: si varices, Cirsocele: si ileon, Enterocele: si epiploõ, Epiplocele nominatur. A situ uero partium, Bubonocele, in inguine: Oscheocele in scroto dicitur. Quibusdam testiculus in inguen translatus imposuit, ut herniam crederent. Aliquando etiam hi affectus inter se complicantur. Sæpe uehementi imaginatione libidinosis colligitur semen inter tunicas testiculi, ut videatur quædam esse Sarcocele, aut hydrocele. In quibus omnibus cauendum, ne iudicando fallamur: Primum in Hernia aquosa cognoscenda omnis aditus lucis intercludatur. & obiecta candela cerea, uideatur numquid pelluceat. Est enim liquando durities, quæ plenitudine & tensione fallit, ut uideatur esse carnosa, aut intestinalis, sed pilluciditas fraudem detegit. Sed quia pelluciditas conuenit ẽt flatuosæ, ad leuitatem respiciendum. Nã aquo-

sa obscurior est & grauior, quàm flatuosa. Vbi constiteris de aqua, uidendum quo loco contineatur. Qua in re ueteres satis perplexi & confusi uidentur. Galenus de tumoribus scribit in tunicis, quæ testes ambiunt, cõtineri. Paulus in corporibus scrotum implicatibus. Celsus integris membranis colligi: alij ruptis etiam & relaxatis. Alij modò intra tunicas, modò intra membranas. Si inter tunicas, uel inter summam & mediam, uel mediam & imam. De loco certè & ad prædictionem & curationem non est ambigendum. Nam aliquando in superficiali scroto cõtinetur: aliquando profundiùs. Sed cum testiculus duabus tunicis insignibus inuoluatur, erythroide, quam sequitur Darton, ferè semper Hydrocele fit, uel inter has duas, uel in toto scroto. Hic totum scrotũ intumescit sine rugis, uesicæ inflatæ simile. Illic tumor tantũ in testiculo percipitur uideturq; rotundus & tensus rugato & laxiuiore scroto. Aliquando, ut Paulus scribit, peculiari quadam tunica humor ille comprehenditur, quæ supernascitur, ueluti atheroma quoddam aut steatoma, ut uideatur esse tertius testiculus. Quod hoc anno 1564. mense Decembri dum Lutetiæ hæc scriberemus, uidere nobis contigit in puero Typographi filio, in quo omnes tertium testiculum esse existimant. Adfuit D. Gabriel Dauagneus Belignaceus uir Doctissimus, & cui plurimum in his omnibus nos debere fatemur. Sunt tamen, qui asserant quibusdam familijs peculiare esse, ut tertium habeant testiculum. In mulieribus Aetius tumorem aquosum fieri scribit circa pudendi alas inflationi similem, debilem, mollem ut humor fluctuans appareat modò in una parte, modò in utraq; tantùm. His perspectis de humoris natura cogitandum, an tenuis, an albugineus, an sanguineus & feculentus, ut naturæ humoris remedia adaptentur. Si ægro uenter tumeat, symptoma est Hydropis. In Pneumatocele similia omnia, nisi quòd, ut dixi, perspicuitas & leuitas maior adest, quia dilatatio fit à flatulento spiritu. Fit aliquando uel in quatuor uasis testiculos alentibus, uel in arterijs darton intercorrentibus. Ille durior, nec compressu digitorum euanescit, recipitq; curationem: Hic oppresso digito intrò recurrit & euanescit, uixq; curatur, periculo ab incessabili sanguinis profluuio imminente. Fit sine Hydrope, &

cum

cum Hydrope. Sarcocele, tumore, duritie & colore ubique sui simili dignoscitur. Est enim tumor rotundus, oblõgus, durus, formã testiculi referens, qui longo tempore pedetentim increuit. Quibus duobus ab Enterocele distĩguitur, quæ mollior est et repente oborta. Fit à carne duriore in aliqua scroti parte nata. Galenus ad scirrhum refert. Aliquando testiculi, aliquando nerui, à quibus testes dependent, indurantur, aut inter tunicas caro illa generatur. Causæ sunt, fluxio ictus, succisio ramicis non rectè curata, & similia, quæ scirrhos procreant. Cirsocele, id est, uaricosus ramex, cum uenæ intumescunt testiculum nutrientes. Sentitur diuersitas tumorum & paruitas in epidydimo & uasis spermaticis, quæ sunt ueluti conglomerata & intorta. Paulus vasorum aut dartis dilatationem chirsus, id est, varices simplici uocabulo appellat: eorum uerò, quæ testiculũ nutriunt, chirsocelyn. Celsus ex loci uarietate quatuor differentias facit omnesq; uno nomine comprehendit. In Enterocele signa sunt, Tumor mollis, repente natus. Augetur uel minuitur pro rõe materiæ collectæ. Clamore & cibi satietate crescit, frigore contrahitur, scrotum multùm distentum apparet, magis in una, quàm altera parte. Tactu sæpe discernuntur excrementa indurata, nec excerni possunt, ut uideatur iliaca passio. Cum ad inguen retruditur, murmur flatulentũ percipitur. Quod fit, cum æger supinus iacet & quiescit. In Epiplocele percipitur ueluti strophiolum molliusculum, lubricum, inæquale: tumor paruus, frequẽtius in osse pubis, quàm scroto. Idẽ semp manet, siue à cibo, siue ante cibũ, et quouis mõ collocetur, aut huc et illuc moueatur corpus, nec intento spiritu adeo increscit. In his duobus uidẽdũ an ruptũ sit peritonæum, an relaxatũ. Ruptura fit in lateribus ossis ilium post saltũ, ictũ, uehementem corporis contorsionem. Initio tumor paruus, progressu temporis augetur. Paulatim enim magis disrũpitur peritoneũ. Quæ tumorẽ faciũt, in summa cute apparent, quia extra peritoneũ dilapsa sunt, atq; à sola cute integuntur, magisq; supra scrotum. Dolor punctorius sequitur & quasi lacerans. Contrà in relaxatione. Tumorem enim efficientia cũ maiore renixi sentiuntur, quia intendunt meatum illum peritonei, per quem uasa & musculi cremasteres

descendunt

descendũt, uidenturq; esse in secundo uase, quæ ubi in uentrem recipiuntur, tumor cessat. Si uel omentũ, uel ileon remaneat in illo meatu, nec perueniat ad scrotũ, Bubonocele erit, in ipso nimirũ inguine affectu cõsistẽte. In mulieribus fit ob fœtus magnitudinem aut multitudinem. Alioqui rarò hernia laborant, quòd peritoneum firmius cõtinendo fœtui habeãt. Omnium periculosissima Enterocele, præsertim si reduci nequeat intestinum. Sinistra parte adhuc grauior, ubi colũ conuolutum desinit in rectum, & multa intestina tenuia incũbũt. Quibusdã inde singultuosæ febres, in quibus reposito intestino, mors acceleratur. In aliis nõ reposito, gangræna. Experientia etiam docuit paulò post mori, quibus ui reponitur.

Carnosa insignis nõ curatur, sed testiculus extrahendus. Neq; Cirsocele sed minus molesta est. Epiploõ ob mollitiẽ uix reducitur. Remedia adhibẽda uacuato uẽtre à stercore et flatu, blãdo clystere aut medicamento. Inunctiones, saccuci, ligamenta subligaculũ, decocta, emplastra. Extremũ remediũ in ferro. Alii aperiunt uentrẽ ad intestina, ut digito retrahatur ĩtestinũ. Id fit supra ilia, uia ad uasa spermatica, quæ proinde separãtur, & peritonei locus cõstringitur, non colligatur, ne impediatur generatio. Periculosum certè remediũ, et sæpe frustra tentatũ. Ex quo gãgræna oritur & mors, ut cuidã in suburbio sãcti Germani. Alii sectionem faciunt ad ilia. Vbi alligant productionem illam Peritonei simul cum uasis spermaticis. Deinde curant uulnus callo illic obducto. Alii id faciũt puncto uocato aureo in ilibus, qua permeant uasa spermatica, acu ducta, & exceptis uinculo uasis illis et uicinis corporibus. Experimentũ fit cõtrectato & deorsum tracto testiculo, ut intelligas, an sit uas spermaticũ. Et certè si quis uasis illis nõ ligatis cõstringere posset peritoneũ, neq; testiculus excidendus esset, neq; impediretur generatio. In aquoso quoq; ramice si nihil efficitur fomentis, cataplasmatis emplastris, diæta, purgationibus, ad incisionẽ, punctionem, cultellũ, cauteriũ actuale, potentiale ueniendum. Habita tamen rõe corporis, uiscerum, partis affectæ, & multis diebus præparato ægro, ad mensem aut 40. dies adhibitis emplastris superiori parti, qua humor defluit. Sectiò periculosa è cultello. Multis gangræna inde mota, atque inde mors.

Melius

Melius cauterium potentiale & alia remedia. Anno 1555. menſe Martio in ſuburbio ſancti Germani, nobili cuidam cul tello aperta hernia aquoſa, unde in gangrænam, dolorem in tolerabilem febrem & delirium incidit unde mors ab omnibus expectabatur. Excluſa multa aqua per vrethram conciſa magna parte gangrænæ conualuit præter expectationem. Cauendum quoque, ne aſſiduo fotu excoquatur teſticulus & corrumpatur, ut uidimus contigiſſe in aquoſo ramice.

De Arthritide. Cap. LX.

CVratio in *a* vacuando & roborando. Vacuamus & repellendo & diuertendo, & propriè uacuando in cautionem, & initio morbi etiã ſi Arthritis frigida eſt. Si quidem nihil aliud prohibet, detrahẽdus ſanguis eſt. Iſchio, id eſt, coxa uel crure laborante *b*. venas brachij diuidimus. Et, ſi quidem fluxio eſt à capite, *c*. mediam: ſi à reliquo corpore à baſilicam.

d Hipprocrates non ſatis manifeſta ratione uenas poſt aures aperit, ubi coxendix afficitur. Arabes uehementer laudant phlebotomiam ex interuallo annularis & parui digiti.

Brachiis laborantibus, deplendus ſanguis eſt è crure & hæc perpetuo ſecundum rectitudinem. In coxendico poſt phlebotomiam e brachio, uenã poplitis & malleoli incidere oportet. Multo magis, ſi ſanguis in cauſa eſt.

Quod ſi dextrum crus, dextrum item brachium laboret, è ſiniſtris membris uena ſecãda eſt. Si uero in omnia membra dolor ſparſus eſt, ex eo qui minus laborat.

Purgatio.

In bilioſa Arthritide & ſeroſa Arabes *e* fortioribus catharticis utuntur. Alii primum quidem leuioribus, ut caſſia: deinde fortioribus. Melius fuerit partẽ materiæ leui *f* pharmaco repurgare, quod eſt reliquũ, partim *g*. urinis, partim ſudoribus excludendum.

In pituitoſa aluus magis ducenda, ut cum *h*. melancholia in uitio eſt. Solo *i* potu lactis aſinini & decoctio radicis graminis dulcorato cum modico ſaccharo. Gali de Arthritides internæ curañt. Purgationes ex ſuperioribus repetendæ ſunt, & maxime ex morbis capitis. Pe

a *Arthritis enim ex humoris morbifici copia & articuli imbecillitate naſcitur.*

b *Ad prohibendum morbificæ materiæ generationẽ, et ad fluentis reuulſionem.*

c *Vt hepatis et uiſcerum paratio habeatur.*

d *Aph. 22. ſect. 5. li. 6. τῶν ἐπιδημ.*

e *Vt diacarthamo, electario de ſucco roſarum.*

f *Vt caſſia, catholico ſyrup. roſ. pallidarum laxatiuo.*

g *Ad deriuationẽ mãæ.*

h *Nã melãcholicos ex Hipp. ſeriò purgare oportet.*

i *Hip. li. de affectionib.*

culiariter laudatur purgatio, quę fit hermodactylis. Græcis & Arabibus pilulę ſunt de hermodactylis para tæ in officinis. Maiores, in cauſa frigida, minores in cauſa calida. Minoribus rhabarbarum: maioribus agaricum adiicies, ut maſſæ pilularũ pro dr. i. ſit, reliquorum ſcrup. Græci hoc modo.

R. *a* hermodactyl. unc. s. aniſi, cumini, piperis cõmunis & lõgi, cerui medullæ, ſem. carthami an. ſcrup. i. moſchi Gr. 2. cum aqua ſaluiæ fiat maſſa. Doſis ſcrup. 4. ex hydromelite. Arabes hoc. Hermodactylorum dr. 3. s. cumini, zinziberis an. ſcrup. i trita ĩcorporẽt cũ melle. Dantur cum aqua tepida. Hæc in pituita magis conueniunt. In biliosa ſingulis doſibus grana duo aut tria dacridij adiici poſſunt. In bilioſa hoc modo componunt.

a Vel R. aloe, hermodactyl. myrobalan. turbith. colocĩthid. ſapageni an. dr. vi. caſtorei, ſarcocollæ, opopanacis, euphorbij, rutæ agre. an. dr. ij. cũ ſucco braſſicæ f. maſſa.

R. aloes dr. i. dacridii Gr. xv. roſarum rubrarum, ſem. apij & fœniculi an ſcrup s. hermodactyl. dr. 3. maſticis dr. 2. rhabarbari dr. i. ſacchari dr. 3. Fiat puluis, detur ex aqua calida.

Vtuntur electario de ſucco roſarũ & diacydonio cathartico in bilioſa. In pituitoſa unc. s. turbith. gummoſi in lacte cocti, ut expreſſio bibatur. Neq; reformidãt ℈. i. dacridii cum ſaccharo roſato.

Comparant & pilulas ex dr. 3. ſarcocolę, ſerapini uel opopanacis. Sed uidendum in uſu fortium pharmacorum, ne æger macilento ſit corpore, uirtute non ita firma, maxime uentriculi & inteſtinorum. Periculum enim inde fit, ne citetur Dyſenteria. Et hermodactylus natura ſua ſtomachum lædit. Propterea quidã è ueteribus nõ radice, ſed herba eius utebantur: nihilominus adiectis, quæ ſtomachum roborant.

Alexander loco hermodactyli corronopodia herba utebatur.

Plurimùm laudantur hæ pilulæ, nec ſtomachum lædunt.

R agar. dr. i. nucis moſchatæ, zinziberis an ℈ s. infundantur in aqua menthæ. Fiat leuis feruor ſuper calidos cineres. Materiæ expreſſæ adde rhabarbari ℈. 4. pul. hieræ diacoloc. dr. i. s. dacridii ℈. s. cum infuſione,

fiant

fiant pillulæ. Dosis dr.i.uel scrup.4.

Quinque topicorum scopi. Topica sunt, ut *a* dolorē leuiant, *b* repellant, *c* coquant, *d* discutiant, *e* roborent. Celebre iam olim, nunc ét frequentatum remedium.

R. *f* medullæ panis P. i. dissoluatur in lacte calido muliebri, bubulo, uel ouilo, cui adde croci dr.s. Et si uehemens dolor fuerit & calor, adde opij à dr.i.ad.dr. 2.plus minusve.

R. tria *g* albumina ouorum bono agitata & despumata cum unc.i.olei rosati, misce, Lintoela in medicamento madefacta applica. Aliud.

R. cerusæ unc. 2. dissolue in aqua endiuiæ & modico aceti, fiat liquidum unguentum. Quod si ad narcotica per doloris uehementiam deueniendum est.

R. ol.ros.unc.4.opij dr. 2.incorporentur. Aliud.

R. butyri recen.unc. 2. mandragoræ subtilissime tritæ dr.i. misce.

R. lactis muliebris unc.2.opii.dr.s. Alia sunt ét alijs locis descripta. Sola aquæ frigidissimæ perfusio, uel niuis aliquando satis esse potest.

Verbasci flores & folia, lenticula palaustris, psilium, nymphea, uiolaria, portulaca & similia trita p se, uel cum rosaceo apponuntur. In calida, quibus leuiter digerentibus utendum est, ut cerato ex oleo chamæmelino, anethino, de lilijs & similibus.

In frigida conueniunt oleum, in quo enula, aristolochia, gentiana, nepitha, rosmar. iua, id est, chamæpitys, saluia, maiorana coxerint. Leuius, in quo radix altheæ, uulpes, uermes terreni coxerit. Laudatur & oleum raphaninum, aut in quo *h* galbanum liquefactum sit. Oleum de terebinthina, oleum expressum è granis tritici,

a. Temperatione humoris et habitus restitutione.

b. *Incrassādo, acrimonium infringendo.*

c. *Papasmū mitificando inducant.*

d *Inaspecta bilem purgationem et diaphoresī faciendo.*

e. *Partem nimirū infirmam.*

f. *At ineunte morbo sumes micam panis siliginei q.s. maceretur in aqua rosacea, deinde coquatur in lacte vaccino f. cataplasma. At si pars sit rubore suffusa, R. aquæ plantag. & solani lib.s. aceti unc.i. imbuta splenio eo oxycrato partis admoueantur. Deinde parari poterit cataplasma ex folijs hyoscyami in lacte bubulo coctis, quod mirificè proderit.* g *Ouorum albumina non æquè prosunt. Nam exitu prohibent humorem* h. *Imo Castoreum ipsum si dissoluatur in oleo lubricorum mirificè confert ad frigidam arthritim.*

tritici, vel nuce moſchata in lamina ferrea candente, quibus aliquando axungię commiſcentur.

Laudatur plurimùm *a* humana & urſina. Oleum, in quo folia ebuli coxerint, uel ſuccus radicis eius.

Sunt qui dolentem locum primùm quidem frigidiſſima perfundāt, idq; diutius: deinde ē petroleo fouēt.

Quædam occulta proprietate proſunt, qualia ſunt oſſa comminuta potui data. Deplume caput milui cre matum & tritum, corium canis marini admotum loco, corium torpedini, ſtercus, ut cùm adipe urſino fiat vnguentum.

Pulli ciconiæ, pulli cigni in oleo cocti, ut oleo medulla ceruina miſceatur. Hiſtoria eſt Sexti Pompei, qui pedibus immerſis aceruo tritici perſanatus eſt *b* quod remedium poſtea Medici ſequuti ſunt.

In tophis caſeus ìuerteratus, acris, marceratus in decocto cruris ſuilli ſalſi, ut inde fiat emplaſtrum.

Stercus caprinum in oxycrato diſſolutum cum farina hordeacea. Sed hæc durioribus corporibus. In mollioribus axungiæ, radices altheæ commiſcendæ ſunt. Aliud.

R. collæ, id eſt, viſci, terebinthinæ, cæræ an. dr. i. galbani dr. 3. liquefactis utitor.

Vſus mytridatii & & theriacæ poſt bene purgatum corpus.

Laudantur Græcis & Arabibus balnea, ſi nullum uiſcus infirmum eſt: ſi vacuatum corpus, remiſſionis tempore minuta prius ægra parte ex puluere boli ar. Inueterato in oui albumine, uel hoc medicamento.

R. corticis granatorum, ſumach an. P. 2. Coquantur ad mollitiem. Incorporentur cum P. 3. farinæ hordei & ſucci ſemperuiui, applicentur loco. Hęc autem, ne balneo liquefactus humor defluat in partem infirmā. Quibus remediis & in repellendo uti licet in fine morbi, & ad cautionem. Origanum, menthaſtrum, nepita in aqua ſalſa diu coquantur. Inde fit fotus, vel vna parte ſalis tali aquæ, vel olei mixtis locus affricatur.

Abſtinentia uini multos ſanauit. Balnea quoque natura

a Vt R. axungiæ humanæ lib. i. fol. lauri chamepiteos, ſaluiæ, maioranæ an. M. s. Coquantur in balneo mariæ. Deinde illinatur locus affectus.

b Minimè tamen probandum eſt id remediū ſi frigida ſit arthritis.

turalia ad cautionem conueniunt.

Vere & Autumno podagræ excitantur, Aprili fere & Septembri. Itaque prius cauendum est. Humor ferè calidior Chiragræ: frigidior, Podagræ.

In a Ischiadicis uenæ sectio, ut prius, ita & purgatio.

Clysteres acres, cucurbitulæ loco affixæ. Repellentibus abstinendum. Fortioribus remediis utendum, phenigmis, iberide, nasturtio, dracuntio, batrachio & similibus. Cauterio, incisione cum ferro, ut in Eupolemo Hipp. fieri oportuit. Hæc eadem reliquis arthriticis, ubi contumacius malum est. Inuentum quoque hoc remedium est, ut superiori parte, qua humor influit in articulum, caro nudaretur, uenæ hamulo exciperentur, uinculis interceptæ secarentur, atque ita uia fluxioni præciditur. Plurima remedia scripta inuenies apud Aetium.

a Ischiadicos ut cures primũ quidem (si nihil te auocet) iis uomitum imperabis, neque medicamẽtũ purgãs præscribes. Deinde ad clysteres lenientes, hinc acres, veniendum est. Postea uero cũ materia pugnandum est. Ad mouendam cataplasmatũ materiã vide lib. 10 κατὰ τόπους.

SCHOLIA.

Ossa inter se connectuntur tribus modis in uniuersum. Vel .n. inuicem coalescunt, modò sine alicuius materiæ interuentu, ut in mollioribus & fungosis: modo intercedente aliqua materiâ, ut in duris & siccis, p Symphysin. Vel ita cõmittuntur inter se, ut obscurũ habeant & difficilem motũ p Synarthrosim: uel manifestũ & euidentem, p diarthrosim. In prima cõnexione articulorũ dolores nõ fiunt. In secunda rarò, nisi tophi & ædematosi tumores, ut in articulationibus carpi, aut metacarpij. Tertia Arthritidis sedes est, inter membranas, tendones & ligamenta, quæ oriuntur à perioſtio, et proinde sensum habent, ex quibus omnibus firmatur articulus. Vnde dolor uehementissimus excitatur, si qua materia illic intercipiatur, siue acrimonia, ut bilis: siue frigiditate, ut pituita: siue asperitate, ut gypsea, siue distẽsione membranarũ et ligamentorũ, aut inflãmatione, quod ab omnibus humoribus fieri potest sanguine, pituita, & utraq; bile cũ proprijs symptomatis cuiusq; humoris. Oportet autem humorem intra ipsum articulum contineri, antequam uere dicatur Arthritis. Si enim uel sola intemperies adsit, uel humor diffusus per carnem partesque circumiacentes, diuersa

 est

est affectio. Nam quòd Hippus scripsit Articulorum dolores fieri in siccitatibus, id non est intelligendum de Arthritide, ut scribit Galenus, sed dolore & difficili motu, qui fit ab sumpta humiditate, nisi quis omnes articulorum dolores hoc nomine complecti uelit aut eum locum interpretari de biliosa Arthritide, quæ fit immodicè calida temporis constitutione, aut sicca, quibus infirmis redditis articulis talis humor defluit. Imò Galenus, podagræ materiam contineri tantū uult in articulis & ligamentis quæ tenduntur, non neruis & tendonibus, quæ duntaxat ad tensionem alterum contendūtur, argumento, quod inde non fuit uisa conuulsio. Fluxionem enim humoris suscipiunt, primùm quidē loca articulationū, deinceps circunstantia omnia usq; ad cutem. Verisimile tamē non est materiam ad articulum confluentem imbibi durissimis ligamentis, non mollioribus neruis, & tendinibus. Proinde Aetius non solum distendi, sed permadescere scribit. Materia hæc aliquando tenuis est, aliquando crassa uel tenax, nonnunquā simul & crassa & tenax, aut etiam gypsea resoluta tenuiore parte. Colligitur enim duobus modis, per affluxionē ab alijs partibus, & per congestionem malè concoquente parte. Hæc naturam partium retinet, nisi quòd mora & dolore incalescit, & aliunde nouam materiā recipit. Per congestionem magis fit in morbo Gallico sine tumore, cū dolore totius periostij. Quæ fit per defluxionē, ferè materiam mixtam habet, & distentione, ac calore concepto potius dolorē parit, nomenq; accipit à parte affecta. In pedibus, Podagra: in manibus, Chiragra: in coxis, Ischias: in multis simul articulis uerè & propriè Arthritis nuncupatur. Tria igitur hic consideranda, Pars, quæ recipit: Origo fluxionis, et Via, per quam fit. In parte necesse est imbecillitatem esse, alioqui, nunquam admitteret fluxionem. Ea contrahitur contagione seminaria à parentibus podagricis, in quibus semen erat uitiatum: deinde venere: Postremò consuetudine fluxionis et qualibet intemperie, aut laxitate. Non tamen necesse est, si adsit hæc imbecillitas, Articularem morbum generari, si in uita æger nihil deliquerit, ut ait Galenus. Nam humor non influet, si corpus liberum sit cruditatibus. Vnde etiam Poetæ Græci, Podagram Bacchi & veneris filiam esse finxerunt.

*Hippocrates quoque ob eandem cauſam Eunuchos, Mulie-
res, Pueros ante uſum venereorum Podagrà non laborare di
xit. Quod intelligendum eſt, modò temperanter uiuant. No-
uit Author Eunuchum Podagricum, eumq́; uehementer. Se-
neca quoque epiſtola quadam inuehitur in mulieres, quæ per
luxum Hipocratem mendacem fecerint. Sed reuera Mulie
res multo rarius eo morbo corripiuntur, quam uiri, ob men
ſtruam purgationem. Et ſi laborent ſæpius menſtrua defece
runt, vel pauciora ſunt, quam prohibēdis morbis conueniāt.
Alioqui uitam maximè immoderatam eſſe oportet. In pue-
ris autem, cum ad pubertatem peruenerunt, naturalis eſt
motus ſeminis, unde rareſcit corpus & relaxatur. Accedēte
uenere, cōcuſſio, motus, cōcalfactio articulorum, ex quo cele
riùs eo materia decūbit. Atq; etiam inde ſit ut podagrici ma
gna ex parte ſint ſalaces, tum ob aſſuetudinem, tum ob fre-
quentiorē neruorum rigorem atque intenſionem. Adde quod
crebro in dorſum decubitu humores ad partes genitales con
fluunt. Ob idque duo præcipua remedia podogræ futuræ eſſe
putamus, abſtinentiam à uenere & vitam frugalem. Semi
naria autem quatuor, Imbellicitatem hæreditariā: Venerē:
Vinū præſertim forte: & Cruditatem ex intemperata uita:
Origo defluxionis eſt à capite, uel hepate. Illic intra tunicas
tendonum per forame nucæ pituita exudat, quæ per palatū
aut nares expurgari debebat. Hic uerò cùm venæ magnæ &
hepar copia grauantur, quā continere nō poſſunt, aut irritā
tur qualitate aliqua uitioſa. Sic uel à plenitudine & redun
dantia venarum fiunt defluxiones in articulos, uel à recre-
mētis aliarum partium, vt cerebri. A capite autem defluxio-
nem fieri intelligimus, ſi grauitas capitis & ceruicis præceſ-
ſerit, ſæpeq́; frigus uel horror paruus ſentitur. A uenis ma
gnis internis, ſi citra hæc dolor prehendat partem aliquam,
ſed cum febricula, uel aliqua inæqualitate fiat, pars uerò in
tumeſcat, rubeat, doleat, ab una parte in aliam moueatur.
Quibus autem uiis fiat huiuſmodi fluxio, non eadem eſt
omnium ſententia. Alii à capite ſub cute materiam per
ſumma corporis in extimas partes influere aiunt. Alii ne
gant, quod cum ſit fluxionis ſpecies partibus robuſtis ad im
beciliores ſuas excrementa tranſmittentibus, probabilius ſit*

non solum secundum membranas neruosq́;, sed etiã per uasa, id est, uenas & arterias id fieri. Sed hoc ut uerissimum est fluxione orta ab hepate, ita minimès consentaneum, cum pituita à cerebri uentriculis per spinalem medullam delabitur. Sic enim oporteret materiam è venis egressam rursus uenas subire. Fluxionis modus est, quasi inundatio aluei & eluuies quædam in cauitatem articulorum, & partes uicinas. Sed cũ per musculos fit transitus, dolor non percipitur ob laxitatẽ. Raroq; defluxio syncera est à venis, cum in his humores omnes contineantur. Sepius si uel à recrementis cerebri oriatur, uel per congestionem fiat, humor syncerus est. Podagra fit modò in articulo maioris digiti pedis, modò calcanei extremo, aut cauo pedis. A pedibus paulatim ad genua progreditur: hinc ad coxam & fœmorum iuncturas, postremò ad manus, uertebras humerorum & maxillarum. Coxendicus tamen dolor sæpe fit multis, qui podagra nunquam laborarũt, fortasse à recrementis illius partis illic congestis, uel in eã tantum partem defluxis. Dolor profundus est, & cum mouetur crus, sentitur. Caussa quandoq́; est eluxatio, aut dissectio ligamenti, qđ à periostio nascitur. In mulieribus à partu, aut cũ uterũ gerunt, dolor in parte interna inguinis & magis ad interiorem partem, quã exteriorũ, cõtinuus quoque siue crus moueatur, siue quiescat, nõ est coxidicus, sed à ligamentis uteri ob flatũ, retractionẽ, refrigerationem, contortionẽ uteri & similia. Humor uitiosus deprehenditur tribus potissimũ modis doloris proprietate: antecedentibus ut uictu, anni cõstitutione, ætate regione, tẽperamento: postremo cuiusq; humoris affectu. Multus. n. humor distendit: acris erodit: calidus calefacit: et frigidus refrigerat. Qualis quoq; aer est, tales in corpore generat humores, ut et cibus, et tẽperamentũ, et ætas. A sanguine color rubens, dolor pulsatorius, uehemẽs, tumor non solùm uenarum, sed totius particulæ. Neq; refrigerãtia admodum, neq; calfacientia tolerant. Accessiones quotidianæ, minus diuturnæ, quàm à pituita. A bilioso sanguine multi caloris sensus, irritatio à calidis, à mitigãtibus remissio: color sub pallidus, subrubeus, quãdoq́; flauo ꝑmixtus, nullus euidẽs tumor. Si locus tãgatur, facilè sanguis subterfugit, citiùs ab una parte mutatur in aliã. Exacerbationes, ut pluri

mum

mùm tertiò quoq; die. A pituita, color subalbidus, aquæ intercutem similis tumor tactui cedens, dolor mediocris, sæpe nullus, exacerbationes quotidianæ, diuturniores. A melancholia rarissimè fit. Color partis niger. frigoris sensus, dolor profundior instar scalpilli psorātis, exacerbationes quarto quoq; die. Vere et Autumno magna ex parte mouētur dolores Arthritici, ut scribit Hippocrates in Aphorismis. Signa præcedentia sunt, qd nō tātum mingunt, aut sudāt, quā solebāt, & quò humor crassior est, copiosior, densiore mēbrana inclusus, aut imbecillitas maior, eò diutius durāt hmōi dolores.

Cura in præcautionē & curationē distribuitur. Remedia uaria & ex alijs petēda. Admonebimus tantū dupliciter hic peccari in topicis admonēdis. Primū, cū nulla de toto corpore habetur prouidētia: Deinde cū digerētibus resoluta tenuiore parte, calli, artuū duritіes, articulorū curuitas inducuntur, aut pars affecta īmodice calefit, refrigeratur, siccatur, humectatur, aut fortiter attrahentibus materia copiosior è uenis extrahitur.

De a Elephantiasi uera. Cap. LXI.

COnfirmata b Elephātiasis nō c curantur. Recens d curari potest & prohiberi. Recentem autem uolūt quæ annum non superat.

Sepiusque Medicus, ut de morbo iudicet, quàm ut eundem curet, appellatur. Signis itaque de morbo e pnunciandum est. Temperamentum hominis spectandū est. Qui f sanguine sunt crassiore, huic uitio magis opportuni sunt & aliquando hæreditarium malum est. Locis calidioribus, adustis, sanguis aut à frigore congelatus hoc malum inuehit. A febribus continuis malè curatis, ab usu alimentorum & medicamentorū quæ melācholiam gignant, aut pituitā crassam, quæ nimiùm incidunt & attenuant, aut aliter calfaciunt, nonnunquam huius mali initium est. His piger sensus & motus spira-

a De cancro uniuersi corporis aut tuberoso corpore, quod elephantis similitudinem fingit.
b Signis significata proprius ex quibus non generatio uerū perfectio significatur. Cuiusmodi sunt rauca uox, resinæ patulæ et tuberosæ nares, labia pertumida, aures retortæ, totū corpus tuberosum, fædumq; rimis exaratum.
c Quòd in habitu corporis omnino deprauata sit assimilatio, in uisceribus corrupti sanguinis oīumq; humorū perennis generatio.
d Mutatione diætæ, uacuatione & alteratione.
e Ne contagione morbus ad alios serpat. f Ob generationem humoris melancholici perennem: quia abundant fæce & facile sanguis assatur.

a aſpiratio retardatur. Dureſcit *b* aluus, urinæ *c* craſſeſcunt ad inſtar iumentorũ, aliquando tenues *d* mingun tur ſpiritus *e* olet grauiùs *f* frequens ructus & *g* ſternutatio incitatur, *h* libido incenditur, *i* concidit appetentia craſſeſcunt malæ, mentum, ſuperciliorum locus, crura & manus, *k* labia craſſeſcunt, tabeſcunt, muſculi & is plurimum, qui medius eſt inter indicem & pollicem. Fit corpus grandinoſum. Sub lingua uaricoſæ uenæ nigricant, facies rubetur ad liuorem. Pili *l* è capite & ſupcilijs decidunt, habitus corporis commutatur. *m* Fiunt pterigodos quaſi allati. *n* Satyros repreſentant. Somnia *o* moleſtiſſima *p* incubi, mœror & anxietas. Pulſus exiguus, imbecillus, creber, tardus, rubent oculi & in rotunditatem coguntur, rauceſſit uox, narium pinnæ dilatãtur inferiore parte, nares conſtringũtur. Diſpnœa, mollis auricula contrahitur.

Excrementa olida interſtitiũ naſi corrumpitur, fixus intuitus. Quibuſdam detractus ſanguis totus corruptus non cogitur, Sal iniectum calenti & recens extracto ſanguini non diſſoluitur. Acetum iniectum ſanguini nõ commiſcetur. Si ad ſpondilia colli transfiguntur, non ſentiunt. Perit tamen extremitatum ſenſus. Oportet igitur uocatum Medicum, ut de re magni momenti pronũciet, hęc ſigna omnia percurrere. Quæ ut aucta ſunt, ita aucti uitii inditium eſt. Conſilium eſt *q* Galeni, ubi eius mali ſuſpitio eſt, ut Vere ſanguis detrahatur, dein de refectis uiribus exhibeatur medicamentum, quod atram bilem purget. Ratio uitæ inſtituatur, quæ ſanguinem craſſiorem attenuet, ac depuret.

Vitato tamen immodico uſu attenuantium rationẽ uitæ ex Aetio & aliis colliges. Conſenſus eſt Græcorũ &

a *Oppreſſione cerebri, muſculorũ cõtumacia.*
b. *Viſcerum incendio et humorum ἀναφορῇ.*
c *Ex perturbatione ĩ uenis à flatulento ſpiritu cum calore contranaturam.*
d *Viarum obſtructione.*
e *Ab aluo, pulmonibus & cerebro.*
f. *Ab humore melancholico in aluũ fluente et coctionis infirmitate.*
g *Aucto ſymptomatis plethorici cerebro.*

h. *A ſalſis humoribus & flatulento ſpiritu.*
i *Alui impuritate.* k *Continuitate interioris tunicæ, quæ aluo & labijs communis eſt.* l *Nam neque aluntur neque gignuntur.*
m *Conſumptione partis inferioris muſculi trapezitæ.* n *Mutato faciei colore, charactere, mole, aurib. retortis.* o *Materia ſomnifera corruptione.*
p *Oppreſſi lienis tumore.* q *Gale. lib. 2. Ad Glauconem.*

& Arabum initio detrahendum eum sanguinem. Sed quia magna ex parte corruptus is est, particulatim ex utroque brachio detrahes, eligesque maiores uenas, si quidem uires patiuntur, multo magis cum spiratio difficilior est. Alioqui uenas extremæ manus, uel malleoli aperies. Nonnunquam etiam contentus eris sanguisugis, aut cucurbitulis cùm scarificatione appositis partim tibiis, partim scapulis. Auicénas uenas etiam capitiis incidit & iugulares, si suffocatio imminet.

A sanguinis missione purgatio ex hiera diacolocynthidos, deinde etiã adiecto dacridio. Postremo etiam elleboro, sed interuallis hæc fieri oportet. Quo tempore cessamus à pharmacis, sero lactis, lacte etiam & his quæ humores *a* præparant & deputant. Materia ex capite de melancholia.

Postea uero frequens vomitus. Primum quidem leuioribus: deinde raphano. Postremo elleborismo. Cucurbitulæ *b* inanes stomacho & uisceribus admouentur. Caput purgia, gargarismata, unctiones primum ut è butyro: Deinde vbi pruritus est, ex iis, quæ detergent: Postremo cum ulceratæ partes, conueniũt quæ leuiter adstringunt.

Balnea *c* primum dulcia. Persuasum *d* uulgo est balnea cõparata sanguine humano morbum hunc persanare. Deinde si pruritus est naturalia conueniunt. In multis remediis brassicæ & absynthii decoctum, stœchados, ligni *e* sancti commendantur.

Optimumque fuerit cum his passulas, ficus, uiolarũ flores, buglossi & borraginis incoquere. Multò magis, si feruidior sanguis est. *f* Castratio, ut singulare remediũ, ab antiquis probata est. Scrobes eboris, cornu ceruí, succus cyrenaicus, aselli aquarii, scyllę semen & hęc duo maxime cõtra dispnęã. Smaragdus trita, & ex aqua data, uel cum aqua & gummi illita. Erinacei caput laudatur à Galeno, nepitha, qua eo modo utendum erit, quo ligno sancto, id est, cum passulis & cæteris. Laudatur theriaca, quæ in calidiore conditione temperari potest, adiecta parte cõseruæ uiolarum aut boraginis. Laudat

a Vt succo fumariæ, ueronicæ scolopendriæ, cetherac.

b Ad uiscerũ collapsorum restitutionem.

c Aquæ gelidæ, s. ex decocti fumariæ, agrimoniæ, betæ mercurialis.

d Hoc comentũ ridet. Gal. lib. 10. de simplic. med. facul.

e Modò marasmus πυρέτος uiscera te non nocet. Tũ enim tutius decoctũ radicis iucatæ imperabis.

f Sic enim retenta materia spermatica abũdat qua partes solidæ fruũtur et tumescũt vnde assimulõnis depravatio tollitur.

a Lege Galenum c. 1. libr. 11. de simplic. medicamentorum facultatibus.

datur vinũ,in quo *a* uipera uiua extincta sit. Viperarũ carnes absciſſo capite & cauda ad putrilaginem coctæ cum iure albo ueterum, uel iis quę huic morbo conueniunt,ut & carnes edantur & iuſculum ſorbeatur.

Alioqui nõ tã ſuſpectũ remediũ,ſi pabulis caporũ & gallinarũ iuſculũ illud & carnes miſceãtur. Sẽtiés penetraſſe uirus,cũ plumæ decidãt auibus,tũq; aues ad cibũ elixabis. Sed theriacæ & remediorũ uſus magis tẽpeſtiuus à thermis cõparatis è fumaria,borragine,endiuia, nepitha,roſmarino,origano,meliloto &alijs eiuſmodi.

Vitio frequẽs circa cap.ſatis fuit aliquãdo,alio q i tibiis ac genu,aut muſculoſa parte brachiorũ ĩprimũtur.

S C H O L I A.

Ἄλφος, id eſt, Vitiligo, κνησμὸς ſiue pruritus aut prurigo, λειχὴν, id eſt, impetigo ψῶρα, λέπρα, ἐλέφας, nõia ſunt affectionũ, in quibus omnibus malè afficitur cutis à uitioſo aliquo ſucco, qui nequit aſſimilari, cũ aliqua contagione aliàs maiore, aliàs minore. Differũt aũt magnitudine et proprijs differentijs. Nam Vitiligo & pruritus ad Lichenem: hæc ad Pſoram: Pſora ad Leprã: Lepra ad Elephantiaſim uelut uia quædam eſt uitiligo uitioſa macula eſt & fœda ex malo corporis habitu excitata nõ in tota carne, ſed in cute ſine manifeſta cutis aſperitate, ſcamis, exulceratione. Cuius tres ſunt ſpecies, Alphos nomen generis retinens ex pituitoſo ſanguine. Color albus, ferè ſubaſper, ſimilis quibuſdã guttis diſperſis. Leuce paulò albidior, ad carnem uſq; deſcendens, à pituita lenta et uiſcoſa, unde pili albeſcũt, et μέλας ab atro humore cũ colore nigro & umbræ ſimili. Leuce dicitur etiã quibuſdã Lepra alba, in qua non iã caro, ſed alba caro, media inter ſanguineã et exãguem, ac pituitoſa generatur. Nõ facilè ſaneſcit, ſi locus piloſus glabreſcat. Cutim incidi iubent aut acu pungi ad intelligendũ, an ſanari queat. Nã ſi ſanguis exit, curationi locus eſt: ſi pro ſanguine humor albidus, ſanari nõ põt. Aliæ duæ ſpecies faciliùs curãtur. Pruritus ſine aſperitate etiã eſt et exulceratione cutis, ſed excrementi acris ſub cute ſensũ excitat et dolorem. Excrementũ acre nitroſum, ſalſum et amarũ, pauciùs, tenuiusq; quã in Lepra, aut Pſora. Naſciturq; malũ ex ſorditie, cruditate, cibis uitioſis. Lichen

deterior

deterior eſt, habetque duo ſymptomata perpetua, ſummæ cutis aſperitatem et leuẽ pruritũ. Gignitur (autore Galeno) ex ſeroſis tenuibus & acribus ſuccis cũ craſſis permixtis. Si augeatur & cutẽ in furfures reſoluat, in Pſorã degenerat: ſi in ſcamulas fit Lepra, ſuccis illis tenuibus diſcuſſis & craſſioribus aduſtis. Initio à ieiuno ſaliua ſi quotidie fricetur, curationẽ recipit. Hoc nomine cõprehendũt Mẽtagrã Romanorũ et nouũ illũ morbũ ignotũ ante Tiberij principatu, de quo multa sũt apud Plinium. In Pſora aſperitas cutis eſt, furfures, pruritus & colliquatio corporis. Sed nõ tãta profũditate in carne deſcendit, quãta Lepra. Diſtinguitur ergo tũ ſcamulis, tũ profũditate à Lepra. Paulus addit figurã, quæ varia eſt ĩ Pſora, circularis in Lepra. Materiã habet melãcholicũ humorẽ et sãguinem biliosũ, ſæpeq; ĩ ſquamas reſoluitur, exulceratur, ſerpit: puſtulas & ſaniẽ emittit: uocaturq; ἀγρία Græcis, Cornelio Celſo fera ſcabies. Lepræ propria ſunt aſperitas cutis profundior, pruritus maior, ſquamulæ. Scabendo æger nõ iuuatur, ſed ulcera et phlegmonas inducit. Subiecta caro colliquatur et corpus uniuersũ à calore præter natura. Materia eſt melãcolicus humor, multus, viſcoſus, craſſus, acris, terreſtris, ſiccus. In quatuor differentias diſtribuitur, ſola intenſione et remiſſiõe malignitatis humoris diſtinctas. Primæ ſimptomata sũt rubor exulceratio maior, q̃ in ſcabie, puſtulæ ſquamulæ. Sc̃da, quæ deterior ẽ, papulæ, aſꝑitas, rubor maior, figuræ variæ, ſquamulæ, roſio maior, et celerius, latiusq; procedẽs. Tertia, craſſities tumor, fiſſuræ, roſio, omnia, q̃ in prioribus, maiora. Quarta ſubalbida, recenti cicatrici ſimilis, incurabilis. Elephãtiaſis ab omnib. differt magnitudine. Eſt. n. veluti cãcer totius corporis. Cuius deſcriptio copioſa eſt apud Aræteũ. Ex deformitate figuræ et magnitudine affectus varia nomina habuit à Græcis. Elephas . n. dr̃ quia corij craſſitie, tenebricoſo colore, facie fœda & informi, magnitudine Elephãtem refert: λέον καὶ λεοντίον, ꝓp extremarũ rugarum frõtis ſimilitudinem cũ leonibus: ſatyriaſis, tũ ob faciẽ ſatyris ſimilẽ, tũ ob libidinem: ἡρακλεῖον, quia nullus morbus eo maior eſt. A liene et iecore initio ſũpto ad extimã cutim cõtinuatur, ibiq; ꝑficitur. Morbus cõtagioſus eſt ob materiã ueneno sã et maligna, quæ aerem et proxima quæq; inficit, ſed imprimis ſaliua, quæ cyatis adhæreſcit, ꝓp lentorem & uenenatũ limum dentiũ. Et quia humor melãcholicus triplex eſt, ſanguis craſſior fex ſanguinis, et atra bilis, idcirco tres illius differentias conſti-

tuũt, à ſanguine craſſo ὑπερυθροῦς, ſubrubicũdas, mitiores et minus malignas: à melancholico humore cũ pituita mixto, craſſa, ſalſa, nitroſa et acri, ἐκλευκας, albas: ab atra bile omnibus deteriores, in quibus uniuerſum corpus ſcatet ulceribus & extrema etiam decidunt. Cauſſæ fer- ſunt, ſemen parentum elephanticũ, uictus ratio talem humorem procreans, ſuppreſſi menſes, hæmorrhoides, uarices cohibitæ, & quandoq; lues venerea. Quia igitur morbus hic contagioſus eſt admodum & abominandus, atq; aliquando cognitu difficilis, optimè conſtitutum eſt à ueteribus, ut & extra urbis pomœria ablegentur Elephantici, & Medici doctiſſimi, tanquam Critici ac Cenſores conſtituantur, qui hos explorent, ut apud Belgas & Arelatæ. Qua de re doctiſſimè ſcripſit F. Valleriola in ſuis enarrationibus. Initium eſt de annua Elephanticorum apud Arelatam probatione uetere ſenatuſconſulto inſtituta. Signa quædam uniuoca faciunt, alia æquiuoca. Vniuoca quidem, ut ab Elephanticis prognatos eſſe, etiam auis, aut atauis repetita origine, cum Elephanticis conſuetudo, excretionum conſuetarum retentio, ciborum craſſorum, ſalſorum, acutorum, nidoroſorum aſſiduus uſus, uini multi & craſſi potus, uita ærumnoſa in metu & mœrore, extuberationes in pleriſque corporis partibus, ſed in facie magis & ſecundum frontem, aures acuminatæ, naſus ſimus, labra craſſa, horrendus aſpectus, color faciei ex rubeo liuens, uocis raucitas, oculorum rotunditas. Signa æquiuoca ſunt extuberationes extremorum & crurũ, color morpheæ ſimilis & tenebroſus, capillorum defluuium, & tenuium regeneratio, muſculorum, precipue pollicis conſumptio, ſtupor, aut ſenſus amiſſio in extremis partibus īduratis et exiccatis, ſcabies, impetigines, gutta roſacea, extuberationes rotundæ & duræ ſub lingua palpebris, auribus, ulceroſa laſſitudo, cutis criſpitudo, inſtar implumis anſeris, unctuoſa cutis, et tanquam reſperſa aqua; ſanguis tromboſus, niger, liuens, obſcurus. Ex his omnibus notis uel multis ſimul concurrentibus, uel paucis, ſed eſſentialibus & pathognomonicis explorantur Elephantici. Præter quas ſignum ex urina certiſſimum habemus, ſæpius probatum & nobis a uiro doctiſſimo pro ſecreto datum.

De Cutis excoriatione. *Cap.* *LXII.*

EXcoriationi cutis, qualis eſt ex attritu, longiore decubitu ceratum ex tribus partibus olei mirthini, uel roſacei

&

& una ceræ cõuenit. Quòd si calor est, ex succo plãtaginis, decocto sumach, aut rei frigidæ adstringẽtis subigatur: eidẽ rei conuenit unguẽtũ de cerusa. Vbi uero rubor faciei & pustulæ, sanguis è media uena brachij detrahendus est, imperanda purgatio, quæ partim flauã bilẽ, partim melancholiã purget. Cucurbitulæ & ceruici & scapulis affigendæ cũ scarificatione. Sanguisugæ malis, extremo naso, extremis labiis, lateribus menti affigendæ. Abluenda facies primũ ex remollientium decocto, ut ficuum, passulatum, ab hisq; fumus excipiendus. Tum uel aquæ plantaginis, uel terebinthina, in qua mellis portiuncula dissoluta sit, faciem lauabis. Inunges autem axungia ursina, uel uulpina: alioqui taurina, uel porcina, in qua farina ciceris incorporata sit. Caseus recens ex aceto subactus Aestate conuenit, unguẽtum mixtum ex sapone gallico, & unguento albo. Ex unguenti albi parte j. & iij olei rosarum subactis cum aqua plantaginis, nenupharis, semperuiui. Sanguis leporis calidus & reliquorũ animalium utilis est. Conuenit aqua destillationis florum salicis, succus limonum, sulphur uiuum, Cerusa, cãphora. Vbi pustulę eminent, unguento enulato, siue hydrargyro concidunt, Argentum uiuum ex saliua hominis ieiuni extinctum, & cerato, uel adipi excorporatum efficacissimũ est. Hyeme theriaca uti licet, uel unguento citrino, uel pomulato, uel lythargyro auri modo Seruitoris præparato. Sed interim dum hæc fiunt, uitæ ratio instituenda est, quæ calorem hepatis attemperet. Deinde etiam quæ fumos prohibeant à cibo. Qualis est dragea communis, puluis, communitatis adiecto coralli modico.

De Dolore. Cap. LXIII.

DE dolore iam multis locis dictum est ac postea dicetur. Fit autem uel intemperie, uel solutione continui. Remedia uel paregorica, uel contraria qualitate pugnantia, uel narcótica. De narcoticis multis locis. Paregorica sunt oleum simplex, anethinum, chamæmelinum, lini, oleum ouorum, oleum in quo altheæ radix coxerit, Axungiæ suis, gallinæ, anatis, uituli, ouum crudũ & alia sæpe enumerata.

Contraria qualitate & hæc paregorica, Carinum, laurinum, oleum de galbano, de sulphure, & similia calida olea

ex refrigeratione nato dolore. A Calore uerò excitato repugnant oleum uiolatum, oleum rosaceum, de nenuphare, papauerinum & similia. Dolorem à siccitate corrigunt aqua tepida, hydrelæon, lac, butyrum, oleum, axungiæ, œsipus. Dolorem à sanguinis copia tollit phlebotomia. A flatu oxycratum tepidum, decoctum rutę, anethi, serpilli, & alia quę capitibus de morbis intestinorum descripta sunt.

A crassis humoribus cum flatu oxycratum, in quo hyssopus, thymum, pulegium, calamenthum & similia coxerint.

A contusione Caseus recens, aloe, aut mastix in oleo myrthino liquata. Vbi locus intumuit, spongię fotus ex sero lactis, si quidem inflammatio non est. Sic enim ex aqua tepida fouebimus. Oleum ricininum, caninũ & in his inculcatus pannus & parti impositus.

SCHOLIA.

Galenus in Aphorismis & plerisque aliis locis in doloribus hæc obseruanda esse uult, qualitatem, uehementiam, diuturnitatem, remissionem, intermissionem, comparationem in diuersis ægris & in genere dolorũ, sensum peculiarem hominis, quod alij alijs uegetiore sint sensu, ut hinc cognoscas, præsagias, remedia distinguas. Qualitas est, ut grauis, pungens, tendens, stimulans, feriens, torpidus. Vehementia ex natura partium & materiæ, uel eiusdem qualitate & multitudine, uel loco affecto pendet. Diuturnitatem facit materia pigra, multitudo, naturæ imbecillitas, uia intercepta. Ex iisdem & remissio, & intermissio. In duobus aut tribus ægris ita differunt, aut sunt similes. Ex his omnibus periculum, aut contra facile intelligitur. Sed de his omnibus accuratius alio loco. Interea (studiose lector) partim Typographorum importunitate, qui hæc, dum scriberentur, prælo excudebant, partim descedendi necessitate coacti, non mõ in libros, qui sequuntur, scholia scribere licuit, sed ne institutum quidem ab initio tenere ut singula remedia expenderemus, adamussim, & quid cauendum quidque intrepide faciendum, quo tempore, loco, quibus, in qua regione, quomodo doses uel minuendæ uel augendæ, multaque alia, quæ maius otium desiderant, admoneremus. Interea hæc, qualiacunque sint, ut æqui bonique consules, precamur.

FINIS.

IACOBI
HOLLERII
STEMPANI
MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI.

De morborum internorum remediis,
LIBER SECVNDVS, DE FEBRIBVS.

Quid sit Febris.



EBRIS calor est, præter naturam accensus in corde. Substantia ergo febris est calor præter naturã, qui omnino in corde accenditur. Aliàs uerò toto corpore sparsus, nonnunquã minimis partibus, uel certè principibus inest. Pessimum genus febrium, cum utuntur interiora, exteriora frigét, ut in hypiriis, & cũ uiscera interiora inflãmantur. Malignũ quoque, quod Asodes uocatur: in quo exteriora quidem moderatè calida sunt, intus ardor est, sitis insatiabilis, perpetua corporis iactatio, uigilia, delirium, quod ferè fit crasso atq; contumaci humore in primis uenis putrefacto. Aliquando in corde uehemens æstus est, quod uehementi palpitatione intelligitur, moderatus tamen ad manũ calor est. Pereũt hi celeriter, & sub morté tenuis quidã & frigidus sudor effluit. Itaq; febrilis calor non ꝑpetuo toti corpori ęqualis est. Optima rõ diuidédę febris, ut è substãtia, hoc est, iis, quæ definitio eius continet, differentiæ sumãtur: è calore uidelicet, iis in quibus calor est. Calor itaq; alius siccus, alius humidus, alius uaporosus: ex quo febris alia sicca, alia humida, quædam uaporosa. Maligna sicca est. In hac squallescit cutis, arida lingua est, uehemés sitis & uigilia, calor acris, nihil uaporum, nihil sudorũ excluditur. Talis est exquisitè ardés. Hæc auté aut breuiter occi-

dit,

dit,aut in hecticam uix curabilem conuertitur. In humida perpetuo sudore ac madore corpus resoluitur: quales sunt Typhodes & Elodes. Quanquam Typhodis ab Aetio & quibusdã aliis dicitur,quã erisypelas hepatis incẽdit. Salubris ferè,in qua madidus & mollis calore est,cutis quoque eiusmodi,& sudores in tẽpore erumpũt. Rursus calor quantitate & qualitate distinguitur. Nã aliàs copiosus,aliàs paucus,nõnunquam in medio est. Similiter hic acerrimus, hic(ut febris est)suauis & mitis, ille medius:magna uis est febris,cum & plurimus, & mordacissimus. Febris alia morbus,ut ardor:alia accidẽs,ut in pleuritide:alia simplex,alia cum grauibus symptomatibus, & iis,quę epigenomena Gręci uocãt:ut quæ febris cum frequẽti syncope,cũ singultu, cum Synceris deiectionibus. Rudis illa & nimis antiqua Hyppocratis distinctio: laudanda tamen,ut fuit ætas. Febres alię manu mordaces,alię mansuetę:quędam uehementer rubrę,nõnullę admodũ flauę,alię croceę,alię crudę,&c. Quę pluribus 6. epidimiõ ab Hippocrate & Galeno, tum initio librorum de differ. feb. explicata sunt,nondum tamen satis intellecta: quòd uox, Theuphigodes,satis ostendit, nõ satis intellectu interpretibus. Alii enim ad pestilentiales, nonnulli ad uaporosas & humidas transferunt. In qua sentẽtia fuisse uisus est. Galen. in exegesi uocum Hyppocratis. Alia uerò diuisio febrium,quia hæ acutæ ac celeres, ut ardẽs & tertiana. Aliæ longæ, ut typhodis & quartana. Nonnullæ mediæ,ut quotidiana & semitertiana. Acutæ sunt, quia propria tempora ad finem usque celeriter percurrunt. Acutum enim & celer idem est. Sunt è Græcis, qui ex ratione prægressæ causæ,ita diuidunt. Alię febres de repente atque ex causa manifesta ortę sunt. Hę minus periculosæ, minusque fallax præsagium ostendunt. Aliarum causa ignorata, sed latenter atque longo tempore contracto uitio ortæ sunt, de quibus hoc uerbum Hipp. maximè pronuntiatur (commune quidẽ reliquis morbis acutis) Acutorum morborum nõ omnino certè sunt pronunciationes salutis aut mortis. Atque hæ ferè periculosiores. Longas item ex causarum uarietate diuidũt. Longæ

gæ

gæ enim ſunt uel quia materia frigida, craſſa & cõtumax eſt, ut quartanæ: uel multa, ut typhodis: uel quia pars affecta frigidior eſt, unde primũ calor ſuccẽſus eſt, ut quartana à liene lõgior, ab hepate breuior, uel imbecillitatis rõne. Ex quo in ſenibus longior, ĩ iuuene breuior, uel denique exteriorum uitio, quæ τὰ ἔξωθεν uocat Hypp. Aegri, Medici, miniſtrorum, loci, aeris, tẽporis anni, & ſimilia, Aliæ itẽ febres peruigiles, aliæ ſoporoſæ, nõnullæ mediæ. Somnus atq; uigilia, utraq; ſi modũ exceſſerint, malũ. Praxagoras quaſdã febres ſoporoſas annotauit, ab anno 12. ad 16. & 17. priuata quadã pernicie. In ſoporoſis, grauius periculum eſt, ſi præter ſoporem & ſilentium, ſaltus partiũ ac ueluti cõuulſio, faciei rubor, oculorũ fixus ĩtuitus, à somno, manuũ neglecta abiectio, mœror, anxietas, deliria cõuulſifica, motio articulorũ, frigus. Sed qđ ad inſtitutum maxime pertinet. Alia febris, in ſolidis partibus, hectica: quædam in ſpiritibus, diaria. Tertium genus in humoribus, putrida. De hecticæ differentiis & diariæ ſuo loco dicetur. Putrida fiet uel à bile, quæ tertiana: uel pituita, quæ quotidiana: uel atra bile, quæ quartana. An uerò à ſanguine, poſtea differetur. Putrida rurſus, uel intermittit, uel continua eſt. Quæ intermittit, Hypp. quidem ſine periculo eſt. Diocli minus periculoſa, quàm continua ac ferè ſalutaris, ſed quæ tamen aliquando interficit, & maximè ubi talis eſt, qualis ſoporoſa, quæ proxime deſcripta eſt. Continua magis periculoſa, quæ tertio quoq; die exacerbatur, auth. Hypp. & Archigene. Accedit ad periculum ſi quarta die uel tam grauis eſt, uel etiam aſperior, quàm fuit tertia. Cæterùm quando quidem hic de curatione febrium agitur: Primum eſt, ut febris ſpecies cognoſcatur, ex propriis ſignis, communibus & externis coniecturis. Cognita febris ſpecie, cauſæ magna ex parte innoteſcunt. Secundum eſt, ut febris conſtitutio intelligatur. Quod fiet ſi obſeruemus qualia ſint, & quanta fuerint & futura ſint uniuerſalia febris tempora, principium, incrementum, ſtatus & declinatio. Deiñde quod in toto morbo, idem in particularibus acceſſionibus obſeruemus, & has rurſus

inter se comparemus. Postremò adiungemus externa, anni tempus, ætatem, locum, regioné, peculiarem ægri naturã, &c. eiusmodi: videamusq; ne quid ministri peccẽt, & ut æger imperata faciat. Ita fiet, ut & morbi natura cognoscaт̃, & remedia medica fideliter adhibeantur. Certũ deniq; ac minimè fallax præsagium de febre instituatur.

De Tertiana.

TErtianam facit putrefacta bilis, non quidem in uenis, sed toto corpore dispersa. Tertio quoque die accessiones habet, quodque putrefactum accessionibus singulis excernitur, ferè per sudores, aliàs etiam uomitu, & deiectione alui repurgatur. Duodecim horas exquisita tertiana nõ superat accessione particulari, nec pluribus quàm septem accessionibus sollicitat. Sic enim scriptum ab Hypp. in Aphor. quanquam in coacis præsagiis 5. 7. aut 9. circuitu, ad summum iudicari scribit. Statum ferè habet quarta accessione, hoc est, die septimo. 9. 11. Decimotertio declinat: atque ita soluitur. Initium ferè prima accessione, incrementum secunda ac tertia: accessionis tempus, à quatuor horis ad duodecim: inuadit cũ rigore, in quo ueluti pungentes aculeos sentiũt ægri: initio quidem uehementior, paulatim mitescit, ex quo increscit calor. Intima uruntur, iactatur corpus, uexat sitis, & uigiliæ, solitudo quæritur. Hæc uerò ut progreditur accessio in statum, ubi calor admodum acris & mordax est, pulsus initio tardus, paruus, rarus, debilis: postea magnus, celer, frequens, uelox, & ut declinat accessio, paulatim redeũt omnia ad naturam. Post uigorem uomitus sudores aut excretiones, & ubi iã concoquitur ad saluté febris principio accessionum uomitus, in fine sudores fiunt. Vrina subrufa subflaua, tusa, mediocri substantia, aut, ut Arabes, rubra, tenui, substãtia ignea. Parte quidẽ inferiore subtilior: superiore umbrosa atque nebulosa. In qua si nebula alba aut eiusmodi sublimamentũ initiò appareat, non transcendet quartum circuitum. Si uerò primo die uel secundo sedimentum album est, leue & æquale, tertio circuitu terminabitur febris. Quod si talia non apparent primis diebus. i. prima uel secunda accessione,

ſione ſeptimus circuitus expectandus eſt. Tumque rufæ magis ſunt urinæ. Et ſi contingit longiores eſſe acceſſiones, id efficit materiæ copia aut craſſior conſiſtentia. Alioqui ad denſitatem cutis aut imbecillitatem naturæ cauſa referenda eſt. Deſcribunt autem Græci & Arabes tertianam quæ ſit ueluti idea quædam & exemplar tertianarum omnium quæ ut proprius ad ideam illam accedunt, ita & manifeſtiora ſigna proferunt, uel minus manifeſta. Excitantur hę febres ferè æſtate, temperie calida & ſicca, cœlo, ætate, rationes uitæ & aliis, quæ corpus reddunt calidius & ſiccant.

Curatio ad duos ſcopos relata eſt ueteribus Medicis, alterationem & uacuationẽ. Alteratio, refrigerantibus & humectãtibus. Vacuatio per ſudores & urinas. Paulus rectè quidẽ infirma hæc remedia credidit, propterea quòd non tertiana illa quæ idea & exemplum quoddam eſt reliquarum, nobis curanda, eſt: ſed quæ iam aliquid pituitę commixtum bili habet. Oportebit ergo intendere in ſcopos illos ueterum, ſed ita temperare, ut quantũ declinet curanda febris ab idea illa, tantùm curatio euariet. Initiò ergo ſi reſiſtit aluus clyſtere, leni uel debili quodã pharmaco mouenda eſt. Medicamenta ſunt, ut Caſſia fiſtula ex decoct. uiolarum, prunorum, tamarindorum, & ſimilium. Vehementer commendant hanc potionem.

R. ſucci granati acidi & dulcis ana unc. i. s. per noctem ſalubri loco reſideant, poſtridie in eo ſuc. diſſol. zuchari optimi unc. i. Et ſi uehemeus calor eſt, ſacch. uiol. ſit & addatur potioni aquæ roſ. unc. i. Si uerò pituitæ aliquid mixtum eſt, loco aquę roſ. miſce uini tenuis unc. i. Lenies aluum, reuocabis appetitum, partes naturales roborabis. Quòd ſi obſtructionis ſuſpitio eſt, aquam end. aut hordei unus unc. i. commiſcebis. Alii. unc. ii. oxyſacch. ſimplicis, ſucci end. depurati unc. i. utuntur eadem utilitate. Vbi uerò plus pituitæ mixtum eſt, pro ſucco end. ſuccus rad. fœni. pro oxyſacch. oxymel ſimplex miſcendum eſt. Atque utilius oxymel uolunt in quo ferbuerint frondes nucis. Alii contenti ſunt. unc. iiii. decocti prumorum cum ſacch. uiol. unc. s. Eodem modo &

tamarind. uti licet. Iam remollita aluo de phlebotomia ſtatuendum. Saluberrimum, inquit Gal. febrib. omnib. non modo continuis, ſed iis quę ex putredine natæ ſunt, ſecare uenam, ſi ætas, uires, &c. permittant. Omiſſum tamen hoc remedium à Græcis & omittendum quidem, ſi exquiſita tertiana eſt. Alioqui admodum ſalutaris, quam tamen temperate oportet, ut tertiana quam curamus uel ad exquiſitam accedit, uel ab ea recedit. Arabes ex urina rubra conſilium ſumunt phlebotomiæ fallaci quidem cõiectura. Talis.n. urina, aliquãdo infirmo hepate, uel rene aut aliis de cauſis, nõ ex natura febris. Addunt præterea nõ eſſe detrahendũ ſanguinẽ ante tertium paroxyſmũ, adduntque experientiam, quòd quibus aliter ſanguis detractus eſt, iis fere exaſperatum malum: ſecant fere ſexto die aut prædici rubent fore, ut proxima acceſſio, quæ quarta eſt & die ſeptimo grauiſſima, ne id ex phlebotomia & peccato Medici contigiſſe uideatur. Conueniunt cũ Grę cis in uſu eorum quæ urinas mouent & ſudores. Vtuntur plurimùm oxyſach. ſimpl. ſyrup. acetoſo, Græci, ſi materia ſurſum aſcendit & æger nauſeat, uomitiones adiuuãt: ſi mordentur inteſtina lenib. clyſt. excludunt, alioqui lotia & ſudores mouent, uomitus cient ptiſanæ tepidę unc. iiii. ſac. unc. s. Aliud.

R. decoct. lact. atripl. portul. ana unc. s. olei communis unc. ii. tepido utatur. Sed abſtinend. uomitionib. in his maximè qui ex conſuetudine non uomunt. In clyſt. caſſ. unc. s. aut catholici, plus etiam, ut res exigit, diſſol. debet oleo uiol. In iiſdem utendum eſt ſacch. potius quam melle, apio & anetho mixtis in potu, aliiſq; leniorib. diuret: utebantur. Sudores mouendi ſunt ſi quidem reſiſtunt ſub finem acceſſion.

R. ptiſanæ uulgaris calidæ ℥. iiii. aut ℥ iii. cũ ℥. i. decoct. flor. cham. uel diluto oxymel. in quo nepitæ modicũ ferbuerit, idq; magis ſi craſſior humor fuerit. Vſitatus eſt ptiſanæ uulgaris potus calidus cum ſubduplo ſyrupi acetoſi, ut ſint ptiſanæ unc. iii. ſyrupi acetoſi unc. i. s. Vinum quoq; album, tenue, oligophorum, & urinas & ſudores mouet. Verùm neq; urinæ mouendæ ſunt, neq; exprimẽ

dus

dus sudor, nisi cũ apparuerint manifesta signa coctionis: multò maximè, cum iam perfecta signa coctionis apparuerint, & quæ uomitiones mouẽt, tepida: quæ sudores, calida exhiberi debent. Quòd si superioribus remediis non concedit febris, rhabarbaro utendum est ad drac. i.s. uel dr.ii. Si uerò neque his concedit, & uires sustinent, Phlebotomia repetenda est. Alioqui catharticis paulatim deducenda materia est, quale hoc est.

R. syrup. de cichoreo simpl. unc. vi. rhabarbari pulueri sati, & nodulo raro inclusi dr. ii. suspẽdatur nodulus, & syrupo immergatur, capiat diebus intermissionis unc. i.s. syrupi, cũ aquæ hordei in calidiore cõditione, hydromelitis in frigore unc. ii. Atq; iam declinãte morbo, & lõgius progresso medicamẽtis catharticis aliquid totũ, quę melancholiam purgãt, miscendũ est. Pars. n. materiæ ardore febris in melancholiã uersa est. In accessionibus, ubi uehementer sitiũt, sed maximè in statu, aqua hordei, iulep uiolatũ, syrup. uiolatus cũ aqua frigida, uinũ etiã album oligophorũ, si quidem iam tempus est sudoris promouendi & urinæ, exhiberi debent. Nec hoc quidẽ exigua quantitate, sed semel quantùm appetunt. Ratio uictus, quæ refrigeret & humectet non tam tenuis, quàm ab antiquis præscripta est. Licet enim uti iusculis plurimum alteratis cum lactuca, acetosa, portulaca, hordeato cum seminibus frigid. alterato. Postea uerò apparentibus signis coctionis, lacte amygd. pedibus ouilis, piscibus saxatilibus, cancris, percis, & similibus, uitello oui, de quibus quia controuersia est, postea dicetur. Tumque iusculis commisceri debent, quæ aperiunt, & urinas mouent. Vsitatæ sunt radices acetosæ, petroselini hortensis & cichoreæ. Sed per omnia meminisse oportet, maiora remedia conuenire diebus quietis. Excrementa uerò promouẽda, cum iam manifesta coctio apparuerit. Vigilant, æstuant, sitiunt & alia patiuntur, contra quæ remedia suo loco dicetur. Remedia quędam sunt uulgaria, quibus quidem uti licet, non neglectis aliis, quale hoc est. Sonchus tritus, sambucus, plantago, ex aceto subiguntur, & carpis alligantur. Sunt, qui & semperuiuum & alia eiusmodi

refrigerantia trita hepatis regioni applicent. Suspectum quidem hoc remedium, quanquam aliquando febrem extinguit. Sed nunquam hoc utendum est, ubi obstructionis suspitio. Alii pul. fuliginis è furno, & saluiam contusam una miscent, cum oui albumine, & ita imponunt carpis. Nonnulli eandem fuliginem cum alliis, cæpis, albumine oui, & germine, miscent, acetum affundunt, admouentque carpis. Temeraria uerò remedia caustica, quale est, quo uulgus interim radice ranunculi trita. Vtuntur alligata carpo. Eadem quoque exteriori gutturi admouent. Itaque prudenter utendum est uulgi remediis.

De Tertiana Notha.

TErtiana notha cum rigore quidem incipit, sed languidiore. Materiam habet pituitam commixtam bili. Inuadit, ut plurimum febris hæc otiosos iuuenes & intemperatos, sub autumnum frequens. Signa eadem quæ tertiana, nisi quod habet commutata ex proportione pituitæ ad bilem media, quodãmodo inter signa quotidianæ & tertianæ. Alternis diebus inuadit: aliquando tamẽ, ut etiam tertiana duplex, singulis diebus. Neq; enim singulis inuadere diebus, neq; alternis tertianã facit. Oporterque non tantùm ex periodis, sed propriis signis cuiusque febris speciem constituere. Accessio ultra duodecim horas producitur aliquando ad triginta & eo plures. Nõ terminatur septem periodis, ut tertiana uera, uixq; duos decima periodo, aut 14. terminatur. Sępe etiã in mẽsem. quadragesimum diem extenditur. Nonnunquam sex menses integros perseuerat, fereq; desinit in uitia lienis. Hic plurima grauitas corporis, dolor uertebrarum, inflatio uẽtriculi, fastidia, sitis, magna oris amaritudo, urina citrina & crassior, quàm in uera.

Curatio.

Clysteribus primùm nõ ita mollibus utendum est. Deinde leui pharmaco: unde primę uenæ repurgentur. Postea consentientibus numeris, phlebotomia, è basilica dextra. Auicennas post 3. uel 4. paroxysmum uenam aperit, dextram Aestate, Hyeme sinistram.

Victus alias parcior, aliàs plenior, ut breuitas, uel longitudo febris expectatur. Nam in longis plenius nutrimus:

mus:in celeribus,parcius. Victus sit incidens & abstergens,coctu facilis. Vrinæ & sudores paulo calidioribus, quam in tertiana moueantur. Iam apparentibus signis coctionis,Gal.hordeatis aliquid piperis adiecisset,amygdalino lacti aliquot amygdala amara commiscere licet, alioqui amygdala dissoluemus ex decocto rei, quæ incidat & detergeat. Græci mulsa utebantur, in qua hyssopus ferbuisset,aut aliquid tale,quod uidelicet sine insigni calfactione & exsiccatione urinas ducat. Qualia sunt spica celtica,cinamomum,radices apii hortensis, semina anethi,fœnicul.comæ absynthii, qua post septimum utebantur. Oxymel quoque conuenit conditum aliquo aromate,ut spica uel cinam.puluere hyssopi,menthæ, calamenti,stechade.

Potiones auté dilues magis aut minus, pro ratione febris,materiæ,quæ febrem facit,temperamenti,ætatis,téporis & similium. Iam ferè paratur hydrosachar.ex lib.i. aquæ coctæ col.per manicá Hippocratis cũ unc. iii.facc. & 3.s.cinamomi uel 3. Veteres loco hydrosacch. mulsa utebãtur. Nunc uero in frigidiore códitione,loco sacchari,melle albo uti licet,partim saccharo,partim mel.albo.

Vbi iam apparuerint signa coctionis, molliter subducenda aluus est ex iis,quæ postea dicentur. Non omittédum,quod Hippoc.primum,deinde Gale. & Auicennas annotarunt,uomitum à cibo tam efficacem esse in hac febre,ut hoc uno remedio permulti conualuerint.

Historia est apud Hippoc. de uxore Theotimi,quam mulso succo granatorum percurauit, inde uomitu citato. Licebit itaque uti oxysacchara tepida, uel oxymelite simplici cum aqua tepida, in qua sex rotulæ raphani coxerint,statim à cœna. Alioqui.

R.hydromelitis unc.ii.decocti hyssopi unc.ii.s. detur tepidum à cœna.

Nostra ætas non feret tenuem uictum, quem veteres præscripserunt. Nutriemus itaque, vt semel in die comedant, remissionis uel intermissionis tempore. Vino tenui uti licet extra accessiones. Pullus iam satis adultus in aqua coctus cum borragine, cerephylo, oxa-

lide,petroselino,hyssopi modico:coques autem ad putri laginem,&si uis,iusculo sacchari aliquid iniicies.

Hordeato & lacte amygdalino uteris, sed bene conditis saccharo,uel melle albo. Ptisana vulgari, in qua anethi coma,aut aliquid seminis eius,apii,fęniculi,spicæ,cinam.piperis maduerit,uti oportet, aut in ea octauã partem sacchari,uel mellis albi liquefacies. Poteris imperare hanc ptisanam.

R.hordei mundati qr.i.hyssopi, glycyrrhizæ mundatæ ana ℥ s.iuiubarum,passul.mundatarum, cicerum rubrorum ana unc.i.fiat decoctio in aqua purissima ad lib. ii. Colatura passetur per manicam Hippocratis cum unc. iiii.sacchari. Fiat ptisana clarificata & aromatizata cum scrup.ii.cinamomi,uel mulsa,uel hydrosacch.parabitur ex aqua,in qua pugilus spicæ celticæ, aut stechados efferbuerit. Materia clysterum, quibus interuallis utendũ est,furfuribus,hordeo,chamemelo,meliloto, absinthio, anethi coma,beta,scariola,ficubus pinguibus,addita etiã lactuca,portulaca,acetosa,si refrigerandi consilium est. In decocto lib.olei communis aut chamem.unc. iii. mellis communis unc.ii.dissolues. Nonnunquam etiam uel cathol.ʒ.vi.uel diaphenici aut benedictæ ℥.s. Suppositoria acuantur cum ℈ ii.hieræ picræ & ℈ i.salis gemmæ.

Purgationes conueniunt ex rhab. mixta parte agar. trociscati ut utriusque scrup.ii.Sex.ʒ.catho incorporentur. Alioqui pauperibus imperabis.ʒ.vi.catho ʒ. ii.diaphenici cum hydromelite uel diaphenici ʒ. ii. agari.ʒ.i. cum hydromel. Quòd si ab infirmitate uentriculi metuatur.

R.pul. hieræ picræ recentis, rhab. electi torrefacti & subtiliter pulueri zati ana scrup. ii. incorporentur ʒ.iii. terebinthinæ fiat bolus coopertus auro uel nebulis ut facilius transglutiant. Laudantur pillulæ de rhab.maxime Autumno,de eupatorio.

R.aloes,rhabarbari,mirabola.citrinorum, succi agrimoniæ ana ʒ.s.uniantur cum succo endiuiæ aut fœniculi. Laudatur trifera saracenica sine scammonio Syrupi imperandi oxymel simplex oxysaccharum, Syrupus acetosu s

tosus, de scolopend. capillorum ueneris, dilutum cuscutæ, cichoreæ, absynthii, cicerum rubrorum, sed diluta saccharo & tantillo cinamomi condienda sunt. Maximè probatur syrup. de chicoreo compositus, qui etiam catholicus est. Datur ad unc. ii.

Nonnunquam quia metuitur, ne degeneret in quartanam, imperamus dissecandis humoribus & aperiendo, quale hoc est.

R. summitatum lupuli, cich. an. M. s. rad. apii, petroselini, gramin. ana unc. s. sem. melonum, cuscutæ, anisi ana ʒ. i. s. glycyrrhizæ rasæ ʒ. i. fiat decoctio ad lib. s. In col. dissolue syrup. de bisantiis & capill. uene. an. unc. i. s. fiat apozema clarificatum & aromatisatum cum tantillo cinamomi. Aliud.

R. rad. petroselini, acetosæ, graminis ana unc. s. seminis anisi & feniculi torrefacti, liquiritiæ ana ʒ. s. summitatum lupuli, fumariç, cichoreæ cum toto ana. P. i. trium florum cordialium ana P. s. fiat decoctum ad lib. s. In collatura dissolue syrup. capillorum ueneris unc. ii. oxymelitis simpl. unc. i. fiat apozema ut prius pro duabus dosibus: tempestiuus usus remissionis febris. Ab his uero cathartica imperanda sunt, quale hoc est.

R. Passularum mundatarum, hordei integri ana unc. s. cinamom sandali citrini ana ʒ. i. uiolarum P. i. fiat decoctio pro una dosi, in qua infunde rhabar. elect. ʒ. ii. expressioni collatæ, adde syrup. de cichoreo simpl. unc. i. fiat dosis. Aliud.

R. hordei integri P. i. summitatum lupuli, & absinthii, cichoreæ, eupatorii ana P. s. seminis melonum, & cucumeris ana ʒ. s. stechados arabici ʒ. i. folliculorum senæ mundatorum ʒ. iii. fiat decoctio ad unc. iiii. In collat. infunde rhabarbari electi scrup. iiii. agar. trociscati ʒ. s. Expressioni adde sacchari albiss. unc. s. santali citrini & cinamomi ana scrup. i. Probatur inunctio hypochondriorum ex oleo de cydoniis, de absinthio, chamemelino, anethino, & alia quæ stomachum corroborant. Balneum quoque probatum antiquis post signa coctionis. Sed iam usus eius exoleuit & perit industria parandi

quæ

quæ ſuſpectum auxilium reddunt.

De Semitertiana.

DE hac febre parum conſtat inter veteres Medicos, dubitatumq; vtrum continua an intermittens, qua in re etiam Gal. dubius eſt. Ex tertiana interim ſemitertiana fit, inquit Gal. & contra: eademq; ferè habet accidentia, ſed hæc periculoſa Stomachum & neruoſa lædit, lethargicas attonitasq; paſſiones infert, colliquat corpus, animi deliquia excitat, profunda uehementer commouet, typo fero & periculi pleniſſimo, ætati virili familiaris, Autumno peculiariter commouetur, tumq; periculoſior frequens Romæ, in Aethiopia & toto littore tractuque terrę, ubi cœlum calidius cum aduentitia humiditate. Non ſemper continua, ſed aliquando intermittens, acutis nō ſolum, ſed diuturnis connumeranda ex Hippocrate. Auicennas author eſt, ad 7. menſem aliquando protrahi. Mitiſſima, acceſſiones habet 24. horarum: mediocris 36. fortis 48. aut iam cōtinua eſt. Primo epidimion & 2. de diff. feb. multis diſputat Gale. cōtra Agathinũ & Archigenẽ continuã eſſe, nec poſſe ex duabus intermittentibus cōponi, aut ex duabus cōtinuis. Peſſimum uero hoc genus febrium, quæ in crudis & bilioſis humoribus incẽduntur. Cæterũ duplex eſt ſemitertiana. Altera ſimpliciter, ideſt, exquiſita, quæ ex quotidiana continua bilioſa, tertiana æqualiter mixtis bile & pituita conſtans, primo die horrificas habens acceſſiones, & ingeminãtes: horrificas quidem ex natura intermittentium. Tertiana, rigorem: quotidiana, frigus facit. Itaq; mixtis cauſis frigoris & rigoris horror, qui horum medius eſt. Ingeminatio vero propter naturam humorũ, commota bilis putrefacit de integro pituitam. Pituita putrefacta calorẽ accẽdit, & bilem acuit, ita fit ingeminatio horrorq; inæqualis. Hæc ſtomachi labor eſt, totiusq; neruoſi generis. Secundo die, quo quotidiana continua ſola regnat, nullus horror eſt, tertio die, eodemq; primo. Eſt & altera ſemitertiana non exquiſita, in qua alter humor ſuperat. Vter uero ſuperet, ex ſignis conijcies. Nam ſi bilioſæ febris indicia ſuperant, bilis pituitam uincit: utriuſq; autẽ ſymptomata

ptomata concurrunt, seseq; proferunt. Quo enim tempore biliosa inuadit, rigor: quo desinit, uomitus, sudor, deiectio. Cum uero pituitosa, frigus, cæteraq; quotidianæ sese ostendunt. Quo uero tempore uterq; humor confusus incenditur, symptomata confusa medium quid efficiunt. Sed interim semitertianę tertiana cõplicatur, qualis est historia mulierculæ 2. de Crisibus, uariè quidem scripta in Græcis codicibus, nec satis fideliter uersa à Latino interprete. Ergo semitertiana cum horrore inuadit, diebus imparibus: paribus uero tantum frigus est, inæqualis pulsus, calor quoque inæqualis. Modo enim increscit, quasi procedat accessio in statum, aut in medio sit augmento: modo derepente horror inuadit, extrema frigent, calor in medium corpus contrahitur, soporosi fiunt, è stomacho laborant, conuelluntur, urina fere crassior ac turbulenta. Animaduertendumque in hac febre, num aliquando proferant se signa propria tertianæ. Sic enim tertiana complicata semitertianæ. Rursus uidendum est, num semitertiana sit, cum tertiana quotidiana complicata est. Neque idem est apud Medicos epiploci, idest, complicatio febrium & semitertiana. In semitertiana, bilis & pituite omnino confusa sunt, & æquali proportione mixta. In semitertiana quotidiana, ferè continua est, tertiana intermittens. In semitertiana, neque quotidianæ, neque tertianæ propria signa apparent. Sed ueluti ex duplici horum genere unum quoddam confusum & mixtum genus coalescit. In complicatione uero manent integra signa tertianæ, integra signa quotidianæ, quæ suis interuallis proferuntur. Huius febris semitertianæ, & proximorum generum Cornelius Celsus lib. 3. ex Asclepiade ex eodemq; authore Aurel. meminerunt. Est & alia de nomine controuersia. Ridet Gale. primo Epid. qui nomen tale semitertianæ indiderunt, propterea quòd potius dupla tertiana appellanda sit. Duplicat enim accidentia omnia tertianæ, eademque duplo peiora habet, non dimidio minora, uel clementiora, quod sonare nomen semitertianæ uidetur. Secundo de differentiis

tiis febrium inſtitutionem nominis approbat, quòd dimidio ſui ſemitertiana conſtet tertiana. Nec id reprobat ex Agathino lib. de typis. Ratio nominis ad curationem nihil pertinet. Recentiores Medici eadem ferè dicunt. Alii tria genera inſtituunt. Minus, in quo pituita in uaſis putreſcit: extra uaſa, bilis. Medium, in quo bilis putreſcit in uaſis, & extra vaſa pituita. Peſſimum uero tertium genus, quod continuum eſt ac ferè interficit, urinę rufæ, ſpiſſæ, ſuperiore ex liuido flaueſcunt, pulſus durus, inæqualis, frequens, dolor eſt capitis, grauitas, ſopor, ſed à quo uocati ſtatim excitantur, cui ſi ſuccedit acuta febris, admodum lethalis eſt. Curationes temperant mixta curatione tertianæ & quotidianæ. Eadem ferè curatio, quæ tertianæ nothæ, niſi quod in ſemitertiana maior pituitæ ratio habenda eſt. Itaque deſcripta curatione quotidianæ, & repetita, quæ in tertiana dicta eſt, ſemitertianæ curatio fiet manifeſta.

De febribus horrificis.

FRix Græcis, horror eſt, unde febris phricodes, horrificæ. Horror remiſſus eſt rigor, media quædam affectio inter rigorem & frigus. Is autem fit calore flauæ bilis humorem crudum commouente, & putrefaciente. Itaque febres omnes horrificæ, ſuccenſa bile, in crudis humoribus enaſcuntur, atque utroque humore æqualiter mixto, ſi quidem cruditas putrefit in uenis, bilis extra uaſa, exquiſita fit ſemitertiana.

Aliæ febres horrificæ, in quibus horror repetit, breuibus interuallis & eadem acceſſione, eſtque eiuſmodi motus horrificus inæqualis, cum uidelicet natura conatur excludere materiam. Sed hæc propter craſſitiem, aut quia denſior cutis eſt, uel denique quòd natura non ita robuſta eſt, reſiſtit, nec poteſt diſcuti. In hoc genere tardiſſime incaleſcunt, longaque ſunt, & principium acceſſionis, & incrementum. Aliis ſimul atque motus bilis remiſſus eſt, nouus redit inſultus, quia dum calor affligit corpus, frigidi humores putrefiunt, nouamque acceſſionem commouent, & inde frequens reduplicatio, quam anadiploſin uocant, fitque ut ſuccedens acceſſio

longe

longe ſit deterior præcedente,quia iam laſſata uirtus eſt priore acceſſione.Sudores in his febribus mali. Etenim ui exprimuntur,non uictoria naturæ effluunt. Idque uel propter crudorum copiam,uel uirium imbecillitatem. Frigent extrema,uruntur intima,ſoporoſi fiunt, uentres cruda deiiciunt,urinæ crudæ,decolores,tenues,alias turbulentæ,& craſsitudine præditæ, nullo ſedimento, aut malo, inæquali,diuulſo. Faſtidia,animi deliquia, ſyncope, conuulſiones, mala omnia. Peſſimæ enim febres, ut ante diximus, in quibus crudorum copia bili confuſa eſt.

Curatio,ut ante,mixta, niſi quòd ſumma ratio adhibenda eſt, ut intelligamus ultra materia ſuperet, cruda an bilioſa.

De pituitoſis febribus.

OMnem humorem frigidum & humidum in corpore pituitam appellari ſcribit Gale.2.de diff.feb.Generatio pituitæ ab infirmo calore eſt, cibis phlegmaticis, intemperantia uitæ, otio, intempeſtiuis exercitiis, ætate puerili, & ſenili, hyeme, conſtitutione cœli humida. Tria eius genera à Gale.ferè ſtatuuntur. A forti frigiditate,acida: a calore præter naturam, ſalſa. Vbi uero leuiter affectus calor, & pauca eſt frigiditas,dulcis & fatua.Salſa,ſitibundos: acida, famelicos:dulcis ſomnolentos facit. Acida concoqui debet: ſalſa repurgari: dulcis & fatua,naturæ relinquendæ ſunt, quia facile in ſanguinem conuertuntur. Fit aliquando, ut phlegmaticus cibus non coquatur in uentriculo: quod inde generatur, cruditas eſt,non pituita,aut pituita cruda dicatur, quæ appetentiam tollit,inducit faſtidia,& pallorem. Qui humor à cerebro per nares emungitur, aut diſtillat in corpus,pituita non eſt: quemadmodum nec humor ille uitioſus & crudus,unde pruritus,ulceroſus affectus,lepra, ſcabies,& alia eiuſmodi.

Saliua ore contenta potius pituita eſt. Vniuerſali nomine hæc omnia pituita ſunt. Frigidiſſima & humidiſſima pituitæ ſpecies,quæ uitrea appellatur, ouorum albumine perſimilis, uel uitro fuſo, uehementes dolo-

res

res infert,& quasi palo fixo impetentes,ubi loco calido, aut laxiore intestino impingitur, frigus infert, si immota est. Si uero mouetur per sensilia,rigorem, ut acida,cõmouet. Nam & acoris est particeps, unde subacidarum genere sunt,qui comprehendant. Leuiter hæ putrefactæ aut ex parte Hepialem inferunt. Vbi uero putrescunt magis,præcedit rigor,febris. Alia dulcis rigorem nõ infert. Oportet ergo cum de pituitosa febre agitur,diligẽter animaduertere in quo genere pituitæ febris incenditur. Nam ex eo, & curandi ratio euariat,& præsagium certius instituitur. Græci fere in genere de febre quotidiana scripserunt: Arabum familiæ plenius distinxerunt.

De febre quotidiana.

FEbris hæc raro aduenit sine offensione stomachi, & hepatis, pulsu minino, raritate medio inter pulsum tertianæ & quartanæ, tarditate simili tarditati pulsus quartanæ. Accessionum initia habet circa uesperam, & noctu magis, quàm interdiu uexare consueuit. Non inuadit cum rigore, sed frigus uehemens est partium extremarum: aliquando & horror quidam est. Difficulter eius materia accenditur, uixq; in calorem commutatur frigus unde locum habet incrementum: materia est crassa & frigida, pigra ad motum, calor non ita magnus, pori angustiores ac fere constricti, ex quo fit, ut materia non possit tam celeriter discuti. Atque inde accessiones producuntur, aliquando ad horas octodecim: atque ubi desiit accessio, uestigia quædam febris reliqua sunt. Vnde nõnullis non tam intermittens, quàm continua credita est. In declinatione sudores nulli, aut si qui sunt, à multitudine materiæ, nõ uictoriæ naturæ excitantur. Postea iam progresso morbo, paulatim sudor effluit. Primum quidem certis partibus, deinde uero toto corpore emanat, calor ferè similis ei qui fumoso igni comparetur, humidus uaporosus, non deurens, sed tantum leuiter acris est.

Aegri non uruntur, non iactant corpus uehementius, non nudant pedes, aut pallia deiiciunt. Neque uehementer spirant, aut efflant igneum. Non appetunt frigidam, & leuiter sitiunt.

Vrinæ

Vrinæ albæ, tenues, aqueæ, crudæ initio, progressu temporis crassescunt, multumque deponunt sedimentum. Frequentior febris hæc constitutione phlegmatica, quam proximè descripsimus. Longa quidem ex ratione materiæ, sed non ita periculosa. Addunt Auicennas & Arabum sectatores, grauitatem capitis, totiusque corporis, sopores initio accessionis inæqualitatem frigoris partium extremarum, animi deliquia, syncopas. Atque ex ratione generum pituitæ ita distingunt. Primùm quidem ex eo quod gustus indicat salsus, dulcis aut acidus. In salsa horrificus motus est, urina rufa, mediocri substantia. Pulsus fortior, uelocior, densior quàm in cæteris pituitæ generibus, incertis nec statis temporibus commouetur, sitis maior est nausea à frigore, calor sequitur, à calore sudor.

In phlegmate naturali fatuo, saliuatio, urina citrina uel alba & spissa, pulsus tardus, rarus, nullus saliuæ gustus, grauitas capitis. In phlegmate dulci urina rubra uel subrubra, per totũ spissa, pulsus uelox, densus, paruus, inuadit media nocte. In declinatione sudor, oris amaritudo, sitis, capitis grauitas, excrementa fętida. De uitreo in epiala & aliis. Excrementa omnibus quotidianis deiectiones & uomitus periculosa.

Curatio.

Primis diebus cum urinæ tenues, sæpe etiam albæ, utendum est incidentibus & aperientibus: materia enim crassa quam incidi oportet, & iisdem medicamentis liberantur obstructiones. Verùm in salsa & dulci iis quidem leuioribus & paucioribus diebus utendum est. In uitrea & acida, fortioribus, idque pluribus diebus Græci & Arabes ad 7. diem iis utuntur. Iustus terminus definiri non potest.

Conueniunt itaque oxymel simplex, & hoc leuior syrup. acetosus, aqua sacchari condita cinamomo. Fortiores sunt oxymel diureticum, scylliticum, syrup. de duabus & quinque radicibus, & alia descripta capitibus morborum phlegmaticorum Laudatur plurimùm melicratum, hyssopi, thymi, pulegii, stœchados, rerumq; similium.

Verum habenda est ratio, ut iusta sit proportio mellis ad aquam. Nam ubi natura ęgri frigida est, materia febris contumax, frigidum anni tempus, & cætera eiusmodi, sexta pars mellis misceri potest, alioqui uel octaua uel nona, hocque perpetuo meminisse oportet. In usu syruporum oportere aliàs plus, aliàs minus dilui. Neque consuetudo recipienda, quæ tantùm duplum aquæ aut similia liquoris imperat, ut syrupos diluat.

Iam præparata materia, si quidem urinæ crassæ & rubentes appareant, uidendũ est, an phlebotomia cõueniat. Nam & antè, si tales urinæ fuerint, conueniet multò magis, ubi uel pituita dulcis, uel salsa est. Arabes calida constitutione cœli, dextram basilicam: frigida, sinistram pertundunt. Oportet autem parum detrahere.

Quod autem ad purgantia pharmaca attinet, neque cassiam, neque tamarindos, aliaque eiusmodi leuiora recipiunt. Quia stomachum offendunt, & tantùm quod est subtile, euacuant. Itaque & aloe, turbith, carthamo, & aliis, quæ dicentur uti malunt. Et quia semel non potest repurgari tota materia febris, epicrasi utendum est. Primum enim, ut ante dictum est, materiam incidimus & obstructiones liberamus, tum pharmaco utimur, eoque leuiori, sed quod stomacho nõ noceat. Quinetiam omnibus medicamentis commiscere oportet ea, quæ stomachum roborant. Etenim in quotidiana stomachus ferè laborat, idque meminisse oportet salsam & dulcem pituitam leuioribus deduci posse, uitream & acidam non posse. Propterea in dulci & salsa poterit conuenire hæc potio.

R. summitatum absynthii P. ii. passularum P. i. glycyrrhizæ. sem. anisi, & fœniculi ana drac. s. Fiat decoctio, in qua dissolue catholici unc. i. mellis rosati colati unc. s. Fiat potus.

Catharticum Auicennæ.

R. mastichis, zinziberis, turbith bene gũmosi ana ℈. i. sacchari albiss. dra. i. cum decocto passularum fiat potus. Licet uti pil. elephangınis, de hiera, assaieret, ut sint harum ℈. ii. agarici ℈. i. laudantur quoque hæ pilulę.

Pilulæ

Pilulæ compositæ.

R.aloes lotæ in ſucco maioranæ drac.i.agar.℈.i.maſtichis,cinamomi,piperis ana Gr.viii. cum ſucco abſynthii formentur pilulæ. Alioqui.

R.pil.hieræ picræ Gal. ℈. iiii.agarici trociſ.℥.i. ſem. carthami,ſem.urticæ an.dr.s.turbit gummoſi ſcrup.i. maſtichis,roſarum,cinamomi,galangæ an.Gr.vi.ſacchari in uino albo tenui diſſoluti q. ſ. cum oxymelite fiant duæ lozengæ pro duabus doſibus. Aliud.

R.pul.hieræ diacol.ſcrup.ii.agarici trociſ.ſcrup.i.nucis moſchatę & cinamomi an.Gr.viii. cũ ſyrup.de abſynthio fiant pilulæ.

Pilulæ probatæ.

Auicennas agarici dr.i. aut ℈.iiii.corporat melli, aut eandem doſim ſem. urticæ, datque breuibus interuallis. Quæ ſequuntur pilulæ,multis probantur.

R.pul.hieræ picræ drac.i.agar.troc.drac.s.pulpæ colocynth.ſcrup.i. maſtichis ſcrup.s.nucis moſcatę & cinamomi ana Gr.vi. cum ſucco abſynthii, formentur pilulę pro duabus doſibus. Aliæ.

R.agar.albi,turbit gummoſi ana dr.ii. aloes,rhab.corticum myrobalanorum citrinorum & chebulorum ana drac.i.ſem.cuſcutæ & abſynthii, eupatorii ana drac.s.maſtichis, laccæ,aniſi, ſacchari albi,ſpicæ nardi, glycyrrh. ana Gr.xviii. eſulæ pulueriſatæ dr.i.cum oxymelite ſcyllitico formentur pilulæ.

Conueniunt tempore frigido ad dr. i. nec his tamen recentibus utendum eſt,ſed poſt menſem. Quæ ſequuntur, caput & ſtomacum uiſceraq; purgant,ſenſus acuunt, colorem reddunt,& diuturnam quotidianam ſanant.

R.aloes optimæ drac.iii.maſtichis ℈. iiii.roſarum,epithymi,caryoph.abſynthii an.ſcrup.i.laccę,cuſcutę an.℈. s. croci, eſulæ ana Gr. viii. cum ſucco abſynthii fiant pilulæ.Doſis dr..i.ad ii.dãtur breuibus interuallis.Simul atque apparebunt urinæ craſſiores & magis coloratæ, ſtomacho conſulendum eſt per ea,quæ poſtea dicentur. Conueniunt fotus ex oleo cham anethino,iaſmino, quibus totus uenter fouendus,ſpina inungenda eſt. Idque

cum frictione. Laudata est ueteribus frictio ex tela araneæ, quæ imbuenda est prius oleis supradictis.

Laudantur quoque diuretica. Balnea quoque in declinatione.

Sed neque frictionibus, neque diureticis, neque pharmacis, multo minus balneis utendum est initiis febris.

Quod ad clysteria & suppositoria attinet, ubi resistit aluus, imperari possunt. Comparantur autem ex eorum decocto, quæ incidunt, attenuant, & flatus discutiunt. Inflantur enim magna ex parte præcordia iis, qui quotidiana laborant. Vomitus quoque maximè, ubi nausea est, & iis qui facilè uomunt, utilis est.

Post initia iam uacuato corpore dantur hora ante accessionem aquæ sequentes.

R. theriacæ uel mithridati dr. i. propinetur ex uino tenui. Probatur quoque decoctum apii, uel quod sequitur.

R. zinziberis, origani, ameos ana dr. iii. coriandri præparati dr. iiii. rosarum, calamenthi ana dr. iii. passularum drac. i. coquantur libr. vi. aquæ ad consumptionem medietatis. Dantur ℥. iii. hora ante accessionem. Vitæ ratio institui debet ex iis, quæ coquunt, attenuant, incidunt, & ut progreditur morbus, horum uis augenda est. vinum album, tenue, aut uermiculum.

Abstinendum est multis iusculis, quia nec coctionem ita iuuant, & replent caput: nec stomacho amica sunt. Quibus si utimur, alterare oportet iis, quæ has noxas prohibeant. Adultis auibus utendum est, potius quàm iunioribus.

De febre Epiala.

EPialon Græci uocant algorem, & febris genus in quo sensus totius corporis inæqualis est. Nam simul algent & calent. algor quidem uehemens est, & calor mitis. Hinc epialon appellatum uolunt, ἤπιον Græcis blandum & mite est.

Pituita uitrea omnium humorũ, qui in corpore sunt, frigidissima est. Illa siquidem integra est, neque putrefacta. Inexpugnabile frigus infert corpori, & ea, quæ superius capite de pituita dicta sunt.

Vix multa colligitur in corpore, eiusque causa, uel ciborum materia, uel languidus calor, uel utrumque. Si tota putrescit, quotidiana febris est: si tantùm ex parte, epiala.

Itque huius febris materia pituita uitrea est, non in totum, sed in partem putrefacta. Quæ pars non putruit, algorem: quæ putruit, uapores calidos dimittit in corpus, unde febrilis sensus. Initio oscitatio, pulsus minimus, tardus, rarus, urinę crudæ & aquosæ, quotidie ferè inuadit. Accessio à 4. horis ad 24. sed ferè breuior. Aliquando tertio quoque die, aut quarto commouetur, fortasse etiam maioribus interuallis. Neque falli oportet, ut tertianam existimemus, uel quartanam: quia tertianæ uel quartanæ periodis moueatur. Ad cognitionem huius febris antecedens uita, cœlum, ætas, temperamentum, & cætera adhibenda sunt.

Hic abstinendum phlebotomia. Medicamentis incidentibus, & calfacientibus utendum est. Hyssopi, calamenthi, origani, thymi, stœchados. Melicratis, quibus quarta pars uini poterit commisceri. Alioqui syrupis utimur in curatione quotidianæ descriptis, initio facto a leuioribus, ut syrupo acetoso, oxymelite ad fortiores, ut oxymel compositum, scylliticum, & similes.

Iam incisa & concalfacta ex parte materia, utendum erit medicamento ex puluere hieræ picræ. Gal. pul. hieræ diacol. ana drac. s. uidendumque erit, ut recentes sint, & electæ species, & quibus pulueres componuntur. Post purgationem redeundum est ad incidentia medicamenta & alimenta. Atque interuallis glandibus & clysteribus acrioribus utendum, in quibus pulueres proximè dicti dissoluuntur ad unc. s. Probant thermas siccas, ubi iam se produnt signa coctionis. Meliores thermę, si ex rebus incidentibus & calfacientibus comparentur. Itaque calamenthum, menthам, origanum, roremarinum, thymum, satureiam, stœchada, & alia eiusmodi, quatuor partibus aquę, & una uini incoquemus, atque inde pro ratione uirium, thermas comparabimus. Valent statim à thermis diatrium pipereon, diacalamynthes, aurea alexã-

drina, dianthos & similia data ex uino tenui. Dosis dr. i. Poterit quoque his uti tempore matutino. Sed optimum fuerit statim à thermis fricari corpus, sed spinam maximè: deinde inungi oleis suprà numeratis ca. de quotidiana, aut iis, quæ capite de Paralysi scripta sunt. Post hæc reponatur in molli lecto, & sumpto diatrium pipereon, uel simili, conquiescat.

Vitæ ratio eadem, quæ in quotidiana, sed attenuet magis & incidat.

De Quartana.

QVartanæ materia succus melancholicus, uel atrabilis: quorum generatio apud Græcos superassatus sanguis, uel flaua bilis.

Arabes torrefacta pituita etiam melancholiam gigni existimant. Quartana alia primùm inuadit: alia febres alias sequitur, maximè erraticas, quā κατὰ μετὰ πτωσιν appellant. Arabes uerò quartanam notham hanc faciunt, de qua Apho. 29 lib. 3. Prognost.

In quartanam uerò firmatur febris, quoties intermittit, præhenditque modum erraticum Autumno propè est, & cùm tricesimus, aut tricesimus quintus agitur annus. Febrium enim præcedentium materia non solùm putrescit magis cum tempore, sed torrefit, ac uelut cinis quidam relinquitur. Quæ materia torrefacta, si aliis quidem partibus putrescit, feruet & commouetur.

Aliis uerò non putrefit, neque feruet, neque commouetur, quibus febris erronea fit. Contrà uerò, si æqualiter hæc fiunt in corpore, quartana fit. Hoc genus quartanæ nothæ ætati consistenti magis familiaris. Quæ uerò quartana uera est, declinanti ætati, hoc est, post 35. annum. Qua ætate languescit calor, sanguis melancholicus colligitur, densatur cutis, & putrefacto sanguine melancholico, quartanæ excitantur.

Aestate quartanæ breues magna ex parte, quia humor tenuior est, cutis laxior, & materia facile discutitur.

Autumnales longe, maximè quæ hyemem attingunt. Harum materia crassior, cutis durior, externum frigus est, quod excretione prohibet, & materiam febris intrò repellit.

repellit. Nec perpetuo Aeſtate breues, ſed cùm materia tenuior, ſanguis tempeſtiuè detrahitur, & iuſta uitæ ratio obſeruatur.

Aliæ febres, uitio hepatis: aliæ, uitio lienis: nonnullæ, uitio uentriculi. Ab hepate color albidus, ſubtumidus corporis habitus, urinæ ſubrufę ſandaracæ colore: dextrum hypochondrium intumeſcit, maior ſpirandi labor & tuſſis, quàm à liene. Atque hinc ineuitabilis ferè Hydrops. Aliquando uitio uentriculi crudus humor Vere potiſſimùm colligitur, tam craſſus & cõtumax, quàm atra bilis. Hinc quartanam gigni poſſe ſcribit Ariſtoteles, id eſt, febrem, quæ quarto quoque die repetit. Nec id quidem repugnat Græcis, aut Arabibus Medicis. Etenim pituita quantitate pauca, ſed conſiſtentia multùm craſſa & uiſcida quartanarios, aut etiam rariores, circuitus facit. Sed quæ quartana hæc eſt, ad Epialam referri poteſt. In uera ac ſimplici quartana, quæ ſæpiſſimè contingit, initio quidem frigus eſt, quod in altum penetrat, ut etiam oſſa pertundere uideatur, calor ſequitur non ita magnus. Non deſinit in uomitus bilioſos. Tenues ſunt urinæ & aqueæ, pulſus paruus, rarus, debilis, tardus, occultus, quarto ferè die repetit. Aliquãdo tardius Autumno, & ætati declinanti familiaris, melancholicis naturis magis etiam, ſi conſtitutio anni frigida & ſicca eſt, uita refrigerans & ſiccans.

Poſt initia rigor fit, in declinatione ſudores fluunt.

Quòd ſi etiam lien intumuit, diuturnius malum eſt, quàm ſi ab hepate ortum ſit. Reſiſtit aluus, facilior, in ſiniſtrum latus decubitus, metuitur hydrops. Soluuntur quartanæ urinis craſſis, aliàs albis, aliàs nigris, euntibus menſtruis aut hęmorrhoidibus fluentibus, profluuio ſanguinis è naribus, abſceſſu in crura. Acceſſionem ferè habet 24. horarum, aliàs breuiorem. Quartana ſalubris eſt, neminemque iugulat. Quòd tamen intelligi debet non ſimpliciter. Senes enim magna ex parte interficit. Aliquando quoque uiſcerum tumor eſt, defluxio in uiſcera, aut aliquid tale, unde mortis periculum eſt. Producitur ferè in tertium uel ſextum menſem, aliquando in an-

num. Auicennas in 12. annum produci ſcripſit. Nec id mirum. Nam Mecœnas tota uita perpetua febre laborauit, ſupremo triennio nunquam dormiuit.

Ad genus quartanarum longiores periodi referri poſſunt. Hyppocrates quaſdam quintanas, hasque peſſimas facit, quæ aliàs ante fiunt, aliàs tabidis ſuperueniunt & interficiunt. Idem ſeptimanas longas, uerùm non lethales. Præterea nonanas cæteris longiores, ſed non lethales.

Verùm Gal. hæc non Hippocratis, ſed alterius eſſe putat, ſcribitque nullas ſe uidiſſe periodos ultra quartanarium. Agnoſcit tamen aliquando fieri poſſe, ut à præcedente febre ſemen aliquod relinquatur, neque iuſta uitæ ratio obſeruetur, atque inde fieri, ut uel 7. uel 9. 5. uel 6. die repetat febris. Verùm non protinus quintana, ſextana febris eſt. Quòd ſi in ratione uitæ nihil peccatum eſt, & fiant eiuſmodi periodi, quintana ſit febris ſextana, &c.

Paulus quartanæ periodos interim producit ultrà quartum. Epiales circuitus rariores aliquando quàm quartanarij.

Razes & Auicennas, aliorum quoque experientia eiuſmodi circuitus cognoſcunt. Rariores etiam, ut qui repetant 15. quoque die, ſemel in menſe, ſemel in anno. Exiſtimantque hæc fieri à materia melancholica, pauca & craſſiſſima, quàm exuſta craſſior pituita generauit. Nec ſi ultrà quartanariũ, circuitus quintani, ſeptimani, & alii admittentur, non propterea nouæ humorum ſpecies fingendæ ſunt.

Curatio.

Cum quartana clementer agendum eſt initiò. Neque medicamentis catharticis natura irritanda, medicamenta quoque incidentia, & (ut uocant) digerentia media ſint. Nam quicunque initiò non ſolùm catharticis, ſed etiam fortius incidentibus, & digerentibus utuntur, ea ſimplici quartanà, duplicem omnino maiorem & difficiliorem, ex duplici triplicem, uel omninò ambas maiores, difficilioresque reddiderunt. Nonnunquam intem-

peſtiuo

pestiuo usu remediorum continua fit, quę ægros occidit. Tempora igitur huius febris diligenter animaduertenda sunt. Neque urina sola, sed omnia accidentia considerranda sunt. Paroxysmi inter se comparandi, uidendumque an grauiora, an minora accidentia superueniant. Verùm quod ad pharmaca attinet, non perpetuò expectanda sunt manifesta signa coctionis. Aliquando enim multa materia est, corporibus neruosis impacta sequiturque paralysi, cuius si qua ostenduntur signa, etiam si manifesta coctio non apparet, maioribus remediis utẽdum est. Neque leuioribus pharmacis, & clysteribus interdictum est. Verùm, ut primæ uenæ leuiter repurgentur, exhibebitur cassiæ fist. vnc.s. Aestate in sero caprino dissolutæ. Hyeme uerò in hoc decocto.

R. passul. P.i. foliorum sennæ drac.i. cinamomi scrup. s. Fiat decoctio pro una dosi, in qua dissolue uel cassię, uel catholici ℥.s. Alioqui ex iusculo galli uel capi alterato cũ multa borragine, buglosso, apio hortẽsi, lactuca, scariola, infundimus drac.ii. foliorum sẽnæ, & iusculum colatum sorbendum exhibemus, uel eadem folia liquidiore iure pisorum, aut cicerum rubrorum incoquimus, butyrum & modicum salis adiicimus, cinamomi etiam puluisculum, & ita damus. Eadem folia in puluerem redacta pondere drac. ii. inspergimus, decocti absynthii ℥. iii. Frequens usus ueteribus fuit epithymi. Nunc folia sennæ plurimùm usurpantur. Iam apparentibus signis coctionis utimur agarico, pul. hieræ picræ, hieræ diacol. quibus folia sennæ trita commiscemus. Veteres etiam elleboro, quidam lapide armeno & lazuli, fortioribusque catharticis, quæ ex cap. de melancholia repetenda sunt. Quod ad digerentia attinet, cõueniunt syrupi capil. uen. de lupulis, scolopendrio, adiãtho, uiolatus, de pomis, de fumoterræ, oxymel simplex.

Deinde etiam apparentibus signis coctionis, oxymel diureticum, syrupus de bizantiis, oxymel scylliticum. Alioqui melicrata ex absynthio, eupatorio, chamædri, scolopẽdrio, radice capparis, fœniculi, petroselini, rusci genistæ, fraxini, polypodii, tormentilæ, tamarisci, gly-

cyrrh...

cyrrhizæ,& similium. Aut ex his syrupos comparamus, fereque passul. borrag. cuscutam, scariolam, cichoriũ quatuor semina frigida maiora, se. anisi, fœniculi, carui, sem. portulacæ, coriandri commiscemus. Mel item passulatũ prius descriptum, aliquid aceti, decoctum limacum, ranarum uiridium, succum pomorum odoriferorum.

Sed in his omnibus diiudicandum: initio enim leuiora conueniunt, ubi neque fortiter calfaciendum, neque refrigerandum est. Eligendaque sunt, quæ uel temperata, uel proxima temperatis sunt. Vsus calidorum, cũ iam uiget morbus, & apparent signa coctionis manifesta, ut sudores & urinas moueant.

phlebot^a^. Quod ad Phlebotomiam attinet, si quidem corpus crasso sanguine abundat & redundat, si gracile corpus est, si uenæ turgidæ, si suppressa aliqua solennis purgatio, uena secanda est.

Atque ubi niger & crassus sanguis effluit, pro ratione uirium, & multitudine sanguinis deplendum est. Si tenuis & flauus, statim claudenda uena est, fereque aperitur basilica, sinistri brachii, uel saluatella, si quidem uiribus metuimus. Atque aliquando periculi gratia, ut qualis sit sanguis, cognoscamus, uena inciditur.

Suppressa purgatio suo modo incitanda est. Est & in quartana thermarũ & balnei usus. A balneis (inquit Galen.) penitus arcendi non sunt: à quibus si omnino abstineant, solis contenti frictionibus plurimum iuuari possunt. Galenus uidetur omnino reiicere, nisi consuetudini aliquid concederet. Hippocrates & Arabes recentioresq; practici hoc modo utuntur. Ante signa coctionis dulcia quidem balnea, leuiter calfacientes thermas, ut breuis mora sit, permittunt, idque ante cibum extrà paroxysmum. Apparentibus uero manifestis signis coctionis, fortiora balnea & stuphas permittunt, eademque frequentiora. Quorum iusta ratio est. Nam in quartana, per initia quidem, omnis motus corporis, & animi, qui quidem uehemens sit, uitandus est.

balnea

Postea uero is conuenit, siue fiat per pharmaca, siue per potiones, & alia quæuis remedia. Debent autem & thermæ,

thermæ,& balnea ex dicta materia comparari: gratia exépli. Chamæmelum, melilotum, anethum, herba fœniculi, postea etiam calaméthum, melissa, pulegium, stæchas, origanum, coquantur aqua unde lauacra fiant & uapor thermarum excitetur. Iam apparétibus signis coctionis, à thermis & balneo tempestiuus usus est theriacæ. Quartanarios (inquit Gal.) multos sæpe hoc ordine curaui, eo die, qui accessionem præcedit uomitum à cœna commoui. Postridie manè cremorem absynthii exhibui, tum duabus horis ante accessionem, theriacam dedi, idque tam fœliciter cessit, ut posteà non redierit accessio. Hoc modo igitur ex Gal. Arabibus, & recentioribus Medicis in quartana te habebis. Vbi iam apparent signa coctionis manifesta, pridie accessionis, ex decocto sem. atriplicis uel raphani, aqua, uel ptisana tepida digito immisso in gulam pēna illita oleo, uomitum à cœna commouebis. Stomachum oleo absynthii inunges, somnum in noctem procurabis manè.

R. summitatum absynthii M.s fiat decoctio in aqua ad unc.iii. colatura detur, quę modico cinamomi condiri potest. Ex quo duabus horis antè accessionem.

R. theriacæ bonæ dr.i. dissol. in uino albo tenui ad ℥. iii. in quo calido chamædreos pugillus maduerit. Alii etiam initio paroxysmi eundem potum imperant, hocq; meminisse oportet eum diem, qui pręcedit paroxysmum, commodissimum esse & pharmacis & aliis remediis.

Alia quoque antidota interuallis sunt danda, multò magis ubi manifesta signa coctionis apparent. Plurimus usus theriacæ mithridaticæ, aureę alexandrinæ. Dosis à drac.i. ad drac.ii. ex uino, decoctione chamædreos, aqua ligustici, cuscutæ, scolopendrii, fumariæ, lupolorum, capilli. uen. ualerianæ, calamenthi & rerum similium. Probatum quoque & hoc.

R. cinamomi dr.ii. piperis dr.i. croci, mirthæ, stiracis, serapini, an. dr.s. beniouini dr.iii. rad. gentianæ dr.ii excipiãtur melle Dosis dr.s. aut scrup.ii. ex aqua calida. Eadem dosis castorei, uel bituminis iudaici. Dentur autem duabus horis ante paroxysmum. Fotus & illitiones

nes non ſolùm ſtomachi, ſed & uiſcerum primùm quidē ex iis, quæ remolliunt & relaxant: deinde additis, quæ flatus diſcutiunt & aperiunt. Conueniunt oleum chamę meli, anethi, abſynthii. Adduntur & ſemina apii, rutæ, cumini. Solenne fuit veteribus Medicis, obſeruatū quoque recentioribus, vt præter ſupradicta remedia, quæ ante paroxyſmum deſcripta ſunt, ſpinam, ſcapulas, brachia quoque inungerent. Cui rei cōueniunt oleum chamæmelinum, de cucumere agreſti, oleum, in quo roſmarinus coxerit, & ea quæ in Paralyſi dicta ſunt. Sic enim præciditur cauſa Paralyſeos, quæ aliquando quartanariis accidit. Deinde rigor anteuertitur. Probatum hoc linimentum.

R. ſucci rutæ unc. ii. olei ſcorpionum unc. 4. uini maluatici unc. 3. feruefiant ad ſucci conſumptionem, & addito ceræ momento fiat linimentum. Aliud.

R. cinamomi, piperis an. drac. 2. terātur tenuiſsimè & miſceantur, & poſtquam ſpinam oleo chamę. inunxeris, pulmonem inſpergito, ſequentibus paroxyſmis: idem & in ſcapulis & brachiis facito.

Poſt hæc autem, quę fieri debent imminente paroxyſmo, molli lecto ægrum reponito, bene contegito, lateres calidos perfuſos uino tenui odorifero, & linteolis cō uolutos, plantis pedis & uolis manuum admoueto, uel aliter contra frigus munito.

Iam uigente morbo, urinę & ſudores moueantur: Cui rei melicratum è calamentho, mulſa, in qua anethum, ruta & ſimilia coxerint, gaiaci decoctum conuenit.

De uomitu ſic habeto. Qui Iſagogem ſeu Medicum ſcripſit, initio paroxyſmi extrema calfacit, in remiſsione uomitum prouocat. Græci à cœna uomitum fere imperant.

Auicennas antè cibum, poſt cibum, hora ante paroxyſmum, initio paroxyſmi. Practici recentiores initio uomitum prouocant, & antè paroxyſmum. Commodiſsima hora eſt commota materia, & facile ſequenti. Id fit initio & remiſsione paroxyſmi: fit etiam iam cœnatis.

In Clyſteribus eadem ratio ſeruari debet, quę in phar macis

macis. Primùm enim ex remollitus uocatis, adiecto furfurum cremore, prunorum & passul. decocto. Posteà uerò ubi materia cœpit concoqui, paulò acriores clysteres conficimus. Dissoluimus autem initio quidem cassiam fistulam. Denique etiam cum materia decoctionis epithymum, folia sennæ incoquimus, hieram picram dissol. uel Galeni, quæ leuior, uel Oribasii, quæ acrior. Cuius hæc est descriptio.

R. aloes drac. ii. & Gr. vi. spicæ nardi, asari, mastichis, croci, xylobalsami ana Gr. ix. corticis rad. ellebori nigri ℈. s. terantur omnia, incorporentur ex decocto pulegii, uel succo absynthii, alioqui melle incorporentur. Dissol. autem huius picræ melle incorporatæ dr. ii. iii. qua & uti licet iam progresso morbo ad dr. i. uel ℈. iiii. si inde formentur pilulæ. Alioqui imperabis pul. hieræ picræ dr. i. pul. sennæ drac. s. incorporabiliter ex succo absynthii, in quo scrup. s. corticis rad. ellebori nigri madefeceris.

Quod ad uictum attinet, conuenit initio è materia media, interuallis quoque ab initio ad uigorem rebus acribus, ut sinapi & pipere, & salsamentis uti licet, quanquam & post uigorem tempestiuus usus est. Similiter dia trium pipereon, diaspoliticon ad drac. ii. ex unc. iii. uini uel maluatisci, uel tenuis & odoriferi, idque ante paroxysmum. Id autem fiet commode, uel 3. uel 4. quoque die. Salsamentis ueterum ferè caremus, neque ut salsamenta Græcis & Arabibus permittantur, quibusuis rebus sale conditis utendum est. Victus.

Non enim bubula aut suilla, non icthiocola seu molluta, in summa iis, quæ crassum sanguinem gignunt, quæ nimiùm siccant, quæ uiscidam materiam relinquunt, uti oportet. Nam ideo salsamenta imperantur, quia sal incidit, attenuat, discutit excrementa, siccat, uirtutem colligit, & roborat.

Vitanda sunt, quæ refrigerant & siccant, nisi temperentur aliquo, quod humectet. Siccant capillares & refrigerant. Scolopendrium & alia, quibus hic utimur. Sed aliis ut saccharo, & aqua corrigantur. Refrigerantia uerò & humectantia prohibet ex Græcis Aetius.

Auicen-

Auicennas permittit iusto modo, ut scilicet, facilis sint coctionis, boni chymi, quantitate modica, & si quidem nihil metuimus, ne inde uix concoctrix uentriculi offendatur, tumque corrigenda sunt. Numerat lactucas, endiuiam, melones, persica. Melius fuerit uti persicis cōditis, cerasis & eiusmodi fructibus æstiuis, qui saccharo condiri solent, & ita seruari. Alioqui persica coquuntur, si recentia sunt, nec condita. Cerasa duobus uasis conclusa cum modico uino macerantur. Saccharum inspergitur: ita prodesse possunt nec nocent. Vino quoque contra errorem multorum persica infundi possunt. Nam hoc à uino accipiunt, quod & inde frigiditate temperantur, nec facilè corrumpuntur.

Lactuca & endiuia leniter feruefiant. Saccharum inspergatur. Probantur conseruæ uiolarum, rosarum & borraginis. Sed perpetuò distinctio adhibenda est, ut in usu horum omnium remediorum rationem ineamus naturæ, materiæ, ęgri, cœli, regionis & reliquorum eiusmodi.

De Febre ardente.

CAusas habet, procatarcticas quidem res non naturales, quæ siccant & calfaciunt immodicè. Qualis est uehemens ardor solis, liberalior potus uini fortis, longa sitis, alimenta quæ calfaciunt & siccant. Plurimus labor, uenus, uigilia, cæteraque eiusmodi, ex quo uenæ exhauriuntur, exsiccâtur, efferuescit sanguis, affectio sequitur, quæ febris ardens appellatur, cuius indicia pathognomica eadem, quæ in tertiana: sed uehementius aucta, nisi quòd neque præcedit rigor, particulares accessiones, neque sequitur excretio. Nam hæc fieri solent in ardore cum omnino morbus iudicatur, sitis est uehemens, fastidium, iactatio corporis, lingua arida, scabra, nigra, delirium, uentris erosio, effusio alui perpallida, uigiliæ interim perpetuæ, interim profundi somni, eleuatis uaporibus crassis, qui cerebri meatus obfarciunt. Nonnunquam fatigata uirtute, uigilandi impotentia, & falsus somnus interim nimiùm reficcato gutture, uox plangosa, ac ueluti rauca, pessimum signum & lethale. Celerrimò

mè interficit hic morbus.

Quarto aut ſexto ferè die, cum à mera bile natus eſt. Nam & ardor eſt, in quo flauæ bili crudus humor aut pituita ſalſa commiſcentur. In hoc genere magno corporis perturbatio, capitis grauitas & dolor, conuulſio, à quibus mors. Vrinæ craſſæ ſunt & turbulentæ.

De ea re hiſtoriæ ſcriptæ ſunt ad Hippocr. de Praphante Philini uxore, & Sileno in epidemiis. Actuarius adoleſcentis meminit, qui poſt hoc lotium conuulſus expirauit.

Cauſa huius urinæ crudus humor & craſſus, putrefactę bilis ardore agitatus, multo præditus ſpiritu, unde turbatio & in caput ſublatus uapor craſſus & mordax, qui dolorem, grauitatem, conuulſionem, mortem denique inferre ſolet. Celerrimus hic morbus, atque periculoſisſimus. Initiò ergo præſagium inſtituendum eſt, ut calumniam declines.

Si itaque omnia ſupradicta accidentia ſtatim initio magna ſunt, ſi anxietas, timor modicus, rigor ſubinde motus, ſudor lenis in frõte & clauiculis, multa deliria ſunt, ſqualeſcit cutis, carpuntur flocci, conuelluntur ueſtes, ſtragula colliguntur, frequens motus eſt digitorum, difficilius ſpiratur, uehemens cordis motus eſt, extrema non ita calẽt, aut etiam frigeſcunt, nec facilè ad calorem reuocantur, ſi diebus paribus exacerbatur, ſi tertius & quartus difficiles ſunt, ſi urinæ tenues, nigræ, crudæ, paucę, aluus quoque adſtricta eſt, aut deiicit, quę colliquationem indicant, uel ea excrementa, quæ ab Hippocrate lethalia deſcribuntur. Si guttæ ſanguis naribus extillent, ſi non ſitit pro ratione, curatio tentanda non eſt. Sed prædicenda mors. Hyeme ferè periculoſior ardor eſt. Eorum uerò, ſi nihil eſt, aut lenia omnia, uel pauca quidem, & ea quidem minus lethalia, deſperandum non eſt.

Quemadmodum & ſpes eſt ſalutis, ſi omnino adfuerint contraria.

Differt à Synocho putrida. Synochus enim putrefacto fit ſanguine: ardor à bile. In ſynocho una eſt ab initio ad finem axacerbatio. Ardor alternis diebus exaſperatur. Iu dicatur

dicatur ferè hæmorragia, uomitu, ſudore, alui deiectione, urinis, in ſumma excretione. Genus autem excretionis his ſignis iudicabis. Sanguinem è naribus oſtendunt aures & ceruix rubentes, cætera pallida, ſpontaneæ lachrymæ, caligo oculorum. Interim cum ſplendore, grauitas capitis, colli, frõtis, & temporum, pulſatio uenarum, quæ illic ſunt, pruritus narium, contenſio hypochondrii ſine dolore, pulſatio ſpinalis arteriæ, faciei rubor, urinę, & alui excrementa ſine cauſa manifeſta candicantia, pulſus magnus, manus tremulæ.

Eſt autem ſalutaris fluxus ſanguinis, ſi die fiat decretorio, quod & reliquis excretionibus criticis commune eſt. Si è directo fluit, ſi fluit, nõ ſtillat. Stillare enim peſſimum, præſertim quarto. Verna conſtitutione, aut calida, temperatis corporibus, & bilioſis iis, qui nondum triginta annos ſuperant, magis accidit. Vomitus autem ſigna ſunt horror inferiorum partium, frigus, pulſus durus & inæqualis, mordax capitis dolor, tenebræ obiectæ oculis, uentriculi dolor, inconſtantia labri inferioris, tenuis ſputatio. Fit poſt annum trigeſimum. Pueris etiam & in febribus admodum bilioſis. Sudorem pronunciant pulſus undoſus, & præmollis, rigor proprius ferè ardoribus cùm imminet criſis, ſuppreſſa aluus ſimul & urina, ſuppreſſa urina & modicè mota aluus, deliria, incrementi partes calidiores & rubidiores, uapor calidus, humida anni conſtitutione fiunt magis, calidi eſſe debent, & toto corpore diſpergi. Aliarum excretionum nulla propria ſigna ſunt. Sed cum ſuperiorũ ſigna non apparent, & criſis imminet, inferiorem excretionem prædicimus per aluum, & urinas. Interim etiam lumbis prægrauatis, tenſis & dolentibus, menſtruorum fit eruptio ſalutaris.

Curatio.

Bilis repurganda & extinguenda. Primumque animaduertendum, utro remedio potius utendum ſit, phlebotomia, an cathartico. Inedia & omnino exquiſita, phlebotomia omittenda eſt. Suſpecta quoque in ea, quę ad ideam proximè accedit. In aliis ſi numeri phlebotomiæ conſentiunt, etiam ad animi deliquium, authore Gale-

no,

no, ſanguis detrahi poteſt. Nunc uerò animi deliquium expectandum non eſt. Veteres etiam purgationibus utebantur, alii quidem fortioribus, alij leuioribus, præferendæ leuiores. Hippocrates aſinino lacte cocto, Gal. etiam ſero utebatur. Mollibus clyſteribus ex ijs, quæ feruorem febris extingunt, uti licet. Vt paratis è ſero lactis, è decocto uiolarum, maluæ, roſtri porcini & ſimilium. Sacharum potiùs, quàm mel in his diſſolue, oleum uiolatum, potiùs quàm commune. Catharticum conueniens caſſia eſt in ſero lactis diſſoluta, aliquando etiam infuſum rhabarbarum, quæque cap. de febre tertiana dicta ſunt. Maxima pars curationis in extinguenda bile conſiſtit. Extinguitur commodiſſimè uictus ratione. Decumbat igitur loco ſuaui auræ expoſito. Quòd ſi locus ſine uentulo eſt, flabello utendum eſt.

Mollis ſit culcitra, tragula & linteamina tenuiſſima, minimè aſpera, & ſordida. Ideóque contra errorem uulgi ſubinde commutanda ſunt. Lectus amplior ſit, ut ſubinde locum commutet æger, atque ut aer qui imbibitur, frigidus ſit, corpus reliquum non ita perfletur, ac refrigeretur, præſertim acceſſionis initio, & incremento. Obſcurum aerem commendat Hippocrates. Alii neque obſcurum, neque lucidum. De ea re iam diſceptatum eſt cap. de Phrenitide. Aeſtate etiam aer cubiculi flabellis excitari ac refrigerari poteſt, aqua putealis alioqui frigidiſſima è uaſe in uas ſæpius transfundatur, ut etiam ſtrepitus ad aures ægri perueniat. Solum inſternatur roſis, capreolis uitium, lactucis & ſimilibus aqua roſarum, & aceto, aqua frigida, rami quoque è ſalicibus toto cubiculo componendi ſunt, ac ſubinde commutandi. Siccati enim iam lædunt. Quòd ſi aer non admodum calidus eſt, ſed temperatus, eo contentus eſſe poteris. Victus potus ſit magis, quàm cibus, mulſa cocta, ſed diluta noſtro more aqua cocta modico ſaccharo condita, quæ ex hordeo potiones, ſorbitiones, alimenta comparantur. Detracto cortice hordei comparentur, hordeata diluta ſint. Aqua frigida ante uigorem uſui eſſe non poteſt. Aetius permittit, ſi quintam

partem aquæ temperatæ ad aquam frigidam adiicias. Verum potius uteris aqua ut prius cocta, & modico saccharo uiolato condita, ut sit octupla aqua, suo octuplum saccharum.

Alioqui pane prius eloto abiectaque priore aqua, aquam conficies, quam panatam uocant, eamque frigidissimam propinabis, sed maxime in uigore & declinatione accessionibus, multo liberius.

Iam apparentibus signis coctionis, Pruna multa aqua cocta cibo esse possunt. Præter hæc ceratum Galen illinendum est paribus, in quibus maior feruor est, ut hypochondriis & thoraci. Dictum autem prius ex una parte ceræ, quatuor partibus rosacei simul liquaris, uase duplici comparari. Atque ubi refrixerit, in aquam frigidissimam demergi debet, subigique uel succo lactucæ, uel semperuiui, uel eorũ, quę refrigerant simul & humectant. Si in thorace feruor est, loco rosacei, uiolaceum eligendũ est, meliusque fuerit olea prius elui. Rosaceum ex aqua rosarum, uiolaceum ex aqua uiolarum, quæ quia statim incalescunt, subinde commutanda sunt. Fiunt & cataplasmata & farina hordeacea, subacta succo lactucarum, cucurbitæ, cucumeris, polygoni, plantaginis, capreolorum uitis & similium. Folia lactucæ, ramenta cucurbitæ, aut cucumeris, manibus contrectentur, & admoueantur plantis pedum. Extrema quoque aqua frigidissima immergantur, cui, si uis, tantillum uini commixtum sit. Contineat in ore, & lingua, folia portulacæ, lactucę, aut acetosę. Genitalia inuoluantur linteo subinde inculcato in miscella ex aqua rosarum, uino tenui & aceto. Etenim mirabiliter contra ęstum facit. Poteris os colluere aqua frigida, uel simplici, uel refracta quinta parte temperatæ. Veteres etiam cochleare succi rosarum, contra ęstum stomachi propinabant. Verum in usu horum omnium frigidorum, obseruandum tempus est. Nam initio & augmento febris non conueniunt. In uigore & declinatione cum iam in superficie calor diffusus est, ęstum extingunt. Alii pulmones recens mactatorum animalium, columbos, pullos, catellos diuisos, medios, raso capiti, pectori, plantis, hypochondriis

chondriis admouent, ut tepido calore, calorem igneum foras attrahant, laxatis uiis fuliginem ducant, & per accidens refrigerent.

Veteres thoraci, & pectori linteolum hydrelęo calente madefactum applicabant. Alioqui lanam, quantum manu capitur, in aqua & oleo rosaceo, uel uiolacei calefactis madefactam, exprimebant è sublimi in pectus, modicum quoque salis & aceti adiungi potest: sic enim sudorem excitant.

Ad refrigerium quoque lactucarum tenella germina, calente posca immergantur: deinde uel saccharo uiolato conspergantur.

Alioqui ex oleo & aceto comedantur. Melius oleum rosaceum, sed prius abluantur. Practici recentiores miscella ex oleo chamęmelino, aceto albo, & aqua rosarũ, hypochondrio, pectus & latera, qua maxime parte feruent, inungunt, & ita dolores mitigant. Galen. lini semine in hydrelæo cocto, & tepido admoto hypochondriis, ęstum doloremque mitigabat, oxymelite quoque diluto utebatur, multo maximè, ubi obstructionis suspitio. Quietos esse oportet, quantum febris patitur.

De syrupis & eorum usu iam ante dictum est. Familiaris est iulepus rosatus, syrupus de limonibus, uiolarum, oxysacchara simplex, syrupus acetosus. Verùm syrupos multa aqua cocta, uel aqua hordei excorticati, aquis scabiosæ, buglossæ & similibus dilui debent.

Aetius diacodio utitur, nunc syrupo de papa. de nenuph. uti licet. Aquæ conueniunt distillatæ e cucurbita, cucumere, melone, portulaca, rosis, uiolis, oxalide & similibus. Sed oportet uel quarta uel sexta parte sacchari conditi, ut fiant iulepi. Iusculis quoque alteratis, cum herbis refrigerantibus æstum temperamus. Multa uerò incidunt, ut deliria, uigiliæ, sitis, linguæ scabricies animi deliquia, dolores, singultus, tusses, colliquationes aliaque eiusmodi, contra quæ, remedia propriis capitibus dicentur.

De febre putrida continua.

OBstruuntur pori corporis, & constringuntur, quia

accidentia febris l. 37: et infra:

uel cutis denſatur frigore, uel contrahitur immodico calore, uel rerum aſtringentium contractu, uel balneorum naturalium, uel duritie obfarciuntur & impinguntur humorum lentore, craſſitie, copia. Præcluſis itaque ſpiramentis corporis, fumoſi effluxus quotidiani excrementi retinentur. Nec iam perflatur calor, & ſpiritus, quos neceſſe eſt libera tranſpiratione refrigerari, ut & excrementa diffluant, & externus aer excipiatur. Commutatur ergo natiuus calor, & alteratur in qualitatem præter naturam. Præterea humores corporis, qui motum caloris & ſpiritus conſequi ſolent, iam non perflantur, neque libere agitantur. Itaque & peculiarem quendam calorem præter naturam contrahunt, & ab alteratis calore & ſpiritu commutantur. Tria ergo iam concurrunt, quæ putredinem faciunt. Impeditur tranſpiratio, calor natiuus in igneum commutatur, hinc putreſcit humor.

Quòd ſi hæc modica ſunt, diaria fit, tantùm alteratis calore & ſpiritu, non etiam putrefacta materia. Si uerò maiora ſunt, putrefit humor. Et ſi hoc quidem in uenis, continua eſt: ſi extra uaſa, intermittens. Naſcuntur continuæ ex inflammatione partium. Intermittentes non ita. In continuis maligna putredo eſt & periculoſa. Intermittentibus non ita. Putrefit autem aliquando ſanguis, nonnunquam pituita, aliàs etiam uel flaua, uel atra bilis. Et continuę quidem materiam ferè habent putrefactam in uenis primis, quæ circa hepar ſunt, ſuiſque intermittentibus materia quidem & nonnullis accidentibus, non omnibus tamen reſpondent. Hinc febris continua pituitoſa, bilioſa, melancholica, uerùm an ſanguine aliqua ſit, non ſine re dubitatum ab antiquis: de quo certant Arabes cum Grecis. Galenus id pernegat.

Idem in problem. Aphrodiſei. Quòd ſanguis ſi putreſcit, parte quidem tenuiore in bilem, craſſiore in melancholiam commutatur.

Contra Galen. Auicennas multis diſputat. Hippocrates 6. Epid. febres quaſdam exeritros, id eſt, ualde ruben

tes

tes facit. Galenus in Commentario ualde rubentes intelligit à sanguine, materia in qua calor incensus est, unde diffunditur & calor & rubor in corpus.

Et quo tempore, ei qui continua febre laborat pulsus magnus, uelox, æqualis. Vrinæ sanis proximæ, horor nullus aut rigor, calor mitis ac uaporosus, succulentum corpus est, ætas ad iuuentam inclinans, uernum tempus, regio, & cætera temperata sunt. Verisimile admodum febrem esse sanguineam cõtinuam. Verùm Galenus negat esse putridam: alii contra Galenum certant his argumentis. Putredo (Gal. definitore) commutatio est putrescẽtis substantiæ: exempli causa, sanguinis ad corruptelam. Commutatio ergò motus est. Huius motus terminus à quo (ut loquuntur) sanguis est incorruptus: terminus ad quem, bilis flaua, aut atra, in quam, igneo calore, sanguis degenerat. In eo igitur motu substantiæ, quæ putrescit, hoc est, sanguinis forma deletur, & noua inducitur, ut iam sanguis non sit, qui sanguis fuit, sed flaua uel atra bilis. Si ergo putredo est motus, suis terminis concluditur. At uero motum esse hæc uerba indicant inclusa definitione, putredinis commutatio, & putrescentis iam acquisita noua forma. Cum iam è sanguine bilis est, motus ille desinit, ergo & putredo illa desinit. Iam uerò constituamus synochon illam Galeni sine putredine, & ex ea commutationem in febrem biliosam. In eo tempore commutationis febris est, & putredo est. Commutatio enim putrescentis &c. Febris ergo putrida est. Quòd si dicas non consequi, quęritur cum in eo motu febris sit, ea aut putrida, aut non putrida est. Nemo enim dicat non putridam. Neque enim est talis, qualis fuit quæ sanguinea non putrida dicebatur, & iam putredo cœpta est. Neque putridam cognoscit Galenus. Alioqui putrida sanguinea dicenda est. Reliquum fit ut semiputridam appelles mediam inter febrem sanguineam non putridam, & febrem, quæ fit iam mutato sanguine in flauam bilem, uel atram. Quæritur ergo cur non uoces putridam, cum portio humorum iam putruerit. Nec enim neces-

se est uniuersam materiam putruisse, ut febris putrida sit. Nec in omni febre putredo per uniuersum corpus sparsa est: sed aliquando sola parte aliqua, uel partibus resedit. Et intermittentibus putridis exiguum est, quod putruit: plurima materia integra est.

Neque satis constitutum est, cur putridam biliosam appelles iam corrupto sanguine in flauam bilem. Nam bilis illa ex sanguine facta uel putrida est, uel non putrida. Si non putrida, non erit febris biliosa putrida. Alioqui æstate, ætatis flore, cum sanguinis bona pars bilis fit, putredo esset, corruptio uidelicet sanguinis à calore præter naturam in flauam bilem. Si putrida bilis illa est, unde putruit? Nam ea ætate & æstate, cum sanguis in bilem commutatus est, bilis putrida non est. Rursus si putrida est, quæritur an bilis putrida bilis sit, an non bilis. Bilem non esse putredinis definitio & natura motus secundum substantiam, quæ mutatio appellatur, satis ostendunt. Nam putredo corruptio est eius commutationis finis. Si corruptio, ergo ab esse ad non esse motus. Bilis ergo putrefacta, bilis non est. Iam sic collige. Bilis putrida bilis non est, & tamen biliosam febrem putridam denominat. Ergo eodem modo sanguis corruptus in bilem, etiam si sanguis non est, febrem sanguineam putridam denominabis. Quòd si in tempore motus febris illa putrida est, dicetur putrida sanguinea potius, quàm biliosa. Nam lignum, dum corrumpitur, etiam dum lignum, nec dum cinis est. Eadem ratione in aliis.

Deinde quæritur an necesse sit sanguinem, qui etiam uehementer incaluit, conuerti in bilem? Quòd si necesse dicas, cur igitur in reliquis generibus febrium, quas uel pituita uel bilis commouit, sanguis non corrumpitur? Cur in inflammationibus, in bilem non degenerat? At in his etiam, ubi multos dies febris exarsit, sanguis plurimus isque integer per nares effluit. Idem è uenis integer aliquando detrahitur, & in phlegmone apostema sanguineum facit nō biliosum. Ergo corruptus in uenis febrem sanguineam faciet, non biliosam. Et cum scribit Gal. in febre

bre sanguinea sanguinem putruisse in omnibus uenis, uel ergo totus putruit, uel tantum pars. Si totus putruit, non constabit uita, toto scilicet sanguine partim in bilem flauam, partim in atram conuerso.

Oportet enim, ut consistat uita, sanguinem reliquos humores superare, qui si non superat, sed iam nullus est, nulla quoque uita est.

Si tantùm pars putruit, cur non & totus putruit? Cum toti sanguini præsens sit calor, & reliqua, quæ putredinem faciunt. Deinde si pars crassior, ut uult Gal. quæ natura sua & siccior & frigidior est, magis resistere debuit putredini, putrefacta est & in atram bilem uersa, multo magis reliquæ celeriùs putruerunt, & in aliam substantiam conuersę sunt, ut iam nullus sit sanguis. Sunt & alia permulta, quæ Arabum sententiam confirmant. Sed in eo laborandum magis, ut fideliter curemus, quàm ut subtiliter differamus.

Curatio.

In febribus putridis & continuis quædam intermittentibus respondent, nisi quòd neque rigor, neque frigus præcedit.

Non sequitur uomitus, aut sudor, intermissio nulla est, sed tantùm remissio, quarum curatio eadem in genere, quæ intermittentium est, seruata ea ratione, quæ in exquisita tertiana & ardente dicta est. Sunt & Synochi peculiariter appellatæ febres. Aliæ quidem homotoni, quia ab initio ad finem una eademq́ue exacerbatio est, ac ueluti tenor unus accessionis. Aliæ ab initio ad finem perpetuò increscunt, & Epacmasticos appellat Hippocraces, ut Paracmasticos, quę initio acerbissant, paulatim decrescunt, quibus materia est sanguis, qui in maximis uenis conclusus inguinibus & clauiculis interceptis efferuescit. Is autem aliquando superat quantitate, aliquando crassior est, nonnunquam etiam putredinem contrahit, ex quorum distinctione consilium uniuersale curationis transferri debet. Fingamus ergo Dionem iuuené, aut ea ætate, qua definit adolescentia, continua febre laborare. Pulsus magnus sit, uelox & æqualis, urinæ sa-

ma febri sinochas. exemplum dionis la... sinocha ex plenitudine.

nis proxime. Horror nullus aut rigor, calor mitis ac uaporosus, corpore bene carnoso, tumentibus uenis, sensu distentionis, rubente facie. Adsint quoque cætera, quæ sanguinis generationem ostendant. Statim colliges febricitare ex obstructione, quam efficit sanguinis plenitudo. Itaque facile consilium est.

Detracto enim sanguine tollitur plenitudo, & depleta copia sanguinis liberatur obstructio. Nihil uerò reliquũ est, quàm ut corpus, quod per febrem alteratum est, suæ naturæ restituamus. Quod quia nimium incaluit, refrigerandum est, ut hæc duo remedia sanguinis missio, & tempestiuus frigidæ usus, uel eorum quæ refrigerant & humectant, exacte percurent Synochon.

Phlebotomia authoribus Græcis Medicis ex interna dextri brachii etiã ad animi deliquium esse debet. Quòd si uires, aut alia repugnant, quo minus tantùm materiæ semel auferatur, uacuationem partiri oportet. Et in mulieribus propter menstrua, in aliis etiam propter suppressam aliquam uacuationem ea seruanda ratio, quam sæpe diximus. Repetendum quoque, ut si quid uel cruditatis in uentriculo & primis uenis, uel si quid ueteris stercoris in intestinis, hoc quidem clystere molli: cruditas uerò molli pharmaco ante phlebotomiam excludatur. Aut si res patitur & tempus, cruditas illa frictionibus, unctionibus, & aliis remediis concoquatur. Post phlebotomiam duabus aut tribus horis mulsam Græci propinabant, ex hinc hora, ptisanę cremorem. Nunc uerò mulsæ loco, quę quidẽ suspecta est in magno calore, aqua cocta, cui octaua pars sacchari commixta sit, utendum est. Deinde hordeato, loco cremoris ptisanæ.

Victus in reliquum tempus instituendus est, qui refrigeret & humectet. Is autem tenuis sit & magna ex parte in sorbitionibus. Itaque nostro more iuscula conueniunt è tenuioribus pullis gallinarum, uel uitulina carne, molliuscula. Alteranda uerò ex acetosa, lactuca, & portulaca. Potus, aqua hordei, syrupus uiolatus, multa aqua cocta dilutus, iulepus uiolatus, oxysaccara simplex, syrupus acetosus, iulepus Alexãdrinus, oxymel simplex,

dilutum,

dilutum, uel hæc oxysacchara.

R. aquæ coctæ lib. iiii. facchari libr. ii. aceti libr. s. Fiat potus clarificatus. Verùm in aceti & facchari modo id ob seruandum est. In mulieribus, in gracilibus corporibus, in iis quibus intestina facilè mordentur & raduntur, aceti usus suspectus est, aut certè minuendus modus. Quantò maior calor est, tantò minor modus debet esse facchari. Apparentibus signis coctionis, nullus potus melior est aqua frigida. Postea etiam uino albo tenui, aquoso, uti licet, ex quo & sudores & urinæ prouocantur.

In morbo, si resistit aluus, clysteribus mollibus incitanda est. Si uerò etiam crassities humoribus accedit, incidenda & attenuanda est, diluto oxymelite & aliis sæpè enumeratis. Quod si materia incisa, urinis aut sudoribus uacuata non est, leui pharmaco uti licet, manna, cassia, rhabarbaro. Præterea uidendum est, ne densata cutis, obstructa uel occlusa obstructionem faciat, à qua & putredo, & febris. Et si quidem frigore densata est, calidis laxantibus utendum erit, ut chamęmelino. Si dēsata, astringentibus; & siccata, ad ea quæ humectant, refugiendum est, ut hydrelæum. Etiam apparentibus signis coctionis, ad balneum aquæ dulcis. Si uerò occluditur cutis, humorum copia, uacuatione opus est. Si humorum crassitie, attenuantibus utendum est.

Si lentore, detergendum. Practici maximam partem curationis in refrigerantibus collocant, quæ conficiunt ex hordeato mundato, prunis damascenis, glycyrrhiza, quatuor seminibus frigidis, endiuia, scariola, cichoria, lactuca, rostro porcino, acetosa, floribus uiolarum, nenupharis, buglossæ, borraginis, & aliquando aliquid aceti adiciunt. Nonnunquam syrup. capillorum ueneris, portulacæ, acetosę, & aliis supradictis utuntur. Syruposque diluunt aquis uel decoctis endiuiæ, capillorum ueneris, portulacæ, acetosæ & similium.

De Febribus Colliquantibus.

FEbres hæ pessimæ, in quibus substantia corporis multis modis diffluit. Idque aliquando paulatim, ut in Marasmo & febribus hecticis. Nonnunquam uerò statim

tim

tim initio morbi substantia corporis dissoluitur, carnosum genus, pingue & solidum. Sed aliquando quidem fit effluxus substantiæ per insensibilem transpirationem.

Idque dupliciter. Nam aliquando fit paulatim, ut in febribus, quæ Marasmodes & Hecticæ nominantur. Alias uero breuissimo tempore.

Et huius signa sunt, Nares acutæ, oculi concaui, collapsa tempora, & cætera in eo prognostico enumerata. Sed longè periculum maius est, si id derepente fit, ardore febris & igneo calore, qui quidem substantiam corporis resoluunt in fumos, frugi quoq; spiritum & naturalé per poros excludunt. Minus periculum est, cum ex uigilia, insigni purgatione, inedia, rebusque eiusmodi colliquatio facta est, eaq; breui tempore reparari potest. Ex mœstitia & grauioribus animi curis idem contingit, sed ea colliquatio non ita celeriter instaurari potest. Propriè tum colliquans febris appellatur, in qua feruidus malignusq; calor est, qui non solum per insensibilé transpirationem, sed per manifestam excretionem exoluit corpus. In hac deiectiones alui rufæ, crassiusculæ, fœtidæ, aliquando pingues & uiscosæ, biliosis quoq; spuma insidet, quæ feruorem indicat, urinæ similes. Aliquãdo etiam appetente morte tenuis sudor, syncope, & mors.

Si itaque in febre acutissima statim initio ex facie illa mortifera colliquationem intelligas, maioribus remediis omnino abstinendum est, tantumque procurandum est, ut effluxum illum prohibeas, & causas syncopes anteuertas. In his febribus uirtus ferè languida est, quæ maiora remedia non admittit.

Atq; ubi uideris alui excrementa rufa, grauiter olentia, spumosa, & uires languidas, non solum maioribus remediis abstinendum, sed etiam syrupis mellitisque rebus, nisi eiusmodi syrupi plurimum diluantur. Hippocrates interdicit mulsa, quæ tantum octauam parté mellis recipit. Duo remedia annotat, ptisanæ cremorem & aquam frigidam. Vtẽdum erit hordeato, lactuca, in summa, rebus, quæ refrigerant & humectant. Aquæ frigidæ tempus est, cum res melius habere cœpit, & excrementa

tempus assumendi aquã frig.

magis

magis cocta sunt, quanquam & ante hoc tempus licebit uti frigida, si quidem æger uehementer appetit, uehemẽter sitit, & assuetus est potui frigidæ.

Quod si ab ea metus est, refringi potest decima parte uel octaua sacchari communis, uel uiolati, alioqui eadẽ mensura syrupi uiolati de papaue. de nenuphar. de acetosa de agresta, de limonibus & aliis eiusmodi. Præterea epithemata, illitiones & hypochondriis & thoraci conueniunt, quæ refrigerant, humectant, leuiter astringunt, ex aqua rosacea, aceti momento, oleo rosaceo, santalis. Cõstitui debent loco aura frigida perflato. Atq; aliquãdo etiam flabello uentu lũ facere oportet. Et quia aliquãdo acrimonia excrementorũ intestina exulcerari solent, Clysteribus utendum erit, quæ refrigerant, humectant, leniunt, quorum compositio ex cap. de Dysenteria.

Cibus optimus hordeatum est, quod ut magis refrigeret, ex decocto lactucarum confici potest. Accidentia hic multa sunt, de quibus postea.

Febres assodis.

HAnc febrem cognosces ex eo, quòd perpetuo iactantur ægri, nec ullam seruant figuram decubitus. Omnia fastidiunt, hypochondria contenduntur, sitiunt, uigilant, aut in leui somno delirant. Materia, crassus est humor, alioqui acris & biliosus, tunicis stomachi & uentriculi imbibitus. Quanquam & ex ardore febris aliquãdo etiam difficili natura ægri, uel dolore interiori alioqui grauiore quædam accidẽtia eius febris esse possunt. Hippocrates diluto oxymelite utitur, nunc & syrupo acetoso, & oxysacchara uti licet, multo magis cum & biliosus humor est, & calor acrior. Cicerum quoque decocto, diluto absynthii hordeato facto ex hordeo integro. Purgatio leuis esse debet ex rhabar. Victus incidat & refrigeret. Tenuissime nutriendum esse præcipit Hippocrates, si quidem permittunt uires. Neque enim sorbitiones admittit, antequam urinæ maturentur & malum remittatur.

Obscuro loco iaceat ęger, & molli lecto. Contineat corpus, & ut minimum fieri possit, desiciat. Hypochon

dria

dria hydrelæo foueantur, in quo semen lini, altheæ & similia coxerint.

Farina hordeacea ex eodem hydrelæo subigatur.

Cataplasma fiat, quod hypochondriis applicetur.

Pessimũ hoc genus febris est, in quo celeriter pulsus concidunt, & occasio præcipitur maiorum remediorum.

De Cardiaca.

NOn minus grauis est & periculosa febris cardiaca. In hac uehemens æstus est, facies rubet, magnus est cordis saltus, exigua frequensque spiratio. Residere uolunt similiter pulmonariis. Dolitant in regione cordis. Inclinante morbo, sudor tenuis fit, frigidus aliquando, ex quo syncope, & mors. Alioqui uapor calidus per cutem exit, quod Medicum fallit, nisi & manum adhibeat ori & naso. Hinc. n. spiritus frigidus, ex his mors.

Initiò detrahendus sanguis est, aer frigidus imbibendus, flabello quoque ęger uentilandus. Victus refrigerãs & humectans. Epithemata ex aqua uiolarum nenupharis, buglossæ & borraginis, additis santalis & momento croci, syrupo de limonibus, de acetosa, de nenuphare, acetosus, uiolatus, de papauere, ex quibus syrupis & aquis cordialibus iulep confici debent. Loco lucido stare debent, suaui aura perflato. Altior sit decubitus.

De febre Lypiria.

QVæ sit hæc, non satis conuenit. Galenus in eo genere reponit, in quo propter magnitudinẽ internæ inflãmationis & malignum humorem interna ardent, externa refrigerantur. Id quod in medii corporis inflammationibus contingit. Nam internus calor ad instar cucurbitulæ calorem externarum partium intrò attrahit. Aetius lypiriam putat, quæ sequitur erisypelas uentriculi.

Arabes pituitam crassa & uiscidam aut eiusmodi bilem collectam in primis uenis & calorem unà cum uaporibus suffocantem, ne uidelicet, calor dispergatur in corpus, causam faciunt huius febris. Alia quoque parùm uerisimilia de hac febre prodiderunt. Lypiria Græcorum primùm quidem phlebotomia, deinde refrigerantium usu, ut lactucę ex aceto diluto, ac iam urgente morbo lar

go

go haustu frigidæ aquæ curari debet.

Cataplasmata ex hordeacea farina subacta cum succo semperuiui & similium hypochondriis applicentur: sub inde commutentur.

Arabes syrupo acetoso, oxymelite materiam crassam incidũt, postea etiam oxymelite diuretico, sed perpetuò incidentibus aliquid admiscent, quod stomachum roboret, ut syrupum rosatum, de agresta. Quod perpetuum est in febribus phlegmaticis, ut cùm incidimus, stomacho etiam consulamus. Deinde purgant.

Purgatio ex aloe, hiera, rhabarbaro: Interim incidũt, uomitum cient, clysteres acres imperant, utũtur attenuãte uictu, eo modo stupha, & sudoribus utuntur, deinde etiam antidotis quomodo in Epiala dictum est.

De Hectica febre.

HEctica febris ex eo appellata, quia sic radices egit calor febrilis, ut iam aut nullo modo, aut ægerrime extingui possit. Difficultas sæpe nascitur, quod uel nimis confirmata est, uel coniuncta est hecticæ febris putrida, tumor aliquis præter naturam, ut inflammatio, Erysipelas.

Tenuia corpora & pauci sanguinis ferè corripit, & celeriter consumit. Febres diarias ardente, & biliosas sequitur, huiusq; origo aliquando primùm nascitur à thoracis partibus: sed fere priusquam uigeat inde nata hectica, mors est.

Vita longior, & curatio facilior, si à uentriculo, hepate, renibus, utero, ieiuno & colo intestinis. Consumit calor hic hecticus humores corporis, deinde rorem illum, qui ueluti commeatus quidam, & futurum alimentum spatiis inanibus corporis concipitur, postea etiam substantiæ pinguis carnium, fibrarum & solidarum partium humiditatem depascitur.

Hic tabes, marasmus, & summa ariditas corporis ubi consummata hectica est & incurabilis.

Pulsum habet durum à siccitate arteriæ, debilem, paruum, & frequentem ab intemperie cordis, nisi aliquando urgente necessitate ad frequentiam & uelocitatem com-

commutetur. Quod idem contingit à cibo, quo tempore calor hecticus non aliter efferuescit, quàm calx uiua, si aquam aut aliquid tale superinfundas. Calor toto corpore ęqualis est, ex quo non dolét, nec se febricitare intelligunt. Quanquam si manum admoueas, senties paulò post acerrimum, mordacemque calorem. Quòd si in hectica febre calor inæqualis est, sentitur dolor, febrisque ab ęgro intelligitur, iudicabis aut Erysipelas, aut Phlegmonem, aut febrem denique putridam complicari. Desperatio est, cùm hæc hecticæ coniuncta sunt, pręsertim si phlegmone, aut aliquid tale in parte principe incenditur, tùmque difficillima curatio est, indicationibus inter se pugnantibus. Hecticis aliquando oculi cauantur, nasus acuitur, collabuntur tempora, nudantur ungues & acuti fiunt, pedes etiam aliquando intumescunt, squalescit cutis, à cibo augetur calor. Calor maior in uolis & plantis pedum, non reuera quidem, sed quia manifestior illic est, aut fortasse, quia illic extremæ uenæ sunt, & magis nudæ eò procliuior motus caloris illic est.

Incipientem hecticam non facilè cognoscimus: cognitam faciliùs curamus. Reliqua genera non facilè curantur, facilè cognoscuntur.

In curatione hæc maximè obseruanda sunt, an simplex sit febris hectica, an coniuncta sit febris putrida: Erysipelas, inflammatio, an Syncope frequens incidat. Hæc enim remedia hecticæ interpellant. Simplex nullo maiori remedio irritari debet. Maiora remedia sunt Phlebotomia & Purgatio.

Deinde uehemens tum animi, tum corporis motus uitandus est. Vnicus scopus est, ut refrigeres & humectes, idque partim balneis, partim alimentis, tum etiam epithematibus rebusque non naturalibus. Quod ad balnea attinet, exoleuit iam curiosus ille apparatus ueterũ balneorum, nec nisi cum periculo tentari potest. Exoleuit enim consuetudo, & si quid in apparatu peccatum est, grauius esse solet: itaque hoc tempore proximè lectum ægri, labrum aqua plenum disponi potest. Quòd si uapor balnei ægri corpore excipitur, prisquam immergatur,

tur, salubre est. Itaque linteo conuolui potest, ut duobus pluribusve hominibus teneatur, ita ut horę frigidum aerem inspiret, reliquo corpore per raritatem lintei uaporem balnei excipiat. Iam rarefactis poris corporis, ac posteaquam æger uires receperit, satisque quieuerit, aliquoties aqua tepida & temperata immergi potest. Mora sit pro ratione uirium. A balneo quoque corpus oleo inungi potest, uel communi, uel uiolato. Cæterum quod aliquando monuimus, & hic quoque summopere obseruandum est. Nec oleum, uel rãcidũ sit, uel salsum, qoud uix reperias multis in locis. Vbi itaque commodũ oleũ defuerit, butyrum recẽs uel per se, uel prius ex aqua uiolarum lotum usui esse potest. Subiiciebant ueteres balneum è frigida, quod suspectum esse potest, nisi & uires constent ætas sit, consuetudo frigidi balnei, temperamẽtum calidum & siccum, nulla cruditas, nullus tumor, nulla plenitudo. Alimenta imperari debent, lac asinæ, uel mulieris, bubulum etiam usui esse potest. Sed eligẽdum lac est, probandumque notis suis. Sugatur è mamma, uel recens mulctum bibatur. Periculum fit mensuræ lactis datis primum vnc. ii. Quòd si in uentriculo non corrumpitur, paulatim augeatur modus. Corrumpi intelliges partim e ructu maxime nidoroso partim ex pulsu, qui debilior, tardior, rarior, languidior factus est. Quòd si ructus nidorosus est, poterit aliquid aquæ incoqui cum lacte. Si acidus, momentum mellis aut sacchari misceatur. Hordeatum quoque maximè conuenit, uel ptisana ex critico comparata & colata, iusculum item pulli gallinacei, in quo hordeum mũdatum & excorticatum coxerit, alteratum cum lactuca & portulaca.

Et quia in hecticis uis attractrix infirmior est liquidiora sint alimenta, alioqui aceti modicum, etiam si uideri possit nocere (quia desiccat) misceatur. Lactuca, portulaca ex aceto diluto, aqua etiam aliquando frigida, quanquam modus esse debet, nec adeo gelida nec multa exhiberi debet, ubi nimis extenuatum corpus est.

Potiones frigidiusculæ, solidiora alimenta non ita frigida, sed subtepida imperẽtur. Epithemata ex farina hor

deacea,

deacea, quam subiges, è succo lactucæ, oxalidis, semperui ui & similium.

Portulaca per se contusa stomacho, & hypochondriis utiliter apponitur, Alioqui.

R. ceræ elotæ vnc. iii. olei rosati similiter loti lib. i. Liquefiant in uase duplici. Liquefacta refrigescant. Vbi refrixerint, ex aqua frigidissima, lactucæ succo, uel portulacę subigantur. Fiat cerotum. Inungatur uenter, hypochondria & partes, unde primùm hectica nata est.

Alioqui linteolum subinde inculcatum, omphacio, lactucæ, intibi, semperuiui, atque eiusmodi refrigerãtium succo, hypochondriis & thoraci apponemus. Verùm in horum omninum usu animaduertendum est alia quidem refrigerare & humectare, alia siccare.

Humectantibus utemur, si neq; alui profluuium est, tum.n. siccantibus utendum est simul, & refrigerantibus.

Denique quia breui tempore admota remedia incalescunt, subinde commutare oportet. Præterea partes spiritales non sine noxa diutius perferunt refrigerantia, sed inde dispnæa nascitur: omnia itaque temperare oportet. Olea conueniunt de nenuphare, de salicibus, cucurbita, papauere, uiolis, rosis, cydoniis. Eadem seruata distinctione in usu siccantium & humectantium. Supra omnia aer componendus est, qui si temperatus alterari non debet: si calidior, ut æstate refrigerandus eo modo, quo capite de æstu dicemus. Hyeme iam frigidior, quo tẽpore leuiter alterari debet, non tam igne, maximè è prunis, quàm leui flamma, aut uapore aquæ calidæ.

In ratione alimentorum consideranda est uirtus. Nutriemus enim pro ratione uirium lacte uaccino, à quo recens butyrum extractum sit, lacte asinæ: aut si nutriendum, quàm alterãdum magis, lacte muliebri. Bulum plurimùm nutrit, sed ratione butyri nocere potest.

Caprillum quoque usui esse potest. Sugi debet, ut antè diximus, uel recentissime mulctum bibi. Plurimùm nutrit panis sepius lotus in aqua, deinde ex lacte recens mulcto comeditur. Plurimùm laudatur aqua hordei, in qua cancrorum caro detractis testaceis coxerint.

R. Hor-

R. Hordei mundati vnc. i. cancrorum excorticatorum unc. 3. bulliant in libr. iiii. aquæ, dum diſſiliat hordeum. Oportet antè excorticatos cancros priùs diligenter ablui, ut omnem fœditatem odoris deponant, deinde coqui. Potionum eiuſmodi cancrorum mundatorum ſingulę unc. ſingulis libr. aquæ hordei incoque. Similia ex cap. de Phthiſi repeti poſſunt. In inſtaurando hordeata, in quibus etiam uitellus oui diſſoluantur. Aliquando quoque ut refrigeres, ſemen portulacæ, lactucę & ſimilia concoquuntur.

Si à ſyncope metus eſt, aliquid etiam uini granatorum margaritarum, ſemen acetoſæ, & alia, quæ cordialia appellantur. Iuſcula carnium permittuntur, ſed alterari oportet hordeo mundato, concocto holeribus, quæ refrigerant & humectant. Permittitur in potus aqua, in qua aliquid ſacchari diſſolutum ſit. Vinum granatorum ſimiliter dulcoratum. In uiribus infirmis, expreſſionibus, collatitiis, diſtillatis, inſtaurantibus utendum erit. Si à profluuio alui metus eſt, aqua hordei paretur ex hordeo torrefacto, ſimiliter & hordeatum. Quibus addi poſſunt gummi arabicum, milium torrefactum & alia eiuſmodi, quæ ſine calore aluum ſupprimunt. Auenatū loco hordeati ad tempus commodum eſt. Etenim fluxiones alui ſupprimit. Sed dum ſymptomatibus conſulimus, febris habenda ratio, & ad huius remedia tempeſtiuè redeundum eſt. Caſeus recens ſine ſale paulò firmioribus conuenit, ut uocata gelatina minùs firmis. Vinum dilutum bene contra ſyncopem facit & lapſum uirium. Cibus duabus horis, antè balneum imperari debet, aut paulò poſt balneum. In balneo non eſt exprimendus ſudor. Madidus enim uapor ſatis. Summatim in uſu balnei, ad uires diligenter animaduertere oportet. Multa, quæ ad hanc febrem pertinent, ex commentariis de ſanitate tuenda, Methodo medendi, Libello de marcore colliges.

De febre ex Cruditate.

FEbris hæc ferè debilis, ſed periculo non caret. Deſperatio eſt, cum uel uentriculi, uel hepatis inflam-

matio accesserit, in qua quantus, qualis, quo loco intus crudus humor est, considerandum est. Aliquando enim, cum sanguis utilis plurimus sit, cruditas exigua est. Contra rursus, nonnunquam plurima cruditas est, exiguus uero sanguis reliquus. Humor crudus aliquando frigidior est, aliquando ad coctum succum accedit propius. Cruditas aliquando in primis uenis, nonnunquam toto corpore aceruata est. Cruditatis in uentre & primis uenis signa sunt, nausea, ructus, uellicatio, ac tormenta uentris, frequens borborismus, hypochondrii atque inflatio. Alimenta ferè in flatus commutantur. Cruditatis totius corporis signa sunt urinæ tenues, aquosę, leuiter tinctæ, diuulsæ, conturbatæ, nonnunquam cum sedimenti asperitate, calor faciei pallidus, aut alius quàm rubens, ut liuidus & plumbeus, totius corporis moles subtumida, pulsus inæqualis, obscurus, paruus. Adiicienda sunt, quæ ad coniecturam adhibentur ex anteacta uita, otium, crapula, intempestiua exercitia, immoderata uenus, & alia eiusmodi cruditatis coniecturam augent. Vocatus itaque ad eum, qui cum cruditate febricitat, ad hæc omnia animaduerte, & si quidem omnia, ut malus faciei color, urinarum cruditas, pulsuum inęqualitas & paruitas, si etiam accesserit totius corporis grauitas, tarditas, motus mentis & sensuum hebetudo, de remediis cogitandum non est & de morte prænunciandum. Multò magis, si qua inflammatio uentriculi, uel hepatis. Illic enim & crudorum succorum plenitudo est, & uires admodum infirmæ, à quibus & syncope & mors expectanda est. Si uerò omnia leuia sunt, de remediis ita statuendum.

Phlebotomia in hac febre nunquam imperanda, nisi color faciei leuiter rubeat, pulsus mediocriter magnus & uehemens, nec ita inæqualis, urinæ quoque melius colorantur. Hic enim coniicimus frugi sanguinem superiorem esse cruditate. Itaque aperiatur basilica angusto foramine, ac modica quantitate sanguis detrahatur. Exibit primum sanguis tenuis, subalbidus, simul atque cœperit fluere magis rubens, uena claudatur. Neque tamē perpetuò expectāda est sanguinis mutatio. Sed interim dū exit

sanguis

ſanguis, uires è pulſu & alijs recognoſcendę ſunt. A Phlebotomia imperanda mulſa, in qua aliquid origani, hyſſopi & ſimilium coxerit, & ſi quidem humor craſſior eſt, oxymelite uti oportebit. Decumbant molli lecto, aere temperato. Dormiant & uigilent utrunque mediocriter, uictus incidat & attenuet. Sed aduertendum in uſu mulſę & melilotorum. Aliquādo enim acrimonia mollis aluus irritatur. Diarrhæa ſequitur, quæ ſi perſeuerat, hominem præcipitat. Itaque ſi inde metus eſt, uel bene cocta mulſa, uel ptiſanæ cremore utendum eſt. In uſu attenuantium & incidentium tum alimentorum, tū medicamentorum. In uſu denique omniū, quæ uel intro ſumuntur, uel foris admouentur. Vitanda ſunt omnia, quæ nimis calefaciunt. Etenim febrem augēt, humores crudos cōmouent, deiiciunt uires, ſyncopem accelerant & mortem. Hæc igitur omnia non longe à medio recedant. Frictionibus & inunctionibus opus eſt. Omnia quidem, ut cruditas concoquatur. Aſpero itaq; linteo crura, brachia, ſpina deinceps ordine perfricentur deorſum uerſus, dū incaleſcant. Poſtea uerò oleo dulci, nō ſalſo, non rancido, alioqui butyro recenti eædem pertes inungantur. Hyeme etiā chamęmelino, anethino & ſimilibus, quę leniter quidem calfaciunt & digerunt. Sed perpetuò ad pulſum animaduertendum eſt, qui ſi minor, obſcurior, magis inæqualis fieri uideatur, omnino uiribus conſulendum. Vinum dilutum propinandum, mica panis ex uino, hordeatum, lac amygdalarum, omnia quidem exigua quantitate, ſed non ita magnis interuallis repetita. Alioqui ſi conſtant uires, tenuis uictus conuenit & per interualla. Leue catharticum, ubi iam apparet aliquod ſignum coctionis. Maioribus pharmacis abſtinendum Intempeſtiuis enim maioribus remedijs uel necantur ægri, uel in periculum coniiciuntur, unde uix poſſint reuocari. Animaduerte ergo ad uires ex pulſu, ad coctionem ex urinis. Vrinarum hic fere ordo eſt. Vbi expectatur ſalus, exeunt initio crudæ, & aquoſæ, poſtea ſedimentum ponunt craſſum, diuulſum & aſperum Conturbantur, ſed conturbatæ ſedimentum ponunt, celeriùs quidem, ſi quidem meliùs habet coctio:

tardius, si non ita bene sedimentum, Deinde melius fit, proprius accedens ad album, læue & æquale. Melius pro cedente morbo, iam non sedimentum, sed sublimamentum, nebula in media urina ostenditur. Cum iam appetit perfecta coctio, neque sedimentum, neque sublimamentum, sed tantùm nebula in summo urinæ attollitur. Atq; ita urinæ ad naturam redeunt, simulq; æger ad pristinam ualetudinem. Videndum quoque, ne te fallat urinæ conturbatio. Perturbatur urina, uel quia calor natiuus iam cruda cõcoquit: uel quia extinguitur: Vtrunq; distingues ex pulsu. Etenim si pulsus, quam ante, melior, coctio cœpta est. Si uerò minor, obscurior, magisque inæqualis, mors in propinquo est. Suffocatur calor multitudine materiæ, deinde quia humor crassus uias intercipit, multęq; obstructiones fiunt. Clysteres, ubi resistit aluus, acriusculi infundantur. Alioqui si à uiribus metus est, remittenda sunt cætera remedia ad tempus, & tantùm uiribus consulendum est. Vbi omnia mediocria sunt, mediocriter temperanda omnia, ac toto decursu morbi faciei color, urinę commutatio, & pulsus diligentissimè consideranda sunt. Ex his omnis remediorum ratio colligitur. Et in hac febre, quę sępe incidit, nullum leue peccatum est. In summa clementer cum hac febre oportet.

De Peste.

EPidimia morbus est aliquo anni tempore, certasque locis multos occupans. Qui si plurimos rapit, λοιμώδης, id est, pestilens dicitur. Nam λοιμὸς; pestis epidimia quæ uidelicet populariter grassatur, & multos interficit. Suntque eiusmodi morbi ab aere omnino distinguendi ab his, quos σποραδικοὺς appellãt, quibus antecedens uitę ratio causa est. Atq; in primis animaduertere oportet, unde primũ eiusmodi pestes publicæ oriatur. Nã & id ad curãdi rationẽ pertinet. Sporadici uniuscuiusq; proprii, ac ferè uexãt populi uulgus, multò maximè cũ pręcessit lõga fames, & caritas annonę: sequit̃ uerò feracior annus, & frugũ terræ prouẽtus uberior. Vulgus ꝑ famẽ legumine, radicibus cacochymis & obuiis quibusq; alimẽtis pascit̃. Hinc humorũ corruptela aceruari solet; ubi verò succedit annona

cãe undr oriãr pests

annona melior solito, magis sese replent, cibos ingurgitāt. Sed nō pura corpora quanto plus nutries, tāto magis lædes. Etenim quod bene succosum est & euchymū multitudine aceruati uitii corrumpitur. Hoc genus pestis nō ita contagiosum est. Contra uero maxime contagiosum, quod est ab aere, nullique parcit, ne temperatis quidem: quanquam celerius corripit, qui humorum uitio redundant: ac ferè austrini, & maritimi flatus constitutio calida & humida, annus magnus ex parte autumnalis, hoc est, quando modo calor, modo frigus est, nocte frigus, calor interdiu, quo tempore cœlum ferè nebulosum est, & magnus est prouentus animalium, quæ corruptela gignūtur. Similiter & morborū, qui à putredine fiunt. Vbi hæc adsunt, pestis expectanda est. Addunt Arabes ignes in aere uolitātes, stellas, quas uocant Cadentes, Cometas, & alia eiusmodi. Perphyrius grauissimas pestes indicari scribit, quas nemo declinet, si emergens cometa ad Orientem uergit. Hæc si Aestate, & Autumno fiūt. Hyems pestifera expectāda est. Quòd si uere pluuiæ raræ sunt, frigus, austrini flatus, aer turbidus, seren[illegible] sed paucis diebus, ut hebdomade, interiecta, autumnalis constitutio, qualis proximè descripta est, nocte frigus, interdiu calor uehementior, exanthemata, pustulæ, quas uariolas appellant, ranarum, & reptilium, & eorum quæ ex putredine gignuntur, multa generatio. Si denique latibula, & cubilia relinquūt mures, talpæ, glires, aliasq; eiusmodi, quæ sub terra uiuunt, hæc, inquam, si Vere & prima Aestate fiunt, in Autumnū expectanda pestis est. Causam alii ad unicum cœlum referūt, decreta sydera, figuras, ac denique quasdā imagines. Verùm quæcunque causa est, unus aer proxima atque continens causa statuatur. Aer corrūpitur aliquando cæde hominum, strage animaliū, stagnantibus putridisq; aquis, maligno terrę halitu, noxiis uentis, pestifero deniq; influxu syderis, quale est, cùm Saturni sydus cū Marte coniungitur. Idque obseruāt an ab aere primum, & cœlo lues cœpta sit: an à terra afflata pestis. à terra quadrupedū genus primū inficit, uolatilia uero si ab aere. Corruptus itaq; aer nos inficit, ac deinceps

mutuò inſpiratu & expiratu communiter nos inficimur. Celerius, ſi uitium eſt in humoribus, & cutis rarior eſt. Signa uero peſtis iam occupantis, hæc ferè ſunt. Febricula eſt, ut ſtent rectè, nec decumbant. exteriora mediocriter habent, uruntur interiora, ad ſomnum procliuitas eſt, faſtidium, nauſea, anxietas, nullo loco ſtare poſſunt cùm uigilant, cardialgia, ſitis uehemens, lingua arida & ſcabra eſt, hypochondria contenduntur, reſpiratio magna, in qua thorax plurimum attollitur. Quod ſi halitus etiam grauiter olet, peſsimum ac maximè lethale peſtis genus eſt. Pulſus alias naturalis, alias frequens & paruus, nonnunquàm uehemens & undoſus. Vigiliæ interim, & leuia deliria, bubones excitantur, carbunculi ſparguntur in corpus, exanthemata nigra & liuida toto corpore excitantur. Vrinæ ſæpe naturales, aqueæ, biliosæ, nigræ, quæ interim conturbantur, capitis multus dolor eſt. Excrementa alui craſſa, grauiter olentia, ſpumoſa, pinguia, multa bile tincta. Vomitiones biliosæ, nigræ, ſudor fœtidus, extremitatum frigus, ſyncope, conuulſio, atque [illegible].

Præſeruatio à peſte.

COgnoſcenda primùm cauſa. Nam ſi cadauerum halitus aërem inficit, omnino procurandum, ut uel crementur, uel ſepeliantur. Deinde frequenti rogo aër repurgetur. Quòd ſi peſtifer halitus à terra eſt, omnino præcludenda uia eſt, reſiduum aquarum & putridarum uapor multo igne corrigi debet. Aëris uero peſtifera conditio, idque multo magis cùm turbidus, meridionalis, maritimus, multis ignibus temperari debet. Extruendi uerò ignes, qua parte uenti importantur, compitatim etiam & priuatim domi.

Celebris eſt hiſtoria Hippocratis. Nam cùm ex Africæ Aethiopiæque locis peſtifer halitus per medium mare Athenas inueheretur, conſuluit ignes incendi, atque famoſa illa peſte ciuitas liberata eſt. Hoc idem Empedocles Græcis & Acron quidem conſuluit. Salubrior quoque ignis futurus eſt contecta lauro, iunipero, roremarino, radice acori, ireos, cyperi, herbis quoque odoratis.

Fumi

Fumi quoque excitari debent silice candenti, quem in aceto immerges, atque subinde extingues. Vestis, stragula, reliquaq; eiusmodi bene munda sint, quæ odorem receperint ex supradictis rebus, aliisque eiusmodi. Suffumigia è ligno aloes ambaro, thure, costo, sandaraca, mastiche, caryophyllis, stirace, beniouino, terebinthina, scenuantho, calamo aromatico, melle, croco, lauro, iunipero, & uulgaribus herbis odoratis. Ablutio manuum ex uino odoro, aqua rosarum, aceto, rosis quoque, aliisque id genus pauimenta domus conspergantur. Optimum uero ac tutissimum remedium commutare solum, & in salubre secedere. Tenere corpus bene mundum, & uacuum excrementis, fenestræ domus ad Aquilonem spectent, qui uentorum saluberrimus est. Victus sit mediocris, inanitio pariter ac repletio. Fames, sitis, omnis incontinentia uitę fugienda est. Alimenta conueniunt, quæ facilè coquuntur, uacantque excrementis, quæque putredinem arceant, ideòque condiuntur cibi omphacio, acetosa, granatorum succo, limonum citrinorum, citrangulorum, aceto, cappares ex aceto, intiborum genera, passulæ, vuæ, ficus, cerasa, pruna damascena, saccharum rosatum, conserua rosarum, buglossæ, citri conditi & limones, conserua anthos, enulæ, gentianæ, uiolarum, sed in horum omnium usu habenda ratio anni partis, cæli, ætatis, reliquorumque eiusmodi. Vitanda sunt colloquia suspectorum, abigenda ædibus domestica animalia, canes, cati, & reliqua eiusmodi. Exercitatio domi sit pro consuetudine, uel in uicinis hortis, cælo bene puro, matutino, & longè à cibo, neque suspectus sit exercitii locus, non decliuis, non uaporosus aut palustris, sitque in sublimi positus: sed quem sol feruentior non euerberet, afflctur Aquilonibus, aut eo uento, qui loco sit salubris. Aliis enim Zephirus, ut Italiæ: aliis subsolanus, ut parti Galliæ, & Hispanię salubrior est, quin & pestifer Auster nobis est, multis partibus Aphricæ salutaris. Venus rara sit, uita hilaris, & libera curis. Somnus & uigilia pro consuetudine mediocris, atque in reliccando corpore maximum studium esse de-

Suffumigia:

N.

victus

N.

bet. Declinanda plenitudo, & excrementa sæpe purganda sunt, atque ideo, ubi uenæ tument, & plethoræ signa ostenduntur, uti le est aperta uena aliquid sanguinis detrahere. Aluus quotidie reddenda est. Exercitia habitum corporis repurgent. Singulis hebdomadibus leui cathartico primæ uenæ purgandæ sunt, cassia, manna, tamarindorum decocto & prunorum, pilulis communibus, uel, Rufi quæ Græcis & Arabibus maximè commendantur, quarum tamen non una descriptio est.

℞. aloes hepatici, ammoniaci repurgati an. dra. i. mirrhæ dr. s. cum uino albo tenui formentur pilulæ. Detur dra. uel eo plus.

℞. aloes lotæ in aqua endiuiæ uel acetosæ ℈. ii. croci, myrrhæ ana Gr. xvi cum uino albo, fiant pilulæ.

℞. aloes lotæ ℈. iiii. boli armenæ dr. s. croci, myrrhæ cinamomi an. ℈. s. cum succo granatorum, fiant pilulæ Dosis dra. i.

℞. aloes croci ana. dra. i. myrrhæ dra. s. Ex aceto fiant pilulæ. Dosis dra. i.

℞. terræ sigill. boli armeni ana dra. s. ex succo cyperi fiant pilulæ.

Sed hæc antidoto sunt. Interea utendum est antidotis, idque quotidie, uel aliis quidem maioribus interuallis. Theriaca & mithridatium nullis remediis cedunt. Dantur bis in hebdomade: Dosis à ℈. i. ad dra. i. Quòd si æstus est, temperari oportet. Temperantur mixta conserua uiolarum, uel diluuntur ex aqua ros. & aceti modico. Cucumeris syluestris radix in mortario teritur cum tenellis foliis semperuiui, apii, coriandri.

Bene tritis mel adiicitur, & puluis ex septem uel nouem granis piperis. Mixta omnia stagneo uase reponi debent, datur auellanæ magnitudo ex uino tenui & odoro. Tantæ uis huius medicamenti ueteribus probata est, vt qui eo fuerit usus in ieiunio, non solùm vim aeris effugiat: sed etiam tuto possit cum correptis lue versari, aut iam correptus statim sanescat. Pompeius victo Mithridate Ponti rege hoc reperit in sanctuario regis nullo veneno lædi posse, qui hac vteretur antidoto.

Nuces

Nuces duæ, totidem ficus, rutæ folia & ſalis granum craſſiuſculum: teruntur omnia, & ſi uis modico melle excepta deuorantur, aut uino conſperſa manè ieiuni aſſumuntur. Remedium à Plinio, Dioſcoride & Sereno ſcriptum. Aetius alii tribuit quàm Mithridati.

Ficus diuidatur, nucleus nucis tritus indatur ficui, folia quinque rutæ & granum ſalis torrefiant leuiter in igne, conſpergantur uino, & ita deuorentur.

Conueniunt contra peſtem buglosſum, borrago, meliſſa, calendula, calamintha, roſmarinus, abſynthium, maiorana, uiolæ, roſæ citreum malum, limones, poma & pira odorata acetoſa, portulaca, cichorium, cerefolium, hypericum, enula, gentiana, bubonium, liſimachia, raphanus, ariſtolochia, lanceola, agrimonia, marrubium, hyſſopus, ſcabioſa, tormentilla, capparis, citrulus, ſcordium, uerbenaca, iuniperi & lauri baccæ, dictamni radix & zedoariæ. Quorum omnium uſus eſt, ut macerentur aceto, uel uino odoro. Acetum bibitur uel uinum ex iiſdem facies & manus abluuntur, macerata materia linteolo raro includitur, geſtatur manibus, ac ſæpe naribus admouetur.

Ex his etiam conſeruæ & aquæ diſtillatæ utiles ſunt, Diſtillatas aquas, uel cinamomo, uel caſſia lignea, cypero, calamo aromatico, ligno aloes, ſantalis, cãphora, horum uno uel pluribus in aqua maceratis diſtillata melio ra reddimus. Paſſulis quoque uis ineſt contra putrediné. Hæ uel aceto, uel uino præmacerari debent. Quod ſequitur, probatum antiquis & uulgo uſurpatur. Allii nucleus manditur, priuſquam domo exeatur, tum modico uini odori colluitur os. Vulgus iuſta ratione enulæ radice plurimùm utitur, priuſque macerat in aceto, conuoluitque linteolo ac ſæpe inſpirat naribus. Aceto uerò & os colluı, & facies conſpergi, & manus ablui debent. Alii urina propria utuntur.

Nonnulli dr.i. ſtercoris columbini. Frequens uſus acetoſæ putredinem cohibet, & peſti reſiſtit.

Syrupus de acetoſa, de acetoſitate citri, de limonibus. In oleo ſcorpionum magna uis ineſt. Sed aliud qui-

dem simplicius suffocatis aliquot scorpionibus fit in oleo amygdalarum amararum.

Aliud uerò, quod hoc modo paratur.

R. Aristolochiæ, gentianæ, cyperi, corticum radicis capparis ana drac.i. amygdalarum amararum libr.j. Conquassata omnia in oleo dulci coquantur, adiecta aqua simplici, uel distillata ex supradictis, uel denique uino odoro tenui. Coctio fit ad consumptionem aquæ uel uini, sitque olei libra, reliqui liquoris tantundem.

In collatura xviij. scorpiones immergantur, atque ita suffocentur, contineatur uas in furno pistrinali, unde sub tractus panis est, idemque bene clausu sit, deinde loco salubri subiecto acere fundo uasis reponatur. Vsus ut inde arterias temporum, manuum inungas.

Præterea si quis iam correptus est, occiput, gulam, pectus, uicina loca carbunculis & bubonibus.

Taxo barbato magna uis inest contra uenena omnia. Testes sunt Medici ueteres, & Mustella docet. Etenim Mustella, ubi cum serpente certat, simul atque uirus sensit, statim eam herbam quæritat, & inuentam mandit, atque ita instaurat pugnam, quæ si inuenta non est, disrumpitur Mustella.

Id quotidianis experimentis rusticorum certum est. In peste uerò sic utuntur. Hinc succum exprimunt, tenue uinum & odorum miscent, hocque remedio ad cautionem, & iam correpti ad salutem uti solent.

Plurimùm laudatur Auicennæ coriandrum præparatum. In ieiunio, & à cibo sumendum est. Lac similiter, ex quo butyrum extractum sit. Alijs aqua è papauere rhea de distillatur & bibitur. Fiet bene, si rusticum remedium modico cinamomi condiatur.

Superstitiosum hoc translatum è regibus Persarum, In hæmatite lapide insculpatur hominis figura, genibus flexis, serpente cinctus, ut dextra manu caput, sinistra caudam teneat. Tum in aurei annulli capsula immittatur hæmatites lapis, subiecto prius serpentariæ herbæ folio, gestatus hic annullus omnino preseruat à peste & uenenis.

Aliud remedium.

R. mannæ granatæ, mellis ana unc. iij. terebinthinæ liquidæ unc. i. s. pulpæ granatorum acidorum, granorum berberis, corticum citri conditorum ana ℥. iiii. aquarum scabiosæ, melissæ, borraginis, acetosæ ℥. ii. succi taxi barbati depurati, uini optimi ana libr. s. Reliqua solidiora per diem integram in liquoribus macerentur. Postridie distillantur omnia in alambico uitreo.

R. supradicti distillati ℥. iiii. passetur per manicã Hippocratis cum unc. s. sacchari uiolati & drac. s. cinamomi.

Aliud.

R. aristolochiæ rotundæ, baccarum lauri, gentianæ, myrrhę electę ana unc. s. Omnia trita melle excipiantur. Dosis auellanæ magnitudo ex uino tenui, decocto berberorum, passularum & similium.

Aliud.

R. theriacæ ueteris dr. i. includatur in cæpa prius cauata. Coquatur cæpa in furno pistrinali, aut calidis cineribus. Vbi cocta fuerit, calida iniciatur in uini granatorum aut berberorum unc. iiii. Bibatur expressio fortis. Potest eadem cępa in succo tormentillę refrigerari, ut sint succi unc. iiii. Syrupi de limonibus unc. i. Semen attractilidis, id est, carthami syluestris, idem potest quod semen citriorum. Bibitur enim tritum aut ex eo exprimitur oleum. Oleum exprimitur ex granis citriorum, quod & bibi potest, & inungi similiter oleo scorpionum.

Aliud.

Ouum utrinque perforatur iusto foramine, ut tota oui materia depleri possit. In uacuam testam. dr. ii. croci immittũtur. Testa cõueniente baculo traiicitur, traiecta ad ignem assatur, dum uehementer incaleat. Postea cum croco ad summam tenuitatem teritur, tritis ℥. s. theriacæ adiiciuntur dr. xv granorum sinapi. Adiecto melle modico omnia uniuntur, totum hoc corpus in duas partes diuiditur: ex utraq; parte septem, decem, uel undecim pilulę formantur. Et si quidem lues iam concepta est, dimidia pars totius corporis deuoratur. Quod si euomitur, rursus danda pars reliqua. Quòd si nõ euomerit, æger saluus est,

Sanis autem ad cautionem, pilulæ sex deuorantur.

Aqua distillata imperanda diuitibus.

R. rad. tormentillæ recentis libr. i. radicis enulę unc. iiii. radicis berberorum & betonicæ, radicis dictamni ana libr. s. acetosæ unc. xx. sem. eiusdem acetosæ unc. iii. buglossæ & borraginis cum floribus rosarum rubrarum ana libr. i. pimpinellæ, scabiosæ ana libr. s. succi limonum lib. i. theriacæ bonæ libr. s. aquæ uitæ ex uino optimo factæ, ac sæpius distillatæ unc. ii. santalorum, spodii, ben albi & rubri, margaritarum splendidarum ana unc. i. s. ossis de corde cerui unc. i. rasuræ eboris ℥. s. croci dr. iii. camphoræ dr. ii. foliorum auri purissimi unc. s. Hoc autem modo conficies folia auri, quantùm fieri potest, comminues, & aquæ uitæ commiscebis. Repones in ampulla uitrea bene clausa. Ita permittes per dies xv. margaritas tritas repones in alia uitrea ampulla, cum supradicto succo limonum fideliter obturabis, & ita sines per dies quindecim. Radices tormentillæ & reliquas ex optimo uino ablues, teres in mortario, siccabis in umbra, loco bene mundo, herbas & flores loco similiter bene mundo & umbroso constitues, dum siccæ sint. Reliqua omnia repones in uase uitreato: adiicies herbas & flores, superfundes aquam illam uitę, in aqua aurum maduit: succum limonum cum margaritis fideliter obturabis, ne quid recipi possit, & ne quid expires, foueam tripedaneam loco satis humido ef fodies, insternesque calce uiua, cui uasis fundus insideat. Ita uas illud uitreatum & bene clausum immittes: quod est reliquum foueæ uel uinaceis, uel fimo ueruecino, uel equino implebis, eademque materia totum uas operies, superfundesque quatuor aut quinque quartas aquæ purissimæ, quarto quoque die fimum, uel uinacea commutabis. Maneat sepultum uas duodecim dies. Post hos dies tota materia ex eo uase in alambicum uitreum transponatur, & hoc quoque bene ac fideliter sigilletur, ne quid expiret.

Fiat distillatio lento igne, & sine fumo. Quæ distillauit aqua, rursus reiiciatur in reliquum magna, atque iterum distilletur.

Quæ

Quæ ſecundò diſtillauit aqua, tertiò diſtilletur in balneo mariæ, atque ita fideliter reponatur. Detur manè coc cleare unum.

Puluis.

R. cinamomi unc.s. zedoariæ dr.ii. boli armenæ præparatæ dr.vi. ſem citri & acetoſæ, corticum citri ana dr. iii. radicum betonicæ, dictamni, tormentillæ, limaturæ eboris ana dr.i.s. oſſis de corde cerui dr.i. fragmentorum ſmaragdi, rubini, granati & ſaphyri an ℈.i. Fiat puluis, qui ſi parũ gratus videbitur, incorporetur cum conſeruæ acetoſæ & bugloſſi an vnc.iii. ſacchari albiſſimi lib. ii.

Aliud.

R. tormentillæ, dictamni, betonicæ ana vnc.s. ſem. citri, boli armenæ præparatę ana dr.ii. raſurę eboris, corallorum alborum & rubrorum, trium ſantalorum an. dr.s. radicis gentianæ dr.i.s. ſpicæ nardi Gr.vi. camphoræ dr. i. Bolus armena hoc modo præparatur, ſimiliter & terra ſigillata. Alternis capiatur vnc.s. ſuper fundatur vinum tenue, odoriferum, oxycratum, aqua acetoſæ aut ſimilis: deinde ſiccetur, ſecundò teratur ac tertiò, atque toties irroretur, & ſiccetur. Detur dr.i. ex vino tenui, oxycrato & ſimilibus: poterisq́ue aliquid cinamomi & puluerum, quæ huic rei conueniunt, commiſcere.

Deſcriptio trociſcorum camphoratorum.

R. tragacanth. ſpodii, gummi arabici electorum, ſem. pſilii ana dr.s. ſacchari candi, glycyrrhizæ mũdatæ, ſem. cucurbitæ citruli, portulacæ ana dr.i. penidiorum vnc.s. camphoræ ℈. i. cum ſucco citranguli & pane ſacchari quantum ſufficit, fiant trociſci magnitudine lupini. Magis conueniunt Aeſtate & naturis calidis, danturq́ue ex iulepo uiolato roſato, uel aqua condita ſaccharo.

Aliud.

R. electuarii lætificantis dra.ii. margaritarum ſplendidarum ℈. iiii. oſſis de corde cerui, coralli rubri ana ℈. s. unicornis Gr. vi. pulueris pilularum communium dra.i. diſſoluantur in ſyrupi de limonibus & de acetoſitate citri ana dra. vi. aquarum ſcabioſæ, & abſynthii ana vnc.ii. fiat potus. Magna hæc doſis, & quæ magis conue-

nit

nit iam correptis. Etenim meminisse oportet augendam esse dosim antidotorum iam correptis. Atque perpetuo reuocare oportet, quod ad cautionem facit maxime, & Galenus scriptum reliquit, duo esse capita contra pestilentem aerem, ut temperate uiuamus, hoc est, ut neque quantitate alimentorum, succi corporis preter modum redundent: deinde ne qualitate eorundem corrumpatur sanguis, & excrementa colligantur. Hoc illud est, quod uolunt ueteres, siccandum esse corpus. Neque ideo probanda ratio est, quæ tenuiorem uictum præcipit, multo minus, quæ præcipit uino & cibo replenda esse corpora, quam si sequimur, uino certe optimo, cibis euchymis, nec excrementitiis utendum erit: Alterum caput est traditum à Galeno, ut corpus perpetuo transpirabile sit. Sed hic adsit modus. Nam corpus rarius multa uacuatione spiritus dissoluitur, atque magis opportunum est externæ iniuriæ aeris. Alia prope infinita remedia sunt descripta ab aliis.

Curatio iam correptorum.

CElerrimus hic morbus, qui intra triginta horas hominem rapit, & maximè ubi latet febris. Vruntur interiora, exteriora uerò naturaliter habent. Vbi urinæ naturales, pulsus quoque naturalis est, ac sæpe fit, ut cùm omnia nullum periculum ostendant, de repentè ægri moriãtur. Hæc omnia, quia uenenum cor occupat, paulatimque uitam extinguit, natura quoque morbum non aggreditur. Vbi manifestior febris est, urina, pulsus, & cætera commutantur, uita fere producitur longius. Summa ergo diligentia opus est, nec sunt differenda remedia. Videamus in primis, ne quod iam conceptum uenenum est, cor occupet, ipsumque quoad fieri potest, extingui debet. Alioqui foras curandum est. Virtutis quoque habenda ratio, multo maxime uitalis. Nam sepe fit, ut cum reliquæ facultates integræ sint, uitalis paulatim extinguatur. Vocatus itaque aerem salutarem instituc ægro. Salutaris est ferè, qui Aquilonibus aperitur, nisi è uicinia, quæ ad Septentrionem uergit, pestifer halitus importetur, ac bene fit, si subinde aer commutatur.

Quòd

Quòd si loca suspecta sunt, in quæ transferri debet qui peste correptus est, igne lucido, & odorifero (ut prius) aspersione aquæ rosarum, & aceti, rerumque similium alterari oportet. Aliquid ex antidotis supradictis propinandum est, uel.

R. rad. tormentillæ, betonicæ, dictamni, gentianæ, morsus diaboli tum radicis, tum herbæ, croci ana dra. j. fiat pul. dentur dra. ii. ex unc. iii. uini tenuis, odoriferi & unc. j aquæ ros. aut, ut Auicennas.

R. aquæ ros. unc. ii. uini tenuis, odoriferi unc. i. bol. armenæ ut prius præparati dr. i. Qui sumptas antidotos retinent, nec euomunt, magna ex parte seruari solent, si cætera quoque fiunt commode. Maius periculum est, si reuomant, sed nihilominus abluto prius ore ex uino, repetenda est antidotus.

Acetum cum aqua rosacea naribus admouendum, granum salis ore continendum, ne reuomant. Nec oportet tantum semel in die uti antidotis: sed bis, ac ter, sæpius etiam si res parum procedere uideatur. Post hæc de uacuatione cogitandum. Atque, si quidem sanguis uidetur abundare, uena secanda est, alias quidem ad animi deliquium, si uires robustæ sunt, & uehemens morbus. Alioqui partienda est uacuatio. Sanguis interim bonus & floridus, quemadmodum in maligno genere febrium. Natura retinet, quod est uitiosum, dimittit quod utile. Aliquando uero maxime corruptis effluit: utrumque malum.

Vena, quæ buboni proxima, eligi debet: Et si quidem ad aures, uel in gutturæ, cephalica. Si sub alis, media uel basilica: si in inguinibus, exterior malleoli, uel interior. Aliquando quoque extremorum uenæ aperiri debent, ut sub lingua, quando in gutture bubo est, sed secta prius cephalica.

In cacochymia omittitur phlebotomia, cathartica imperantur, quæ redundanti uitio respondent, atque interim uiribus consulitur.

Cibus è media materia, qui facile concoquitur.

Distillata, expressiones, collatitia, gelatinę. Quæ omnia

n'a oportet pulueribus supra descriptis, succis & aliis an-
tidotis meliora reddi, exempli gratia.

Distillata imperabimus ex herbis & radicibus, con-
seruis, distillatis aquis, pulueribus, quæ per se contra
pestem faciant. Iam distillatis uinum granatorum, ber-
berorum, acetositatem citri, aquas prius enumeratas
commiscebimus. Similiter expressionibus collatitiis,
gelatiuis. Potus, aqua hordei cum multo saccharo, iu-
lepo è uino granatorum, berberorum, aquis supradictis.
Condiuntur hęc aliquando santalis, aliquando pulueri
bus supra scriptis.

Quod ad somnum attinet & motum, iam uulgò usur-
pandum est, ut omnino quiete & somno interdicatur.
Iam correptis ratio uulgi legitima est. Etenim quiete &
somno uenenum intrò colligitur: motu uerò & uigilia
foras euocatur. Sed hic uirium habenda ratio est, quæ
aliquando multa uigilia, & motu dissoluuntur. Horum
itaque quasi regula quædam sit uirtus ęgri, ut bene ha-
beant cætera. Quod ad antidotos, uacuationes, rationem
uitæ pertinet, quotidiæ si cessat aluus, leniendus erit cly
steribus, balanis, catharticis leuibus. Et si quidem uehe
mens ardor est in trunco corporis, Cerato Gal. ex succo
acetosæ subacto, hypochondria inungenda sunt, sæpius-
que renouandum remedium. Regio uerò pectoris & ma
ximè cordis, linteolo molli fouenda est, quod madeat
& aqua rosarum, uiolarum, buglossæ, borragin. melissæ,
scabiosæ & similibus. Ac bene fit, si supradictis aquis, ali
A quid aceti, uini odoriferi, camphoræ, santalorum, spo-
dii & similium commiscebitur. Quod si non concedit
malum, & iam extrema frigere uidebuntur, omnino pro
curandum est, ut foras euocemus, frictionibus, cucurbi-
tulis, calidis fomentis. Sed hæc remedia pro ratione ui-
rium temperanda sunt, neque negligendus bubo est. Vio
lentum est remedium, sed quod successit multis, tenacu
las candentes imponunt buboni, & ita à corpore sepa-
rant. Alii acie ferri circundunt, atque ita eruunt.

Nonnulli multis scarificationibus contenti sunt, ut
per uulnera diffluat uirus. Sunt qui sanguisugas multas
infigunt.

infigunt. Alii primum quidem fouent ex oleo chamæmelino, de maiorana, de lilio: Deinde cucurbitulam imponũt, postea scarificant, atque iterum cucurbitulam affigunt. Quidam caulticis medicamentis aperiunt, aut candentibus cauteriis inurunt: uerùm his maioribus remediis utendũ non est, nisi cõstent robore ægri. Etenim imbecillę uires eiusmodi uiolenta remedia nõ sustinét.

Leuioribus sunt. Catellus uiuens medius diuiditur, gallinæ aut columbæ pullus, pulmones recens mactati arietis, atque ita buboni apponuntur, ac subinde commutantur, deinde theriacæ dra.ii. in cauata cepa concoquuntur, cocta cepa cum theriaca subigitur, & ita buboni applicatur.

Nonnulli dum medicamentum subigunt, parum olei de scorpionibus affundunt, quod ante descriptum est. Alii rursus cepam ita coctam cum theriaca, etiam dum calentem uino granatorum, & syrupo de acetositate citri immergunt, deinde cepam cum theriaca exprimunt, expressioni addunt unc.ii. aquę torméntillæ, acetosę uel similium, idque totum propinãt: materiam uerò expressam, ex oleo de scorpionibus, uel expressio è seminibus citri subigunt, atque emplastri modo buboni applicant. Nam dum curatur bubo, non est omittendus usus antidotorum. Alii anagallida ex iisdem oleis malaxant, & per se, uel cũ mithridatio & theriaca uetere apponunt.

Aliud.

R. ualerianæ lib. s. radic. ebuli unc. iii. leuistici cum rad. unc. i. bulliant in aquæ maioranæ & olei chamęmelini ana quantum sufficit ad consumptionem aquæ. Deinde radices malaxentur cum reliquo oleo, & buboni applicentur.

Aliud.

R. diachylon unc. ii. ammoniaci, galbani ana unc. s. cũ oleo scorpionum incorporentur. Ad eam rem laudatur lisimachia & scabiosa. Teri debent, & ex conuenienti oleo subigi. Aliquando maturatur bubo, qua parte mollior est, magisque eminet, si theriacæ ueteris momentũ apponatur, Alioqui cultello aperiatur, repurget sanies,

uicinia foraminis, medicamentis quæ pus moueant, muniatur, ac tandem ut reliqua apostemata percuretur.

In peste aliquando nusquam apparet bubo. Periculosior est quæ sub alis eminet, uel in gutture, propter uiciniam cordis.

Carbunculi uerò sæpe excitantur, alias partes uicina, aliàs toto corpore. Pustula est initio pruritum inferés, deinde paulatim prominés, ueluti paruus quidé clauus, initio rubet, postea uirescit, ac nigrescit, aut uersicolor est. Vicinia liuet, pustulæ admodum excitantur exiguæ, perinde ac cũ exustus est locus aliquis Dolor magnus, ardor grauis, crustam relinquit. Deterior est & longior, qui neruosis partibus insedit.

In Carbũculo, quod in peste generaliter dictum est, mittatur sanguis etiam ad animi deliquium (si cætera permittant) Pũctim scarificari debet, emplastra apponi debent quæ modicè discutiant, ac refrigerent, qualia sunt, Plantago, lens, panis cibarius: coquuntur aqua & apponuntur.

Aliud.

Granata acida aceto cocta ad putrilaginem, & linteolo expensa apponuntur. Liliorum radix recens emplastri modo imponitur, tegiturque folio tapsi barbati: fimus bouis siccus ex aqua subigitur, emplastrum fit. Conueniunt hæc per se scabiosa, cauda equina, tapsus barbatus, theriaca, mithridatium. Ficus arida, & passulæ enucleatæ uino coctæ, carbo quernus commixtus melli, lanugo cotoneorum ex uino cocta cum modica cera. Stercus humanum calidum, cotula fœtida trita & circumposita. Saphyrus carboni circunducitur: Deinde è directo continetur.

Ac meminisse oportet remedia admota carbunculis, celeriter exarescere, itaque subinde commutanda sunt: uicinia quoque aliquo repellente munienda est, ut unguento quod populeon uocant, uel hoc.

℞. olei rosati unc. iii. aceti rosacei unc. i. boli armenæ quantùm sufficit ad inspissandum. Conueniunt & sanguisugæ, & gallus à podice admotus compresso rostro,

Nasturtium

Nasturtium uel urtica cum sale trita, & ex oleo de liliis subacta. Alium tritum per se, uel cum pipere, & nucleo mundato auellanarum, terebinthina cum nitro, mel & oleum cum sale trito cocta, caricæ, passulæ cum sale subactæ, uel stercore passeris columborum. Hæc autem, quæ magis discutiunt, nec refrigerant post initia. Alioqui perseuerante malo, & imminente periculo, si quidem uires sustinent, cucurbitulis, fotu, scarificatione, ferro, cauteriis, maximè aureis, & calibeis, aliisque uiolentis remediis, ut supra in Bubone, utendum est. Reliqua carbunculorum curatio ex ratione partis uariatur. Aliter enim in palpebris, aliter in pudendis, parte neruosa, aut carnosa, parte uicina cordi, aut remota curari debent, ac ferè exasperantur iis, quæ pus moueant.

Trocisci mirabiles.

R. thuris, mastic. uernicis, ligni aloes, stiracis, calaminthæ, cinamomi, caryoph. minii, rosarum rub. bacch. lauri an. unc. i. cinnaprii optimi unc. v. stiracis liquidæ quantum sufficit ad fingẽdos trociscos. Quilibet trociscus sit trium drachmarum.

Accipe radicem enulæ campanę coctam ex aceto, & de ea rode parum singulis diebus, mane.

De Exanthematibus, Papulis, Variolis, & Morbillis.

CRiticæ sunt interdum eiusmodi papulæ in synochis febribus, atque alias quidem, ubi appetet solutio morbi circa labia tantùm & nares existunt. In quibusdam febribus à corruptis succis toto ferè corpore, aut certis partibus erumpunt. In pestilenti conditione & maligno genere febrium ulcerantur, saniem reddunt, & naturam carbunculi imitantur. Nonnunquam celeriter resiccantur, & concidunt.

Deteriores aliis, quæ uel interna occupant, uel foris faciem. Plures deteriores paucioribus, maiores minoribus, diutiùs perseuerantes iis, quæ celeriùs decidunt, malæ quoque pruriginosæ & ardentes, quæque sunt cum fluore alui, aut frequenti uomitu. Etenim melius est hic aluum astringi, multo magis ubi apparuerint, aut mediocriter solui. presagia variolarum

Vbi igitur apparent in febribus, recognoſcenda ſunt, quæ præceſſerunt ſigna. Virtus conſideranda eſt, ſi præ ceſſit coctio, ſi uirtus robuſta, ſi febris leuior, facilior ſpiratio, cætera quoque meliora facta ſunt, ſalutares papulas iudicabis, alioqui exitioſas. Nõnullis ſub mortem & in morte certis partibus excitantur, Vulgus purpuram appellat. Variolas aliquãdo febricula præcedit, idq́ue melius eſt, quàm conſequi. Fiuntq́ue ea omnia naturę motu, quę quod uel copia grauat, uel qualitate lædit, extra propellit. Atque aliquando tanta uitii multitudo, ut natura nequeat excludere, & papulis quidem ſcateat tota cutis, & pulmones, guttur, inteſtina, parteſq́ue interiores eodem malo uitiantur. Fit aliquãdo, ut quæ iam foras exierant, intrò recurrant imbecillitate naturæ, Vere plurimùm præ copia, Autumno magis uitio humorum, colo & conſtitutione calida & humida, infantibus ac pueris, poſt etiam adoleſcentibus, rariùs iuuenibus & uiris, rariſſime ſenibus excitantur. Arabes ad menſtruum ſanguinem partem cauſæ referunt, qui poris corporis inhæſit & robore naturæ aliquando excluditur. Alioqui ad ea, quæ priùs, copiam uitiumq́ue ſanguinis, referenda cauſa eſt. Sed à copia ferè rubent, niſi cùm iam corrupta materia eſt. A uitio repræſentant colorem ſucci redundantis.

Minus periculoſæ, quæ rubent, aut albicant, quæq́ue extant in ſuperficie corporis. Magis periculoſæ, quæ flauæ, uiolaceæ, liuidæ, nigræ, quęq́ue ſanie uirulenta ſordent, aut latent in corpore.

Perniciem adferunt, quæ intro redeunt. Periculum eſt, cum magnitudo febris, ſitis uehemẽs, ęſtus, diſpnœa, iactatio corporis, dyſenteria, urinæ malæ, nigræ, animi deliquia & alia eiuſmodi lethalia coniuncta ſunt. Sunt qui paulo ante quàm erumpant papulæ, ueluti epileptici concidunt. Vbi enim naturæ impetus ſuperiora appetit, alias hoc accidens commouet, alias graues capitis dolores, quo tẽpore ſumma difficultas anhelitus aliquãdo fit, denſatur ſputum, pruriunt nares, facies rubet fulgor oculis prætenditur, uox rauceſcit, fluunt lachrymæ,

chrymæ, pulsatio in spina, dolor in dorso, territatio in somniis, corpus ueluti aculeis configitur, exiguæ notæ quasi capita acuum, aut milii magnitudine rubent, quæ paulatim inaugentur, & numero crescunt, apparent ferè primo, secundo aut tertio die post febriculam. Melius est citò apparere, celeriter augeri & maturari.

Alii anginosi, quod plurimum est. Nonnulli Disenterici, quidam etiam Syncope moriuntur. Morbillos magis bilisos esse uolunt: Variolas magis sanguineas.

Apparent fere exanthemata intra diem tertium. Primo itaque aut secundo die sanguis detrahendus est, sic enim melius transpirat corpus. Putredinis causa intercipitur, leuatur natura, & si quid uitii reliquum est, celeriùs in superficiem corporis repurgatur, alioqui periculum est, ne ex magna putredine ardentissima sequatur febris, & natura oppressa multitudine, uel nihil exponat in superficiem, uel tantùm partem uitii, quæ si per imbecillitatem naturæ, quæ nimiùm oppressa est, intro recurrit, suffocatur ęger, nisi beneficio naturæ initio reuocata materia uomitu, uel deiectione excludatur. Tempestiuè igitur detrahendus sanguis est ex interna brachii. Verùm ubi iam malum euasit in habitum corporis, periculosa est phlebotomia, quia uidelicet, à superficie in medium corpus uitiosam materiam reuocat. Cæterùm perpetuum non est abstinere phlebotomia, cùm iam papulæ in superficiem corporis extiterunt. Etenim fit aliquando præ copia uitii, ut & plurimum reliquum sit in corpore, vrgeat uehementer difficultas spirandi, grauis sit febris, quo tempore si nihil repugnat, uena secanda est. Alioqui sanguisugis utendum erit, quas dorso, scapulis & naribus affiges. Similiter cucurbitulis cum scarificatione. *Curatio.* Nota

Sunt, qui loco phlebotomiæ hæmorrhoidas, & menses incitant: profluuium quoque sanguinis è naribus.

Quòd ad purgationem attinet, leues clysteres satis esse possunt, qualis est ex diluto hordeato, in quo uitellus oui, & oleum chamæmeli dissolui debet. Alioqui in aqua hordei, unc.s. cassiæ aut dr.vi. modicũ sacchari,

& uitellus oui diſſoluantur. Clyſteres diutiſſime retinere oportet, & minime acres eſſe, multo maxime, cùm iam materia in ſuperficiem commouetur. Pharmaca quoque leuia eſſe debent, ex decocto iniubarum, tamarindorum, prunorum, caſſia, manna, glycyrrhiza, iure galli ueteris.

Aut ubi ardentior febris eſt, & bilis redundat in corpore, dr.i. aut ℈ iiii. rhab. in aqua endiuiæ infundantur. Fiat inde potus. Et ſimiliter in aliis humoribus leniſſime quoque pharmaca eligenda ſunt. Et quia hæc omnia uitia efferueſcente ſanguine fiunt, ſtatim initio laborandum eſt, ut feruor ſanguinis extinguatur, & putredo prohibeatur: cui rei conueniunt, quę refrigerant, & leuiter aſtringunt. Alimenta quoque eiuſmodi, & quæ contemperant. Conueniunt itaque ſyrupus de ribes, de acetoſitate citri, de granatis, & reliqui refrigerãtes ſyrupi in peſtilentia numerati, in quibus etiam miſceri poſſunt antidoti illic deſcriptæ ex materia refrigerante.

Quod ſi uehemẽs ſanguinis motus eſt, neq; id genus remedii reſiſtit, natura iuuanda eſt, ut propellat foras.

Conueniunt igitur, quæ ſudores mouent, & in ſuperficiem corporis materiam adigunt, qualia fere ſunt deſcripta à multis, ficus ſiccæ, paſſulę, lens, ſemen apii, ſemen fœniculi, oxyſacchara, decoctum calamenthi, hyſſopi, ligni ſancti, ſyrupus acetoſus ſimplex, aqua hordei & ſimilia. In quorũ delectu habenda eſt ratio magnitudinis febris. Imperabis igitur ficuũ ſiccarũ unc.ſ. liquiritię dr.ii. bulliant in aqua ſufficienti, detur expreſſio.

Aliud.

R. ſem. apii, & fœniculi ana dra.i. lentium excorticatarum dr.ii. ficus ſiccas duas, bulliant in aqua ſufficiẽti, detur expreſſio. Aqua diſtillata è floribus lini huic rei confert, poteſtque modico ſaccharo condiri. Alii res rubras prætendunt corpori. Linteum inſuccatum in aqua fœniculi & apii, uel horum ſucco tepidum corpori admouent, & tepidum conſeruant.

Nõnulli aquæ hordei unc.iii. uini ſubtilis unc.i. propinant.

pinant. Aere temperato collocandi ſunt initio, priuſquam appareant.

Somnus conceditur, ſed poſteaquam eruperunt, idē minuendus eſt.

Alimenta initio, quę refrigerant & leuiter adſtringant: poſtea uerò quæ contemperant. Vbi apparet motus frictio mollis conuenit. Variolæ ferè ad ſeptimum maturantur, quo tempore animaduertendū alias quidē maturas eſſe, alias crudas. Quæ maturæ ſunt, molles, & plenæ ſaniæ, acu configantur. Molli linteolo ſanies detergeatur, quæq; maiores ſunt, pluribus locis configi debent. Vbi iam ſanies deterſa eſt, ne ſuperſit cauitas, puluis aliquis ex iis, quæ implent, inſpergendus eſt, amilum, thus, manna thuris, aloe, lithargyrum, ceruſa, farina fabarum, cicerum, orobi, lupinorum. Atque hic habenda ratio partis eſt, ætatis, temperamenti, eaq; oīa ad conſilium adhibenda ſunt, quæ adhiberi ſolent, cum ulcus carne replendum eſt, ne ſuperſit deformitas.

Crudæ, quæque duræ ſunt, nec maturæ, uapore decocti chamæmeli, caricarum, paſſularum, tritici, dactylorum pinguium & maturorum, ſem. altheæ, lini, fœnu græci, & ſimilium perfumandæ ſunt. Tum eodem decocto fouendæ, poſt quæ linteum calens mediocriter imponendum, dum matureſcant. Atque ubi maturuerint, ut priores, curandæ ſunt.

Variolis oculi, nares, pulmones, inteſtina ſæpe læduntur & ueſtigia ſuperſunt, unde deformitas. Itaque ubi ſigna ſe produnt uariolarum, muniendi ſunt oculi fotu è ſucco granatorum, aqua roſacea.

R. coriandri, ſumach ana dra. i. ſantali albi & rubri ana ℈.s. in pul. redacta concorporentur albumini, meliuſque fuerit albumen oui, mixta aqua roſacea prius agitari & deſpumari, uel.

R. ſumach conquaſſati dra. ii. madefiat in aquæ roſ. unc ii. Fiat fortis expreſſio, expreſſioni adde camphoræ Gr iiii. Iam læſis oculis piſtacia conteruntur, trita aqua roſacea madefiunt, expreſſioni farina hordei torrefacti commiſcetur. Item.

Rec. cerusæ lotæ drach. v. sarcocolæ drach. i. s. tragacanthi drach. s. opij. Gran. iiii. cum mucilagine tragacanthi extracta in aqua plãtaginis, fiat collyrium, quod postea dissoluatur in lacte muliebri, uel albuminibus ouorum.

Ori & gutturi conseruando granatorum succus & berberorum. Si iam ulceratio est, abluatur primùm aqua hordei, cui aliquid sacchari uel mellis commixtum sit. Deinde ex supradictis succis diamoron, & diacarion fiat gargarisma. Post collutionem oris, folium plantaginis inducat.

Pulmonibus syrupus de papauere: postea diatragacanthum in decuplo decocto liquiritię, caricarum, passularum dissoluatur.

Naribus odoretur acetum rosaceum, item in quo rosæ coxerint. Excipiatur uapor è decocto rosarum, santalorum. Linteolum quoque in his insuccatum, uel in mixtura omphacii, aceti, aquæ rosarum sæpe inducatur naribus.

Iam exulceratis, ceratum rosaceum, uel uiolaceum mixta quarta parte mucilaginis tragacanthi conuenit, Intestinis decoctum rosarum & cydoniorum.

Delendis uestigiis hæc conueniunt.

R. lithargyri, cerusæ lotæ, cadmiæ lotæ, pul. cannarum adustarum, croci ana ℈. s. Trita incorporentur cerato facto ex ceræ dr. vi. & olei de lilio ℥. ii. Conueniunt aqua fabarum, aqua distillata è pedibus uituli, arietis, porcellorum, aqua distillata è melle, terebinthina, radice serpentariæ limonibus, citrangulis, floribus fabarum, aqua quæ foliculis ulmorum includitur.

Bene repurgatur à uermiculi, & modico saccharo candi commiscetur, uel cum melle & terebinthiua distillatur.

R. cerusæ lotæ, amili, fabarum farinæ, cicerum, phasiolorum, tragacanthi ana dra. ii. Vniantur omnia lacte muliebri.

Liquor ouorum extractus ex albuminibus, & distillatus delet uestigia, & illustrat faciem.

Aliud.

Aliud.

℞.maſtichis,myrrhę electę,aloes hepaticę,ſpicæ nardi,ſanguinis draconis,olibani, opopanacis,bdellii,carpobalſami,croci,gummi arabici,ſtiracis liquidi,& rubri ana dr.ii.s.terantur omnia,& cum terebinthina ad pondus omnium fiat diſtilatio in alambico.

℞.lithargyri argenti lib.s. Optimè trita decoquatur in libr.ii.aceti albi optimi, ſemper agitando, uſque ad conſumptionem medietatis.Deinde per filtrum diſtillentur, & in uaſe bene mundo reponatur,poſtea.

℞.camphorę dr.iii.aluminis,boracis,ana dr.vi.muſci Gr.iiii. Terantur omnia,quibus adde olei de tartaro ℥.i.s.Bulliant omnia in libr.ii.aquæ roſ.ad conſumptioné tertiæ partis, ſemper cõmiſcendo.Poſtremò per filtrum diſtillentur,& in ampulla bene clauſa reponantur.

Oportebit primùm contingere maculas priore diſtillato: deinde ſecundo.Alia permulta è Practicis colliges.

DE ACCIDENTIBVS FEBRIVM.

De Somno & Vigilia.

SOmnus in febribus, alius naturalis, alius præter naturam.Maximè naturalis eſt in declinationibus, tum totius morbi,tum particularis acceſſionis. Præter naturam uerò initiis acceſſionum, atque ubi multus humor uitioſus aceruatus in corpore. Sic enim uitium rapitur in medium corpus,laborem facit, conuulſiones, timores,& alia eiuſmodi. Ideo ſcriptum ab Hippocrate, In quo morbo ſomnus laborẽ facit, mortale:ſi uerò iuuat, non mortale. Laborem facit, qui præter naturam eſt: iuuat,qui eſt naturalis.

Bonus eſt (inquit) qui delirium ſedat, intelligens malum,qui delirium facit. Ac rurſus.Somnus atque uigilia,utraque ſi modum exceſſerint, malum. Neque enim omnino dormire bonum,aut uigilare. Sed hæc duo temperari debent,& maximè ubi cruditas eſt.Somnus enim concoquit: uigiliæ uerò digerunt, fuſo calore in habitum

tum corporis, atque ita repurgatis fumoſis excrementis, de quo xii. Method. medendi.

Habenda quoque morborum ratio. Eſt enim, cum non ita dormiendum eſt, ſed quantum uires requirunt. Quod in peſte dictum eſt. Ac febres omnes ſomniculoſas plenas eſſe periculo iam ante diximus. Item quę per uigiles ſunt. Vtriuſque ergò accidentis cauſa inueſtiganda eſt. In febribus calor, ſiccitas, dolor, ferè uigilias inferunt: hinc celeriter uires concidunt, & facies illa Hippocratica inducitur. Nares acutæ, &c. Palpebræ uix ſe attollunt pulſus ad inſtar chordulæ extenſæ. Huic itaque malo anacolematis, uinculis, odoribus, potionibus, maturè ſuccurendum.

ad ſupfluas uigilias:

Græci ſub horam ſomni, manus & pedes ad articulos uinculis conſtringunt, dum defatigentur. Soluunt uincula, ſubducunt lumen, imperant ſilentium. In ratione uinculorum animaduertendum, ne corpus arthriticum ſit, aut ſint ulcera ad articulos. Sic enim ad alia remedia confugiendum eſt.

Anacolemata, quæ frontalia appellant, ex olei roſacei unc. i. aceti dr. ii. cum oui candido. Aliud.

℞. olei uiol. & roſ. ana ℥. s. aquæ roſ. unc. ii. agitentur cum oui albumine. Fortius erit, ſi Gr. vi. uel eo plus opii addideris, aut dr. ii. populeonis. Sed in uſu anacolematũ habenda ratio naturarum. Nam pueris & mollioribus corporibus eiuſmodi refrigerantia ſtuporem inferunt, læduntque memoriam in reliquam uitam. In his uerò, qui remedia ſuſtinere poſſunt, innouanda ſunt ſæpiùs: ſtatim enim incaleſcunt.

℞. capita iii. papaueris. In pul. redacta cõmiſce oui albumini. Bene fiet, ſi albumen oui ex aqua roſacea prius agites, & deſpumes. Aliud.

℞. olei papaueris albi unc. i. s. populeonis unc. s. albuminis oui, ut ante, deſpumati unc. ii lactis muliebris ℥. s. Præferunt in hoc lac muliebre, ſi nutrix albo colore eſt, & puellam nutrit. Frontale ſiccum.

℞. quatuor ſem. frigidorum an dr. i. ſem. papa. ℈. ii. florum nenupharis, uiolarum, anethi ana P. i. fiat ex omnibus

bus puluis, qui inuoluatur in linteo duplici. Deinde perfumetur cum aqua rosarum,& betonicæ, aut cum uino albo diluto his aquis. Aliud.

R.nenupharis, rosarum, uiolarum an.P.i.corticis radicis mandragoræ drac.i.s. sem.papa.albi,coriandri an. drac.i.conquassentur crassiuscule,inuoluantur & perfumentur,ut priùs.

Potiones.

R.syrupi papaueris,de nenuphare an.dr.vi. decoctionis lactucarum unc.ii.Capiat hora somni. Aliud.

R. lactucarum P. i. dactylos tres, caput unum papaueris.Fiat decoctio ad unc.iiii.Cum unc.j. syrupi rosati fiat potus,uel.

R. dactylos duos cum capite papaueris, fiat decoctio ad unc.iii In col.disso l.sacchari rosati unc.iii.Conuenit ubi distillatio in pulmones cum uigiliis: ac ferè commiscemus ea, quæ astringunt, ubi fluxio est, ut in Dysenteria.

R.syrup.de papa.unc.i.diacodion sine speciebus ℥.s. aquæ ferratæ ℥.s.Detur hora somni. Conuenit & syrupus rosatus,aliàs per se,aliàs cum aliis. Olfacere oportet oleum de semine lactucæ, de nenuphare, uiolarum, cuturbitæ,aut ex his nares inungere. Alioqui refrigerantia,ut lactuca, flores uiolarum,nenupharis semẽ & capita papaueris,semen album hyoscyami coquuntur aqua: uapor auribus & naribus excipitur:spõgia in his immersa & expressa subinde naribus admouentur.Conueniunt molles frictiones plantę pedũ, linteamina bene munda, instratum cubile, refrigerantibus susurri facti, idétidem infusa aqua. Sunt qui abraso capillo humectant caput spuma seri lactis feruefacti. Alii è floribus croci, déptis staminibus,aquam distillant,eius aquæ ad unc.iiii. totũ propinant ad horam somni. Quidam etiam probant manus & pedes ablui ex decocto refrigerantium. Bonum quoque fuerit hordeata,lac amygdalarum dissoluere ex decocto lactucarum,capitum papaueris & similium iuscula alterari cum multa lactuca,nodulos quoque fieri, qui iusculis incoquantur,ut.

R.qua-

R. quatuor sem. frigidorum maiorum, portulacæ ana drach. s. fiat nodulus. Vbi uero nimium somniculosi sunt, exprime succum è radice fœniculi, & indes naribus, aut spongiam imbues aceto, in quo prius concisa radix fœniculi, hyssopus, nux moschata, aut quid simile coxerit.

De siti.

SItis fit ab humido deficiente, aut calido superante. Calori aliqnando coniuncta est siccitas, ut in ardoribus: aliquando humiditas, ut in Hydropicis, & cum pituita salsa uentriculo inhæsit. Nascitur autem uel ita alterato toto tempore, uel certis partibus: quales sunt gula, stomachus, uentriculus, uiscera, primùm intestinum, pulmo. Sitis quædam est, quæ nullo potu expleri possit, ideoque dipsacon Græci uocant. Etenim non aliter quàm qui à dipsaco serpente morsi, inexplebili siti ardent. Idque aliquando in morbo contingit, de quo cap. de profluuio urinæ: Aliquando id contingit iis, qui ueteri uino indulgentius sese ingurgitarunt: aut uina alioqui calida largius hauserunt: uel qui marinam aquam dulcis inopia, diutius biberunt. Qui denique salsis & medicatis alimentis, uel etiam pharmacis idipsum contraxerunt. Vbi humidum efferuescit, biliosi succi, salsave pituita in uentriculi tunicis imbibita est, hoc idem accidit. At uerò ex contrariis causis sitis nulla est, uel quia sentiendi facultas demortua est in uentriculo. Hoc uerò in febribus maximis & ardentibus exitium denunciat. Est cum, ut adsit iusta causa sitis, non sitiant, tamen qui febricitant: tum quia ut modò dicebatur, extincta est sentiendi facultas uentriculi: tum quia à capite humiditas defluit, atque inde irrigatis partibus, unde sitis incendi solet, non sitiunt. Vitiosa quoque sitis est, cum scilicet alienos potus appetimus ex natura humoris uitiosi imbibiti tunicis uentriculi, qualis est pica circa cibos, id est absurda mulierum appetentia, quæ uterum gerunt. Hæc itaque priùs distinguenda sunt, quàm de potu fideliter decernas: Neque permitten-

dum

dum est, ut diutiùs sitiant, maximè in febribus: atque ubi siccitas est. Quin & in declinatione cogendi sunt ut bibant. In accessionis principio & augmento potus prohibendus, ne ueluti in fornacibus fabrorum suffusa aqua aut alio liquore febrilis calor uehementius incendatur: sed tum sitis fallenda est madefacta lingua, uel etiam conuoluta folio lactucæ, acetosæ, aut linteolo in aqua frigida madefacto. In uigore collutionibus iam utendum, & gargarismis, qui ubi inclinat, & uehementer sitiunt, largiter ac confertim bibendum, quantùm, uidelicet, haurire possint. Sic enim fit, ut subito motu & contrarietate potus excitatus calor foras dissipetur.

fallenda

Somnus sitim sedat à siccitate, declinationibus tempestiuus. Sanguinem enim intrò colligit, unde siccitas temperatur. Vigilia uerò sitim lenit à calore: calorem enim foras axcludit. Ideoque quicunque merum largius hauserunt, ac per fumos & uapores calidos sitiunt, his non modò frigidæ potus, sed etiam uigilia remedio est. Sedandæ siti ardentium, & eorum, qui calido & sicco laborant, conueniunt, quæ refrigerant & humectant: quale est dilutum oxycratum, id est, aceti modicum, eiusque tenuis & bene puri, multæ aquæ mixtum, ut facilè bibi possit. Acriore enim utendum erit, ubi pituita salsa est, aut alioqui humiditas iuncta calori, ut in Hydrope.

Aqua frigida, si neque infirmitas uisceris, neq; cætera prohibent, tempestiuè data, efficacissimè sitim extinguit, quam calor & siccitas faciunt. Quòd si ab aqua frigida noxa metuitur, quinta parte tepidæ uini aquosi, iulepi uiolati, aut rosati, parte subdecupla sacchari temperari potest. Aliud.

R. seminis lactucæ & cucumeris ana unc. s. liquiritiæ recentis & rasæ unc. i. bulliant in vi. lib. aquæ. Aqua refrigerata per se uel cum modico aceti ut priùs, aut aliis proximè dictis, bibatur. Hordeatum mundatum & excorticatum in quadrupla aqua bibitur. Ptisana uulgaris bene cocta ex hordeo mundato, recenti succulen-

to,

to,excorticato,& glycyrrhiza similiter recenti,& rasa, utilissima est. Sed hæc Medico animaduertenda sunt, alioqui sitim facit, non extinguit. Cydonia & pira humidiora, cucurbita, cucumer in rotulas conciduntur, immittuntur uase aqua frigida pleno,uas in puteum ita demittitur:usus tempore aqua bibitur, cum uehemens ardor est. Mel rosatum more Veterum præparatum,aut saccharum rosatum,sæpiùs refusa aqua rosacea factum, in octupla aqua dissoluitur. Cydonia,pruna,extrema lactucæ ac portulacæ,capreoli uitis,ramenta cucurbitulæ & cucumeris, aqua plantag.uel rosacea macerantur & ore continentur. Similiter & granatorum succus, sirupi uiolacei unc. in unc. iiii. decoctionis lactucæ. Iulepus uiolatus rosatus, uel ex aqua & saccharo factus saccharo quidem communi,uel uiolato. Vinum granatorum, syrupus limonum & similia cum aqua hordei, decocto glycyrrhizæ & similibus propinantur. Pilulæ sunt ab Antiquis commendatæ sub lingua retinendæ.

℞ semin. cucumeris dr.iiii. gummi tragacanti dr. ii. gummi dissoluatur oui albumine, semina trita commisceantur,fiant pilulæ.

Siccentur in umbra,paulatim deglutiantur.

Circa guttur inunctio ex oleo rosaceo cum aquis, aut succis semperuiui, solani', umbilici ueneris, lactucæ, acetosę, portulacæ, mucilaginæ, psilii,aliquot granis camphoræ, in quibus linteolum subtile & rarum subinde madefiat ac frequenter apponatur. Conueniunt & ea, quæ contra æstum dicta sunt cap. de Febre ardente.

De linguæ scabritie & nigredine,totiusq; oris.

Lingua tunica uestitur, quam communem habet cum toto ore,palato,larynge,gula,stomacho,internoque uentriculo:tum etiam angustissimas uenas, per quas uisceribus communicat,ita fit, ut ex colore linguæ de uiscerum,uenarumque habitu coniiciamus.

Humores enim, aut certè uapores è reliquo corpore eo sublati ,ubi iam non habent,quò ultra prgrediãtur, in spongiosa lingua cõsistunt, & corpus linguæ afficiũt, ind u-

inducunt scabritie, nigredine, fissuris, siccitate, aliisque id genus. Eadem quoque affectio totum os, quin & asperam arteriam & œsophagum occupat. Scriptum ab Hippocrate 4. Aphoris. & 6. Epide. Quibus plurimum siccæ tusses leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multùm siti infestantur, neque iis lingua exuritur. Aliquando enim tenuis humiditas in os & linguam defluit, uel frequente tussi è uicinis corporibus glandulosis eadem humiditas excutitur. Pars quoq; in partes defluit, unde hęc omnia humectantur, ex quo neque multa sitis, neque exustio. Pessimum signum est, ubi nigrescit lingua, & nimis scabra est. Hic igitur in primis prohibendi fumi sunt, qui à reliquo corpore attollunt coriandris præparatis, saccharo rosato, interceptis uiis, ut postea dicetur. Lingua scabra hydrelæo tepido sæpius fouenda est: Sed oleum dulce sit, & bene lotum aqua pura, nulla qualitate uitiosa. Alioqui tantùm aqua tepida utendum est, in qua, si uis, præcoxerint semina cydoniorum, altheæ, maluæ. Posteaquam uerò abluta lingua est, scabrities & humor qui inhæsit, satis aspero linteo, spongia, cæruleo panniculo, cochleari argenteo, uel ad id parato instrumento detergenda, abradendaque. Sæpe enim ueluti nigra fuligine obducta est lingua, quæ pertinacius hęret, nisi abradatur. Idque ferè fit adusta bile, & sursum lata, unde iis & deliria, & profluuia sanguinis ferè contingunt. Aurelianus spongia aqua tepida imbuta absterget simul, & humectat. Quod si humectandi consilium uincit, quia siccior lingua est, lini semen, cidoniorum, altheæ, maluæ, psilii, portulacæ, myxaria seu sebesten, altheæ radices, aliaque eius generis, quæ humectant & emolliunt, in aqua priùs coquendæ sunt, in qua molle linteolum subinde inculcabis, atque ita linguam remollies. Vbi uerò scabrities uincit, atque ideo abstergēdum magis asperiore linteo, panniculo illo cœruleo, extremitate baculi alligato, uel spongia uteris, & in præscripta aqua aliquid sacchari candi dissolues, atque ubi satis humectatum, atque repurgatum os fuerit, frigida colluendum est. Cautione Phreneticis & delirantibus dum os abluis,

abluis,

abluis,in hoc digitum inducas. Mordicant enim & digitum abſcindunt. Cornelius Celſus penicillo è conſerpto linteolo & conſtructo,ne diſſipetur,linguam deterget,quam priùs aqua calida inculcat: deinde melle ungit,& oleo roſaceo Mel enim purgat & deterget. Roſaceum reprimit,& ſiccefcere non ſinit.

Alioqui butyrum recens ſæpius ex aqua roſacea ablues,cui deinde ſaccharum commiſcebis. Quòd ſi ſola ariditas, cerato roſaceo liquidiore utitor. Saccharum candi retentum ore humectat,& deterget. Paulus Celſo ferè conſentit, & roſaceum concorporatum melli plurimùm commẽdat. Sumach incoquatur mulſa, hinc ſcabritiem detergebis. Pruna damaſcena & ſebeſten incocta aqua roſacea humectando conueniunt, & reprimendo; ſuccus portulacæ, eiuſque folia ac reliquæ id genus herbæ prius enumeratę, Cap. de ſiti.

Archigenes ſale indo utebatur:nos ſaccharo candi. Auicennas baculo ruſci,aut ſalicis deterget,oleo amygdalino cum modico ſaccharo optimo humectat & deterget. Quòd ſi oleum odioſum eſt, lacte amygdalino utendum erit. Sed aliquando profundiùs ſcabrities inhæſit,cancrum vulgus appellat. Tum Chirurgo uti oportet, qui depreſſa lingua inſtrumentum ad id conueniens profundius immittat atque detergeat,ex quo gargariſmis utendum eſt.

R. aquæ hordei aut ptiſanæ bene præparatæ unc.iiii. ſacchari uiolati,ſacchari candi ana unc.s.uel.

R. hordei mundati unc.i.tragacanthi albi,ſem.cydoniorum ſem. maluæ,liquiritię recentis mundatæ, ſucci eiuſdem ana unc.s. Fiat decoctio in aqua puriſſima. In expreſſione diſſolue penidiorum unc. ii. Fiat gargariſmus,quo tepido utatur. Alius.

R. ſacchari candi, tragacanthi albi, gummi arabici ana dr.ii.ſem.pſilii, cydoniorum,portulacæ ana dra.s. conſeruæ uiolarum unc.s. Vniantur omnia:deinde diſſoluta in iulepi uiolati quantitate ſufficienti,gargariſmum faciunt contra ſcabritiem arteriæ, totiuſque oris interioris. Collum uerò, qua maximè parte uenæ ſunt

&

& arteriæ, illinatur ſubinde hoc unguento.

R. olei uiolati ſæpius loti in aqua uiolarum unc. ii. butyri recentis ſæpius loti ex aqua roſarum unc. s. Fiat unguentum. Vulgus utitur foliis linguæ canis quę collo circumponit, aliiſque herbis plurimis. Frequens quoque illi eſt aqua caprifolii & arnogloſſæ, ſimiliter & omphacio aliquando utitur. Decumbere oportet in alterum latus; ſupinis & ore hiantibus celerius lingua exareſcit. Sternutationes linguam humectant, quia uiolento motu è uicinis partibus humidis humiditas in os exprimitur.

De dolore capitis in febribus.

DE dolore capitis iam multa dicta ſunt, quæ in hunc locum referri poſſunt. Peculiariter in capitis doloribus, quæ cum febre per initia inuadunt, Prima aut ſecunda remiſſione ſanguinem mittito, ſi uires & cætera permittunt. Verùm priuſquam de Phlebotomia decernas, uidẽdum ne dolor hic propter aſtrictam aluum, aut uapores uentris, non quia materia in capite eſt, excitetur. Hic enim quod ad dolorem attinet. Phlebotomia neceſſaria non eſt, ſed clyſter ſufficit. Si poſt ſeptimum diem dolor primùm inuaſit, ſanguis quidem detrahendus nõ eſt: ſed aluus liberaliter mouẽda eſt, uel pharmaco mediocri, uel rhabarbaro, catholico, uel clyſtere acriuſculo. Quòd ſi nec clyſteri quidem, aut pharmaco concedit dolor, cucurbicula occipitio, uel ceruici defigenda eſt: ſine uulnere quidem, ſi tantum uapor eſt cauſa: cum uulnere, ſi qua materia capite continetur.

Veteres raſo capillitio aſperſionibus plurimum utebantur, & ex alto infuſi liquoribus in eas partes capitis, qua per ſuturas anteriores humor in caput deſcenderet. Vtebantur ferè oxyrhodino, roſaceo cum aceti modico ſi quidem calidior febris, taliſque aeris conditio.

Frigidiore uerò corporis habitu, & Hyeme chamæmelino cum aceti quinta parte, quod prope fiet ſi dr. ii. aceti olei unc. commiſceas. Sed nunc ferè anacolematis, ſeu frontalibus utimur, quę frontem & tempora comprehendant ex eadem materia. vel.

ſ R. olei

flaia :

R. olei rosarum unc. ii. olei communis, uel chamæme lini unc. s. Aestate frigidis, atque ubi feruentior febris est: ubi uerò mitior febris, nec cœlum feruet, modo tepidis, modo calidis utendum est. Aliquando proximæ mixturæ succum polygoni commiscemus, nonnunquam capita papaueris in oleis elixamus Aestate, & uehementiori febre: alioqui serpillum, mentham, betonicam, saluiam, anethum, peucedanum, & similia.

Perseuerante dolore cataplasmata fingenda sunt.

R. farinæ hordei M. ii. malaxentur cum succis fœniculi, & olei rosacei ana quantum sufficit. Fiat cataplasma, quod in totam frontem & tempora extendatur. Quod autem & subinde remedia commutari priusquã nimiùm incalescant, quòdque olea nec rancida, nec grauius olentia, nec salsa esse oporteat, iam sæpe dictũ est.

Cornelius Celsus rosas in aceto macerat, fasciã in eo aceto madefacta maceratas rosas inuoluit: fronti, & temporibus apponit, sæpe innouat: alioqui lana in eo aceto inculcata uim remedii conseruat, quod & in aliis remediis fieri potest, ne celeriùs incalescant, sæpiusque commutanda sunt.

Alii pane ex psilii & similium succo subacto cataplasmata fingunt. Nonnulli eandem micam panis cum foliis hyosciami conterunt, uel papaueris recentis, deinde oxyrhodino commiscent. Abstinendum uerò assidua potatione, collutione immodica, luce, calore, colloquiis, ingratis odoribus & uaporosis, clamoribus, strepitu, & uehementi animæ motu. Auicennas & Arabes hac irrigatione ueniunt.

R. flor. chamæmeli M. s. furfuris, uiolar. ros. an unc. s. F. decoctio, materia sacculo excipiatur, qui subinde madefactus in decocto exprimatur, deinde frõti ac temporibus apprimatur. Neotericorum formulæ sunt.

R. olei rosarum unc. s. olei uiolarum & lactis mulieris ana dr. ii. aceti albi dr. i. panniculus in ea mixtura inculcatus applicetur fronti & temporibus. Aliud.

R. aquæ rosarum & damasci ana unc. i. aquæ nenupharis unc. s. misce, similiter utere.

Viris

Vitis capreoli & folia concisa, & imposita dolorem sedant, & somnum conciliant, similiter & reliqua materia, quæ refrigerat. Videndum tamen, ne nimium refrigeremus, ideoq; & aceto & aliis eiusmodi, sed illo maximè interdictum est, ne quis, uidelicet, solo utatur. Nã præterquàm quòd nimium refrigerat, neruis etiam inimicum est. Atque iis multò magis abstinendum est in pueris, mollioribus corporibus, & cœlo frigido.

Auicennas in dolore capitis à febre abstinet stipticis refrigerantibus, quia timet ne inde materia compingatur, & crassescat nimiùm. Alioqui materia exprimatur, ubi catarrhus calidus est.

De sudore.

SVdor excretio est serosi humoris per poros corporis. Causas habet efficientem quidem calorem, materialem uel uaporem, uel humiditatem. Vapor à calore, qui humores resoluit, deinde in superficiem corporis attollit, relaxat poros: sed uapor occursu cutis resistit, atque hic in humorem conuertitur, non aliter quàm in aere pluuia, in ollis coquinariis humor è uapore sublato, si quid solidum opponitur. Humor uero eo modo materia est sudoribus, ut etiam urinis. Atque ut in his aliquid etiam bilis emungitur: ita & in sudoribus tenuior bilis expurgatur. Sed uenosum genus per urinas magis, habitus corporis per sudores expurgatur. Est cum calor externus attrahit humores, liquefacit, ac resoluit, quod in balneis & uaporariis intelligitur. Aliquando etiam medicamenta quædam partium tenuitate & calore humores liquefaciunt, ac celeriter in habitum corporis penetrant, secumque liquefactos humores rapiunt, unde sudor. Atque interim imbecillitate caloris natiui, ac prope dissoluta natura diffluit sudor, isq; ferè frigidus, ut in malignis febribus. Nõnunquàm etiam præ copia humorum aut alimenti sudor fit, de quo scriptum ab Hippocrate. Sudor multus à somno factus sine causa manifesta, corpus uti pluri cibo significat. Quòd si non assumenti cibum hoc accidat, scire oportet, quòd indiget euacuatione. Et ex copia humo-

rum perpetuus ferè ſudor eſt in febriũ generibus, quas Typhodeis, & Eleodeis appellabamus.

In febribus ſudor eſt optimus, qui fit die critico, præcedentibus ſignis coctionis, qualitate tepens, toto diffluens corpore, ſubſtãtia tenui, nullo graui odore, cum pulſu bono & undoſo, & à quo leuatur febris, æger que incipit habere ſalubrius: contrà uerò peſſimus eſt ei contrarius. Quòd ſi ante criſim aut acceſſionem fit, malus eſt. Etenim ui excernitur, exprimiturque. Poſt criſim & acceſſionem fuſo calore, laxato corpore, natura uincente ſalutaris eſt. Qui circa ceruicem tantùm & thoracem, aut toto quidem corpore ſed exiguus naturam languidam, uel copia grauatam ſignificat. Deterior tum eſt, ubi in ſupernis tantùm partibus. Nam ſi tum natura infirma eſt, ſyncopem denunciat: quòd ſi etiam frigidus eſt, iam ſyncope eſt. Alioqui ſi non ita infirma natura eſt, partem unde eff luit ſudor, grauatam copia coniicies, uel aliter affectam: qua parte ſudor, ibi morbus, inquit Hippocrates, ut & hoc frigidi ſudores cum acuta febre mortem, cum mitiore morbi longitudinem ſignificant. Hęc omnia in febribus diſtinguere oportet, ut intelligamus, qui ſudor bonus, quique malus ſit, qui reprimendus, & rurſus quem excitare oporteat. Eſt & genus ſudoris incogniti antiquis, qui paucis diebus hominem reſoluit, ferè ſimilis ei ſudori, quem cardiacum dicebamus. Vocatur autem Anglicus, quia in Anglia anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto populariter graſſari cœpit, quo correpti ſtomachi & capitis æſtuoſo dolore cruciantur, toto corpore ſudorem fœtidum effundunt, ſitiunt, intra uiginti quatuor horas animo deficiunt & moriuntur. De quo iam multa ſcripta ſunt. Sed qui eo tempôre uixerunt, afferunt præcipuam cauſam mortis, quòd loco ſtare nequeant ægri, pedes, manuſque ad refrigerium iactent, ac ſuppreſſo ſudore moriantur.

Itaque cautio fuit Anglis, ut qui interdiu corriperetur, ſtatim cum ueſte decumberet, foueret ſudorem: qui uerò noctu, ſeſe colligat, bene coôperiat ut effluat

modicus

modicus ſudor. Potu utatur qui temperet ſitim, cibo ſi carere poteſt, bene eſt: ſin minùs, frugaliter utatur, nec ſe dimoueat lecto, nec iactet membra ad refrigerium. Eſt enim lethale, ut uix centeſimus quiſque euadat: aut ſi qui euadunt, in morbum bis terque relabantur, & tandem concidant. Hæc ex Chronicis Angliæ, quas ſcripſit Polydorus Virgilius.

Sudores uero in febribus aliàs cohibere, aliàs excitare oportet. Critici, ſi quidem reſiſtunt, excitari debent. ac fere reſiſtunt, uel quia copioſior materia eſt, uel qualitate craſſior, & lentior: alioqui externa cauſa eſt. Propterea conſuetudo eſt, ut ſyrupum acetoſum cum ptiſana, uel aqua hordei calida imperent: Alioqui ptiſanam ual aquam hordei ſaccharo conditam. Atque hæc calida imperentur, ut citiùs penetrent in corpus.

In ſumma quæcunque uim habent aperiẽdi, nec adeò calefaciunt, mouendis ſudoribus imperari debent.

Atque ubi materia craſſior eſt, minuſque uiſcida, decoctum hyſſopi, thymi, pulegii & ſimilium, uel oxymeliti, uel ſyrupo acetoſo miſcendum eſt.

Verùm in ſudoribus etiam criticis modus quidem eſſe debet, quemadmodum & in reliquis omnibus criticis excretionibus.

Modus uerò tibi indicabit pulſus, qui per eiuſmodi excretiones uehemens & magnus. Quo igitur tempore talis permanet, nihil ab excretione tibi metuẽdum eſt: ubi uerò cœpit imminui & langueſcere, ſiſtenda hæc excretio eſt. Hiſtoria eſt apud Gal. Imperitus quidam Medicus ſudantem adoleſcentem in balneum deduxit, & extinxit præter modum citatis ſudoribus.

In ſyncope copia grauante, inflammationibus uiſcerum: principiis morborum acutorum ſudores mali. Etenim naturæ imbecillitate, non robore effluunt. Ab animi quoque moleſtia, conuulſionibus, magnis doloribus ſudores commoti cohiberi debent, ut etiam qui reſoluto corporis habitu diffluunt. In ſudoribus remiſſis neque ſatis fluentibus melius eſt aquam guttatim cadere, quàm tenuiter & parce corpus madefacere.

Diapaſmata Græci uocant, quæ ad ſudores inſperguntur, ut Alipaſmata, quæ inungunt, magiſque cohibendis ſudoribus. Diapaſmata ex materia refrigerante & aſtringente, ut eſt roſarum ſiccarum puluis, terra ſamia, cimolia, creta, alumen ſciſſile, plumbum exuſtum, gypſum lotum, mala punica. Hæc ſingula commixta, uel per ſe ſubtiliſſime trita corpori aſperguntur, uel aſtringente oleo commixta inunguntur.

Ad ſiniſtram mammam, & totum uentrem remedia adhibenda ſunt, ac ſubinde mutanda ſunt. Cæterùm ubi tumor prę̈ter naturam in hypochondriis, aſtringentibus abſtinere oportet, utendumque pane ex roſaceo ſubacto. Alioqui farinam uolatilem ex aqua, uel roſaceo ſub actam hypochondriis impones. Atque remedia, quæ ſudores cohibent, fugere oportet.

Aetius cataplaſmatis refrigerantibus ſiniſtram mammam & totum uentrem comprehendit: Smegmatibus uerò aut Diapaſmatibus, id eſt, puluiſculis collũ, thoracē, alas, inguina cōſpergit. Corpus quoq; uentilandum eſt, atque leuandum ſtragulis. Poſſumus ſucco plantaginis, portulacæ & ſimilium media corporis irrigare. Vniuerſum corpus ceratis ex oleo aſtringente inungere.

Paulus reſiſtentem ſudorem criticum, aut remiſſum fotu, quiete, calido clyſtere, ſorbilationibus, ſomno denique adiuuare.

Sudores ab animi moleſtia, conuulſione & ſimilibus, extremitatum ligatura, fotu extremorum, ueſtimentis laneis compeſcit.

In ſumma nullus ſudor ui exprimendus eſt. Sed ubi natura eam excretionem molitur, tum quidem adiuuanda eſt. Certiſſimum indicium ſalutaris ſudoris è pulſu colliges, qui magnus & undoſus eſſe debet, ſi quidem ſudor ſalutaris futurus eſt, ac præter cætera animaduerte, quæ ſudoris cauſa extiterit.

indiciū certiſſimū ſudoris ſalutaris.

Si enim præter naturam eſt, qualis eſt dolor animi, moleſta conuulſio, interior inflammatio, & ſimilia: ſudor quidem reſoluit corpus, non leuat: itaque cohibendus eſt: Contrà uerò ſi naturæ uictoria eſt, pulſus magnus

gnus erit & undosus, neque tum sudor cohibendus: sed si resistit, incitandus, dum incipiat pulsus languescere. Signa prognostica, è quibus præsagias sudorem, iam ante descripta sunt cap. de febre ardente.

Sudor qui grauiter olet, putridam, corruptamq́ue materiam ostendit. Suspectus est, qui nõ soluit febrem, qui non minuit symptomata, qui alio die, q̃ critico, existit.

De morbo Regio.

QVibus in febribus morbus regius ante diem septimũ accidit, malum, inquit Hippocrates. Tum scriptum ab eodem primo de morbis popularibus, multos seruatos, quibus die quarto morbus regius accidisset, & lib. de rat. uictus acutorum. Morbus regius ante 7. si cum horrore, salus: si sine horrore, mors. Quæ quia pugnare uidentur, meminisse oportet morbum regium ante septimum ferè exitiosum, nisi sequatur excretio, qualis est fluor sanguinis è naribus, alui profluuium, urina multa, sudor, uomitus, & similia.

Alioqui naturæ infirmitas ostenditur, grauis intemperies, aut obstructio hepatis, eiusdem inflammatio, aut scirrhus. Quod si initio morbi natura concidit, exigua spes reliqua est.

Post 7. uerò, si quidem criticus est, salutaris est.

Post 7. significare sudorem scripsit Hippocrates lib. de Iudicationibus.

Si igitur post 7. morbus regius fit, & criticus est, expectanda salus: multò magis, si qua excretio critica coniuncta est: unde leuetur natura, minuatur febris, eiusq́ue symptomata.

Verùm aliquando & morbus regius fit, & sequitur excretio, & mori contingit. Ita Hermippus in epidemiis cum à morbo regio abundè excreuisset per aluum, mortuus est.

Panagoras tertio die auriginosus nihil excreuit, mortuus est.

Heraclides & alii permulti 3. die auriginosi seruati sunt. Quibus secuta per uesicam purgatio, turbata aluus est, uel profluit sanguis è naribus.

Præter remedia, quæ proprio capite de morbo Regio descripta sunt, conueniunt, Balnea dulcia, unctiones ex oleo chamæmelino, anethino, irino, aut cui rosmarinus incoctus sit.

Potiones, quæ aperiant, rarefaciant, moueant sudores, quæque partim capite de uariolis, partim capite de sudoribus descripta sunt. Atque ubi extincta febris est, liberior usus est aperientium. Oculis conueniunt fotus ex aqua tepida, in qua summitas fœniculi, flores chamæmeli, anethi, rorismarini efferbuerint. Atque eadem aqua, & facies, & corpus uniuersum ablui potest.

Oxysacchara, Granatorum succus cũ modico melle albo, uel sacch. oculis inungitur. Errhina imperantur.

Albutio faciei ex aceto albo tepido. Errhinorũ usus in balneis ex aceto acerrimo scyllitico, succo nasturtii, maioranæ, betæ, fœniculi, rorismarini. Elaterii momentum in lacte muliebri dissolutum.

De dissoluta appetentia.

Appetentiæ ideo consulendum est, quia longiore inedia uires dispereunt. Itaque quantùm morbus patitur, curandum ut æger aliquid appetat. Neque omnino denegandum est, quod æger appetit, etiamsi non ita morbo conuenire uideatur.

Scriptum est ab Hippocrate, Parùm deterior potus aut cibus. &c.

Atque interim coguntur uti clysteribus, qui nutriant, ubi nimium deiecta appetentia, nihil assumit æger, aut omnia reuomit. Similiter & cibum non sentientibus, & cardiacis, iuscula caponum, pullastrarum cum modico sacchoro, hordeatum & amygdalogala.

Oribasius alicam, triticum, far, furfures, panes coquit & decocta infundit nutriendo, & stercora duriora excludendo. Meliusque fuerit, priusquam nutrientem clysterem iniicias, alio clystere intestinum repurgare, ac quantum fieri potest, & paulatim & in profundum nutriens clyster infundatur.

Aetius oua confracta in ptisanæ cremore, aut alicæ inicit uacuo intestino, hoc est, bene repurgato ueteri stercore.

ftercore. Nunc uitellum oui in hordeato, lacte amygdalino, iure carnium dissoluemus. Potus sit iulep rosatum, distillatum: sed quia dulcia sunt, quarta pars uini granatorum adiici debet. Gelatina cum eodem uino uel granis acidi granati, granatum quoque acidulum, cum modico saccharo exhibeatur. Iulepus factus ex succo depurato, capreolorum uitis. Syrupus de agresta cum aqua cocta frigida. In conualescentibus sæpe humor aliquis reliquus est imbibitus uentriculo, unde deiecta appetentia. Scripsit Hipp. egere uacuatione.

Vacuatio olim ex hiera: nunc ex rhabarbaro. Optimũ fuerit, uacuans medicamentum imperare est decocto eorum, quæ detergent, & maxime cicerum rubrorum, absynthii, hordei & similium. Cinamomum aceto scyllitico maceratur: esitur matutino.

Incidit aliquando febricitãtibus uomitus superfluus. Quære remedia ex capite de cholera & uomitu.

Incidit fluor sanguinis è naribus, cuius signa prognostica capite de febre ardente. Remedia cap. de sanguine fluente è naribus.

De singultu, syncope, tussi, delirijs, urinæ retentione proprio cap. prius descripta sunt remedia.

Aluus durior mollienda clysteribus, ex iis, quæ partim ardorem attemperant, quæ remolliant, & si fuerit opus, aliquid attrahant.

Profluentis alui remedia proprio loco dicta sunt.

De tremore cordis similiter, & de cardiaca febre.

De Varicibus.

VArix uena est dilatata, nata primò imbecillitatis uitio ex sanguine crasso, melancholico, interim pituita mixta.

Quæ ab atra bile, atriorem cutem reddit: Quæ uerò à pituita, albiorẽ. Nascitur plurimum in cruribus, interiori tibia. Aliquãdo in testiculis, uentre tẽporibus. Supposita uulneri prohibet, ne uulnus coalescat. Itaque primum hoc modo curanda est.

Consultis ægri uiribus, cæterisque ad phlebotomiæ consilium adhibitis, ex axillari brachii eiusdem lateris

cum

cum crure, in quo uarix eſt, ſanguinem detrahes, niſi ui tio lienis uarix intumuerit. Tum enim è ſiniſtra axilla ri ſanguis detrahendus eſt.

Miſſo ſanguine uires reparandæ alimentis boni ſucci, ex quo imperandum pharmacum, quod una melancholiam & pituitam expurget, adhibita tamen ea ratio ne, ut ex colore uaricis, tũ ẽt aliis humorẽ redundãtẽ iu dicemus. Vterq; humor cùm ſit craſſus, primũ inciden dus eſt & attenuandus, tum per interualla repurgãdus.

Incidetur oxymelite, in quo hyſſopi, aut rad. fœnicu li aliquid maduerit, ſi qdẽ pituita redũdare uidebitur.

Si uerò atra bilis, eodẽ oxymelite, in quo cortex ra dicis capparis, aut tamariſci bullierit, adiectis interim ſeminibus aniſi, apii & ſimilium.

Pituita repurgatur agarico ad ℈.iiii. in eiuſdem oxy melitis ℥. iii. infuſo. Senna atram bilem repurgabit ad ℥.s. aut dr.iii. in eodem oxymelite, aut ſero lactis infu ſa, adiectis ℈.iiii. cinamomi. Efficacior quoque potio, ſi dra.ii. eius pul. cum abſynthii decocti unc.iii. propines, aut epithymi tantundem loco ſennæ.

Vtrunque humorem, qui ferè mixtus eſt in uarice, hoc ſyrupo purgabis.

R. betonicæ, cichoreæ, florum cordialium ana P.i. li quiritiæ, aniſi, cuſcutæ ana ℈.iiii. paſſularum mundatarum ℥.i.s. polipodii quercini unc. s. agarici trociſ. dra. vii. foliculorum ſennę electæ unc. ii.s. Fiat decoctio ad quartaria tria. In ea diſſolue ſacchari albiſſimi quartarium. Fiat ſyrupus mediocriter coctus, capiat unc. i.s. per interualla cum unc.iii. ſeri lactis, ptiſanæ, aut aquæ hordei iam ſecta uena, & purgato corpore, uaricem in longum ſcarificabis, iniectis uinculis ſupra genu, ut tu meant magis, ita ſanguinem è uarice exprimes. Vbi ſa tis uacuaueris, ei ipſi uenæ ſectæ uaricoſę medeberis eo modo, quo uenas uulneratas curare oportet.

Itaque curato uaricis uulnere, tum demum ad mali gni ulceris curationem redibis. Hæc ex.4 κατὰ γένη.

IACOBI

IACOBI HOLLERII STEMPANI

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI

De Peste, Libellus.



πιδημία, morbus est aliquo anni tépore, certisque locis inualescens, qui si multos rapit, λοιμώδης, id est, Pestilens appellatur, & λοιμός Pestis est, hoc est, ἐπιδημία populariter grassans multosq; interimens. Suntque eiusmodi morbi ab aere omnino distinguendi, ab iis, quos σποραδικοὺς appellãt, quibus antecedens uitæ ratio causa est. Atque imprimis animaduertere oportet, unde primùm clades eiusmodi publicæ oriuntur. Nam & ad curandi rationem pertinet. σποραδικοὶ uniuscuiusque proprii sunt, tantum que uexant populi uulgus, ac fere quo tempore præcessit fames, cum uidelicet obuiis quibusque alimentis sese ingurgitant, unde humorum corruptela asseruatur. Quòd si ferax annona sequitur, etiam solito magis sese replent. Sed non pura corpora quanto plus nutriuntur, tanto læduntur magis. Quod enim bene succosum est, multitudine aceruati uictus priore uita corrumpitur. Ab hoc enim non adeo metuenda contagio. Alterum genus, quod in aere est, contagiosum magis, nullique parcit: temperatos, scilicet, & alios corripit, quia communiter nobis diem hauriendus aer est. Ac ferè Austri ac maritimi flatus, constitutio calida & humida pestem inuehit. Causam alii è cœlo requirunt & decretis syderum. Alii in antegressæ causę inuestigatione minus se

torquent,

torquent, multò magis enitendum, ut præsentes causas declinemus, hoc est, aeris afflatus alioqui corrigamus, & in hac pessima lue quantum arte & consilio conceditur, nobis & aliis salutare auxilium afferamus. Aer enim aliàs cæde hominum & strage, alioqui animalium, stagnantibus putridisque aquis, aut maligno terræ halitu, noxiis uentis, pestifero denique influxu syderis, sorde mechanicorum, ut coriariorum, corrumpitur.

Aer corruptus pest. aer.

Corruptus eadē lue nos inficit, ac deinceps publicè nos inspiratu & expiratu inficimur. Sed si acedit humorum corporis intemperies, & spiramentorum cutis raritas promptiùs subdit lues in arterias, corq; præhendit. Astrologorum placita sunt, Saturni coniunctione cum Marte pestem inferri.

Porphyrius scriptum reliquit, cometas orientes tabem pestemque mortalibus inferre, quibus occurrere non liceat. Sed Astrologi semel obseruato sidere legem statuūt. Porphyrius idem sequitur. Sed meminisse oportet, ut sua cuique elemento uis insit & perfectio, à cœlo alterari. Verùm quia è cœlo petuntur causæ nondum satis cognitæ, sed coniectura quadam capta, quam inuexit semel oblatus euentus. Et aliis saluber Oriens, aliis pestifer. Toti Italiæ ac ferè Septentrioni pestiferi Austri sunt, Aphricæ salutares. Quodque apud nos Etesiæ faciunt, à media regione Aquilonum & Orientis afflantes, id Auster efficit Aphris. Tanta uis in eiusmodi Etesijs, siquidem Græcis Medicis credimus, ut uim maiorem pestiferamque anni præcedentis omnino corrigant, si cuique regioni inspirant tempestiuè. Febricula ferè leuis est, ut stent, nec decumbant ægri. Hinc etiam uulgus somnum prohibet, motum imperat, idque didicit longo usu, quod confirmat ratio. Etenim lues intro ad partes principes appetit. Reuellenda uerò atque foras auocanda est, quod statu, motuque melius fit, quam quiete: ac somno in ima corporis colligitur. Vrina sanis interdū persimilis, aliàs aquosa, biliosa, nigra, melancholica: dolor capitis multus, excrementa alui crassa, grauiter olentia, multùm biliosa, spumosa: uomi

tiones

tiones biliosæ, nigræ, inquietudo, nausea, fastidium cardialgia, sitis, lingua scabra, ardor parte interiori: hypochondrii contentio, respiratio magna, alta, dispnœa, sincope, sudor fœtidus. Frigent extrema, conuulsio fit, sincope, mors.

Ex anno & aliis.

Signa futurę pestilentiæ, ignes in aere uolitantes, cometa uergens ad Orientem, Austrorum magna anni parte flatus, aliis orientibus, aliis occidentibus, aer turbidus, nebulosus, siccus.

AEstate futuræ.

Vere pluuia rara, frigus, postea austrini flatus, unde aer conturbatur, tum serenitas breuis sequitur, noctis frigus, uehemens calor interdum & ardor, uariolæ exanthemata, autumnalis æstus, ignes, inęqualitas caloris, frigoris, sereni & nubuli cœli. Ranarum & reptilium eorumque, quæ ex putrediue gignuntur, prouentus. Latibula refugiunt mures, talpæ, glires & similia, quæ sub terra uiuunt.

Addita inter signa.

Nulla interdum febris sensibilis: diastole minor, quàm systole signa peculiarum humorum corporis sequitur color.

Diaria febris pestilentialis intra 30. horas interficit, sentiuntque uires paulatim exhalare, sæpeque neque bubo, neque carbunculus apparet: sed totum uenenum in corde hæret. Alia febris in 4. diem protrahitur. Omnia bona signa suspecta sunt. Cœlum calidum, humidum, secundum uentos in Epid.

Præseruatio.

Corpus uacuum sit excrementis, non plethoricum. Obstructiones & astrictiones declinentur, ut bene transpiret.

Cognoscenda causa est. Nam si cadauerum halitus aerem inficit, omnino procurandum, ut uel crementur, uel sepeliantur: deinde frequenti rogo aer repurgetur. Quòd si uirus exalat è terra, omnino præcludenda uia est, atque intercipienda flamma. Sed & aquarum stagnantium

gnantium residentiumque uapor declinari debet. Aeris uerò pestifera conditio multo maximè, cùm is & turbidus & meridionalis est, aut maritimus multo igni ea parte structo, qua uenti importãtur, deinde etiam compitatim domi & priuatim temperanda est. Constat experientia Medicorum inspiratum halitum ignis, esse antidotum contra pestem & putredinem. Nota est hystoria Hippocratis. Nam cùm ex Aphricæ Aethiopiæque locis pestifer halitus per medium mare Athenas inueheretur, consuluit ignes incendi, atque ita magna illa ciuitas lue uindicata est. Hoc idem Empedocles Græcis & acron quidam consuluit. Possunt ignibus adhiberi iuniperus, laurus, rosmarinus, myrrha, cinamomum, acorus, herbæ odoratæ. Potest excitari aceto fumus, ex uino & aqua rosarum, &c. Ac priuatis ædibus multo magis eadem fiant. Vestes quoque, stragula omnia, uel sangtali fumo, uel aqua rosarum, aut similibus, quæ post dicentur, perfumari possunt. Rosæ & similia, acetum, &c. spargantur solo. Optimum uerò ac breuissimum remedium secedere in salubre cœlum, tenere corpus bene mundum & uacuum excrementis, haurire aerem Aquilonium, qui uentorum saluberrimus est, atque fenestræ huic apertæ sint. Victus sit mediocris. Neque enim toleranda fames & sitis, sed omnia incontinentia uitæ fugienda est, alimento siccante ac refrigerante quæque putredinem arceat. Itaque utendum & omphacio, & acetosa, granatorum succo, limonum, citriorum, citrangulorum. Acetum, cappares, passulæ, cichorium, endiuiæ, in summa quęcunque uel acidula, uel subamara putredinem prohibent. Quanquam in horum usu ratio animi partium, temperamenti & aliorum ineunda est. Est etiam cur uino optimo, cinamomo, musco, aliisque calefacientibus aromatibus utamur. Auibus, piscibus saxatilibus, fructibus, cerasis, prunis, uua & ficu Iunio mense uti oportet. Hyeme, passulis & ficubus siccis, pomis aut piris odoratis, amygdalis. Sed omnia Aestate, aqua rosacea: Hyeme, uino odorifero suffocari possunt.

Exercitatio domi sit pro consuetudine: alioqui mediocris,

diocris,aut in uicinis hortis,cœlo bene puro,atque ubi sol non euerberat. Sit exercitii locus non suspectus, non decliuis,non uaporosus,in sublime positus,quique ab Aquilone potius affecto,aut eo uento, qui loco sit salubris. Aliis enim Zephirus,ut Italiæ: Aliis Sub solanus, ut nobis & Hyspanię salubrior est. Quin & qui pestifer nobis Auster est: multis partibus Aphricæ salutaris est. Atque hinc salubres suos Etesias expectant. Vitentur colloquia cum suspectis, abigantur canes, catti, eiusmodique animalia. Exercitio eiusmodi corpus excrementis repurgatur, putroq; spiritu uegetari potest. Venus rara,hylaris uita,& sine animi curis.

Somnus & uigilia pro consuetudine mediocria. Atque imprimis resiccandum corpus,hoc est, declinanda plenitudo & excrementa sępe purganda sunt. Itaque ubi uenæ tument, utile est aperta uena aliquid sanguinis detrahere. Excrementa quotidie repurganda, reddita aluo molliori exercitio. Ac singulis hebdomadibus Ruffi pillulis utendum est,quæ non uno modo à Græcis & Arabibus describuntur.

R.aloes lotæ in aqua endiuiæ,uel acetosæ ℈.ii. myrrhæ,croci ana Gr.xv. cum uino al.fiant pillulæ. Dosis dr.i.aut ℈.ii.

R.terræ sigillatæ, boli armenæ ana dr.s.ex succo cyperi fiant pill.

R.aloes lotæ scrup.iiii.boli armeni dr.s.croci, myrrhæ ana scrup.s.

R.aloes,croci ana dr.s.myrrhæ dra.ii. ex aceto fiant pill. Dosis dr.i.

Alioqui impera pillulas duas communes.

R.aloes dr.i.myrrhę,ammoniaci ana scrup.i. aut ammoniaci æquum pondus cum aloe.

Bolus armenus à dra.i. in uino albo tenui & aqua buglossæ,calandulæ,acetosæ.

R.aloes lotæ in aqua scabiosæ dr.ii.myrrhæ lotæ in aqua acetosæ,croci,masticheś ana dra.i.fiat massa. Meliores sunt, quæ aliquot iam diebus confectæ, quàm quæ recentes.

Antidoti.

Antidoti.

Pompeius in ſanctuario, uictu Mythridate hoc repe
rit, nullo ueneno lædi, qui hac antidoto uteretur. Nu-
ces duæ, ficus totidem, rutæ folia. 20. ſalis granum.
Teruntur omnia, mane excepta deuorantur. Aut con-
ſperſa uino mane ieiunus deuoret. Ex Plinio, Dioſco-
ride, Sereno. Aetius alii tribuit, quàm Mythridati. Fi-
cus diuidatur, nucleus nucis tritus indatur, folia 5. ru-
thæ & granum ſalis, torrefiant leuiter in igne, conſper
gantur uino & ita deuorentur.

Theriaca & Mythridatium dra. s. ſcrup. ii. dra. i. ex
aqua roſarum &c. & modico aceto roſaceo.

Cucumeris ſilueſtris radix in mortario teritur cum
foliis tenerioribus ſemperuiui, apii, coriandi bene tri-
ti. Mel additur, & puluis cinamomi aut 9. granis pipe-
ris. Omnia mixta ſtanneo uaſe ſeruabis. Vteris ieiunus
caſtaneæ magnitudine ex uino tenui, albo, diluto aqua
conuenienti. Poteris cum lue correptis uerſari, aut iam
correptus ſtatim ſaneſces.

Theriaca & mythrydatium nullis remediis cedunt.
Datur bis in hebdomada à ſcrup. i. ad dra. i. ex liquore
conuenienti. Quales ſunt diſtillatæ aquæ, bugloſſ. bor
rag. melliſſæ, calendulæ, roſmarini, maioranę, abſyn-
thii, uiolarum, roſarum, citrei mali, limonum, acetoſæ,
portulacæ, cichorii, cerefolii, hyperici, enulæ, raphani,
ariſtolochiæ, gentianæ, laureolæ, agrimoniæ, marrubii,
hyſſopi, ſcabioſæ, tormentillæ, capparorum, citrullo-
rum, ſcordii, uerbenacæ, iuniperi, & ſimilium. Nam &
herbæ per ſe aut earum maceratio in uino, aceto, aut li
quore conuenienti, qui peſti prodeſt.

Alii caput egreſſuro domo præmanditur, uini odori
modicum unc. ii. ſuperbibitur, atque inde os colluitur,
eodemq́ue excepto manibus facies abluitur.

Valgus enulæ radice in aceto prius macerata, dein-
de linteolo conuoluta, ſæpeq́ue inſpirata naribus re-
ctè utitur.

Vrina propria alii utuntur.

Stercoris columbini dr. i. trita ex aqua bugloſſæ.

Syrupus

Syrupus de acetosa, acetositate citri, limonibus.

R.coperosæ albæ bene lotæ in succo limonum & siccatæ in eodem succo scrup.i.pul.tormentillæ, rad. dictami albi, gentianæ, enulæ, herbæ turcicæ, scordii ana scrup.s.fiat pul.detur cum aqua scordii.

In oleo scorpionum magna uis est. Nam si quis arterias temporum, manuum, pedum inungat, correptus prçterea occiput, gulam, pectus & uicina buboni illinat, magnum auxilium sentit.

Fit oleum scorpionũ ex unc.viii.olei & 50.scorpionibus.Fiat ebullitio.Sed hoc melius, Aristolochiæ, gentianæ, cyperi, corticum radicum capparum an.unc.i.amigdalarum amararum lib.i.conquassata reliqua in oleo coquantur, & aqua, si uis, conuenienti, uel uulgari.In collatura x.uiui scorpiones immergantur: contineatur uas in furno pistrinali, unde subtractus panis, bene clausum. Deinde loco salubri subiecto assere reponatur.

Taxo barbato magna uis inest. Nam in animalium natura docuit contra uenena posse.

Mustella enim decertans cum serpẽte, si uirus sensit, statim eam herbam quæritat & mandit, atque ita instaurat pugnam, & experimento uulgi certum est succum ex ea herba expressum in uino tenui & odoro, non solùm præseruare, sed liberare correptos.

Aqua è papauere, rheade distillata maximè probatur rusticis.

R.electuarii lætificantis dr.ii.margaritarũ splendidarũ scrup.iiii.ossis de corde cerui, coralli rub.an.scrup.s. unicornis Gr.vi pul.pillularum communium dr.i.Omnia dissoluantur in syr. de limonibus & acetositate citri an.dr.vi.aquarum scabiosæ, & absinthii an.unc.ii. fiat potus.Puluis per se cum bolo armeno misceri potest, & iu cocleari sumi cum nino tenui & odoro.

Coriandrum præparatum ieiunis, & à cibo.

Lac, à quo extractum & butyrum.

Mãnæ granatæ, mell.al.an.unc.iii. terebinthinç unc. i.s.pulparum granati acidi libr.s.cort.citri conditorum unc.3.aquç scabiosç, mellissç, borrag.acetosç an.unc.2.

uini optimi libr.s. Per noctem distemperentur in liquoribus, postea distillentur in alambico.

R. supradicti distillati unc. iiii. passetur per manicam hyppo. cum cinamomi dr. s. sacchari borraginati unc. s.

Aristolochiæ rotũdæ, baccarum lauri, gentianæ, myrrhæ an. ℥. s. Omnia trita excipiãtur melle. Dosis dr. i. s. cum uino aut decocto berberis, passularum & similium.

Superstitiosum est & è regibus Persarum sumptum. In hæmatite lapide insculpatur homo genibus flexis, cinctus serpente, ut dextra manu caput: sinistra, caudam teneat: tum in aure in annuli capsula subiiciatur serpentariæ herbæ folium: deinde lapis eadem capsula fideliter indatur.

Oleum citriorum, seu ex eorum granis laudatur: grana trita ex decocto berberorũ & syrupo de limonibus.

R. boli armeni dr. i. uini unc. ii. aquæ acetos. unc. i. ante somnum & ieiuno.

R. theriacæ ueteris dr. i. include in cæpa & coque cæpam in furno pistrinali: ubi cocta fuerit, calidam iniicies in uini granatorum aut berberis unc. iiii. expressionem bibes. Eadem cæpa cum theriaca, succo tormentillæ iniicitur, & addita parte 4. syr. de limonibus propinatur herba turtica.

Ouum utrinq; perforatur, tota substantia uacuatur. In uacuam testam ℈. vii. croci immittũtur. Traiecto per foramina baculo tenui ouum tecto igni assatur dum, ue gementer caleat testa: hæc cum croco ad summam tenuitatem teritur, tritis æquale pondus aut unc. i. theriacæ adiicitur & ℥. ii. granorum sinapi. Tota massa diuiditur in duas partes æquales, utranque partem in 7. 10. uel. 11. pillulas formandam, si euomuerit, rursum dato alteras: si non euomuerit, saluus est. Sed post dabis.

R. saluiæ, hyssopi, lauandulæ, foliorum quercus, ana M. i. bulliant in pinta uini ad consumptionem trium partium, uinum propinatur.

R. mastiches dr. i. euphorbii drac. s. spicæ ℈. i. fiat puluis, detur ex aqua gentianæ, scabiosæ, &c.

Aquarum endiuiæ, nenufaris, acetosæ ana unc. i. s.

aceti

aceti dr.ii.theriace ℈.i.aqua ſcordii.

℞.corticum citri unc.s.ficus duas,ſcord. berberis ana P.i.fiat.decoctio in aqua calendulę ad unc.iii.expreſſioni adde theriacæ dr.i.boli armeni dr.s.

℞.ſucci aceto ſę depurati ℥.ii.uini granatorũ & berberis an.℥.i.theriacæ ℈.ii.uel triferæ ſarracenicæ unc.s.

Ac perpetuo meminiſſe oportet, diſtinguenda inter curandum calida à frigidis, ut rectè utaris. Frigida ſunt roſæ, uiol. camphora, acetoſitas citri,uinum granatorum,berberorum,lac acetoſum,acetum,nenupharis flores,aqua roſarum acetolæ,&c.Succus limonum,citrangulorum,omphacium.

Calida,moſcus,lignum aloes,caryophylli,&c.

Ex quibus iulep parari debet.

Pulueres.

Trochiſci camphorati, dragacanti albi, ſpodiis electi,gummi arabici albiſſimi,ſeminis pſilii ana drac. s. Sacchari candi,liquiritiæ mundę,ſeminibus cucurbitæ, citrulli,portulacæ an.dr.i.penidiarum unc.s.camphoræ ℈.i.ſucci citranguli,panis ſacchari ana quãt.ſufficit,fiãt troc.Doſis magnitudo lupini cum iulepo Alexandrino.

℞.ſacchari roſati, triaſantali, diatragacanthi frigidi an.unc.i.pannorum auri puri numero 5. margaritarum, iacynthorum, oſſis de corde cerui ana Gr.16.fiat pul.

Boli armeni dr.i. ex uino tenui,oxycrato, aqua cõueniente. Alii prius abluunt:alii tritum conſpergunt aqua conuenienti,ſiccant,& tertiò ita terunt ac ſiccant.

℞.terræ ſigillate dr.ii.teratur, ſuprafundatur uinum tenue odoriferum. Siccetur: ſecundò ac tertiò ita fiat. Deinde adde baccarum lauri tritarum dr.i.rad. ireos & tormentillæ ana ℈.ii. cinamomi dr.s. croci Gr.vi. cum acetoſitate citri fiant trociſci ponderis dr.i.Dentur cum ſucco conuenienti.

℞.boli armeni, ut ſuprà deſcriptum & præparatum ℥.i.rad.tormentillæ,tunici,diptamni, ſantalorum rub. an.dr.i.raſuræ eboris,ſpodii,corticum citri.ana drac. s. margar.ſplendidarum ſcrup.ii.fragmentorũ rubini, granati,ſmaragdi,ſaphiri,hyacinthi an.ſcru.i.raſuræ cornu

unicornis dr.s.fiat pul. Detur unc.s.in uino ſubtili dilu to aqua acetoſæ. Alioqui addatur ſacchari albiſſimi in aqua roſarum muſcata,uel camphorata. Diſſoluitur & ſiccatur. Doſis ad ſcrup.iiii.

R.ſupradicti pul.unc.i.ſacchari lib.i. miſce. Deinde.

R.ſucci acetoſæ & pomorum odoriferorum ana unc. vi.bulliant uſque ad conſumptionem tertiæ partis ſemper deſpumando:diſſoluto ſaccharo finge trociſcos ponderis drag.ii.

Vel ad ſingulas libras ſacchari pone dr.x. pulueris, & facias conditum.

R.ſetæ nouiter tinctæ lib.i. immergatur per diem in aqua roſar.acetoſæ,& pomorum redolentium ana lib.i. Deinde bulliat,donec aqua rubeat, in qua diſſol. ſacch. lib.iii.& cùm fuerit debitè coctum, adde pul.unc. iii.Si bolos facere uolueris, uel ſi opiatam, unc.iiii.

Poſſunt quoque pul. ſyr. aut conſeruis miſceri. Syr. de granatis acetoſis,dulcibus,limonibus, perſicis,aceto ſitate citri,de prunis,de ſucco acetoſæ, de ribes,berberis,de ſucco cucurbitæ,de pomis odoriferis, roſat.uiolatus.Iulep de bugloſ.borrag.melliſſa,roſatus, uiol.de aqua uiol.bor.ſcabioſæ,pimpinellæ,ſucco cydoniorum.

Conſeruæ ex iiſdem, & confectiones commodæ deaurantur pro diuitibus.

R.Boli armeni ut prius unc.i.s. cinamomi unc.i.rad. dictami & tormentillæ ana unc.s.radicis tunici, coriandrorum preparatorum ana dr.iii.rhabarbari electi dr.ii. s.zinziberis,terræ ſigillatæ,corticum citri, been albi,& rub.corall.rubri,ſandalorum citrinorum, limaturæ eboris,margaritarum ana.dr.ii.carabe, macis ana dr.i.ſeminum acetoſæ,endiuiæ,portulacæ,ſpodii,ligni aloes, oſſis de corde cerui ana ſcrup.ii. ſetæ combuſtæ dr.s.auri & argenti limatorum an.ſcrup.i.ambræ Gr.vi.ſpicæ nardi Gr.4.muſci Gr.i.uel inſtar loci,muſci,camphoræ.Gr. vi.& addatur unicornis ſcrup.i.melius fuerit.Fiat puluis. Diuinus appellatur à Saracenis.

R.tormentillæ,diptami,tunici an.unc.s.ſem.citruli, boli armeni an.dr.ii.osſis de corde cerui, coralli albi & rub.

rub.trium ſantalorum an. drag.s.rhabarbari dr.i.s.ſpicæ nardi.Gr.camphoræ dr.i.

R.cinamomi unc.s.zedoariæ dr. ii.boli armeni præparati dr.vj.ſem.acetoſæ,& citri,corticis citri an.dr.iii. rad.tunici,diptami,tormentillæ,limaturæ eboris an.dr. i.s.oſſis de corde cerui dr.i.fragmentorum ſmaragdi, rubini,granati & ſaphiri an.ſcrup.i. fiat puluis qui incorporetur cum conſerua acetoſæ & bugloſſ.an. unc.3. ſacchari lib.i.s.uel lib.3.

Paruulis uerminoſus.

R.centonici in aceto fortisſimo per diem infuſi, boli armeni in aqua abſinthii infuſi an.unc.i.rad. diptami, raſuræ cornu cerui aduſti,ſeminis caulium an.dr.ii.ſem. citri,corticum citri, radicis tormentillæ, tunici, terræ ſigillatæ,margaritarum ſplendidarum, coriandri præparati ana dr.ii.s.fragmentorum ſaphiri, ſmaragdi,hyacinthi,granati an.dr.i.corall.rub.dr.s. ſetæ combuſtæ, ſem. plantaginis an.ſcrup.2.osſis de corde cerui, raſuræ eboris an.dr.s.unicornis ſcrup.i.ambræ dr.i. fiat pul.detur ſtomacho uacuo cum aqua portulacę, uel uini limphati cum aqua acetoſæ uel portulacæ. Lactantibus, cũ modico lactis.

R.ſem.iuniperi dr.2.s.garyophillorum, macis, nucis moſcatæ,zinziberis,zedoariæ an.dr.2.utriuſque ariſtolochiæ, radic. gentianæ, tormentillæ, diptami, tunici, herbæ,rad.enulæ an.dr.2.ſaluiæ, ruthæ, balſamithæ,pulegii an.dr.i.baccarum lauri,doronici romani, ſem.acetoſæ,ſem.citri,cinamomi,macis, olibani, boli armeni, terræ ſigillatæ,ſpodii,osſis de corde cerui, raſuræ eboris,margaritarum,fragmentorum ſaphiri, ſmaragdi,coralli rub.ligni aloes,ſantali rub.& muſcatellini an.unc. s.conſeruæ roſarum bugloſſ. nenupharis, theriacæ an. unc.i.panis ſacchari lib.3. fiat electuarium cum aqua roſarum & ſcabioſæ.

R. rad.tormentillæ recentis lib.i.rad. enulæ unc.4.radicis herb.betonicæ.& diptami an.lib.s.acetoſæ cum ſeminibus lib.2.uel acetoſæ unc.xx.ſeminis eiuſdẽ unc.4. bugloſſæ & borraginis cũ floribus roſ. rub. ſilueſtrium

an.libr.i.pimpinellæ & scabiosæ an.libr.s. succi limonũ lib.i.theriacæ libr.s. aquæ uitæ ex optimo uino factę & sæpius distillatæ unc.ii.santali albi & rub.spodii,ben albi,& rubri, margaritarum splẽdidarum an.unc.i.s.ossis de corde cerui unc.i. rasuræ eboris unc.s. croci dr.ii.cãphoræ unc.ii.foliorũ auri unc. s. folia auri in porphiro uel marmore plurimũ agitabis cũ modico mellis,ut omnino coniuncta sint, & repone in ampulla uitrea bene clausa cũ aqua uitæ.Sic dimitte ꝑ dies 15.Item margaritas tritas repone in alia ampulla cũ supradictis,libra succi limonũ,bene obturetur per 15.dies. Radices optimo uino laueutur,terantur, deinde siccentur cum herbis & floribus loco bene mundo in umbra.Reliqua omnia reponantur in uase uitreato,& superfundatur aqua uitæ, succus limonum &c.bene obturãdo,ne quid exalet.Vas fouea tripedimea sepelies,locus sit humidus, calce uiua instratus,cui insideat uas. Deinde circundetur & cooperiatus uinaceis,uel fimo equino,aut uaccino omnino tegatur.Tum infundatur aqua, ut par sit humiditas loci. Illic permitte xij.dies.Sed sæpe,ut 4. quoque die uinacea & fimum commuta. Tota materia transponatur in alambicum uitreum bene sigillatum, ne quid expiret. Fiat distillatio lento igne,& sine fumo.Aqua rursus iniiciatur in relictum magna & iterum distilletur, ac tertio sine fecibus distilletur in balneo mariæ.Reponatur fideliter uase uitreo. Dosis cocleare unum.

Gestata prosunt.

Carbunculis,bellayus,rubinus, granatus. Hic etsi non in pretio sit aliis generibus præferendus, saphirus, iacynthus, agathus, &c.

℞.aceti albi unc.vi.aquæ ros.& uiolarum an.unc.i. s. camphoræ scrup.i.musci Gr.i.s. abradatur camphora & muscus conterantur,cum spongia sæpe odorentur.

Lib.ros.rub.lib.3.uiol.lib.1. aceti fortissimi lib.2.cãphoræ drac.3.misce scrup.2.cõquassentur omnia simul, & ponantur in alambico uitreo. Distillentur,quod destillauerit iterũ ingeratur in magma, & rursus distilletur.Loco rosarũ & uiolarum,si recentes haberi non possunt,

ſunt,imperabis roſa.& violarum an.lib.1. aquarum earundem an. lib.s.Poteſt cortex citri adiici,& muſcus & camphora minore doſi tamen immitti,cùm cadé calet. Diſtillata bene reponatur aqua,& ĩde facies abluatur, & ſpongia imbuta ſæpe inſpiretur.Poteris quoq; addere ambræ, ligni aloes an. dr.2. aut ſolas aquas condire eiuſmodi aromatibus,deinde commiſce aceto albo.

Sed quia fortaſſe maculas faciei mulierum inferrent.

R. lithargiri argenti libr.s.optimè tritum decoquatur in lib.ii.aceti albi optimi vſque ad conſumptionem medietatis,ſemper cum ſpata commiſcẽdo. Deinde per filtrum diſtilletur,& in vaſe bene mundo reponatur.

Deinde.

R. camphoræ dra.3.aluminis rochæ,bortacis an. dr. vi. miſce Gr. 4. terantur omnia,quibus adde olei tartari unc.1. s. Et omnia pone in libr. ij. aquæ roſarum. Bulliant ad conſumptionem tertiæ, ſemper commiſcendo,& poſtea per filtrum diſtilletur, & in ampulla bene clauſa vſui reſeruetur.

Pomũ ſtyracis,calamitæ,corticis citri an.dr.2. been albi & rub. mentæ ſiccæ,cariophyl. ligni aloes, cardamomi, valerianę,calami aromatici,myrtillorum an.dr. j.ſantalorum citrinorum,maſtiches,camphoræ an. dr.j. s. macis,nucis moſcatæ,cinamomi,ambræ an. dr.s.muſci G.i.ladani puriſs.unc.3.s.cũ aqua melliſſæ.f.pomũ.

Aeſtate uerò florum nenupharis,uiolarum bugloſſę, roſ.rub.ſantalorum rub.& citrinorum,ſpodii an. unc.i. s.camphoræ dr.iii.corticis citri dr.ii.macis,nucis moſcatæ,maioranæ,calendulæ, marrubii, ſtyracis calamitæ, cardamomi,maſticis,zedoariæ, ligni aloes, cubebarum an.dr. s.ambrę ſcrup.i.muſci ſcrũp.s. ladani unc.iii.conquaſſentur cum aqua roſar. Poſtremò addatur ambra & muſcus,fiat pomum perforatum.

R.ſalis communis uſti,marmoris albi,punicis,corallorum alborum an.dr.i.corticis citri ana dr.i.s.maſticis dr.1.muſci Gr.iiii.fiat pul.ſubtiliſſimus.

Cura.

Raſura pumicis albi ex miſcella uini, & atramenti

iumenta persanat.

Videndum imprimis, ne uenenum cor appetat. Celer enim morbus est.

Videndum, ne uitalis facultas deficiat. Initiò ergo utrunque præstandum est, tum his quæ antidota sunt, tum motu, frictione & similibus, quæ foras euocãt. Sed quia aliquantùm uigilia, motu & frictione spirituum inanitio fit, habenda perpetuò uitæ ratio. Nam ut naturalis & animalis facultas integræ sunt, uitalis concidit. Initiò igitur detur aliquot supradictarum antidotorum, uel.

R. rad. torméntillæ, betonicæ, dictamni, gétianæ, mor sus diaboli, cum rad. & herba croci an. dr. 1 fiat pul. Do sis unc. ii. cum uino, aqua rosarum lymphato. Et ut sunt uires, Distillatum cum uino granatorum, berberorum, aqua tormentillæ, &c. Expressiones, collatitia, alterata, ut dictum est. Tum de uacuatione cogitandum.

Phlebotomia, si omnia permittunt. Alioqui purgatio, ut in humoribus.

Ellebori dr. i. pomo concluditur. Pomũ conuoluitur stuppa, aqua rosarum prius madefacta & expressa & ita in cineribus coquitur. Abiicitur elleborus. Pomum conspersum puluere aliquo salutari datur fortioribus quidem. Nam debilioribus secundo pomo iterum coquitur. Secundum pomum datum. Iulep è uino granatorum, berberorum, aqua hordei cũ saccharo, ex aquis intibi. Aqua saccharata cum iulepo uiolar. aromatic. pul. supradictis.

Cibus è media materia, qui facilè coquatur.

Aer obiectus aut salutaris sæpe commutatus, ut cubile molle, &c. somno abstineat, nisi uires dissolutæ uideantur.

Auicennas dabat hoc.

R. aquæ rosarũ unc. ii. uini albi, aut clari, tenuis, odoriferi unc. i. boli armeni triti subtilissimè drac. i. Si euomat, malũ est. Sed abluatur os uino. Deinde repetatur antidotus. Debet enim, ut etiam non reuomat, sæpius iterari. Quanquam qui retinent, ferè euadunt.

Clyste-

Clyſteribus, balanis lenibus, catharticis quotidie aluus lenienda.

Epithemata cordi ex aqua roſarum, uiolarum, bugloſſ. &c. cum aceto, uino granatorum, camphora, ſantalis, &c. & modico uini.

Bubo.

Conſtat experimento phlebotomiam nocere iam cuente bubone, & utendum attrahentibus, cucurbitulis, cauteriis, potu, bezoardico, frequenti quidem ſi reuomant. Iteretur tertiò.

Phlebotomia à uena cephalica, ſi ſub auribus, uel extrema manus, ſi ſub mento: aliàs eadem. Deinde à uenis linguæ. Si ſub alis, à media: ſi inguinibus, à ſaphena ſciatica extremorum pedum κατ' ἴξιν. Ita & cucurbitulæ.

Bezoardica.

Laudatur plurimùm theriacæ dr.i. cepa cauata concoquitur & apponitur loco.

Alii ita coctam cepam aceto immergunt. Alii uini granatorum, & ſyr. de acetoſitate citri an. unc.i.s. Atque ita ſuccum exprimunt. Cumque dr.ii. aquæ tormentillæ, uel ſucco propinant. Materiam emplaſtri modo buboni apponunt.

R. Valerianæ libr.s. rad. ebuli unc.iii. leuiſtici cũ rad. unc.i. Bulliant in aqua & oleo chamæmill. an. quantùm ſufficit. Deinde piſtentur cum dicto oleo, & ſuperponantur, uel addatur radix diptami.

Diachylon unc.ii. ammoniaci, galbani an. unc.s. Cum oleo Scorpionum incorporentur.

Vtendum quoq; ſanguiſugis, cucurbitulis cum ſcarificatione &c. Alii omnino circuncidunt & extrahunt.

Cauteria, ſi uires ualent. Tenaculis etiã candétibus.

Calcis uiuæ libr.ii. cineris purgati & cribrati, aluminis rochæ ana libr.s. De quibus fiat lixiuium. Sed ita ut materia induretur, quantitate paruæ auellanæ unguento alicui miſceatur.

Catulli, gallus &c. Pulmones animalium.

Scabioſa teritur. Tribus horis retenta carbonem curat.

rat. Lysimachia similiter.

Cum oleo de Scorpionibus anagallis malaxetur : ad datur aliquid myrrhæ aut ueteris theriacæ. Alioqui maturandum apostema. Maturatum sagipta aperiendũ, uel theriaca uetere, qua parte acuitur, & mollius est apostema. Si quidem hinc uia sit puri, fiat apertio ad modum folii mirthi uel oliuæ. Caueantur uenæ, arteriæ, nerui. Secta parte si dolor oriatur, lana in oui albumine intincta ponatur. Sic per diem maneat. Si dolor contingat, deterge prius & intinge in oui liquore, & modico olei rosati.

Escharra tollatur, modico butiro, oui uitello, farina triticea mixtis in uncia olei rosati, & uitellus oui simul agitetur.

Carbunculus.

Carbunculus à melancholico sanguine est, uelut clauus quidam paruus, qui malignior factus pustulas quasi ab igne urendas, Escharram, ardorem, dolorem intolerabilem facit, rubens, uiridis, niger. Parui, oblongi deteriores, uicinia liuet, ardet in partibus carnosis & uicinis nobilium.

Bezoardica. Emittantur feces uentris, mittatur sanguis etiam ad lypothimiam. Phlebotomia ut prius, habita ratione uirium &c. Scarifica punctim, emplastrum è pane medio malaxatur cum succo plantaginis, quæ discutiunt modicè & refrigerant. Vel ex plantagine, lentibus pane cibario coctis in aqua. Granata acida aceto cocta ad putrilaginem & lintheolo expensa initio ac statu.

Liliorum radix recens emplastri modo: Deinde superpone folia caulium, betæ &c.

Bonus armentorum fimus, siccus ex aqua subactus.

Quidam practici maturant Gal. prohibet uti pus mouentibus, quia non maturant, sed putrefaciunt.

Scabiosa, cauda equina, Saphirus circumacta carbunculo, deinde retenta è directo. Albertus Magnus multos carbones uidit una saphira curatos. Tapsus barbatus, Theriaca, Mithridatium. Sed remedia celeriter exarescunt.

rescunt. Subinde itaque commutanda.

Sanguisugæ, gallinæ.

Defensiua circa locum, ol. ros. unc. iii. aceti ros. unc. i. boli armeni quantum sufficit ad inspissandum.

Vnguentum populeum, olei rosati, & myrtillorum ana unc. ii. uini granatorum unc. i. s. boli armeni, terræ sigillatæ ana quod sufficit.

Possunt emplastra malaxari cum succo plantaginis.

Cotula fœtida trita circumponitur.

Supra uerò stercus humanum calidum, uitellus oui recens agitetur cum sale bene trito.

Nasturtium uel urtica cum sale terantur & malaxentur cum ol. de lilio. Alium tritum per se, uel cum pipere, & auellanarum nucleo detracta pelle.

Terebinthina cum nitro, carne passularum cum sale uel stercore passeris, columbarum.

Mel & ol. cum sale trito cocta.

Cor turturis recenter detractum & deuoratum singulare remedium. Fotus ante scarificationem & alia. Chamæmillæ unc. iii. spicæ celticæ unc. ii. maioranę unc. ii. bulliant in aqua cum spongia, fiat fotus. Deinde uentosæ affigantur cum multo igne. Fiat idem fotus, tum scarifica punctim & cucurbitula apponatur, ubi res urget.

IACOBI

IACOBI HOLLERII STEMPANI MEDICI PARISIENSIS.

In libros Galeni de Compositione Medicamentorum κατὰ τόπους.



Rea genus est Alopeciæ, & Ophiasis. Vtriusque causa uitiosum alimentum capillorum. Ophiasis familiaris pueris, ab occipitio incipit duorum digitorum latitudiné non excedens, serpit ad aures & frontem, donec utrisque fines quasi caput,& cauda committantur,ut serpentem representet:unde nomen.Sponte sua aut leuioribus remediis curatur. Alopecia magis accidit adultis, difficilius curatur.In utraque,quod omni modo marcescit & emoritur extima pellicula capitis, unde consperſa,glabrata,pili primùm extenuantur, deinde excidunt. Locus expers cruoris apparet, qui si configitur, sanguinem liquidum & malè olentem reddit. Alopecia sub qualibet figura serpit. In capillo & barba uterque affectus differentias habet, quia uel incipiunt,uel facti sunt,uel iam inueterati.Inueteratorum signa,cutis densa,subpinguis,in totum glabra,& quæ fotu,frictione,exasperatione non rubescit,aut ægerrimè curatur.

Curatio.

In ratione uitæ, purgatione totius corporis, deinde capitis cura quadam per frictiones, & similia circa caput,topicis remediis.Rationē uitæ præscripsit Asclepiades abstinentiam uini, leguminum,lacticinorum,casei, carnium & eorum, quæ uel plurimum nutriunt, uel

flatus & uapores gignunt. Exercitium sit moderatum, rarum balneum, rarus sudor, alimenta,quę parum nutriunt, tenuem succum & bonum gignunt, a quę omnino repugnant uitio. Purgatio corporis, ut est uitium humorum in pituita, Pillulæ cocciæ,assaieret, turbith, agaricus, puluis hieræ diacolocinthidos,diaphenicum, diacarthami,qualis erit hæc dosis. Pillularum cocciarũ dr.s.pulueris hieræ diacolocynthidos, agarici ana.℈.j. cum expressione scr.j. turbith gummosi infusi in oxymelite, fiant pillulæ. Poterit loco agarici aliquid misceri diacarthami. Diaphenicum autem dabitur ad unc.s. Vigentibus ętate,poterit tamen acui addita dr.j. diacarthami,aut expressione dr.j. pulueris hieræ diacolocynthidos,aut dr.ij.agarici. Infusiones fiant in oxymelite. Vbi uerò bilis uitium gignit, utemur pillulis aureis, elect. de succo rosarum,diapruni laxatiuo,rhabarbaro,myrabolanis citrinis. Augebitur uis eorum medicamétorum duobus,trib. uel quatuor granis diagredij. In Melãcholico succo pillulæ de fumo terræ,de lapide lazulli, diasennæ,confectio hamoch,electuarium indum. Horũ uis augetur adiecta infusione scru.s.ellebori nigri,aut scr.j. Iam uero uitium humorũ ex colore cutis, tẽperamento totius tum corporis,tum capitis & anteacta uita depræhẽdes. Caput seorsum purgabitur errhinis,& apophlegmatismis. Cura circa caput eiusmodi est. Primùm caput rade,idque sæpius,quotidie, ut malum est contumax: rarius uerò, ut est leuius: deinde perfricabis linteo aspero, folijs ficus,osse sæpiæ urticæ folijs,pumice. Perfricabis autem mollius aut durius, ut est malum cõtumax, atque contumaci ita perfricabis ut inde cruor mouẽtur. Vtemur quoque sinapismis, punctionibus ex articulis, scarificationibus & cucurbitulis,quę omnia pro magnitudine mali temperanda sunt.

Herbis manè & uesperi, uel eò sæpius in graui affectu. Ante cibum facienda sunt. Sequitur ut topica adhibeas,in quorum usu hoc uidetur, ut non solùm illinantur,sed diutius affricando imbibantur, ut altius in profundum subeant, quod in omni affectu faciendum est,

ubicunq;

ubicunque unguentis utimur. Medicamenta è pingui-
bus,& medicamentis aridis in puluerem tritis, natura
acri,tenuium partium, quæ humorem uitiosum discu-
tiant, & alimentum regenerandis capillis attrahant,
atque ita calefaciunt, ut neque urant, neque præter
modum resiccent cutem.Pinguia sunt oleum carynum,
anethinum,sinapinum,terebinthinum,& alia,quæ scri
pta inuenies cap.2.de attrahentibus libro primo de ma
teriaChirurgica, Adeps uiperæ,ranarum,axungia ue-
tus; sed precipuè derasa axibus rotarum, & alia quæ
eodem capite scripta inuenies. Viscum quercinum,gũ-
mi elenii,terebinthina ueneta,uel uulgaris,fex ampul
læ lucernarie,pix liquida aut sicca, sed oleo liquefa-
cta,ceratum picatum,resinatum,galbanum,mel enula-
tum, diachilium, ireatum, ceratum de uigo & similia
oleo soluta. In pinguibus puluisculi excipiuntur è ma
teria prædicta ea facultate quæ dicta est.Medicamenta
hæc sunt,euphorbium,tapsia,arsenicum rubrum, pul-
uis angelicus,aut mercurialis,tithymalorum cinis,na-
sturtii semen,sinapi,erucę,sulphur,borax,nitrum,arun
dinis cortex & radix, ueratrum, radix ari & aristolo-
chię, cinis muscarum,murium,ranarum,scarabeorum,
ostreorum,falsorum,piscium,amygdalarum amararũ,
atque hæc uruntur, quòd ustura adstrictionem relin-
quant,& tenuitatem partium acquirant. Eodem modo
erinaceorum cinis, stercora uolatilium, murium, fex
cremata,thus aceto tritum,cortex auellanarum, ficus
cremata,cantharides ustæ,usti scarabei.Sit autem pro-
portio horum medicamentorum tritorum ad pinguia
subquadrupla, subsextupla, suboctupla, subdecupla,
subduodecupla,quale sit, Euphorbii dra. i. olei lauri-
ni unc.i.s.Hic subduodecupla ratio est. Quod si tan-
tum unc.i.olei miscueris,sub octupla:si solam semiun
ciam,subquadrupla. Bis in die hæc medicamenta illi-
nuntur,uel eo sæpius ea ratione,quæ prædicta est,cum
rasura,frictione & cæteris.Medicamentum fortius do-
lorem & ardorem excitabit: imbecillum nihil immuta
bit:cutem moderatum moderanter calefaciet,& ueluti
pruriginem

pruriginem quandam commouebit. In malignis affecti bus & contumacibus, fortioribus utendum erit ac sæpius repetitis. Leuioribus, leuiora: mediocribus, mediocria miſcenda ſunt. Hoc erit forte. Gummi elenii unc. s. axungiæ ueteris lotæ ex aqua uitæ in ſole unc. ii. olei de terebinthina & laurini ana dra. vi. Liquefiant ſimul omnia, & probè miſceantur in calidis cineribus. Deinde inſperge euphorbii ſubtiliſſimè triti, thapſiæ ana dra. i. ſulphuris uiui, ſeminis ſinapi an. dr. s. cineris tithymali, & cantharidum ana ſcrup. i. Hic ferè eſt ſuboctupla proportio. Fortius erit, ſi imminueris modum pinguium, uel auxeris modum pulverum. Clementius contra, ſi pulueres minueris, uel auxeris pinguia. Eadem ratione ex deſcripta materia infinita pharmaca miſcebis.

medicamenti forte.

De profluuio Capillorum.

A Morbo ſæpius, rarius ſine morbo capilli defluunt, partim inopia alimenti partim raritate cutis. Hic ergo uſu alimentorum ſalubrium & ſucci optimi regenerandis pilis materiam comparabis: cutem adſtringes medicamentis, quæ modicè calefaciant, & leuiter adſtringunt, atque ita corroborent cutem & poros condſtringant. Calidiora alimentum capillorum in halitum diſcutiunt. Quæ nimium adſtringunt, eandem materiam repellunt, & ſæpe etiam nimium adſtringendo uias intercipiunt ſuturarum, per quas uapor inutilis quotidie exhalat. Atque ita retentis excrementis dolores capitis, fluxio in nares, fauces, & reliquum corpus commouentur. In uſu medicamentorum ſub Hyemen quidem & Hyeme detondendus pilus eſt: ſub Aeſtatem & Aeſtate ipſa omnino radi debent. Veteres ante balneum, & à balneo medicamenta illinebant. Nunc exoleta conſuetudine balneorum utemur fotu ex decocto abſynthii, ſtechados, ſarmẽtorum uitis, & uocatarum capillarium, adiectis interdum myrthi foliis. Coquenda in æquis partibus aquæ & uini rubri. Medicamenta iuſta conſiſtentia eſſe oportet, neque tam craſſa ut inhęreant, neque tam liquida ut defluant. Iuſta eſt

mellis

mellis, crassitudo. Hyeme paulò calidiora & liquidiora
tantùm detruso pilo. Contrà Aestate. Olea conueniunt
rosaceum, myrthinum concoctum omphacio, extremita
tibus rubi & rerum huiusmodi, quæ adstringunt, atque
his calidiora oleum de absynthio, de spica nardi, costi-
num. Medicamenta oleis miscentur, ut ladanum, herbæ
uocatæ capillares, grana myrthi, semen brassicæ, masti-
che, & alia id genus. Singulare hoc. Polytrici, capillorũ
veneris an. M.s. foliorum myrthi, rosarũ, absynthij an.
P.ij. decoquantur in olei dulcis & uini rubri austeri an.
quartarijs tribus, donec uinum consumptum sit. Omnia
colentur, exprimantur, expressum oleum reponatur.
Iam R. huius olei unc.iij. ladanj unc.j.s. mastiche unc.s.
ladanum & mastiche subigantur in mortario pistillo ca-
lido, paulatim oleum infundendo, deinde consperge &
probè misce pulueris capillorum veneris scrup.iiii. Al.

R. ladani unc.ij. subigatur in mortario, calido pistillo
paulatim infundẽdo uinum austerum, donec mollescat;
deinde misce duplum olei conuenientis. Aliud.

R. ladani, absynthij ana unc.s. baccas iuniperi tusas
& ligentur linteo: deinde per dies quinque macerentur
in oleo conuenienti: exprimatur linteum in oleum. Hoc
illitum & profluuium pillorum prohibet, & furfures.
Item brascicæ cinis oleo myrthino miscetur ad mellis
cõsistentiam: similiter abrotonum in puluerem tritum,
& hoc quoque Græcis & Arabibus probatum.

Corticum cannæ & auellanarum ustarum, granorum
myrthi an. unc.s. absynthii, gallarum an. dr.ii. Terantur
omnia in puluerem: misceantur oleo myrtillorum, do-
nec fiat mellis crassitudo & consistentia.

De tinctura capillorum.

Canities fit consensu Philosophorum & Medicorum
non à siccitate, sed humiditate cruda, quam natiuus
calor non concoquit, externus corrumpit atque putrefa
cit. Naturis humidioribus celerius ex anteriore parte
capitis, quæ humidior est. Qui uiuunt capite plurimùm
operto, raro detecto & perflato, aliquando ætate, non-
nũquam morbo, sed præcipuè uitiligine. Quibusdam de
repente

repēte pilus exalbuit uapore hydrargiri, aut cura graui. Habenda itaque cura, ut mali causa cognoscatur. Purgandum corpus, siquidem egere uideatur, & ut nigrescat pilus, medicamentis duorum generum uti licet, calidis: quale est apud ueteres cedriū oleū ex cedria, pix liquida oleo mixta. Aliud genus medicamentorū terreū est, adstringit & habet aliqd tenuiū partiū permixtū, ut in profundū penetret. Sed ab horū usu cōstrictionis spiraculis capitis, per quæ uapores exhalāt, frigidi morbi capitis, corruptelæ dentium, fluxio in pulmones & reliquū corpus, tabes, mors aliquādo insequūtur. In usu melius est primū extergere caput. Veteres utebantur terra cimolia. Nos sapone commodè utemur, ac sapo commodè poterit confici ex consuetis seuis, ouillo, caprino, hircino, pice liquida addita lixiuio parato ex iis quæ, partim detergent, partim nigrefaciunt, ut è cineribus corticum salicis. Diuitibus poterit cōdiri sapo moscho & ambra, quā ambram griseam uocāt, atque intermisceri atramentum sutorium, nigretam uacant, aut puluis lapidis nigri, quo iam passim calceos denigrant, & illustrāt. Denigrat enim & adstringit. Aliquid quoque atramenti impressorii, uernicis, ut magis hæreat sapo. Item pectine utendum staneo, plumbo, corneo intincto medicamētis, quæ nigresaciant. Capparis cortex aqua incoquitur, ut Dioscorides, lacte asinino: bubulo, ut Archigenes, uel (ut alii) coquitur ad tertias dum putrescat, atq; ita illinitur. Similiter cortex radicis ilicis, quā rustici (houx) appellant, coquitur dum putrescat. Decocto tergetur caput, cortice uerò illinitur: item myrthi nigræ folia, semina betæ, folia ficus nigræ, mori, nigræ, nucamenta seu catuli nucium, cortex fructus nucis nondum maturæ, cortex salicis, faba fabacea, galla, sumach, cinara, suber aridum, plumbum ustum, excremetum ferri. Alia coquuntur in aqua pluuia, quædam in aceto. Succus ex aliis exprimatur: alia teruntur in puluerem: quędā cremantur, ut inde fiat lixiuium. Sūt ex ueteribus Medicis, qui præcipiant prius caput radendum. Sic enim melius subeant intro medicaméta. Ex tritis in puluerē & succo

aliorum fit mellis craſſitudo. At flauos capillos reddũt lupini triti addito nitro ex aqua illiti, uel eadem aqua macerati, uel lixiuio. Experiméta ſunt mulierũ. Lixiuiũ parant & inde caput detergét, lauantque, & ita exponũt ſoli. Aliæ madidos capillos ſtatim conuoluunt ſuis im teis, ut ſpóte ſua ſiccescant. Lixiuio addũt ſtramen triti ceum, glycirrhiſam, ramenta buxi. Veteres ramenta lo ti arboris decoquebãt. Fex uini ueteris uſta cũ oleo my cellino. Illinitur radix eringii & uerbaſci, flores lixiuio macerantur, & aliquid herbæ luteæ, quam geldam uocant, adiicitur. Singulare eſt hoc ad flauitiem capillorũ.

R. olei tartarei & perſicarum an. dr. ii. commiſceantur & uerberentur fortiter in ſole, quater in die. Continuetur, donec ſint bene flaui. Item accipe radicẽ ireos, ſiccetur in ſole, admiſceatur lixiuio, inſpergatur & fiat, ut ſuprà. Item limaces rubri ſale concidantur, ex quorum aqua, abluatur caput & capilli.

De furfuribus.

PYtiriaſim uocant. Morbus eſt extimæ cutis capitis cum leui ſcalptu, quaſi furfures excutiuntur. Ferè à pituita ſalſa, nonnunquam ab altero bilis genere. Remedia ſunt conueniens dieta repugnans uitio materiæ. Purgatio corporis, ut in Alopecia, Apophlegmatiſmi & Errhina, quę per os & nares pituitam ducant Medicamenta topica, quæ diſcutiant, uel tergeant. Vrinę quoque & ſudores utiliter moueri poſſunt: Materia comparatur ex ſiccatis tritiſque faba, hordeo, fœnugræco, orobo, lupino, cineribus betæ, braſſicæ, abrotani, cucumeris agreſtis, parietarię, puluere abſynthii, enulæ, ireos, ariſtolochiæ, ſtaphidoſagriæ, bryoniæ, ari, ſulphuris, lapidis calaminaris, & generis terræ, quæ iam uenalis circunfertur, ex ſiccandis ſcripturis recentibus, pumice, oſſe ſepię, foliis ficus. Conuenit ité ſapo, & diuitibus pomata. Ad hęc fex uini, calx, argéti ſpuma. Cõpoſita fiũt ex his. Nam arida incorporantur ſucco betæ, braſſicæ, ireos, enulę, cucumeris agreſtis, bryoniæ, oleo amygdalarum amararum, fraxini, rutæ, ut ſit craſſitudo mellis. Hæc omnia fient melius raſis capillis, præmiſſaque frictione

ctione ex linteo asperiore. Possunt & pulueres per se af fricari & iisdem cineribus. Lixiuium fit, quod conuenit.

R. argenti spumę, olei rutacei, aceti an. Misceantur ca lidis cineribus. Aliud.

Pulueris ireos & abrotani an. unc. s. succi enulæ & betæ quod sufficit ad crassitudinem mellis.

De morbo pediculari.

PHthiriasim appellant. Interioris cutis capitis morbus est ab humore calido illic collecto, unde putredine pediculi gignuntur. Post habitam rationem totius corporis, rectè institutam uitam & alia, ut prius, medicamentis siccantibus, detergentibus, attrahẽtibus ex alto, ac si uis amarore præditis uti, conueniet staphidosagrias tritæ unc. s. aloes dr. ii. aceti scillitici, & olei amygdalarum amararum, ut sit mellis crassitudo. Aliud.

Pinguedinis crasę è lardo salso unc. ii. aloes subtilissimè tritæ unc. s. cum aceto scillitico fiat unio. Aliud.

R. aloes, herbæ pedicularis tritæ ana unc. s. olei fraxini & succi genistæ quantum sufficiat, ut fiat mellis crassitudo. Aliud.

Pillularum communium drac. ii. pul. contra uermes tantundem: cum succo Athanasiæ fiat linimentum. Sapo cum aloe compositus, aloe mollis addito oleo irino in muriam & lixiuium, uel sanguinem carnium aut piscium iniicitur, & inde affricantur partes. Lixiuium fuerit fortius è cineribus Athanasiæ & truncorum cynaræ, id est, articaulis. Licebit uti & iis, quæ faciunt contra uermes. Sunt qui arsenicum misceant. Vulgus hydrargyro utitur. Sed in pueris & mollioribus naturis, neque hydrargyro, neque aceto utimur sine periculo.

De Achoribus.

ACHoras, Saphati uocant Arabes: uulgus Thineam. In achoribus cutis ab acri sanie primùm prurigine irritatur: deinde exulceratur, & saniem reddit, subestque aliquando humor lentus, crassius & uiscidus, unde fanies, tineæ species. Remedia sunt uita recta. In plethora, phlebotomia: in cachochymia purgatio totius corporis: deinde per Apophlegmatismos capitis. Sequũtur

remedia topica, quæ diſtingui debent ut uitium magnũ eſt, uel exiguum, recens, confirmatum, inueteratum, ſuperficiale, uel profundum. Denique ut eſt natura corporum, exiguo uitio, leuia remedia ſine purgatione aliquando ſatisfaciunt. In recenti, repellentibus utendum eſt. Diſcutientia commiſcentur, eaq́ue mediocria. Confirmato uitio & inueterato magis, quæ magis diſcutiũt, tergent, incidunt. Leuiora remedia ſuperficiali Tineæ: maiora profundæ comparari debent. Acetum ui repellendi, incidendi, diſcutiendi præditum, & propterea eximium. In hoc morbo pueris, mollioribus naturis, & corporibus noxium. In remediis olea ſunt, axungiæ, ſucci, medicamenta arida, quæ liquidis & pinguibus permiſcentur. Olea quædam repellunt, ut roſatum myrthinũ, cydoniorum, ſalignum, id eſt, è ſalicibus. Alia uerò tergent & diſcutiunt, irinum, de cucumere aſinino, amigdalis amaris, iuniperinum, fraxininum, de ſerpentibus, de frumento, medio cortice ſambuci, de nucleis perſicorũ. Axungiæ in alopecia ſcriptæ ſucci borraginis, fumariæ, ſcabioſæ, parietariæ, betæ, anagallidis, enulę, ariſtolochiæ, ireos, ſambuci, abſynthii, ebuli, centaurii minoris, marrubii, cucumeris agreſtis. Arida ſulphur, cinabrium, ſales torrefacti, arſenicũ, ærugo metallica. Acria, & ea quæ ſcripta ſunt in Alopecia. In uſu radẽdum caput eſt, & perfricandum ſucco aut liquore conuenienti. Succi, iam ſcripti liquoras cõueniunt, lixiuium, urina, ſalſugo, quibus acetum permiſceri põt. Poſtremò medicamenta illinuntur. Aceti loco mixtura uini & lixiuii utendum eſt. Vinum ſit auſterum, ubi repellendum: acre & uetus, ubi diſcutiendum eſt. Leuia ſunt creta, argilla figularis, rubens ſapo, pomata diſſoluta aceto, in pueris & mollioribus corporibus, uino auſtero, & lixiuio, ſpodium, antiſpodium, pompholix, lapis calaminaris miſcẽtur initiò. Sinapiſmus uulgaris repellit, ui aceti incidit, deterget uirtute ſinapi. Sales torrefacti & diu cum hydrargiro triti, donec nigreſcant, utiliter permiſcentur. Mediocre eſt, axungiæ ueteris bene lotæ in aqua roſarum unc.iiii. ſulphuris uiui triti in aceto acerrimo ℥.i. ſalis, ut dictũ eſt,

eſt, torrefacti & triti, pul. ſinapi, plātaginis an. drac. i. Aliud. Sulphur uiuum aceto acerrimo maceratur in uaſe ęneo collocato ad ſolē. Deinde ſiccatur in eodem aceto.

Ouum cum ſua teſta triduum maceratur. Vitellus extrahitur, crematur teſta, omnia permiſcentur. Aliud.

Radix lapathi acuti & enulæ ceſa in taleolas in aceti & lixiuii partibus æqualibus ad putrilaginem coquitur: deinde permiſcentur axungiæ ueteres : conſperguntur ſulphure, ut prius, pręparato. Aliud, colla fabrorum, gūmi ceraſorum ſimul in aceto macerantur: deinde coquūtur in eodem aceto, atque hoc abiecto oleum de frumento uel de ſulphure miſcetur, ut fiat ſatis liquidum euchriſtum. Poſtremò ſulphuris & cinabrii partes æquales miſcentur.

Aliud.

Succi borraginis, ſcabioſæ, lapathi acuti, ireos an. ℥. ii. fecis olei ueteris, aut olei quod cōueniat unc. 3. aceti, quod ſufficit. Bulliant ſimul omnia. Deinde ſubductis igne, miſce pul. ellebori albi & nigri, ſulphuris uiui, lythargiri auri, auripigmenti, cinabrii, calcis uiuæ, allumi nis, gallarum, fuliginis picis, unde fit atramentum impreſſorium, cineris è fece uini uſta, eruginis an. dr. ii. eo plus minuſve. Acre eſt Aliud. Pix aceto coquitur: abiecto aceto, oleo conuenienti miſcetur. Sulphur, cinabrium, ſinapi tritum permiſcentur. Vidimus tineam, in quam lues uenerea degenerauerat, eaq́ue nullis aliis remediis potuit curari, q̃ quę ſolent uſurpari in ea lue.

De Pſydracia.

PSydracia, puſtulæ ſunt duræ, ſubalbidæ, quæ expreſſæ ſaniem reddunt, ubi enulato, unguento citrino, lacte uirginali, ſaliua limacum, priuata, theriaca, radice enulæ, & lapathi acuti, in aceto cocta, & cum axungia mixta utendum eſt.

In libr. 2. Galeni de

COMPOSITIONE PHAR-
macorum κατὰ τόπους.



CAPVT dolet intemperie, aut solutione continui. Intẽperies alia simplex, alia composita. Vtraq; cũ materialia composita. Vtraq; cum materia, uel sine materia: in toto cerebro, in solis uenis, arteriis, membranis, neruosis corporibus. Solutio cõtinui acri humore, erodente, putri, bilioso, salso, grauis dolor excitatur distentione. Distendit autem humoris copia uel flatus, uulnus, casus, concussio in eodem sunt genere. Galenus ex uarietate causarum efficientium, ex partium laborantium natura, ex loco, ex qualitate propria doloris, dolorum genera distinguit. Causæ efficientes, internæ, & externæ, æstus, perfrictio, ebietas, casus, concussio, uulnus, fumus, uapor aliquis uirulentus, ut grauis odor, uel alius quidam suauis, sed hinc infectus. Sic Medico non solùm communis, sed unicuique propria & particularis natura, quæ sua cuique est cognoscenda. Caussæ internæ sunt naturalis intemperies, aut contracta morbo, quantitas, qualitas materiæ, mala conformatio, obstructio. Obstruunt ferè humor crassus, & uiscidus, aut uapor eiusdẽ naturæ. Obstruuntur uię futurę capitis, ossa palati colatoria, uiæ ad nares, aures, oculos, ad spinam, uenæ & arteriæ. A partium natura, Neruosorum corporum dolor magis pungit, distenditque, arteriarum pulsat. In uenis & substantia cerebri stupidior est. Loco, perioſtio superficialis: altus in menyngibus. Intra caluariam inclusus dolor sæpe pertingit ad radices oculorum. Ex propria qualitate hoc modo. Grauis dolor est in plenitudine & copia, in acri humore, & uapore simili rodit. Sed in uapore acri distentio maior, minor rosio. Contrà in humore, distentio

tio cum pulsu membranarum, inflammatione. Sequitur cum grauitate copiam membranis conceptam: sine grauitate & pulsatione, copiam crudi frigidique flatus. Dolor diuturnus & contumax uel totum caput occupat, ut in Cephalea: uel alterum latus, ut in Hemicrania. A sanguine ferè in frontem, à pituita, in occiput, à bile flaua in dextrum latus, à melancholia, sinistrum decumbit Sed & ex proprietate dolorum humor aliquando intelligitur. Nam ferè moderatus est à sanguine, à pituita, coniunctus est frigiditatis sensui, stupori, somnolentiæ, tarditati. Functione animæ, ubi & facies decolor est, à melancholia uaria phantasmata & imagines animæ offeruntur, à bile, calor maior, pallida facies, uigiliæ. Sed his omnibus adiungenda est anteacta uita, requirendũque quo modo habeant uiscera, & reliquum corpus. Humor enim & uapor, qui dolor..m facit, aliquando generatur in ipso cerebro. Sæpe ab aliis partibus corporis & toto genere uenoso trasmittitur. Sunt quibus arteriarũ intemperies multum sanguiuem spirituosum colligit, unde uehemens pulsansque dolor. Quibusdam, quod rarũ scribit Auicẽnas, & memoria nostra uisum est, uermis procreatus in cerebro, graues dolores excitat, & hoc quoque rarius, quod cuidam ex frequenti odoratu basilici scorpio in cerebro genitus, graues longosq; dolores, & tandem mortem attulit.

De dolore capitis ab æstu.

Diutius iter facientibus, in sole commorantibus, in thermis, aut uaporariis calidis, calidiores uapores aut fumos excipientibus, dolor excitatur, ubi caloris sensus est in capite, fronte, temporibus, sępe etiam post aures, uigiliæ, oculorum rubor. Hic ergo cùm sit sola intemperies, contrarijs pugnare oportet. Ea uerò sunt refrigerantia & repellentia, in quibus tamen uitanda sunt, quæ nimium refrigerant & insigniter adstringunt. Declinandus splendor solis, instituenda quies somnus, aquæ potus, aluus moliri debet, bene perspirata habitatio, & auersa è solitariis radiis, uita frugalis, alimenta, quæ refrigerant & humectant.

Vitetur clamor: ſtrepitus, motus animæ, corporis, & præcipuè mandibularum. In topicis hæc ſunt obſeruanda, in declinatione, quo iam tempore lenitur dolor, medicamenta leuiter digerentia, ræfrigerantibus miſcenda ſunt. Deinde, ut Apollonius conſulit, faſcię e lana, uel, ut nunc, cottone circumligandæ fronti, omninoque prouidendum, ut ne liquor, qui capiti adhibetur, parte aliqua in oculos, uel os defluat. Raditur caput aliquando, & raſis paulò craſſiora, ut detruſis liquidiora medicamenta fingenda ſunt. Vtimur autem oleis, ſuccis, liquoribus, folijs floribus & germinibus plantarum muccaginibus, farinis mixtis, in ſucco conuenienti. In oleis conuenientiſſimum roſatum recens ſine ſale, & ex oleo omphacino comparatũ, alioqui in oleo albo, hoc eſt uirginali uocato, uel eloto multæ roſæ aliquoties commutatæ madeant, aliquando roſatum non ita laudabile, ſępius lauamus aqua roſarum: quòd ſi omnino deſideratur legitimũ roſatum, Nenupharino, uiolaceo, papauerino, aut alio id genus refrigerante utemur. Sed ut addatur adſtrictio, aliquid olei cydoniorum, aut myrtillorum intermiſcebimus.

Succi ſunt è portulaca, lactuca, ſemperuiuo, vmbilico ueneris, millefolio, poligono, & alijs eiuſdem naturæ. Sed hæc recentia eſſe oportet, nondum æſtate duriora & ſine ſucco. In liquoribus acetum, ſed interdictum pueris, & mollioribus corporibus. Folia uitis, ſalicis, nenupharis, & herbarum præſcriptarum. Flores nenupharis, roſarum, uiolarum, papaueris, capreoli uitium, fruticis, roſarum, rubi. Farinæ fabarum, hordei, quæ in ſuccis prædictarum herbarum, adhiberi poſſunt: aut iiſdem tritis commiſceri. Muccagines pſylij, cydoniorum, aliquando ſemina contundimus, paulatim effuſa roſacea, donec fiat craſſitudo aliqua: quale hoc remediũ. Arabibus probatum & noſtris uſitatum.

R. ſeminis papaueris albi, hyoſciami albi, lactucæ, portulacæ ana dr. j. ſemi. cucumeris, & cucurbitæ an. ʒ. ij. cõtundantur paulatim affuſa aqua roſacea, donec fiat craſſitudo: unde frons, & tempora illinantur. Oxyrrhodinum

dinum in frequenti uſu eſt, ex quinque partibus olei roſati, una aceti, aliquando aliquid aquæ roſarum per miſcemus. Ceratum Galeni roſatum, ex ceræ tribus par tibus, duodecim aut decem olei roſati conficitur, ſubigi tur cum ſucco herbarum dictarum. Multa cerota conficies mutato roſaceo in aliud genus olei conuenientis. Cera fit alba, prius mollita in aqua tepida, lotaque: po ſtremò ſubacta aqua roſarum. Sic enim maior uis inerit cerato, ad maiorem refrigerationē. Tota nocte ſub dio collocantur, incluſa uaſe, hinc ſepeliuntur puteis, aut aquis frigidiſſimis immerguntur. Licebit uti conſeruis roſ. & uiolarum, & nenupharis, emplaſtri more adhibitis. Oxyrrhodino, oxycrato, camphora quoque topicis immiſcetur. Lac muliebre cum tantillo camphoræ naribus inditur. Nodulus è roſis madefactis in aceto, & aqua roſarum, naribus admouetur. Spongia quoque in decocto rerum quæ conueniunt, immergitur, exprimitur, admouetur. In declinatione, quæ concoquunt, ut muccago ſeminis altheæ, extracta in aqua chamæmeli, oleum chamæmelinum repellentibus miſceri debent. Initiò adhibita ut refrigerent, quia celeriter incaleſcunt, ſubinde innouari debét. Ratio uitæ frugalis, aquæ potus, ſomnus, quies, perflatum cubile, & auerſum à ſolis radiis, tranquilitas animi, quies corporis, & mandibularum, propterea in omni dolore capitis uehementi, interdicimus duris alimentis. Debet aluus eſſe mollis, quod procuratur iuſculis è lactuca, oxalide, borragine, beta, iuſculo prunorum, ſero lactis, caſsia, catholico, & omnino leuioribus medicamentis. Dolor à perfrictione: cōcidit facies, ſed eſt decolor, pigri ſenſus, pigræ animæ functiones, frigidis læduntur, utendum calidis, oleo rutaceo, irino, coſtino, nardino, quibus Hieme frigida, & maiori perfrictione, ſtyracem calamitam, benioin, mithridaticum, theriacam permiſcemus, euphorbium quoque oleo ſubdecuplum, uel ſub duodecuplum. Poſſunt olea confingi è maiorana, thymo, ſerpillo, origano, ſatureia, mentha, rore marino, & alijs id genus calidis plantis, in oleo & uino coctis ad conſum-

ptionem

ptionem uini. Affectu perſeuerante, raditur caput, aut detonditur, paulò craſſiora medicaméta quàm in æſtu adhibentur. Fiunt capitella ſeu pileoli, ex aluta, quæ interior, parte inducta ſit mollibus emplaſtris, calfacientibus, ut mithridatio, theriaca, aut unguentis craſſioribus ex præſcripta materia. Sinapiſmus quoque uſui eſt. Abſtinendum phlebotomia, catharticis fortibus, cucurbitulis, multo magis eo genere curandi, quod uſitatum in lue uenerea, quod genus tantùm locum habet in dolore longo & pertinaci, à craſſis multis, & uiſcidis humoribus. Alimenta ſunto boni ſucci, quæ moderatè calefaciunt, uinum tenue, calidum cubile, illitus narium, infuſio in aures, in materia præſcripta, oleis & alijs.

Ab Ebrietate.

Ebrietas grauiſſima affert ſymptomata, alia quidem ſubitò, alia poſt tempus, quale eſt illud ſcriptũ ab Hippoc. apho. 5. lib. 5. Si ebrius quiſpiam obmutuerit repente, & quæ Gal. commemorat. Cap. 5. lib. 5. de locis affectis. Moderatum ſymptoma eſt, dolor capitis, in quo uidendum, an uinum crudum, & crapula reſtiterit in uentre, ſic enim uomitus imperandus, confirmãdus uentriculus, alioqui uteris iis quę contra ebrietatem faciunt, quorum duo ſunt genera, alia quæ refrigerant & repellunt, iam deſcripta in dolore capitis contra æſtum, ut roſatum, & peculiariter polygonum: alia naturali quadam proprietate, aut certe non ita manifeſta ratione, ut hederæ folia alligata fronti, ruta, decoctum centaurii minoris, amygdala amara, ceruinum cornu, braſſica, quam ſcripſit Theophraſtus naturali quodam odio diſſidere cum uite, ut uim huius ſuccumque eliciat, ſi ſeruatur in uite, atque inde uitem corrumpit. propterea Andracidem uſum braſſica contra ebrietatem. Quod autem uulgo perſuaſum eſt crapulam uino elui, non caret ratione. Si quidem bene puro uentriculo & diſtribato priore uino bibitur. Hoc enim uapores craſſos diſcutit, quos genuit crapula. Quod & Hippoc. & Gal. oſtendunt. In dolore oculorum ab huiuſmodi uaporibus, eo apho. ubi ſcripſit Hippoc. Dolores oculorum

rum meri potio soluit. Appollonius somno, inedia, quiete, uomitu uel uacuatione utitur, sed hæc conueniunt, ubi crapula grauatur uentriculus, alioqui inutilia. Alimenta sunto pauca & boni succi, quæ facile concoquantur, pullastra, pulli columborum, capus iuuenis, alæ & testiculi gallorum, pisces saxatiles molli carne, oua sorbilia, hordeatum, aquæ potus, siquidem inde non læditur uentriculus, sic enim uino bene diluto hydrosaccharo, cum uino granatorum, iulepo Alexandrino uti licebit. Secunda mensa, cydonia, uuæ passæ, pira, & mala leuiter adstringentia, in uapore cocta, conueniunt. In declinatione diutius & paulò celerius ante cibum obambulandum. Post duas, aut tres horas à cibo breuius, & lentius. Atque hic balneum conuenire potest, & refrigerantia topica commutanda, in ea quæ moderanter calfaciant, quale chamæmelinum est. Superstitio est in usu amygdalarum amararum, contra ebrietatem. Voluit enim septem esse numero, 9. aut 11.

De dolore capitis ex ictu, uulnere, aut contusione.

ICto capite, contusio, aut uulnerato, spectandum est, an malum ad pericranium extendatur. Sic enim membranam usque ad os diuides cultello, aut scalpello, deraso osse, linamentis uulnus replebis, sed in primis omnia aduertenda sunt signa, cum præsentia, tum ea quæ ueluti accidentia recens illato ictu superueniunt. Leges itaque cap 4. lib. 8. Celsi. Alioqui si temerè uulnus factum solidabis, aut contusionem negliges, grauissima accidentia consequentur, ut mortes, fisso, fracto, aut aliter læso subiecto osse. Itaque in magna contusione, si quidem nullum uulnus est, aut exiguum, tutius fuerit, iniecto clystere detracto sanguine ex cæphalica respondente in crucem intersecare, cutem cõtusam, & uulnus breuius ampliare. Sic enim facilius probamus, nũquid os læsum sit, uulnus linimento implendum est. Inducendum splenium, aut complicatum linteum medicamento, quod inflãmationem prohibeat, quod reprimat, ex oleo rosato, albuminibus ouorum, bolo armeno,

no, puluere myrtillorũ, alijsque id genus, & ſupra lanã ſuccidam, uino, acetòve tinctã, uel oxycrato impones. Poſtremò faſciola omnia colligabis. Iam tertio die, contuſio uel omnino diſcutienda, uel in pus uertenda eſt, quod ſi magna diuiſio fuerit, iam tentato oſſe, & membrana ſuturis, uulnus coniungendum eſt. Sed ita ut inter duo fila, iuſtum ſpacium relinquatur, & parte decliui magis pateat, qua ſcilicet pus commodius defluat, quod alioqui collectum aut arrodit caluariam, aut per ſuturam fluit. In caput interius, & grauius adfert periculum. Dolor autem ferè excitatur ab inflammationem. Hic ergo leniendus dolor eſt, & extinguenda inflammatio. Vtrunque fit miſtis medicamentis, quæ ſine adſtrictione, & calore laxant: quorum materia, abundè deſcripta in lib. de materia Chirugica, cap. de dolore. Iam ſublato metu inflammationis, lenito dolore, pus omnino conficiendum eſt, medicamentis ſuppurantibus. Repurgandum uulnus, detergenda ſanies, tuncque glutinandum, ubi benè purum uulnus fuerit. Hoc autem fiet prius regenerata carne, per medicamenta quæ peculiariter appellant cæphalica. Deinde tam tecto oſſe, per ea quæ uocant glutinantia, utraque materia, ex monumentis ueterum, & obſeruatione recentiorum, deſcripta eſt à nobis lib. 2. de materia Chirurgica. Eſt & aliud quod Galenus colligit de uſu aceti. Siquidem mẽbrana quæ dura menynx appellatur, nudata eſt, omnino abſtinendum ab aceto. Si uero ab oſſe incolumi ea omnino tecta eſt, diſtingues hoc modo: nam ſi grauis eſt inflammatio, & grauis dolor, hic abſtinebis. Vel utrunque malum leue eſt, ita uteris & medicamentis, quale roſatum eſt, permiſcebis, ut tenuitate partium, uim aliorum medicamentorum deducat in altum. Retinenda uitæ ratio, quam Appollonius inſtituit, quies corporis, ſubtractio alimenti, uacuatio quę fit, uel phlebotomia, ut ante dictum eſt, & medicamentis purgantibus, & clyſteribus, noxiorum abſtinentia, ſoleis, balnei, uini, neque uini ſolùm, ſed & potuum qui inebriãt, ſalſorum, acrium, acidorum, clamoris, ſtrepitus, motus

animi, corporis, præſertim mandibularum.

De diuturnis capitis doloribus.

CAuſa ferè intemperies cum materia frigida, in genere intemperies, uel ſolutio continui. Intemperies ut dictum eſt de dolore capitis ſine materia, quæ ægerrimè curatur. Vbi confirmata eſt, uel cum materia, atque hæc uel bilioſa & flatuoſa, uel quod ſæpe fit, frigida, craſſa, uiſcida. Atque hanc quoque ſtatim flatuum copia ſequitur, unde diſtentio, & dolor, quaſi contundenti ſimilis, & ad inſtar maleoli ferientis. Signa ex dictatis antea, repetenda. Altera cauſa eſt ſolutio continui uulnere, contuſione, caſu, diſtentione à flatibus. Iam uerò flatus generatiò medico intelligenda eſt. Generatur enim inopia caloris, atque hæc inopia duobus modis intelligitur, quia uel ſingulariter calor imbecillus eſt, uel non ſimpliciter quidem, ſed ut ad materiã refertur. Atque in hac comparatione materiæ quãtitas eius, & qualitas cõſideranda: quãtitas quidem, qui copioſior eſt, quàm ut à calore etiam integer confici poteſt. Qualitas autem quia natura ſua flatulenta eſt, quod in multis alimentis contingit, & humore frigido qui facilè in flatus reſoluitur. Atq; hi flatus continuitatem ſoluunt, quia membranas & ſenſilia corpora præter naturam diſtendunt, & ui quadam ſuturas relaxant: unde & diadematis, & faſcijs arctius colligatis remedia inuenta ſunt. Graue malum eſt, ubi materia putreſcit, unde febris inflammationes & phrenitides.

Curatio.

Recta uitæ ratio inſtituatur. Aluus lubrica, aquæ potus, media aut parciſsima uita (niſi à bile malum oritur) temperamentum. Aetas, cœlum, conſuetudo, & reliqua repugnent. Vitetur omnis uehemens motus corporis, & animi. Alimenta acria, acida, ſalſa, & omnia quæ uapores gnignunt, clamor, ſtrepitus ſplendor magnus, nocturnus aer, ſed is præſertim, quæ illuſtrant radij lunę. In intemperie pura, neque phlebotomia, neque purgationibus utendum eſt, cũ materia hæc ſequitur. Si plenitudo grauis, obſtructio, inflammatio,

febris,

febris, contusio, insignis factura, uulnus, ac denique si intolerabilis dolor est, uenam secato. Celsus phelebotomiam superuacaneum remedium putat, ubi intollerabilis dolor non est: quem sequi non oportet. Nam citra hunc in propositis conditionibus necessaria est. Vena cæphalica aperienda, aut si malum ab inferiori corpore, mediana, paulatim digito indito, expressa cæphalica. Deinde perseuerante malo, uenæ capitales, in fronte, temporibus, post aures secare oportet, Itaque Medicum animaduertere, ut qua parte dolor magis urgeat, maior sit rubor, tumor, pulsatio, secetur uena capitalis. Arteriotomia conueniet, ubi à sanguine calido & spirituoso dolor natus est, de qua lege 13. Meth. Medendi, & 6. de sanitate tuenda. Setis quoque porcinis, folio arundinis, aut festucæ, iritandæ sunt uenæ interiores narium, ut sanguis profluat: nam & inde sanguis sponte naturæ motus, dolores capitis dissoluit. Alii utuntur sanguisugis, fixis in pinnis narium. Sed ante phlebotomiam, siquidem resistit aluus, clystere aut leui pharmaco purganda est: quia è fece intestinorum sublatus uapor sæpe dolorem mouet. Cucurbitulæ occipiti, uel paulò inferius in ceruice adhibentur, etiam cum scarificatu, nisi ęger uideatur opportunus Paralisi. Purgationes instituantur, ut est materia, ex ratione quæ in Alopecia descripta est. Animaduertendum tamen in dolore, qui à flatibus excitatur, num flatus ab alimento generentur, aut à materia: nam si ab alimento, frustra purgatio est. Si à materia, id ipsum distingui debet. Nam si pauca, & solo capite inclusa, aliis remediis deduci debet. Si multa uel etiam toto corpore collecta, purganda est. Sed si crassa, & frigida, incidentibus & concoquentibus prius præparanda est, quæ si tota potest concoqui, & pituita dulcis est non eget pharmaco, si salsa, putris, aut corrupta, necessariò purganda est. Post habitam rationem totius corporis, & capitis, per rationem uitæ, uacuationes, purgationes, ad particularem uacuationem capitis, per errhina, sternutatoria, masticatoria ueniendum est Errhina & sternutamenta maximè conueniunt,

niunt, incisa prius & concocta materia, siquidem crassa est & uiscida. Sternutamenta peculiariter conueniunt, ubi caput multis uaporibus repletum est, utraque præferenda ubi pars anterior capitis purganda est, quemadmodũ διαμασσήματα caput posterius melius repurgãt. Illa tamen, errhina dico & sternutamenta suspecta esse debent, ubi imbecilliores oculi, uel iam laborant: adhæc quibus nares aut polypis aut ozænis aut aliis id genus ulceribus uel iam laborant uel opportunæ sunt, multò magis si materia repurganda uirulenta est, id quod sæpe accidit in lue uenerea. Hic ergo masticatoriis potius utendam est. Masticatoriis similiter abstinendum, ubi fauces, palatum & reliquæ oris partes pulmones quoque, uel iam laborant ulcere uel ulceri opportuna sunt, hæc autem, ne fiat consuetudo, & ulcera iam facta irrigentur, quæ resiccari oportet, uel quæ in metu sunt, moueantur, neque contrà. Nec facit quod quis obiiciat, materiam illectam, & deductam masticatoriis hiatu oris, & decliui capite, repurgati: quia in transitu ulcera irrigantur, & per somnum consuetudine facta iã non repurgatur materia. Errhina, alia sicca, alia liquida, alia uerò euchrista, ut quæ illinantur. Succis utendum in maiore copia humiditatis, eóque corniculo uel fistula infusa prius subtilissimè trita insufflantur, alioqui inspirantur attrahuntur.

Aliquando solus uapor satis est, ut nares scilicet admoueantur pyxidibus, in quibus illa reposita sunt. Liquida uel uola manus, uel cocleari excepta, tepida quidem inspirando atttahuntur. Quæ uerò iam consistunt euchrista, digito, penna, uel alia re simili, illinuntur. Errhinorum materia, acris, amara, salsa, nitrosa, elaterium, piper, sinapi, elleborus, melanthium, cyclamen, maiorana, centaurium, pyrethrum, hyssopus, thymum, thlaspi, satureia, anagallis, beta, soldanella, sales torrefacti, amoniacum, nitrum, & alia id genus. Liquida ex iisdem exsuccatis, uel liquori mixtis. Plurimus usus est succi betæ, hederæ, mercurialis, parieraniæ, maioranæ, anagallidis: contunduntur herbæ, & ut facilius red

dant

dãt succũ aliquid aceti, aquæ uitæ, uini, aquarũ maioranæ, parietariç, & simliũ instillatur: intermiscemus quoque aliquid zinziberis, piperis, nucis moscatę, eorũ quę prius sunt dicta. In siccis errhinis, quorũ si multũ est succis permixtũ, aqua hyssopi, maioranæ, uitę & similium, aliquãdo ex ijsdẽ friguntur, inuoluuntur linteo raro, & calida naribus admouentur. Ab imbecillioribus inchoãdum ad fortiora, ut elaterium, & euphorbium, atq; hæc temperantur lacte, mucagine altheæ, psilij, lini & similium. Hæc omnia melius à balneo, siquidem hoc usitatum est, alioqui matutino, laxato corpore, aquam autẽ continemus ore, aut lac, ne dum hæc immittuntur naribus, aliquid in os decidat, quod os exulceret, uel deuoratum lædat. Si inde nares incaluerunt, lacte uel aqua tepida immissa naribus, medendum est. Eadem seruanda sunt in masticatorij, quorum materia eadem, quæ errhinorum. Sed excipiantur ferè mastiche, uua passa, ficu, cera, alioqui errhinorum materia uino incoquitur, ad gargarismos. Sternutamenta subtilissimè tritis errhinis siccis commouentur, sed maximè acribus, elaterio, elleboro, castorio, zinzibere, pipere albo & aliis id genus. Sequuntur topica, ea repellunt & refrigerant, quæ conueniunt initio. Cõcoquunt & tenuant, quę incrementis misceri debent repellentibus.

Quæ discutiunt, maximè cõueniunt in declinatione. Dolorẽ leniunt, quorũ maximus est usus in uigore. Corroborantia locũ habent, iam discussa materia, & pacatis doloribus. Itaque raso prius uel detõso capite, remedia adhibenda sunt paulò crassiora, ut dictũ est. Liquidiora hæc fiunt ut melius penetrẽt pharmaca. Laxetur cutis, declinetur tediũ, quod relinqueretur, inquinatis capillis. Atque dum his utimur, uel pharmaca repetenda, uel qui hac parte plurimum conueniant, clysteres acres inijciendi, frictionibus partium inferiorum utendum est.

Materia repellentium in humore, uel uapore frigido & crasso tepida applicatur, multò magis Hyeme, & temperamento frigidiore. Contrà uerò in materia calida & biliosa, frigida sunt repellentia. Verum dũ hæc aguntur, proui-

prouidendum ut ne caput nudatum pilis, frigore lædatur, multò magis Hyeme & cœlo frigidiore. Itaque cu cuffis uocatis, & cottone caput muniendum est, consuetis quoq; pileolis, qui è materia conuenienti profumati possunt, benioin, styracę, caryophylis & aliis id genus. Puluis quoq; ex conuenienti materia intermisceri potest. Cucuphæ ex cottone, alioqui emplastra aluta inducimus, ex qua fiat veluti pileolus. Materia remediorum prius descripta est, in dolore capitis ab æstu, ebrietate, perfrictione. Legenda est historia apud Aeginetam de muliere, quæ contumaces huiusmodi dolores curabat decocto radicis cucumeris agrestis, & foliorum absynthii in hydræleo: expresso oleo, quod relinquebatur, fouendum caput, & irrigandum. Materia uerò emplastri modo applicanda, potest medicamentum augeri Hidręleo facto ex oleo conuenienti, chamæmelino, irino, & aliis prius descriptis, cui oleo olibanum, opopanax, galbanum, benioin, & alia huiusmodi misceri possunt. Quod paratur ex atramento, parabile est, sed uulgari scriptorio utendum magis circa initia, post initia uerò, impressorio. Democritus utebatur arida fęce atramenti, quam diem integrum terebat ex aceto, deinde addebat octauam partem opii. Neque omittẽdum remedium, quod maximè conuenit vaporibus crassis, dum retinetur anima, seu respiratio, ligatur collũ, ut his artibus sanguis unà cum calore & spiritu, colligatur sursum in uenis & arteriis capitis, atq; ita collectus uaporem tenuet atq; discutiat. Extrema remedia sunt, emplastrum de Vigo cum hydrargiro, in pileolo aluta capiti inductum, & toti ceruici affixum: Hoc remedium in crassis & uiscidis humoribus tempestiuè & conuenienter adhibitum, plurimum potest. Adhæc sinapismus, diocopregias medicamentum, dropax, quæ scripta inuenies cap. de Pyroticis 3. de materia Chirurgica. Adhæc cauteria πυκνώσεις, quæ uocatur setum in materia frigida, crassa. Hęc postrema remedia conueniunt non in calida.

In libr. 3. Galeni

KATA' TOΠO'YΣ.

De aurium dolore.



Vribus aeris ſenſus à natura datus, deſcendente à neruo à quinta coniugatione, cum dura menynge, fuſoque ac diſperſo in meatum auditorium Cauſæ dolorum in genere, intemperies, morbus inſtrumentalis, ſolutio continui, particulatim refrigeratio, calfactio, denſatio, obſtructio, ſpiritus flatulentus, humor crudus, frigidus, & uiſcidus illic incluſus, humor mordax, ſanies acris, inflammatio tum propaginis membranæ, tum nerui auditorii ulcus. Dolor autem in ambitum auris, propter circumpoſitas latebras extenditur. Refrigeratæ auri, & inde dolenti calorifica conueniunt, fel tauri cum adipe anatis, ut Arabes & Græci cum ſucco porri, quod remedium præterquam quòd calfacit, aperit quoque obſtructiones, terget, incidit. In hoc quoque remedio conſenſus eſt Arabum & Græcorum. Cæpa præſertim rubra, ampla excauatur, in cauitatem oleum conueniens cum ſuccis conuenientibus & medicamentis, immittitur. In calidis cineribus aut furnis uulgaribus ſuper tegula coquitur, excipitur liquor. Oleum ex cæpa exprimitur, mixtura auri inſtillatur. Olea conueniunt, in quibus folia ruthæ, lauri, eiſdem baccæ, aut iuniperi, maiorana, origanũ, roſmarinus, hyſſopus, calamus aromaticus, piper, galanga, zedoaria, grana paradiſi, zinziber, gariophilum, & ſimilia coxerint. Oleum de ſpica, de cinamomo, euphorbio, uel in quo uigeſima quarta pars euphorbij mixta ſit, oleũ è caſtoreo, de piperibus, de ſcilla, de ſcorpionibus de ben ſeu muſcellinũ, de nucleis perſicorum, amygdalarũ amararum, auellanarum, de galbano, ammoniaco,

moniaco, & alia id genus. Plurimùm utendum est succis ruthæ, baccarum lauri & iuniperi, canabis uiridis, centaurij minoris, brioniæ, ari, dracunti, persicariæ, & rerum amararum: ubi præsertim frigiditati coniuncta est frigida materia & uiscida, qua detergent. Materia sicca castoreum, elleborus, calamus aromaticus, cardamomũ, galanga, zedoaria, & alia in oleis memorata. Sacculi ex eadem materia implentur, incoquuntur uino acri & cretico seu maluatico aut alio uino generoso: exprimuntur, admouentur calidæ auri, ut inde uapor excipiatur. Dolens auris cottone clauditur, ut uocant, muscato pileolis cõsuetis omnino uia ad aures frigori præcluditur. Ex oleis cõmemoratis unguẽta fiũt pretiosa benioin trito, momẽto moschi & ambaris, i. ambrę grisę addito.

De dolore auris à Calore.

GAl. utilissimum remedium putat in inflammatione & calore ouum crudum rosaceo subactum. Arabes liquore oui tenuis subacto ex aqua rosarum, nenupharis, uiolarum, lacte muliebri, succo parietariæ uel poligoni cum rosaceo utuntur. Materia remediorum, quæ refrigerant & dolorem leniunt. Item quæ calefaciunt, amplissimè descripta cap de dolore, lib. 3. de materia Chirurgica. Quo loco remedia quoque inuenies narcotica, quale est philonium cum muliebri, semina papaueris albi, hyoscyami albi, lactucæ, cucumeris, trita omnia affuso succo è folijs & floribus papaueris, nimpheæ, hyoscyami, uel aqua rosarum, uiolarum, nenupharis, trocisci stellę dissoluti sapa uel in lacte muliebri. Trocisci de croco descriptione Mesue. Finges pastillos narcoticos ex opio, castoreo, Synapi, calamo aromatico, pipere, & omnino addita materia, quæ concoquat, incidat, calefaciat, eritque aliorum proportio ad opium dupla, quadrupla, sextupla. Vniuntur pastilli sapa, uino, in usu dissoluuntur lacte muliebri, uitello oui. In obstructionibus à crassis, uel flatibus uel humoribus purgat corpus pillulis coccis, assaiaret, & de hiera mixtis, incorporatis cum expressione dr. s. agarici trociscati infusi, in oxymelite, sitque dimidium dragmę

cocciarum, aurearum an. scrup. 1. Purgato corpore errhinis, masticatoriis utendum est, cucurbitulis in ceruice & scapulis. Ratio uitæ præscripta in dolore capitis eiusmodi materia, remedia topica, eademque in dolore aurium à frigore nisi quòd debent seligi, quę detergēt, discutiunt flatus, tenuant.

De ulceribus aurium.

HVmor interdum è capite in aures defluit molestus primùm & plurimus, qui deinde putrescit, consuetudinem facit, ut iam nihil molestus sit. Vbi ex Hippocrate purgandum corpus, affigendæ scapulis cucurbitulæ: errhina, masticatoria sunt imperanda ad reuulsionem: detergenda sanies, siccandum ulcus. Sed primùm leuioribus utendum est. Veteres remedijs utebantur, quæ iam exoleta sunt, quorum hic ordo est. Primùm utebantur glautio ex aceto, deinde pastillo Polidæ, post Andronio, tum bythinio, uel è charta, postremò è scoria ferri. Pastillos describit Gale. 6. κατὰ γένη. Paulus 7. Scorium ferri uariè præpararunt. Gal. primũ terit ex aceto acerrimo 9. de simpl. medicamentis deinde ex eodem coquit. Arabes melius præparant. Terunt scoriam, ex aceto lauant, & deinde siccant in latere calido uel feruente sole: siccam rursus ex aceto terunt: imbuunt aceto, siccant ut prius. Idque septies repetunt. Post hęc in tenuissimum pollinem resoluunt, coquuntque longa coctione ex aceto acerrimo, dum sit mellis crassitudo, atque ita siccant. Remedium hoc maximam uim siccandi habet: epuloticum est, quod non nisi bene puris ulceribus, iisque inueteratis & duris corporibus usurpandum est. Sunt qui frigant octies in sartagine ex aceto, deinde cum aceto coquunt, miscentque rosaceum: alii more Gal. tantùm terunt, & aceto quadruplo coquunt. Clementius est remedium hoc modo. Scoria ferri in frustula diuisa fictili crudo coquitur, dum uas percoctum sit: deinde extingunt lacte. Idq; bis & ter repetunt, cremant, extingunt, tũ in mortario terunt affusa aqua uel fontana, uel rosarũ, uel plantaginis, uel simili, ubi diu uersant, purgant, siccant: tum repetunt

in

scorię ferri varia preparatio:

in mortarium, uolutantq; affusa pluuia: postremò siccant. Singulare auxilium, ubi citra morsum siccandum est. Recentiores abluunt mulsa. Ablues & remediis scriptis cap. de Purgantibus, 2. de materia Chirurgica. Post ablutum ulcus, succum parietariæ, anagallidis, saniculæ, buglæ, centinodiæ, plantaginis, bursæ pastoris, mille folii cum melle coques, & hoc uteris. Similiter melle rosato, syrupo de absynthio uel succo eius cum melle rosato. Eodem modo. Apii succo, ubi metus est putredinis, addes puluisculum aloes & mirrhæ, centaurii minoris, gentianæ, sarcocollæ: ægyptiacum quoq; solutum uino vel œnomelite. Remedium est ueterum & recentiorum. In siccantibus ulceribus aurium alumen ustum ex uino, uel ut sit fortius, ex aceto tritum. Alii urina pueri impubis utuntur cum œnomelite. Forte est, ærugo trita cum ęnomelite scillitico. Sed quibus remediis abluas, tergeas, sicces, inuenies cap. de Purgãtibus & epuloticis de materia Chirurgica.

Ad dolorem ex inflammatione & sine ulcere.

SAnguinem detrahito: interdicito vino: nutrito, ut in febribus. Sanguis ex cephalica eiusdem lateris detrahitur, clystere uel leui medicamento prius instituto. Circa initia lenientibus medicamentis sine calore dolorem sedas. In quibus præstantissimum credidit Gal. ouum crudum ex rosaceo subactum molliter imissum auri: Rosaceum sit legitimum, quod magna præcautione admonuit Gal. Ouum sit recens. Licet uti rosaceo cum tantillo aceti. Arabes hoc remedium leuiter coquunt, tãtillum caphuræ adiiciunt, quale fuerit rosacei optimi unc. i. aceti dr. 2. leuiter bulliant in aqua calida: deinde misce caphuræ Gr. 4. Vtendum quoq; muscilagine seminis psilii & cydoniorum extracta in aqua rosarum. Hæc muscilago per se vel mixta prioribus medicamentis usui est: lac quoque muliebre conuenit instillatum auri. Quòd si nimis urget dolor, & inde periculum ægro imminet, ad narcotica prius descripta confugere oportet. Iam remissis doloribus ad concoquentia simul & lenientia ueniendum. Sed dum hæc fiunt,

omnino procurandum ut uel clysteribus, uel leuibus pharmacis moueatur aluus. Leniunt itaque & concoquũt muscilagines seminis altheæ, lini, fœnugreci, gummi arabici. Extrahuntur in aqua bismaluæ: adduntur pinguia, butyrum, œsipus, adipes gallinæ, anseris, adeps suillus recens & sine sale. Postea basilicum & diachilon paruum oleo anethino, amygdalarum dulcium, chamęlino, irino dissoluimus & alijs medicamentis leuioribus, quæ cap. de suppurantibus scripta inuenias. Farinis etiam hordei, fabarum, altheæ, lini, fœnugreci coctis rosaceo uel oleis memoratis, uti conueniet. Aliquid indetur auri. Magna pars toti auriculæ & ambitui in linteis applicabitur.

De uermibus aurium.

VErmes innascuntur ex putredine, quibus remedio sunt amara, qualia hæc, olei persicorum, amygdalarum amararum an. unc. j. succi oppij, centaurij minoris, an. unc. aceti dr. ij. Coque in calidis cineribus, deinde adde myrrhæ, aloes an. scrup. j. Addito felle fiet efficacius. Aliud. Foliorum persicariæ, absynthij, graminis, athanasiæ, matricariæ, horum unius uel duorum. unc. ij. succi extracti ex nucleis persicorum addito pauco aceto dr. ij. olei de fraxino unc. s. ellebori nigri dr. s.

Obseruationes quædam in doloribus aurium.

IN his obseruandum nequid durius, asperius, frigidius, calidius, grauius ex alto cadens dolorem exasperet. Liquidum sit medicamentum, tepidum, quod molliter instiiletur, uel corniculo uel crassiore penna secũdum longitudinem diuisa in duas partes, extremo molli uel lana obuoluto, ut per cauitatem alueoli molliter influat medicamentum. Aliter hapso cottonis, lanæ, serici imbuto prius medicamento & molliter expresso efficies, ut medicamentum leuiter influat. Vapores inseruntur auribus, sacculis (ut ante dictum est) tepidis expresſis, spongiis complicatis, linteis in conuenmente medicamento inculcatis, expressis, admotis. Aliter ueteres lenticulas implebant decocto conuenienti, claudebant orificium uel lana pauca, uel raro linteo,

per

per quæ exhalaret uapor. Orificium admouebant auri. Aliter quoque corniculum auriculare fingi poteſt, altero extremo latiore, quodque ſit ſatis comprehendendo orificio lenticulæ. Altero anguſtiore quod auri inditur: uocant per embotum. Sed corniculum cum ſit inflexum, commodius eſt: alioqui emboto uocato utendum erit. Quod ſi inflexo collo iiſdem corniculo auri inditis, & ab alio exuctis flatus & alia corpuſcula extrahuntur auribus, uel inſtrumentis, quæ ſimilia ſunt uulgaribus ſiryngibus exſufflatio ab ore, & naribus efficiet, ut uapor melius attrahatur & excidant, quæ reſtiterunt in auribus.

De corpuſculis, quæ incidunt in aures.

AQua, lapilli, feſtuca, animalcula, faba, & alia id genus incidẽtia auribus periculũ graue afferunt, niſi maturè excludãtur. Nã inde dolor grauis, diſtẽtio, ſurditas, inflãmatio, febris, conuulſio, mors deniq; conſequitur. Iubebis ergo uel corniculum, uel ſtipulã, uel plumã cõparari, quæ aperta extremis partibus, altera quidẽ in aurẽ immittatur: altera cõprehẽdatur ore, ut fiat ſuctus & inde quod lędet, extrahatur. Alii extremã partẽ infarciunt ſtupa, qua incenſa orificium externum claudunt. Inceditur autem extrema parte, quæ foras prominet: alioqui iuncum lucernarium, medullam ſambuci, cereã candelam, ueruculum ferreum uel argenteum extrema parte inducunt uiſco, glutine, terebinthina, ac re omnino uiſcida quam immittunt auri, ut quod lædit, agglutinet, in materia duriore eiuſmodi inſtrumentorum molli lana extrema mollienda ſunt, atque dum eiuſmodi inſtrumenta induntur auribus, omnino prouidendum ne quid diffringatur, quod relinquatur aure. Quòd ſi quid uiſcidum poſt extractum corpuſculum inhæſit auri, detergente decoctione eluendum eſt. Iubendus æger ut inclinata aure celeriter deſcendet è gradibus, aut mõte inſiliat pede, qui auri lęſæ reſpondet, tuſſiat. Sternutatione utendum, atq; aliquando cietur ſternutatio, ut uiolẽto motu, quod lædit, excludatur. Nonnunquam eadem prohibetur præhenſis clauſiſque naribus, ut aure, ut re-

tentus ſpiritus impetum faciat in aures. Tabella illa, cu ius meminit Gal. uiolentum remedium eſt, concusſio puerorum prehenſo pede, herniæ periculũ facit in molliore corpore, & quod ei malo opportunum eſt.

De graui auditu.

IN læſo auditu uel præcipuum inſtrumentum læſum eſt, uel quæ partes ei ſeruiunt, uel cerebrum ea præſertim parte, ubi oritur quinta neruorum coniugatio à qua neruus auditorius eſt. Præcipuum inſtrumentum auditus extremitas eſt iterna meatus auditorij, ubi neruus cum dura menynge exporrectus attingitur. Læduntur aũt intemperie, ſimilari morbo & ſolutione continui. Intemperies rebus externis & morbo contrahitur, animaduertendumq; qualis præceſſerit morbus, calidúſne an frigidus, ut inde cognoſcatur intemperies.

Morbi inſtrumẽtales hoc loco ab obſtructione, quia non poteſt eſſe communicatio aeris externi ſpiritus auditorij. Obſtruitur meatus à tumore præter naturam, tuberculis, aut caruncul is adnatis, crasſiore pure, craſſa & uiſcida materia, copia ſordium, corpuſculis incidentibus. Solutio continui, ut in ulcere. Intẽperies curãda contrarijs, calida frigidis, frigida calidis, quorum materia ſuperius deſcripta eſt. Obructio liberanda remedijs conuenientibus, ut ſi ab inflammatione, ijs, quæ cõtra inflammationẽ ſcripta ſunt. Si ab œdematæ, incidentibus, attenuantibus, detergentibus. Similiter ſi à craſſo pure aut pituita. Materia autẽ in dolore ſcripta eſt contra flatus & craſſam pituitam. Scyrrus mollientibus, incidentibus, tenuantibus & ea ratione, quam ſcriptam inuenies cap. de malacticis. Tubercula, uerrucæ maximũ negocium faciunt, & uix niſi ferro aut eo genere remediorũ, quæ excedunt ſupercreſcentem carnem, curari poſſunt. Corpuſcula exprimenda ijs artibus, quę proxime dictæ ſunt, ſordes auriſcalpio & detergentibus infuſionibus expurgandæ ſunt. Quibuſdam ui tonitru, bõbardarum, campanarum laborat auditus, quibus, uox lenis, tarda, exigua, numeroſa aut muſica ſimilis muſicorũ inſtrumentis remedio eſt. Peculiaria quædam remedia

ſunt

ſunt contrà læſum auditum,qualia quæ ſequuntur. Caſtoreum ſolutum aceto & mixtum oleo amygdalarum amararum,baccæ lauri uel iuniperi :teruntur paulatim, affuſa aqua uitæ:ſingulis uncijs expresſi ſucci, dimidiũ drachmæ ellebori nigri permiſcetur. Subtilisſimè trita colocynthis oleo conuenienti permiſcetur, uel eadem oleo & uino addita parte aceti.Coquitur oleum. Vſui eſt.Vtile balſamum artificiale & acopa, quæ ſcripta inuenies cap.de dolore.Suffumigia fiunt per corniculum ex caryophilis,ligno aloes,baccis lauri,ramentis iuniperi & roriſmarini,maiorana ſicca. Meliora fient,ſi in aceto ſcillitico macerentur,ut ex omnibus fiat ſuffumigium. Fiunt quoque trociſci ex elleboro albo, caſtoreo, pipere,calamo aromatico, borrace iunctis aceto. Trociſci uſui ſunt ſuffumigijs,uel ſoluti in oleo conuenienti ex adipis anguillarum uncia una, olei muſcellini ſemiuncia,ſucci caprifolij & Iouis barbæ dr.ij. aceti dr.j.ouis formicarum,quantum capiat dimidia teſta nucis. Coquuntur omnia in uaſe teſtaceo:collatura utriq; auri infunditur, atque omnino materia conuenit prius deſcripta contra dolores aurium à crasſis & uiſcidis humoribus.Deſperatis alijs auxilii decoctum ligni ſancti, & emplaſtrũ de Vigo toti ceruici adhibitũ& poſt aures. Singulari remedio eſt,uerũ cognoſcendũ eſt inueteratum malum eſſe immedicabile, atq; inueteratum putãt poſt duos annos,& ubi æquabilis ſurditas eſt, neq; augeſcens, neq; remittens ſeſe,aut ubi ſcyrrhus tuberculum interius iam intercipit meatũ auditoriũ,ubi in interiore meatu ſolutio continui eſt in neruo auditorio. Medicamenta liquida eſſe oportet, tepida,quantitate modica,ſubinde commutata ut tertia quaq; hora.atque priuſquam noua immitantur, detergenda auris atq; repurganda. Iaceat æger in aurem ſanã, ut medicamentũ influat.Sed quia iniecta in aurem cohibita ſæpe corrumpuntur,& præſertim quæ ſunt pinguia,& propterea ſuffumigia & uapores præferunt indiectis. Quod ſcripſit Hip. ceſſare ſurditaté bilioſis deiectionibus,de ſurditate critica uel ſimptomatica in morbis intelligendũ eſt.

De

De Parotidibus.

ABſceſſus ſunt glandularum, ſed auribus ſæpenumero peſtilentes. Omnino peſtiferi, nonnunquam maligni, quales ſcribunt viguiſſe, multoſque rapuiſſe anno 1510. Nonnunquam clementes ſunt, quales uiguerunt anno 1545. & præcipuè Vere. Nonnunquam ſunt critici, qui ſi intrò redeunt, lethales, niſi alui profluuiũ, uel inſignis excretio ſubſequatur. Alii tardius erũpunt: alii celerius. Quidam cum dolore & inflammatione: quidam ſine his. Itaque ubi uel dolor grauis, uel inflammatio, clyſtere molli vel leui pharmaco moueatur aluus: deinde auferatur ſanguis è cephalica eiuſdem lateris, tum medicamentis, quæ leniant, utendum eſt. Cataplaſmata ex farina hordeacea cocta hydræleo, cerato uariè comparato ex oleis, quæ non reprimãt quidem, ſed refrigerent, qualia ſcripta inuenias cap. de dolore: quibus muſcilago pſilii miſceri poteſt, præſertim ubi calor coniunctus eſt. Abſtinendum hoc loco, ut in toto genere parotidum, medicamentis, quæ reprimãt. Pacato dolore digerentibus nec ita calefacientibus utendum eſt, ut ſi fieri poteſt, materia reſoluatur. Quòd ſi reſolui nõ poteſt, & ad ſuppurationem vergit, ſuppurantibus utendum eſt, qualia ſunt farina tritici hydræleo cocta, butyro uel axungia mixta. Acetoſa non ita manifeſta ratione cocta ſub cineribus ſuppurat. Poteſt pinſi cum butyro, radici liliorum coctæ permiſceri. Similiter licebit uti radice lapathi acuti, altheæ, liliorum cocta & cũ butyro piſta. In calore hyoſciamo cum butyro uti licet. Archigenes diu fouebat tepida: deinde cataplaſma farina hordeacea adhibebat, quod ſcriptum inuenies, ut alia multa, cap. de ſuppurãtibus. Vbi iam pus factum eſt, uel ferro decliui parte, uel ruptorio uocato uomicam aperis. Vteris medicamentis, quæ pus exhauriunt. Materia deſcribitur cap de reſoluentibus, de uomica aperienda, de pyroticis. Vbi apertus eſt abſceſſus, ulcus ſuo more curandum eſt & purgandum ſordibus, incarnandum & cicatrice ducendum, ac fit aliquando in malè curatis parotidibus, ut fiſtulæ ducantur, contra quas incipien-

pientes, Gale. uehementer probat pharmacum quod sequitur, Olei uetustissimi alioquin ricinini, anethini, caryni, cocti in sartagine unc. 6. aceti fortissimi tantũdem, lythargiri unc. 4. Bulliant simul, coquantur per diẽ sem per agitãdo, donec nigrescat pharmacum, splendeatq;. In mitibus parotidibus, hoc medicamentum sufficiet. Olei chamæmeli, liliorum, butyri recentis ana drac. 6. croci grana 6. Fiat linimentum, superponatur lana sordida. Quòd si paulò durior uideatur abscessus, admisce bis & tetrapharmacum, uel dialtheas, uel diachylon paruum de muscilaginibus, resumptiuũ, uel aliquod id genus, qualia multa inuenias cap. de Malacticis, ac primùm crassiusculis linimẽtis, postea compage mollium emplastrorum, præsertim si dolor abest, uti conueniet, ut si durities relicta fuerit, uteris remediis contra scyrrhos ex cap. de Malacticis.

De narium affectibus.

IN nares propago à dura menynge, neruus à tertia cõiugatione descendit, patet & foraminibus exterioribus & altero angustiore quod ad mãmillares processus, & anteriores uentriculos cerebri pertinet. Altero ampliore, quod ad palatum & os diuertit. In naribus polypi fiunt & ozenæ. Polypus tumor est præter naturã durius culus, similis substantia carunculæ polyporum pisciũ. Ozena vlcus est malignũ, qđ ab acri fluxione & aliquando putrilaginosa nascitur, atq; putredinis signum est, quod grauiter olet, neq; oẽ ulcus narium Ozena est. Nam sæpe à pituita salsa vlcera concitantur in naribus, quæ crustulas ducunt & facilè curantur. Ozenis malignitate respõdent ulcera in lue uenerea suborta, quæ & aliquãdo, ut ozenæ, cancrũ referũt, quod ubi fit, magna desperatio est neglectis eiusmodi ulceribus. Os nasi cariẽ ducit, atq; corrũpitur, unde forma naturalis nasi deprimitur & deperditur. In ozenis & polypis hæc sunt cõmunia. Vacuandũ corpus aliquando phlebotomia, ẽ cephalica: deinde ẽt è uenis, quæ ad labra perueniũt: dein de purgatione, ex quo reficiẽdum caput optima uitę ratione, & medicamentis. Idemque corroborandum est in

polypus qđ.

ozena qđ.

N.

curo.

medi-

medicamentis, quæ reficcent caput & corroborent. Cucuffæ sint cottone intertextæ & consperſæ puluiſculis, qui ſiccent & corroborent, quales ſunt è ligno aloes Caryophilis, macere, moſchata nuce, ſtœchade, ſaluia, maiorana, mentha, rore marino, betonica, lauendula & alijs id genus. Præterea frictio è ſpongia à ſincipite ad occiput & laterea ducta. In medicamentis, quæ raſo capite adhibentur, emplaſtrum barbarum, tum quod deſcriptum inuenies cap. de Hæmorrhagia tum quod cap. de glutinantibus, uel quæ ſequuntur. Myrrhæ, thuris ana unc j. duo oui albumina, limaces triti cũ ſuis teſtis numero ſex, rurſus terantur omnia in mortario & linteo inducta capitiq́ue affixa 9. dies ſinantur. In medicamentis topicis differentia eſt, quia ozenis conueniunt, quæ repellant & diſcutiant. In polypo, qui ab humore craſſo & uiſcido naſcitur, quæ adſtringant, incidant, tergeant, diſcutiant. Atque in ozenis alia quidem remedia leuia ſunt: alia uerò acria, quibus in rebelli malo, ſerpente & putrido utendum. At mediocria ex utroque genere fiant, ubi malum erit mediocre. Lenia ſunt roſæ ſiccæ inſperſæ. Plantago ſicca, herba uocata ſcorpioides: clymenum uulgare, malorum granatorum trium generum ſuccus leuiter coctus, uel cum melle in uaſe æneo ita coctus, ut craſſitudinem habeat. Mel vſtulatum cum ſucco plantaginis, cum puluere ireos, myrrha, aloe. Fortia ſunt aquæ fortes, metallica acria, pulueris dracuntij, uatrachij & quæcunque acria ſunt. In leuibus uero metallica, quæ ſine morſu ſiccant, quale eſt plũbi recrementum, lythargiros, ceruſa, pompholix, puluis malicorij, & magma illud Galeni ex contuſis granatis. Ceterùm cùm omnis ozena ulcus ſit, ordine quidem curãda eſt, purganda ſordibus, incarnanda & claudenda cicatrice. Purgabitur hydromelite è decreto marubij, centaurij, gaiaci apij, abſynthij, agrimoniæ, mixto aliquando ſero lactis, unde acrimonia lactis retundatur. Alijs quoque abunde ſcriptis cap. de purgantibus. Purgatũ ulcus aqua forti, qua aurum ſeparant, aqua ſublimati attingi debet, mel hiſpanicum toſtum, addito puluere corticis gaiaci

medicaméta lenia i ozenis

decocto

gaiaci, purgat, incarnat, & cicatricem ducit. Recrementum plumbi tenuissime leuigatur ęquali parte uini austeri, deinde adiecta æquali parte olei myrthini ad spissitudinem coquitur, psoricum Mesue huic rei utile est. Aegiptiacum siccatur, & inde puluisculo facto aliquid aristolochiæ admiscetur, gentianæ & similium. Gal. pastillis Andronis, Polyide & similibus utebatur, quos scriptos inuenies cap. de Hæmorragia. Sed quia medicamentorũ uis subinde affluẽte humore diluitur, subinde cõmutare oportet. Negotiũ fit maius, cũ ulcera ea parte sunt, qua foramẽ est nariũ ad pallatũ. quia non tã facilè medicamenta adhiberi possunt. Iubendum ergo, ut æger maiore ui inspiret, ubi medicamenta immittuntur. Alio qui os amplissime aperiat demissa lingua, ut specilli extremo medicamẽta ad ulcus adducãtur. Sunt qui firmũ asperumque filum, uel e setis textum in nares mittant. impellantque, ut æger magno inspiratu attrahat, & alterum extremum in os perueniat. Itaque utroque extremo filum prehensum diducitur, ut asperetur ulcus, & sanguinem reddat: deinde filum medicamentis illinunt, ut inde contingat ulcus. Nec desunt, qui acum plumbeã eo filo transfigant, ne filum reduplicet. Resupinato capite & naribus esse oportet, cùm medicamenta immittuntur iubemusque aliquando ut uel muliebre lac, uel aliud, uel aquam ore contineant, ubi acria medicamẽta sunt lethalia, nequid translatum in os deuoretur.


IN polypo particulatim conueniunt ceratum myrthinum, ceratum ex cera rubra cum oleo myrtillorum. Sed oportet ceratis addere sextam, octauam, decimam, duodecimam partem ægiptiaci, uel æruginis. Alioqui tantundem alicuius pharmaci generis eorum, quæ cathartica dicuntur, quorũ materia & descriptio est cap. de pyroticis. Ad idem facit psoricum Mesue, Macerionis emplastrum, tetrapharmacum cum duodecima parte ęruginis, lamponis medicamentum, quæ omnia scripta inuenias lib. de materia Chirurgica, & quomodo sit eis utendum. Ex argenti spuma & cerusa, uino, aceto & myrthino oleo coctis fiunt unguenta, quibus aliquid pulueris

N. N. Cura polypi. c. 95.

pulueris malicorii, rosarum, balaustiorum, aluminis & similium misceri potest. Puluis & succus dracuntii, cum foliis, radicibus, seminibus, medicamentis miscetur, ut proximis unguentis, succo granatorum mixtura fiet, ut sunt corpora & cõtumax malum est. Malicorium tritum, coctum cum parte trociscorum albiadici efficacissimum remedium est. Describuntur cap. de Pyroticis. Quòd si crustæ fiunt uel in ozenis, uel polypis, medicamentis siccantibus resiccare oportet, qualia sunt epulotica, unguentum de cerusa, & alia id genus ex cap. de epuloticis. Deinde uel uolsella molliter commouẽda, ut leui motu decidat. Nonnunquam enim ui excutiendę sunt, nisi iam resiccatæ non ita hæreant. Veteres sternutatorio utebantur, ut maturæ crustæ deciderent. Alii emolliunt butyro, adipe anseris, aut gallinæ, muscilaginibus tragacantę gummi arabici, ut emollitę cadant crustæ. Remedia resupinato capite alia quidẽ instillantur: alia corniculo insufflantur: quædam specilli nucleo capta inseruntur naribus, uel è pixide, coclear, uola, inspiratu trahuntur uapores è uasis angustioris orificii admoti naribus. Excipiuntur in ulceribus narium à lue uenerea remediis, quę contra hunc morbum adhiberi solent: illitu, emplastris mercurialibus utendum est.

De hæmorrhagia non agemus hoc loco, propterea quod de ea abunde à nobis actum putemus Cap. 4. lib. 3. de materia Chirurgica. Illinc petantur remedia.

De topicis Medicamentis ocvlorvm liber qvartvs.



Edicamenta ocularia alia sunt ἀνώδυνα, quæ & λοσιπόνια appellant, eaque dolores leniunt. Alia repellunt, sed leuiter, & adstringẽdo roborant. Nonnulla sunt, quæ concoquunt & extergent, discutiunt, molliunt. Plurima quoque excrescentem carnem consumunt: quædam peculiariter confirmant oculos, conseruant uisum & aciem eius intendunt, Hieracia, & oxidorcia. Vlcera oculorum peculiaria habent medicamenta: sed leuiora alijs ulceribus, quæ uidelicet, extergent, siccant, incarnant, cicatrice tegunt, aut crassiores cicatrices exterunt, quorum alia mitiora, ut citra morsum siccent: alia paulò acriora, de quibus omnibus ordine dicendum est.

De dolore oculorum.

Dolores oculorũ, inquit Hipprocrates, meri potio, balneum, fomentum, uenæ sectio & epotum medicamentum soluit. Meraco uino utimur, ubi bene puro corpore uenæ oculares, quæque uicinæ sunt, crasso sanguine uel eiusmodi uapore repletæ sunt. Sit uinum uetus: tenue, giluum, odorum, non adstringens, quod uel in cibo, uel inter cibos propinetur. Nam ieiuno datum uehementer nocet, & quanquam ab Hipp. scriptum est meri potus: consuetis tamen & natura biliosis, adolescentibus quoque leuiter dilui potest, sed minus solitò. Ac quidam ex ueteribus calida diluebant. Phlebotomia ubi corpus pletoricũ est, & dolor grauis excruciat. Eligitur uena primum basilica in plenitudine uel mediana, deinde cæphalica: postea in fronte: postremo ex angulis oculorum, nisi ulcuscula, quæ phlyctenas uocant

q̄n utimur uino meraco i dolorib, oculor

phlebotomia

corneę membranę in oculo uessicula exsuperans dr phlictenas

cant, aut profundius ulcus cũ inflammatione adſit. Tũc enim reprobanda phlebotomia in minoribus uenis, ſed uenam amplo foramine aperire cõuenit, ut ſanguis craſſior effluat, & maturius ſequatur animi deliquium quod in aſperrimis doloribus magnam uim habet, ut ex aliquot hiſtoriis licet colligere. Balneum uſui eſt uacuato corpore, cocta inflammatione. Vbi acris fluxio eſt, fomento uteris, initio quidem ut tentes num corpus reliquum, uel caput laboret. Sic enim adhibito fomento dolor fluxioq́ue augebitur. In incremento & uigore, ut lenias: in declinatione, ut diſcutias & corrobores. Verum fomenta in mollibus linteolis & leuibus applicentur, nequid uel grauitate, uel aſpredine, uel duritie lædat. Propterea Hipp. ſacculos reprobat. Medicamentũ epotum in cacochymia pro natura uitii, quod redundat. Sed prçter hæc frictiones, cucurbitulæ occipiti & ceruici affixæ, uincula reuellendo dolores leniunt: leues quoque inſpiratus comprehẽſo ore medicamẽto, quod uim habeat leniendi, dolores ſedant. Medicamenta topica duorum ſunt generum. Alia re uera leniunt: alia ſtupefaciunt. Sed ſtupefacientibus non temere utendum, qualia ſunt collyria è ceruſa lota, amylo, opio, & breuiter, quæ opium aliaq́ue id genus recipiunt. Nam uehementer fluxiones reprimere non poſſunt: ſed excerni prohibent, unde erodi corneam contingit ſi acris fluxio eſt: ut ſi multa, magis irritari aut uehementer intendi, niſi medicamentum fuerit uehemẽter narcoticũ. Intolerabilis dolor remouetur, ſed ſtupefacto, aliud malum ſequitur. Nam uis oculi omnino læditur, ut in poſterum uel nihil, uel hebetius uideat. Hinc quoque relinquitur dura quçdam diſpoſitio tunicarum, quæ non facilè corrigitur. Hæc Gal. qui non ſolùm his, ſed & in leniendo dolore emplaſticis pinguibus, nimium adſtringentibus, abſtinendum putat. Emplaſtica poros infarciunt, nequid exhalare poſſit. Adſtringentia immodicè eoſdem conſtringunt, atque ita interceptis uiis, per quas debet fluxionis materia diſcuti, eadem retenta, in oculis dolores exaſperat. Sed præter hæc adſtringentia tunicas nimium reſic-

cant,

cant, & inde uiſum hebetant. Pinguia uerò propterea prohibet Gal. oleum & alia id genus, quia in uehementi ardore oculi facilè incenduntur. Eadem quoque ſordes faciunt & omnino ulcerum initia ſunt. Tutior itaque uſus eſt, eorum medicamentorum, quę reuera anodyna ſunt, qualia ſunt fomenta ex ſola aqua tepida, ex decocto meliloti, chamæmeli, fœniculi, anethi, fœnigręci, roſarum, abſynthii. Quod ſi calor multus cõiunctus eſt, ex decocto pſilii, foliorum mandragoræ, hyoſciami, papaueris, uiolarum, roſarum, ſimiliter liquor oui, aqua roſarum, muſcilago ſeminis cydoniorum, medulla cocti cydonii, uel pomi alicuius cocti in uapore aquæ. Moderata eſt muſcilago altheæ, tragacanthæ, gummi arabici, lac muliebre, fœnigræci bene lothi, prius infuſi diem integrum, deinde cocti ut prima & ſecunda aqua abiiciantur, penidia, alphenic, diatragacanthon frigidum, amylum muliebri lacte diſſoluuntur, lenien do leuiter, & citra morſum extergendo, creta ſimiliter uti licet. Anodynon eſt oui liquor cum ſuo uitello. Aliquando caphuram miſcemus, ut in hoc quod lenit & coquit. Muſcilaginis ſeminis pſilii, & tragacanthæ extractæ in aqua biſmaluæ. unc. ii. liquorum oui unc. s. croci ſcrup. s. camphuræ Gr. vi. atq; meminiſſe oportet recẽtibus muſcilaginibus & ſuccis utẽdũ quia uno atq; altero die aceſcunt, atq; corrumpuntur. Quæ collyria anodyna dicuntur, ferè opium recipiunt, quale eſt diarrhodon nyli, quod etiam ingentes dolores lenit, tenues fluxiones acreſq; ſiſtit. Roſarum reſectis unguibus dr. s. croci. dr. ii. gummi arabici dr. i. ſpicæ nardi, opii an ſcr. s. Cũ aqua fit collyrium. Vſus tempore lacte muliebri, uel liquore oui liquidiſſimè diluitur. Anodyna enim liquidiſſima eſſe oportet. Arabes hoc collirium, ſief roſatũ uocant, atque ita conficiunt. Roſatum reſectis unguibus dr. xv. croci. dr. 18. gummi arabici dr. 19. ſpicæ, opii an. dr. ii. fiat ſief cum aqua pluuia. Habẽt & ſief alba, quibus plurimum utuntur, quale hoc eſt in principijs inflammationum & dolorum. Gummi arabici, tragacanthę, amyli an. dr. s. ceruſæ lotæ dr. vi. opii

x dr.

fomẽta uere anodina:

dra.j. opium in ſapa aut uino dulci temperatur deinde reliquis inūgitur in oui albumine. In uſu diluitur lacte muliebri. In augumento hoc conuenit. Sarcocollæ nutritæ in lacte muliebri, aut aſinino dr.s.amyli, diatragacā thi an.unc.s.ceruſæ lotæ dr.vi.olibani dr.i.s.opii drac. i.confice cum aqua pluuia.

Alexandri mirabile in calida ophthalmia & dolore.

Cadmiæ uſtæ, lotæ drac.x.ceruſæ lotæ unc. i. ſcoriæ ferri vſtæ, lotæ unc. s. gummi arabici, tragacanthæ ana drac.4.olibani, opii ana dr.2. croci ſcrup.s. confice cū aqua pluuia. In declinatione ſarcocollæ nutritæ dra. x.croci, ſpicæ, aloes ana dr.j. Teruntur omnia ex muſcilagine ſem.fœnugræci. Linimenti modo adhibētur. Sed quia in ocularibus remediis ſæpe cadmiæ uſtæ lotæque & ſarcocollæ nutritæ mētio fit, utriuſq; ratio explicanda eſt. Cadmia itaq;, quę & Cathinia dicitur, uel cuius loco lapide calaminari vtimur, ui ſiccandi & extergēdi prædita vritur & lauatur hoc modo. In fruſtula magnitudine grani hordei confringitur, melle optimo cōſpergitur, concluditur fictili crudo, cuius orificium operiendo clauditur, lutaturq;. Sed operculū uno uel pluribus foraminibus peruium eſſe oportet, ut fumus exhalet. Vas autem, ubi coctum eſt, ſubiecto igne uel in fornace figulari, iā ignita cadmia & uaporibus nigris in albidos commutatis, qui.ſ.per foramina operculi exeunt, tollimus, & ablato operculo cadmiā uino auſtero extinguimus, & mortario terimus, ſiccamq; ad medicamenta reſeruamus. Aliter quoq; ueteres. Cadmia incluſa fictili uaſe, puro igne crematur, deinde lacte aſinino extinguitur: ſecundò ac tertiò uritur atq; extinguitur lacte: iam tertiò uſta extinctaq; ī mortario affuſa aqua fontis diutiſſimè uerſatur, purgatur, ſiccatur, ſiccata ſecūdò ac tertiò in mortariū repetitur, uerſatur ut prius, & ſiccatur. Poſtremò cum aqua pluuia in mortario circumagitur, ſiccatur, iam omnis qualitatis expers, ex qua fiat collyrium planè diuinum, ubi dolor ſedandus eſt.

Vlcera implenda, ſiccanda, hypopia, ubi ſiſtenda eſt

acris

acris fluxio & leniēda calida lippitudo, ubi pruritus, ardor, uſtio, ſed peculiariter, ubi detergendū & ſiccandū.

℞. cadmiæ, ut ante, præparatę unc. 2. ceruſæ è lacte lotæ ſæpius dr. 2. s. Ceruſa cū cadmia ſæpius miſcetur, & 15. diebus in mortario ex aqua pluuia uerſantur. Poſtremò tragacanthæ lotæ & purgatæ unc. s. ſucco fœnugræci per noctē imbuitur, ut multum ſuccum imbibat. Poſtridie uniuntur omnia: reponuntur uaſe uitreo operto tenui linteo, loco ſubdiali, & bene puro. In uſu diſſoluitur oui liquore, uel muliebri lacte. Sarcocolla citra morſum ſiccat, coquit. Digerit leuiter, amaricat. Trita itaq; maceratur in aqua roſarum tribus diebus, tum ſiccatur & pluribus diebus in ſucco rubi maceratur ſiccaturq́;. Poſtremo infunditur in lacte muliebri, ſiccataq́; blandiſſimum medicamentum fit.

De Repellentibus.

REpellentia duorum ſunt generum. Alia leuiter repellunt, quæ conueniunt oculis, eaq́; uel leui frigore, uel corroboranti adſtrictione reprimunt. Alia uerò uehementer adſtringunt noxia oculis, quia poros contrahunt, tunicas reſiccant, exaſperant, dolores creant, uiſum interturbant, quibus tamen aliquando, ut in procidentia oculi, ſed aliis mixtis utimur. Leuiter repellūt roſarum ſuccus, flores, folia nardi, ſpicā, crocus, hypociſtis, oui candidum, muſcilago pſilii, ſumach cydoniorum, aqua roſarum, plantaginis & quod ex mororū ſucco præparatur. Succi mororum rubri quartarium unū. Siccetur in ſole, ſubinde agitando. Vbi fuerit ſiccatus, imbue liquore oui, & ſine ſiccati in ſole. Poſtremo conſperge lacte muliebri, & fac ſiccari. Puluilo utere ſoluto liquore oui, ut lenias & reprimas. Repellunt quoq; cadmia uſta, ut prius, & auſtero uino extincta: deinde trita è pluuia, & quæ metallica citra morſum ſiccant. Deinde hæc, quæ leniunt quoq;, farinæ capitum papaueris & meliloti ana P. j. pul. roſarum P. s. panis albiſſimi unc. 2. Fiat decoctio in lacte mixtis pulueribus in fine decoctionis. Deinde transferantur omnia in mortarium, & ſubigantur cum ouo integro & croci ſcrupu-

 lo.

10. In doloribus oculorum abstinendum à multis linteis, uinculis arctioribus, grauibus sacculis aut cataplasmatis: sed tenuissimis linteolis medicamenta continenda sunt, uidendumque ne remedia, quæ adhibentur, dolorem creent, & priusquam siccentur, commutanda sunt. Et quia in doloribus oculorum multa fere lachrymatio est, quæ uim medicamentorum diluit, propterea subinde commutanda sunt remedia.

De ulceribus oculorum.

Vlcus in alba tunica cornea, genis, angulis oculorũ à re externa fit, ut stylo, gladio, uel aliter. Prçterea ab acri fluxione, cui prudentissime occurrendum est, alioqui ne una procidat & sequatur cœcitas, periculum est. Hoc ulcus in genere quidem communem habet curationem cum reliquis ulceribus. Vult enim repurgari, siccari, impleri & cicatrice claudi. Peculiariter tamen ex natura partis clementiora remedia desiderat, multò magis, si proprietate indiuidui acerrimo sensu & purissimo spiritu præditi sunt, quales fere sunt oculi cœrulei. Declinanda itaq; tũ quæ exasperando tergẽt, tum quæ mordicando siccant & nimia adstrictione exasperant, atque hæc ulceri, qua ulcus est, propriè conueniunt. Nam & in collyriis & remediis ocularibus sæpe mixta inuenias, quæ sunt acria, ut in malignis & nimium sordibus ulceribus, quæ dolorem leniunt: ut in dolentibus, quæ molliunt: ut in callosis, quæ plurimùm adstringunt: ut cùm magno impetu irruit fluxio in oculos, uel à prolapsu, unde mixtus est. Quæ omnia ut nõ statim ulceri conueniunt, conueniant tamen per accidens. Itaque in fluxionis impetu stalticis uocatis, id est, sistentibus utimur, quæ materiam recipiunt frigidam & adstrictoriam, quale hoc est singulariter prædicatum. Aeris usti, cadmiæ ustæ lotæque ana unc. iii. myrrhæ, opii ana dra. iiii. acaciæ, gummi arabici ana dr. vii. Ex aqua fingitur collyrium, quod liquore oui dissoluitur in ipso uigore, quando sordes & maturatio tum in ulcere, tum in lipitudine apparet. Sed hic animaduertendum, quod sit commune omnibus ocularibus remediis,

uua

diis, oculos parum assuetos medicamentis sæpe irritari, cum primum medicamenta adhibentur. Quò si contingit, tepefacto liquore oui, dolor sedandus est: deinde medicamẽtum adhibendum, donec assuescat oculus. Cõueniũt & collyrium prius descriptum in præparatione cadmiæ, additis rosa, hippocistide, acacia, & drachma una opii in dolore uehementi. Aliud Philoxeni, quod impetum fluxionis reprimit, caput siccat, lenit & stupe facit. Rosarum dr.ii. semin. hyosciami albi, olei unc.i. thuris dr.iii. myrrhæ unc.s. farinæ uolatilis, uel hordei tosti unc.ii.s. oui tosti luteum unum, fucci mandragorę, uel hyosciami, apii ana unc.s. croci drac.ii. ex uino austero fit collyrium. Si quid inest duritiei, thus pingue, myrrha, bdellium, galbanum, ammoniacum, similia misceantur collyriis: sed ad sistendas fluxiones, quæue siccescunt, ulcera prohibent & dolorem commouent. Anacolematibus, frontalibus uti conueniet, quorum hæc sit materia, è fabis, febris, tosto hordeo, auena fit farina. Assumitur quoque farina uolatilis: subiguntur autem ex ouorum albuginibus: admiscetur sanguis draconis, bolus armenus, thus, mastiche, gũmi, rosarum puluis, fiuntque satis crassa & hærentia cataplasmata. Sed quæ peculiariter extergent siccantque ulcera, alia quidem liquida plurima sicca sunt: liquida lac serosum, uel dilutum suo sero. Seri autem plus miscebitur, ut plus est sordium, uinum conditum, saccharo, diluta mulsa, decoctum plantaginis, uel aqua eius addito melle, decoctum fœnugræci, quod conuenienter præparatum per se purgat ulcera, nisi sordidiora sint. Nam si tantillum mellis adiicitur, uel pulueris diatragacanthi frigidi, diaireos & similium, sicca pompholyx usta lotaque seu tuthia præparata, endiuia uel lapis calaminaris usta lotaque, ut prius, terra sigillata, lapis hæmatites, recrementum plumbi & ferri ustum lotumque, spodium, antispodia, cerusa, amylum, lac in mortario plumbeo pistillo plumbeo agitatum donec crassius nigrescat, sarcocolla nutrita, pumex ustus & lotus, ostreorum cinis, ossa sepiæ, gemmæ tritę, puluis absyn-

thii,plantaginis, bardanæ, clymeni, herbæ ſcorpiadis, buglæ,ſaniculæ,herbæ Paridis. Sed melius erit ex his ſuccum exprimere, ſubigere in mortario plumbeo, piſtillo plumbeo,donec crasſities & liuor contrahatur:de inde ſiccari oportet & ita uti puluere.Cornua cerui,capræ,uſta lotaque, antimonium uſtum lotumque, uehe mentiora ſunt æs uſtum lotumque,ſcamma ęris,uitreo lum,cuperoſa,arſenicum,ſandaraca, ęrugo : ſed his in malignis & plurima ſorde madentibus uti conueniet. Ex hac materia concoquentibus,myrrha,thure, croco, galbano, caſtoreo, fiunt collyria ferè ex ſucco fœnu græci. Vtimur quoque ſaccharo cando, penidiis, alphenic, diatragacanta frigida, ſolutis lacte & liquoribus,qui extergent.

Sic enim lenies,extergebis, & ulcus ad carnem comparabis.Parietaria,anagallis,centaurium minus, abſynthium, plantago teruntur in mortario paulatim affuſo lacte: exprimitur ſuccus,qui ut ptius uerſatus in mortario plumbeo ad crasſitudinem ſiccatur, ut fiat puluis è cornu cerui,collyrium expurgat,incarnat, exterit cicatrices. Cornu cerui vſti loti,thuris, plumbi vſti loti ana dr.ii.ſcammæ æris,vſtæ lotæ dr.i.opii dr.s.gummi arabici ℈.i.cum aqua pluuia fiat collyrium.

Sed hic meminiſſe conuenit duplicem eſſe aquam pluuiam in præparandis metallicis : vna enim hyberna eſt & inutilis:altera æſtiua & tonitruoſa, utilis. Aliud.

Sarcocollæ nutritæ in lacte dra.x. pulueris diaireos ſimplicis,gummi arabici,tragacantæ ana dr. ij.pumicis vſti lotique in lacte dr.i.ex muſcilagine fœnugræci fiat collyrium. Atque hic meminiſſe conuenit in ulceribus nimium madentibus puluiſculis utendum eſſe : in aliis collyria liquoribus diſſolui : lac autem conuenire diſſoluendis collyriis,ubi eſt leniẽdum & breuiter extergendum:ſuccum uero fœnugræci,ubi detergendum magis. Quòd ſi copioſius quoque detergendum, ueteres ſucco fęnugræci tantillum mellis addiderunt. Aliud.

Pumicis vſti lotiq; dra.ii. gummi arabici, tragacãthæ, an.dr.i.pulueris diatragacanthi frigidi dr. s.cum ſucco

fęnugræci

fęnugręci fiat collyrium. Absterget plurimum, ut etiam aspredines & albugines tollat. Vrina pueri impubis æneo uase diu uersatur pauculo melle adiecto, donec sit crassitudo. Materia siccatur, fit puluis, ac primum ut consuescat oculus, muscilagini tragacanthæ, deinde fœnugræci permiscetur, eritq; quadrupla muscilago. Licebit uti collyrio diuino antea descripto è cadmia pręparata. Ad hæc diarrhodum Nili deterso ulcere regeneranda caro. Implendis ulceribus oculorum cõueniunt terra sigillata, sarcocolla nutrita, thus, cortex thuris, mãna, aloe lota, myrrha, gummi arabicum, tragacanta, metallica, quæ citra morsum siccãt, & alia scripta c. de sarcoticis, quale hoc. Corticis thuris, myrrhæ, aloes, sarcocollæ nutritæ an. fiat puluis Collyrium è cornu cerui antea descriptum & Cleonis plurimum usitatum ueteribus, quod incarnat & cicatricem ducit. Spodii loti, plumbi vsti loti an. dr. ii. batituræ calibis, uel ferraturæ eius ustæ & lotæ, croci ana dr. s. gummi dr. i. confice cum aqua. Vsus tempore diluitur liquore oui & lacte, aqua infusionis tragacanthæ, muscilaginis tragacanthæ extractæ in aqua plantaginis, fief de plumbo incarnans & cõsolidãs, plumbi usti, antimonii usti, loti, tuthiæ lotæ, æris usti, gummi tragacanthæ an. dr. ii. opii Gra. viii. cum aqua pluuia. Aliud, quod incarnat, reprimit, uestigia corrigit & lenit. Tutiæ, cadmiæ, præparatarum, ut decet, cerusæ, antimonii, olibani an. dr. ii. myrrhæ dr. i. sarcocollæ, sanguinis draconis, aloes, opii an. dr. i. s. ex aqua collyrium e thure, quod mollit, lenit, coquit, incarnat: Thuris dr. x. antim. sarco. an. dr. v. croci dr. ii. ex muscilagin. fęnugr. pleno ulcere cicatrix ducenda est ꝑ ea, quæ uocant epulotica medicaméta, quæ citra morsum siccant, qualia inuenias c. de Epuloticis & quod sequitur. Antimonii, blattæ bisantiæ an. dr. x. acaciæ dra. iii. aloes, sarcocollæ nutritæ an. dr. i. confice cum succo rubi. Sarcocolla, ut prius, nutrita cicatricem ducit.

Hebes uisus.

VIsus hebes senio, morbo, frigiditate humorum, & spirituum crassitie immodica, tenuitate spirituum,

inopia utriusque contrahitur. Sed à senio & inopia spiritus uel humorũ difficillimè instauratur: In tenuitate spiritus leuiter adstringentibus & refrigerantibus utendum est. Huius rei manifestum argumentum est, quod interdiu & in splendore solis statim disperso spiritu & quasi euanescente parum acutè uident. Nocte uero iam cogente & leniter refrigerante, spiritus acutissimè cernunt. Id quod uidere licet in felibus, leonibus, pardalibus, & pleroque genere animalium, quibus ueluti igne micant oculi in tenebris. Contra crassitiem humorum & spirituum, detergentibus & incidentibus leuiter que corroborantibus utendum est, oxidorchia & oxydorchitas uocant Græci medicaméta, quæ hebetudini uisus citra manifestam occasionem ortæ medentur, quorum magna pars e materia constat, quam contra crassitiem facere diximus, quale est Anthonij Musæ, Fellis perdicis siluestris partem unam: succi parietariæ, succi centaurii minoris, mellis optimi ana. Aliud.

Fel gallinę ueteris succo centaurii pari miscetur, quibus mel sextupla ratione adiicitur. Aliud. Larg. Succi radicis fœniculi unc.ii. pari melli commiscentur, reponũtur ærea pyxide. Alii parem modũ succi chelidoniæ permiscent. Obscuritatem quamlibet persanare scribit Gal. gruis fellis unc.i. succi marrubii & mellis optimi an. unc.ii. Aliud. Fellis tauri, succi fœniculi ana unc.i. mellis optimi unc.ii. Aliud. Mellis scillitici, succi marrubii an. unc.ii. succi granatorũ dulciũ unc.s. fellis accipitris unc.i. fortiora sunt collyria antea descripta ui ꝑdita extergente, quæ metallica extergentia recipiũt. At quæ hactenus præscripta sunt, in crassis uaporibus & humoribus conuenire possunt. Conueniũt etiam suffusionibus & maculis oculorum ex detergente, digerente, leuiter corroborante materia. Quod sequitur, maximè probatum est ueteribus, quod maxime iuuet. Scriptores, Pictores, Lectores, Aurifices & quicunque contenta oculorum acie plurimum laborant. Succus exprimitur ex granis punici accidi, ut Aetius: dulcis, ut Octauius. Is succus æneo uase reponitur, quod sit opertum

tenui linteo, quòdque exponatur soli, donec crassescat succus. Succo iam crasso par modus mellis additur, miscenturq; & fictili reponuntur. Illinitur medicamento oculus hora somni.

Ad albugines.

IN albuginibus atque omnino morbis oculi, ubi medicamentorum uim subire profundius uelimus, balnea frequentia imperamus: alioqui iubemus, ut uapor humidus ex aqua primum tepida excipiatur oculis: deinde uapor è materia, quæ extergeat: postea medicamẽta leniter diuq; affricando adhibemus. In albuginibus sagapenum cum melle distillatum, uel solutum cum melle liquido, uel, ut sit fortius, cum oxymelite scillitico singulare remedium est. Succi anagallidis, parietariæ, chelidonii, amygdalarum amararum cum melle, ac breuiter earum rerum, quæ detergent. Addunt succum papaueris rubri, & quæ gersa serpentaria uocatur, è radicibus dracũtii descripta cap. de sarcoticis soluta lacte equino plurimum iuuare potest. Aliud. Fel hirci aut cuiusuis alterius animantis exsiccatur in uase æneo, adiecto syrupo de artemisia, ruta, calamento: ubi inde pul uis factus est, succus marrubii, anagallidis & similium miscetur, & quod inde molliter applicatur oculis. Aliud. Ossis sepię dra. ii. salis amoniaci, cerusę an. dra. i. ammoniaci sagapeni ana scrup. ii. Fiat puluis. Aliud. Rad. draguntii, aristolochiæ, chelidonii ana unc. s. concidantur in taleolas reponãtur in uase æneo. Superfundatur urina pueri impuberis: exponantur soli: siccentur, terantur: tritis adde salis ammoniaci unc. ii. mellis torrefacti tantundem. Fiat puluis. Ammoniacum, saliua matris subigitur & illinitur albuginibus infantium. Mirum est, quod scribunt, butyrum per se illitum mirabiter conferre in contumacibus. Metallica miscemus ui extergente prædita & collyria, quæ inde comparantur. Aerugo crematur: diu teritur ex aqua plantaginis. Capitur unc. s. cui additur cerusę lotę in lacte unc. i. gersę serpentariæ dra. ii. trita omnia cum muscilagine fœnugræci illinuntur.

Ad Hyposphagmata.

ICto oculo resudat sanguis tenuis, atque effunditur in oculum unde rubor & aliquando dolor & inflammatio. Taifati uocant Arabes. In dolore & inflammatione recurrendum ad remedia prius descripta. Quòd autem attinet ad remedia propria hypophlegmatis, initiò utendum iis, quæ reprimant & leniant: deinde iis, quæ digerant: postremò quæ digerant & corroborent. Primùm itaque liquorem oui illinito, & lanam uel linteolum molle in eodem inculcatum adhibeto. Lac quoque muliebre similiter adhibetur. Veteres magnam uim in sanguinibus posuerunt. Alii sanguinem hirundinis primo loco statuerunt: deinde palumbæ, uel turturis: tum columbæ, sed masculi, prætulerunt. Tenellę pennæ extrahuntur plenæ suo sanguine, & molliter oculis sanguis infunditur. Gal. 10. de simplicibus medicamentis parui facit eiusmodi controuersiam de sanguinibus, utiturque succo fœnugræci post initia cum collyriis primùm Democratis è myrrha, diasmyrnum: deinde quæ in multo thure fiunt: postremò quæ è croco. Quæ collyria scripta inuenias septimo Aetii, & Pauli, & quarto κατὰ τόπους. Rosas uel rosarum magma aqua rosarũ & uino incoques, & tepida oculis admouebis. Nam & tepefactum oui liquorem & reliqua remedia tepida adhibemus. Alii bolum armenum, terram sigillatam, argillam ex liquore oui dissoluunt & adhibent. Post initia lini semen territur cum butyro, totum uehementer exprimitur, & pingue expressum illinitur. Mirum est, quod scribit Archigenes, Hyssopi coma trita & linteo inuoluta, deinde inculcata in aqua calida, si inde foueatur oculus, sanguinẽ diffusum ita extrahi, ut si linteum exprimatur, sanguinem reddat. Arabes plurimum utuntur arsenico bene loto, sublimato rursus loto ex aqua coriãdri, præsertim vbi iam hyposphagma liuorem duxit. Leue collyrium digerens. Thuris dr. iii. diligentissimè conteruntur: deinde in collyrium uniuntur cum aqua sequenti. Salis ammoniaci, salis gemmæ, an. dr. i. liquescant in aqua pluuia, qua thus uniatur. In usu dissol-

soluitur aqua,uel ſucco coriandri. Fortius eſt quod ſequitur. Thuris,myrrhæ,croci,ammoniaci ana drach.j. ſublimati bene loti cum ſucco uel aqua coriandri dr. s. cum eodem ſucco vel aqua fiat collyrium,quod adhibeatur cum eodem ſucco,uel aqua. Fortius. Arſenici bene loti ſublimati prius,deinde rurſus bene loti & confricati cum aqua coriandri drac.ii. ſarcocollæ,piperis,ammoniaci,lapidis laſuli ana dr.j.cum aqua,in qua drac.s. ſalis ammoniaci diſſoluta ſit. Fiat collyrium. Fiunt fotus in declinatione ex decocto abſynthii,meliloti,chamæmeli,fœniculi,hyſſopi, & remedia adhibentur,quæ ſcripta in albugine.

Ad œdemata oculorum.

A Pituita,quæ in oculis diffluit,mollis, laxus & indolens tumor circa oculos naſcitur,genas ferè occupans,qui bene purgato corpore,his remediis diſſoluitur. Primùm fouetur locus ex aqua tepida cum ſpongia molli. Faba,lens,cicer in aqua cum tantillo aceti. Horum unum,uel omnia percoquunt:deinde trita preſſaq; cribro culinario tranſcolantur, mel adiicitur,cataplaſmatis modo adhibentur. Poſtea uerò, ubi magis diſcutiendum eſt, hiſſopus & pars radicis ſigilli beatæ Mariæ cum dictis leguminibus coquitur:alioqui creta oxycrato uel lixiuio diſſoluitur, aliquid mellis additur, & ita illinitur.

IN

ΚΑΤΑ' ΤΟΠΟ'ΥΣ.

De Hypωpiis.

Y ϖωπιον per ω in ſecunda ſyllaba & in penultima, ſugillatio eſt, quæ ferè fit ſub oculis genere ecchinomatũ, id eſt ſugillationum cõprehẽſum. ὑπόπυον verò per υ & ν in penultima, ocularis morbus, cum pus fuſum cornea includitur. Differt hypopiũ, quod eſt ſugillatũ, ab hypoſphagmate, quia hoc in oculis: hypopium uero, in genis & malis. Conueniũt autem remediis. Nam ubi graue malum eſt, phlebotomia, clyſteribus, purgationibus, apophlematiſmis, ſed ſeuioribus, communiter utendum eſt. Quod ad topica attinet, primùm quidem leuiter repellentibus, mixtis modice digerentibus, multo magis in hypoſphagmate utendum eſt. Initio ergo caſeo recenti: diarrhodum Nyli ſoluto in decocto meliloti, alijs quoque ſimiliter repellentibus & leuiter digerentibus utendum eſt: ac breuiter, quæ in hypoſphagmate deſcripta ſunt circa initia, non inueteratis hypopiis conueniunt. Recentiores roſaceo, oui candido, inſperſo puluere myrtillorum utuntur: deinde ſpeciebus ſanguinis, quæ deſcriptæ ſunt in hypoſphagmate, farinis fabarũ, hordei coctis in oxymelite. Eędem farinæ ſaluia ſubactæ tergent, leniunt, diſcutiunt. Fotus ex aqua tepida, ex decocto chamæmeli, meliloti, altheæ, ac tandem fœnigræci, oui luteum cum melle, faba, uino macerata leuigata. Item quod ſequitur. Litargiri, ceruſæ ana unc. 1. cum melle ſubigantur, nutritum primùm roſaceo, deinde chamæmelino, diſſolutum unguentum roſatum tantillo ſyrupi de abſynthio mixtum iam nigricantibus hypopiis, nux rancida & iam oleoſa cum melle ſubigitur, & ſupine decumbente ægro ne excidat, hipopio tribus horis adhibetur, quæ cùm excidit, alia reponitur. Panus inculca-

culcatus oleo de κerua, oleo de nucibus, uetere, de ricino & similibus, panis diu manſus & ſaliua ſubactus, cuminum nodulo includitur & feruenti aqua ſalſa immergitur, & ita imponitur. Serpentis exuuium melle uel aqua marina ſubigitur & imponitur. In remedijs precipua ſunt, iam plurimum nigricante hypopio, raphanus, radix bryoniæ: dracunculi, ſigilli Mariæ, quæ primum cum butyro, deinde per ſe adhibentur. Quod ſi inde ardor & mordicatio excitatur, tepida locus fouori debet. Si locus uehementer intumuit, fotu tepidæ ex ſpongia plurimum utendum eſt, deinde inungendum anethinum. In inflammatione diu foueto calida, & farinas coctæ fabæ & leguminum ſcriptorum in Hypoſphagmate colatorum, ut prius, cribro culinario cum melle imponito. Quod ſi fiſſura quædã coniuncta eſt, ad remedia glutinatoria, qua parte uulnus eſt, decurrẽdũ.

De *Aegilope*.

AEgilops paruus eſt abſceſſus inter os naſi & maiorem angulum oculi, periculoſus, propterea quod excarnis locus eſt & uicinus oculo. Primùm itaque Aegilope naſcente repellentibus ualide utendum eſt: facto uero ægilope, diaphoreticis, primùm citra morſum: deinde fortioribus utendum eſt, adhibita cura, ne quid diffluat in oculum. Ac breuiter inflammationum modo curandus eſt. Propterea neque phlebotomia pretermittenda eſt è cephalica, neque purgatio, ſi fuerit opus. Cucurbitulæ quoque & maſticatoria uſui ſunt. Vbi uerò ſuppuratio facta eſt, ampliandum uulnus ut pus effluat, & non corrumpat. Os aperto abſceſſu purgãdum mellicrato, melle roſato, & alijs id genus. Purgatum ulcus abluendum è uino, implendum ſarcoticis Ariſtolochia, manna, thure, aloe, myrrha, reſina, ſarcocolla, chamedri, ruta, & alijs, quæ ſcripta inuenies cap. de ſarcoticis. Ex quo epulotico citatrix ducenda eſt. In Aegilope difficultas ſpirandi, in læſo oſſe, ſed iniuria leuis tantùm aſperato: maior uerò iam carioſo: maxima, ubi iam ad colatorium os & malas corruptelas tranſijt, ubi fiſtula ducta eſt, & muſcoſa caro

atque

atque corrupta. Hic ergo ueterum & Recentiorum con silium est. Diuidendus angulus, in triangulum, ut apex trianguli uersus radicem nasi: litera uero & basis ad oculum uergāt. Quòd si caro corrupta, aut callus prohibet, cathereticis utendum erit, quæ scripta inuenies cap. de pyroticis. Ampliatum uulnus primùm implendum uel spongia, uel medulla sambuci intorta, ne scilicet, coalescat. Quòd si tantùm asperatum os est, rasura sufficiet: si cariosum, tenui & retuso cauterio utendum est: quod cum fit, muniendus oculus spongia, quę sit imbuta aqua frigida. Sed priusquam cauterium imprimatur, uidendum, quò perueniat ossis corruptela. Aliquando enim sursum ad colatoria uergit nónunquam ad malas. Atq; quocunque uergat, cultello aperiendus locus est, ut fiat uia cauterio. Iam repurgato osse, ægiptiaco mixto cum melle rosato, & syrupo de absynthio utendum est, quod medicamētum etiam os purgare potest, siquidem leuis est iniuria. Veteres cephalicis utūtur, scriptis cap. de sarcoticis. Archigenes inurebat plumbo liquefacto per infundibulum misso. Recentiores aquis Alchimistarum fortibus utuntur. Sed primùm permiscent lacti, uel mucilagini altheæ, lini, fœnugræci, uel tragacanthæ extractæ in aqua uitę: postea solis aquis os attingunt. Vtuntur purgantibus & incarnantibus ex succo agrimoniæ, apij, absynthij, ruthæ, melle rosato, syrupo de absynthio, aloe, mirrha, sarcocolla, usto alumine, antimonio, mixtis in putri carne puluere ægiptiaci, mercurii cum alumine usto. Superponūt emplastrum diachalciteos, quod sit recens factum & repellens, partem per ambitum fouent uino rubro decoctionis rosf. chamæmeli. Supponūtque lintea inculcata in dicto uino post adhibitum emplastrum diachalciteos. Parāt & mundificatiuum, quod uocant ex farina fabarum & hordei cocta in prædictis succis addita, in terebinthina lota in uino albo. Purgato ulcere ueteres probant alumen ustum terebinthina, uitri subtilissimè triti puluisculum, rutam pistam cum uino granatorum. Discutiendo uerò nucem rancidam con cassatam, & appositam, camomili folia uel mansa, sub-

acta

acta cum saluia salsa.

De Ionthis seu uaris.

IOnthi, quod sint similes, ἴνθου, id est, fimo, & faciem conspurcent, appellati. Vari à Latinis tubercula parua, dura, in cute faciei à crasso succo orta. Remedijs egēt ut Galenus scribit, mollientibus, quia dura: discutientibus, quia alienam materiam in se continent. Veteres Medici incidentia & tergentia uidentur miscuisse. Fricabis, ergo mixtura pari mellis & aceti, amygdalis amaris aceto pistis, lithargiro subtilissimè trito, concorporato terebinthinæ liquidæ, & butyro. Poteris intermiscere aliquid fellis caprini, uel similis. Lilii radix uel panis porcini melle subigitur, lapis calaminaris subtilissimè teritur, maceretur in aceto, & siccetur, quadruplo melli permiscetur. Saponis unc.ii. olei amygdalarum amararum unc.i. aceti unc.s. ossis sepiæ triti & puluerisati dr.ii. Pomata oleo ouorum, uel de tritico dissoluitur, aceto albo addito, & illinitur. Gummi arabici album, sal torrefactum, utrunque subtilissimè tritum acri aceto diluitur. In callosis & inueteratis Varis ammoniacum, sapo, galbanum, opopanax, & alia id genus aceto dissoluta prædictis miscentur. Qui si contumaciores sint, aliquid metallicorum acrium detergentium intermiscetur, quemadmodum & in tumoribus ficosis, ulcerosis, subrubris, rotundis dolentibus. Vnde principium impetiginis, mentagrę aut lichenis agrestis, quæ materiam habeant crassam, permixtam ichoribus acribus. Nam hæc ubi transierint in impetiginem, rarò nisi acribus permixtis & medicamentis ecdoriis, id est, excoriantibus curantur. Primùm tamen leuioribus utemur: dein de contumatiore malo transibis ad ecdoria, id est, in materia impetiginum. Hæc sunt acetositas citri, aqua uitis, elmi inclusa in foliculis, aqua fabacearum, florum fabæ, centaurii minoris, parietariæ, enulæ, gentianæ, ranũculi, ari, bryoniæ, anagallidis, & his fortiores aquæ sublimati & uocatæ fortes. Oleum ex eadem materia, de tritico, de sulphure, de uitreolo, de ouis, de fraxino. Ἐκδόρια sunt metallica acria, æris squamma, lapis cala

minaris,

minaris, ſulphur, ærugo, arſenicum. Diu teruntur ex aceto acerrimo. Paſtilli fiunt, qui ceratis liquidis permiſcentur. Cętera fiunt ex cera fulua, uel, ut fortiora, uiridi, oleo conuenienti, & ut hæreant magis, terebinthina mixta ſuperponitur, ueſica bubula, aut eius membrana ſuilla uel ſimili. Medicamentum tota nocte ſinitur, uel ad horas multas, lacte, ſero lactis, aquis memoratis tepidis facies abluitur: repetuntur medicamenta, donec exareſcant, puſtulæ & ulcera in medicamentis leuioribus, ſanguis leporinus illitus, ſaliua præmanſo ſale, ouum integrum triduò maceratur. In mixtura ſulphuris & aceti poſt triduum abiecta teſta, ouum ex ea mixtura ſubigitur & illinitur. Gummi ceraſorum, aceto diſſoluitur & illinitur, radix enulæ & lapathi acuti coquuntur in aceto ad putrilaginem, tepido aceto, permixto melle affricatur locus: deinde radices piſtæ cum axungia uiperarum illinuntur. Pſoricum Meſue, ſaliua ieiuni hominis, & liquido melle diſſoluitur. Fraxinus uiridus crematur, ſaliua excipitur, quam extrema reddunt. Sublimatum & cinabrium, aliaque ecdoria in muccagine gũmi arabici, uel tragacãthæ, uel muſcilagine fœnugręci illinuntur. Sed in uſu ἐκδορίων extremæ partes impetiginis, & quæ ſanæ uicinæ ſunt, medicamento repellente, & quod inflammationem prohibeat, muniendæ ſunt, cinabrium, thus, maſtiche, æqualiter miſcentur cum aceto. Fiunt paſtilli, unde fumus excitatus loco impetiginoſo excipiendum munitis oculis, ore, & naribus. In his omnibus meminiſſe oportet, priuſquam adhibeantur, habendam eſſe rationem totius corporis, ut ſcilicet, aliquoties repurgetur, atque medicamenta, ut facilius ſubeant, malaxata impetiginoſis partibus adhibentur. Malaxantur autem decocto maluæ, biſmaluæ & ſimilium.

De dentium affectibus.

Dentes uiris ferè triginta duo: mulieribus, uiginti octo. In utroque dentium ordine quatuor acuti & lati, ut prehenſum cibum ſolidum incidant, unde τομεῖς & τέμνοντες, iidem γελασῖνοι, quòd in riſu ſe ſe maximè

profe-

proferant. Inter quos duo medii & præcipui columellares exoriũtur ferè primi ſeptimo menſe, quanquã aliis tardius. Hos ad latera canini duo ſequuntur acuti quidẽ, ſed nõ lati, ac potius in cuſpidẽ acuti. Configunt dura ui maiore & diuidunt duo numero in utroq; ordine. Ad decimum ferè menſem aut nonum enaſcuntur. Sequũtur maxillares plani, firmis radicibus defixis, in quibus, qui genuini uocantur & poſtremi erumpunt, tardiſſimè apparent, uix anno uigeſimo, ut Ariſtoteles uoluit, aut poſt genituræ profuſionẽ, ut Auicenna. Varro anno ferè ſeptimo. Reliqui maxillares ante ſecundum annum & ſecundo anno producuntur. Primores uulgus anteriores & lacteos appellat: Caninos uerò oculares: maxillares parùm deflexa uoce, maxillarios. Creſcunt dentes, quia nutriuntur, & aſſiduo teruntur manſu. Excidũt omnes ætate, ſed poſtremi maxillares neruos ſubſtratos habent à tertia coniugatione, qui affecti imaginẽ pferunt laborantis dẽtis, qũo & gingiuæ. Dentes aũt in propria ſubſtantia & ſentire & dolore cõtra multorũ ſn̄iam affirmat Gal. 16. de uſu partiũ, & 5. κατὰ τόπους. Hyſtoriã dentium ſcribit Ariſtoteles 4. cap. 8. lib. 5. de gene. animalium: ca. 1. li. 3. de Partibus animalium: ca. 1. 2. 3. 4. lib. 2. de Hyſtoria animalium: Gal. undecimo de uſu partium. Plinius ca. 37. lib. 11. Celſus, cap. 1. lib. 8.

Sunt autem affectus dentium communes reliquis oſſibus, quia exaſperantur, roduntur, perforantur, cariem ducunt & rubiginem, nonnunquam quoque ab affectione, quæ ſit ſimilis inflammationi, liuentque omnia à ſanioſa, acri, & uirulenta materia. Proprius affectus dentium neque communis reliquis oſſibus dolor eſt. Itaque in corruptela dentium tria genera ſunt remediorum. Nam dens corruptus & uitioſus ferro extrahitur, uel medicamentis acribus, ſiccatur, tabeſcit, ut deinde ſpõte ſua excidat. Tertium remedium, ut quod eſt incolume relinquatur. Inſtrumentum quo dens extrahitur, ὀδονταγωγὸς à Græcis Medicis appellatur, forceps (ut dicat quiſpiã) dẽtarius. Sed de extrahẽdo dẽte nõ ſatis cõuenit inter ueteres Medicos, quanquã magna pars

uitiosum & corruptum dentem extirpandum credidit. Erasistratus non temere extirpandum putat, eiusque rei testimonium adducit, quod apud Belgas in templo Apollinis ὀδονταγωγὸς, forceps dentarius, plumbeus suspenderetur, quo significaretur non esse tollendum dentem, nisi uacillet, ut plumbeo forcipe excludi possit, idest, nulla ui, qui si qua parte scariosus fuerit & uitiosus, uitium scalpo atteratur relinquatur quod est sanum. Ac re uera nō temere euellendus dens est, sed si corruptus, totus tabidus, uacillans, si nerui subiecti inflammatio, à qua periculum immineat. Sic enim exclușo dente liberatus neruus iam non apprimitur, sed transpirat & remedia conuenientia admittit. In corruptela uidendum quanta ea sit. Aliquando enim superficialis est, aut extremæ parti insedit, quomodo in ossibus asperis & cariosis non os totum excindimus, sed asperdinem & cariem scalpro deradimus. Ita in dente aut pars quædam deciditur lima, radice incolumi. In medicamentis autem, quæ hæc faciunt, exsiccant & tabefaciunt, acria sunt omnia, Lac tithymali, exuuium serpétis. Gummi hederæ vulgo cognitum est remedium, quod religione quadam colligitur post medium Augustum, & intra idus Septembris eoque utuntur ad dolores dentiū. Exuuiū uero serpentis remedium est memoratū ab Antiquis. Gal. 11. de simplicibus decocto eius utit̄ cōtra dolores. Archigenes cōburit, miscet oleo, & melli, illinit ægro denti, munitis cera, uel re simili dentibus uicinis. Idem quoq; nō vstum denti admouet, ut excidat, pyretrum, aut radicē cucumeris agrestis in aceto acerrimo triduo maceratā teres. Indes purgato denti. Id ad tres aut quatuor repetes, ut dens excidat.

Adeps ranæ uiridis denté depellit. Licet quoq; uti cauteriis per canaliculum denti impositis, atq; cauteria modo è ferro, modo è testa nucis, radice gentianæ & similibus comparantur. Sunt qui oleum calés uel aquas fortes denti immittant, ut excidat.

Contra uermes.

Vermes aiunt subnasci dentibus & hos arrodere, à quibus

quibus dolor nõ ita fortis, pruriginoſus, nulla aut pau ca ſaliuatio. Hi amaris rebus enecãtur, decocto cẽtaurii colocyntidos, pilulis cõmunibus, aloe, mirrha, ſemine cæpæ, porri, ceruino cornu, puluere contra uermes & aliis id genus. Quod autẽ uulgus ſibi perſuadet, & ab Antiquis Medicis ſcriptum eſt de ſuffumigio è ſemine hioſciami, uidetur fabuloſum. Nam inde aiunt manifeſte uermes excidere. Reuere incenſo ſemine euolãt tã-q̃ uermiculi, ét ſi nõ attingat fumus uermiculoſum dentẽ. In doloribus dentium remedia multa ſunt. Phlebotomia, ubi inflammationis ſuſpicio, præſertim in neruo. purgatio totius corporis. In uitio humorum, clyſteres acres, cucurbitulæ in ceruice & ſcapulis, extremarum partiũ frictiones, errhina, maſticatoria, & quæ uiã fluxioni intercipiunt. Anacolemata, id eſt, frontalia, fotus malarũ & faciei, periãmata quæ uel è collo ſuſpendun tur, uel alligantur carpo, Topica denique dẽti adhibita. Horũ materia fere incidẽs, digerẽs, calefaciẽs, quia fere à craſſis humoribus & flatibus doloris excitatur, mixtis aliquãdo adſtringẽtibus, roſis, galla, mallicorio & ſimilibus. Ac fere collutiones fiunt materia in aceto cocta. Itaq; origanum, hiſſopus, ſatureia, calamentum, naſturcium, maiorana, pulegium, thimum, ſaluia, adhęc pyrethrum, qui pes Alexandrinus dicitur, Galanga, piper, & alia id genus aceto coques ac inde collues, uel fumum ore excipies mixtis circa initia roſis, malicorio, balauſtijs, ubi non uidebitur caput nimis redundare ex crementis. Poſt colutionem hianti ore ſinat æger pitui tam defluere. Hipp. 7. Epid. caſtoreo, pipere concoctis uino, diuque contentis ore dolores dentium & gingiuarum coniugis Aſpaſii liberat. Mentaſtrum cum radice euulſum & in peluim datum, conſperſaque aqua calida fumũ reddit, qui obuoluto ueſtibus ægro exceptus ore dolorẽ mirabiliter ſedat, præſertim ſi æger in lecto bene coopertus quieſcat, & moueatur ſudor. Dioſcorides radici altheę uel hiſſopo coctis in aceto, ut inde fiat collutio, magnã uim tribuit in doloribus dentiũ. Ranæ uirides in aqua & aceto coctæ ſimile ius reddunt. Ace-

ad dolores dentium

topica [dolorib] dentium

tum fcillicitum colluitur. Dens caninus vftus tritus coquitur in aceto ad collutionem. Allium tritum refpondenti carpo alligatur. Ranunculi fimiliter folia alligantur, fed exulcerant. In dentientibus pueris lac caninum gingiuis abluitur, cremor lactis, butyrum recens, fubactũ ex aqua uiolarũ. Cerebellũ leporis phificũ eft appenfum pueris, cornu ueteris cocleæ; ubi dolor à calore ortus eft, aqua rofarũ cum caphura colluitur. Decoctũ papaueris, uel radicis mandragoræ & hiofciami, folani, pillulæ de cinogloffa, quę contra omnes morbos dantur, leuiter folutæ butyro induntur denti. Materia Anacolematũ, errhinorum, mafticatoriorum prius defcripta, fimiliter facculorum, cataplafmatum & fomentorum in materia oculorum.

Ad dentes mobiles.

SEnibus confumptis dentium ftabulis, ictu concuffis dentibus, neruo, qui dentes firmat, emollito dẽs mobilis uacillat. In fenibus collutio ex adftringentibus coctis auftero vino. Eadem collutio ictu concuffis. Sed in neruo, qui multa pituita mollior ac infirmior eft, omnibus modis uacuanda pituita eft pharmaco purgante, errhinis, mafticatoriis. Deinde ad collutiones ficcantes & adftringentes ueniendum, alioqui adftringentia excepta melle rofato, fyrupo myrtillorum, conferua rofarum, cornorum & fimilium adhibentur denti. Acetum fcilliticum confirmat dentes, & conftringit gingiuas, lac afinium fimiliter; vlmi cortex & ramuli in uino cocti, ut inde colluas. Materia adftringentium fæpius defcripta eft, defcribeturque in ftomachicis.

Ad corrofos dentes.

MAteria uacuãda medicamento purgante, quod uel bilem flauam, uel atram, uel pituitam falfam purget. Eiufmodi uitium aliquando nafcitur communi uitio totius corporis: aliquando affidua fluxione è cerebro: nonnunquam hepatis aut potius lienis uitio. In remediis localibus confenfus eft Græcorum & Arabum, nigella romana torrefit, teritur ex aceto acri, denti imponitur, zinziber, radix capparis, angelicæ vel filphii,

tormentillæ

tormentillę vel lapathi acuti in aceto coquitur, acetum colluitur, cocta radix adhibetur denti, benioin, opopanax, soluta oximelite adhibêtur denti. Sal ieiunio sub lingua liquatus & retentus ore dentem prohibet à putredine & erosione. Sal cum alumine uritur, extinguitur aceto, acetum colluitur, materia denti applicatur.

Ad dentes malè coloratos.

QVæ dentes præseruant, sunt è materia eorum, quę siccant & abstergent, unde fiunt dentifricia, sal torrefactum cum melle, puluis parietarię, amigdalæ amaræ, cornu cerui, margaritarum puluis, rasura eboris & coralli, gersa serpentaria, iris florentiæ, marmor tritũ, pumex ustus, os sepiæ, lana succida colligata linteolo cum tertia parte salis. Vritur, cinis capitis vulpini & leporini, quibus pulueribus aromatica miscentur, santali rosæ, cinamomum, lignum aloes & similia arida dentibus affricêtur, concorporentur melle rosato, uel anthozato. Materia uino decoquitur ad ablutiones & collutiones dentium, sed & ex ea materia, quæ ad collutiones doloris dentium, coquitur, remedia parantur, præsertim quæ aromatica sit: Repurgatur dens uirga roris marini uel lentisci. Contra uero corrumpũt dẽtes, quæ nimium calida, nimium frigida, sed præsertim ubi deinceps & interiecta pauca mora nunc calidis, statim frigidis attinguntur dentes. Adhæc pinguia, acerba, dulcia, uiscida, frequens uomitus, dura, lactis multus usus, magni pisces & pingues, raphanus, porrum, brassica.

que corrumpunt dentes.

κατὰ τόπους.

De oris affectibus.



Nflammatio oris, ut affectus indicat, post habitam rationem totius corporis initiò eget repellentibus medicamentis, quale est mulsa, in qua rosæ coxerint. Ac mulsa melior fuerit cōparata è rosatio melle, aut mixtura aquæ & cōserua rosarū. In incremētis & uigore miscenda, quæ concoquunt, ficus, uuæ passæ, myrrha crocus. Postea quæ discutiunt, sulphur uiuum, nitrum, sal ammoniacum, & quæ eius sunt uirtutis. Ex natura partis repellentia & digerētia leuiora sunt, quia cutis oris reliqua cute corporis mollior & rarior est. Deinde in ea materia seligi debet, quę nihil graue oleat, aut sapiat, quęque nihil mortiferum habeat. Præter hæc, ab his omnibus metus est, non solùm propter os, sed propter subiectos pulmones & uentriculum, ad quos ab ore patens uia est. Alia quoque ratio ex natura corporum, quia pueris, mulieribus & omnino mollioribus corporibus leuius medicamentum comparandum. Propterea Galen. diacaryon simplici in his utitur, sed sine adstringentibus pulueribus, acribus & aliis. Sed hoc quoque considerandum in mixtura mellis. Medicus enim aliquid concedit sapori & ori: deinde in acri & tenui fluxione minus intermiscet mellis, ne, scilicet, mel fluxionem attenuet, & propterea acriorem reddat. Diacaryon medicamentum ex succo primùm & melle cocto Galen. conficit. Sit autēm modus mellis subduplus, subquintuplus. Mamiis, qui dulcibus gaudent, & ubi crassa materia est, plus mellis: in contraria conditione minus, miscendum est. Propterea mirandum non est quòd aliter Paulus, Aetius, Alexandrinus, Nicolaus diacaryon conficiunt.

Paul.

Paul. Succi cortium exteriorum nucis expreſſio Iulio mēſe ante maturitatem nucum heminas, quinque mellis, heminam coque ad dimidium : deinde adde myrrhę dr.ii. croci, aluminis an.dr.i. in declinatione nitri, ſulphuris an.dr.i. pro hemina ſucci unc.x. accipies: pro hemina mellis unc. xiij. cum dimidia, quod magis conuenit in craſſa materia. Succi percollati heminam unam, mellis heminā unam, glicirrhizæ unc.i. coques primùm glicirrhizam cum ſucco, deinde mel adiicies. Alexand. ſucci lib.vi. mellis lib.i.s. coque ad ſpiſſitudinem in uaſe ſtanneo duplici. Coctis adde mirrhæ drac. iii. croci, omphacii an.drac.ii. aluminis ſciſſilis dr.i. Illinitur medicamentum cynanchicis & faucibus exulceratis, uel oximelite colluitur, aut prędicta mulſa, in qua roſę prę coxerint. Nicol. ſucci lib. iiii. bulliant una ebullitione. Adde tunc mellis lib. ii. coque ad ſpiſſitudinem. Tum adde initiò pul. roſarum, balauſtiorum, aluminis an. dr. i. in incrementis & uigore glycirrhizæ. unc.s. croci, myrrhę an.drac.i. In declinatione, boracis, nitri, ſalis ammoniaci an. drac. s.

διά μώρων.

διὰ μόρων.



Ororum duo genera. Alterũ celsi, domesticũ ferè & esculétum. Alterũ bati, id est, rubi. Ex utroq; diamorõ fit. Sed quód ex succo morórum rubi fit, uocatur diabatinõ. Initio inflãmationum oris solo succo uti licet, sed ex rubentibus, necdũ maturis exprimi debet. Nunc aliquid syrupi myrtillorum, uel rosarum siccarum succo misceri põt. Ad usum vero, ut seruetur succus melle concoquitur. Efficacius fuerit, si uel myrthinum, uel rosatum loco mellis communis misceas. Parari potest cum saccharo rosato atq; succi ad mel quadrupla, quintupla, sextupla, proportio est, præsertim ubi per multos menses seruandum non est. Succus seorsum coquitur: deinde mel, aut saccharum adiicitur. Coquitur in uase æneo stannato ad syrupi crassitiem. Octauius in diamoron bati, batina mora collecta triduum asseruat, priusquam exprimat succum. Initiò, ut magis adstringat medicamétum, omphacium, omphax, rosæ siccæ, balaustium, malicorium, & breuiter quæ adstringunt, misceri debent. In uigore, quæ mitigant, decoctum ficuum pinguium, passularum mundatarum, glycirrhizæ, decoctum bismaluæ, quo hoc medicamentum dilutius esse debet. In declinatione permiscetur mulsa in qua coxerit ea materia, quæ descripta est in dolore dentium a materia frigida. Varia autem est mixtura. Hieræ succi lib. vj. mellis lib. j. uini austeri vnc. x. croci drac. j. mirrhæ dr. ij. omphacij drac. j. alumnis dr. s. Gal. succi lib. v. seorsum coquantur. Mellis lib. j. adiiciatur. Coctis & ab igne depositis adde croci, myrrhæ ana drac. j. s. omphacii dr. j. siquidem ut heras auste

ri uini unc.x. medicamento permiſceas. Quòd ſi citra uinum, omphacii unc.j duas, uel tres permiſcere potes loco omphacii, uel ſucci rhu, uel uinum granatorum auſterorum miſceri poteſt. Quēadmodum & balauſtium & malicoria, ſiquando, miſcentur ex auſteris malis punicis meliora ſunt. diamoron bati, ut Alexādrinus, Succi mororum bati lib.ij. mellis lib.j. ſapæ lib.s. coquantur omnia lento igne, uaſe æneo ſtannato ad ſyrupi craſſitudinem. Seruetur medicamentum eodem uaſe. Nicolaus in antidotario miſcet ſucci mororū celſi lib.s. ſucci batinorum lib.j. ſapæ unc.iij. coquit, ut Alexandrinus. Aliter quoque Meſue. Sed mixtura Galeni & ratione ſemper utendum eſt.

διαρρωῶν, ex granatis.

GRanatorum tria genera. Auſterum, quod adſtringit: dulce, quod lenit: acidum, quod altius penetrat. Ex his ſuccus exprimitur, uel integris cum ſuo malicorio, ut magis adſtringat: cum nucleis, ut mediocriter: cum pulpa ſola, ut minus adſtringat. Quod adſtringit magis, initiò coctum per ſe conuenit ſine melle, quia tum reſolutione nihil eſt opus. Atque ut ualentius adſtringat, aliquid adſtringentium pulueriſatorum concoqui poteſt: ut ſit iucundius medicamentum quarta pars ſyrupi roſ. de ſiccis, uel myrthorum, uel cydoniorum miſceri poteſt. Poſtea quoque mel roſatum, aut ſine his conſerua roſarum ſiccarum & ſimilium. Mel autem adiiciendum magis, cùm digerendi locus eſt. Coqui debet in uaſe æneo ſtannato, rudicula agitari ex materia, quæ adſtringat, qualis eſt rubi. Succus ita coctus, ros ab Arabibus appellatur. Incraſſatur aliqñ ſole. Aetius hoc modo cōfecit ex Galeno. Ex tribus generibus granatorum lib.3. menſura noſtra aut pondere exprimuntur. Galenus addit exprimi oportere cum ſuis corticibus tuſis: Aetius addit glycyrrhizæ unc.j. decoquit ad ſpiſſitudinē tum addit mellis unc.13.14.15. contra inflammōnes oris, faſtidia ciborum, & alui fluxiones. Medicamento, addi poſſunt, quæ in medicamento diamoron, & diaca-

rion

rion dicta sunt. Eodem modo è succo cotoneo cum prunorum acerborum, qualia quæ uulgò dicuntur (prunelles) & genus quoddam, quod tardissimè maturatur, berberorum, cerasorum adstringentium, grosellarum (gallicè groselles) cornorum, sorborum, mespilorum omphacis, agrestæ, stomachica conficies, Sed ut acerbitas uincit, ita plus mellis miscédum est in his stomachicis. Quædam parantur ex materia esculenta, & hæc non solùm inflammationibus oris, sed fastidia ciborum, fluxionibus alui, & uomitionibus conueniunt. Alia ex materia non esculenta, ut quod paratur ex corticibus nucum, quæque alumen, sulphur, calcanthum & similia recipiunt. Hæcque solùm stomachica sunt.

De Gargareone inflammato.

GArgareo defluxu humorum aliquando nimis relaxatur, ut quasi flacidus concidat, quod malum medicamentis adstingentibus & siccantibus curandum, casum. Vuluam appellant, quanquam uuæ morbus uel uulua, abscessus est in extremo gargareone eo modo, quo si digitus inflammatus in extremam sui partem materiam iflãmationis transmitteret, uel ea parte turgeret magis. Initiis inflammationis clystere, uel potione mollienda aluus, sanguis è cephalica detrahendus, cucurbitulæ ceruici affigendæ. Diuidendæ uerò, quæ sub lingua sunt, quies, inedia, alimenta sorbilia imperãda sunt. Interdicendum uino, acribus, duris. Topica initiò repellant: in statu misceantur, quæ mitigent: in declinatione, quæ discutiant. Abeunte malo in uuam appellatam, animaduertendum an rubeat doleatque. Sic mitigatoriis & discutientibus, ubi liuescit, præcidere oportet. Nonnunquam exulceratur, ubi ad curationem ulcerum recurrendum, ut purges, in carnes, cicatricem ducas. Sed in materia, quæ hæc efficiat, esculenta, aut quæ nihil habeant uirulentum, eligenda, quanquam aliquando ubi ea ulcera serpunt & putrida sunt, calchanto & similibus metallicis uti licet. Sed ne deuorentur, prouidendum, atque ea materia ex secundo de materia Chirurgica repetenda. Quæ repellunt, alia sunt leuia,

sapore

ſapore auſtero, aut leuiter adſtringẽtia, palmulæ, roſæ, capreoli uitis rubi genera, cytini, id eſt, hypociſtidis, auſtera mala & pruna. Talia ceraſa, pyra, radix mori & ſimilia. Alia uerò media, myrthus, myrrha, illicis & quercus folia, glandes, meſpila, cotonea, caſtanea, echini. Fortia ſunt thu, melicorium & balauſtia, ex auſteris punicis galla, alumen. Materia incoquitur aqua uel oxicrato ad gargariſmum. Leuigatur uel aſpergatur gargareoni: ex leuibus & fortibus uaria proportione infinita miſcentur medicamenta. Eodem modo temperatis mediis cum leuibus aut fortibus. In duriore corpore & & maiore fluxione fortioribus utendum ita & aliis utcris pro ratione. Ex eadem materia ſuccus, ſi licet, exprimitur, qui liquidus uſui eſt. Siccatur ut inde puluis inſpergatur, qui ſi uiſcidus permanet, diluitur. Mitigant glicyrrhiza recẽs, althea, uuę paſſæ, iuiubę, pruna, ſebeſten, ficus pinguies. Horum utimur decocto, uel eadem adſtringẽtibus concoquitur. Digerunt autem id prius commemorata origanum, hyſſopus, & ſimilia. Atque diacaryon, diamoron, dabalinon, dia reon, & aliis id genus conſcripta prius ratione in inflammatione gargareonis utendum eſt. Præcidendi gargareonis ratio ex 3. lib. Prognoſt. Hipp. vi. Pauli, & Celſo petẽda eſt. Vritur, ſcarificatur, præciditur. Sed uidendum ne maior pars, quam oportet, auferatur. Sic enim uox perit, & ſpiritalia nimiùm refrigerantur.

De Aphthis.

APhthæ Græci, Alchola uocant Arabes. Serpentia oris ulcera uertunt Latini. Aphthicos uocatur, qui laborat. Aphthos morbus eſt familiaris pueris, ut ex 3. Aphoriſ. lib. licet colligere. Eſt autẽ, quod ſuperficiem oris occupat. A gingiuis ſæpe incipit, ſerpit in palatũ, deſcẽdit in uuam & fauces, periculoſiſſimum pueris, & quod ſæpe eos conſumit. Galenus duplex genus facit 3. Epid. Aliud eſt mitius, aliud cachoetes & malignum. Hoc uitium ferè cum ardore & Eryſipelate. Cauſa autem duplex: in pueris quidem mollities oris, quod ait Gal. quaſi bryodes propter mollitiem à ſero lacteo patitur,

titur,& insuetis generibus cibi & potus. Altera caussa, quæ grauius malum facit, excrementorum acrium copia, unde maligna ulcera & depascentia sæpe commouentur. Hoc uiris & mulieribus aliquando accidit. Sũt & Aptharum differentię è materia sumptę. Aliæ enim rubent à sanguine: à bile flauescunt: albicant à pituita salsa: nigricant ab atra bile. Remedia inde euariãt. Deinde quia in mollioribus & nimis maligna affectione clementioribus utendum est. Itaque ardor refrigerandus est. Quod autem exulceratum, cicatrice claudere oportet. Itaq; in pueris prouidẽdum nutrici, ut primũ quidem purgetur: deinde nutriatur alimẽtis partim refrigerantibus, partim adstringentibus loco pulticularũ quæ farina tritici, lacte, & sale uulgo pueris coquũtur. Hordeato utendum est cum saccharo rosato. Os colluatur iulepo rosato, myrtino, addita parte succi granatorum, & eorum, quæ prius commemorata refrigerant & adstringunt. Similiter ex materia, quæ leuiter adstringit, rosis, capreolis uitiũ, & cæteris aqua coctis collutiones fiant, inde pulueres ulceribus. Inspirantur, quę uel mediocriter adstringunt, quæque fortiter, pſcripta sæpius ratione usurpanda sunt in igneo feruore, lactuca, intibum, solanum, portulaca, plantago, cẽtinodium & similia. Coquuntur aqua ad collutionem, quæ aqua etiam alimẽtis misceri potest. Vtimur quoque aquis inde distillatis caphura addita, granatorum succo, ribes, oxiacanthus, cerasi, mali, pyri, materiæ adstringentes, quæ ut dulciora sunt saccharo rosato condiri possunt. Miscetur quoque diamoron, diacaryon διὰ ῥοῶν & alia prius cõmemorata ac mellita. Miscere conuenit in initio, & fine adstringẽtia. In prærubris utendum his, quæ leuissime adstringunt: in albidis, adstringẽtibus magis, postea his, quæ citra rosionem digerunt: in subflauis refrigerantibus magis: in nigris, magis discutientibus. Vbi vero sordida admodum ulcera sunt, & serpunt nimium ad remedia malignorum ulcerum ueniendum, ut purges, incarnes, cicatricem ducas, quorum materia ex secundo de materia Chirurgica repetenda.

De

De uitiis uocis.

VT uitia uocis intelligamus, qua ratione uox naturaliter perficiatur, intelligere oportet. Materia uocis spiritus est, inclusus in thorace & pulmonibus non quomodocunque exclusus, sed uehementius, quam in expiratione. Spiritum eo modo uehemētius exclusum exsufflationem uocāt. Exsufflatio itaque materia uocis est. At hoc esse non potest sine actione musculorum intercostalium, à neruis etiam, quę à respondentibus spinæ uertebris intercostalibus spatiis describuntur: uim nerui accipiunt à cerebro. Itoq; cerebro læso, nec uim demittente in neruos cessabunt musculi intercostales. Nec erit efflatio, nec uox similiter radice læsa neruorū intercostalium, aut musculis essentiali morbo laborātibus. In uulneribus thoracis: quæ in cauum penetrant, quantum spiritus per uulnus efflatur, tantum materiæ uoci detrahitur. Vt aliquando uel obscura, uel quasi dimidiā, uel cērta uox nulla relinquatur. Atque de materia. Iam uero spiritus ille aliquando interceptis uiis intercluditur, ne ad asperam arteriam & laryngen perueniat, aut non conuenienter perueniat. Ita Asthmaticis, purulentis uox sæpe læditur. At ubi efflatio libero transitu ad arteriam & laryngem peruenit, aliæ causæ læsæ uocis requirendæ sunt.

Ac causa sæpe & in tunica, quæ meliori parte arteriam uestit, communi quidem atque continua, & tunica, quæ totum os interius, fauces, linguam, palatum, & œsophagum inducit. Ea ergo tunica cum longa, multa, irrigatur distillatione, uocem adimit: moderāter uero humectata raucedinem facit. Irrigatur autem ferè à distillatione, cui accedit quoque humiditas è pulmonibus, uel Asthmaticis & purulentis. Sed hæc quoque inspirato aere frigidiore, uocē corrumpit: uel aere uenenato, aut maligna qualitate prædito: quod aliquando accidit his, qui metalla curant, aut halitu quodā e speluncis, uel ab animāte uenenato, quale fortasse est, qđ de lupo scribunt, Lupi Merim uidere priores. Sed nimium reficcata ea tunica uox uitium trahit, & fit clan

gor:

gor:uel in febre uehementi ardente,causa post longas uociferationes,multasque,uitium contrahit simile lassitudini,quæ phlegmonode appellatur. Vulnerata quoque arteria & ita eflato spiritu,materia uocis,uox perit, nonnunquam quoque potu meraciore. Sed larynge læsa maxima uitia accidunt uoci,sed præcipuè ubi musculi aperientes uel claudentes laborant. Neruis quoque uocalibus læsis,uox grauiter læditur. Sæpe etiam aboletur gargareone, epiglotide, faucibus, musculis, qui arteriam coniungunt œsophago. Oesophago respõdente,spina,& maximè, ubi intrò luxata est neruis sextæ coniugationis,qui carotidibus assidẽt in collo, ac denique cerebro læso uox lædi potest. Itaque priusquam de remedijs uocis statuatur, uidendum de causa, & an remediis locus sit. Incisis enim neruis sextę cõiugationis,gargareone,musculis,uel aperientibus, uel claudẽtibus desperatur curatio, quemadmodum inueterata raucedo,quæ uel annum,uel duos annos superat. Incurabilis à multis iudicatur, ac Medici arteriaca uocant medicamenta,quæ uel musculis laryngis, uel membranæ,quæ arteriam succingit,medeãtur, quorum triplex genus est. Primum leuigat,minimè mordax,emplastica natura, quo genere utuntur in raucedine, asperdine, initiis inflammationum. Secundum genus est facultatis citra rosionem abstringẽtis,in quo genere, ut reliquis distinguenda sunt,quæ magis aut minus id faciunt. Tertium genus eorum,quæ siccant discutiunt.

Itaque ordo est in usu horum medicamentorum, ut primum lenientibus utare,donec moderatior fuerit inflammatio:postea leuiter abstergentibus, ut paulatim abstergendi facultas augeatur,tum siccantia permiscentur,postremo acria. Magna pars horum medicamentorum in hippoglottidas,hoc est medicamẽta,quæ tenentur sub lingua fingi debent,ut paulatim illiquescant,& deglutiantur,tumque omnino cohibenda tussis, ne materia defluens in arteriam reiiciatur. Etenim hærere necesse est. Preterea uiscidis ferè medicamẽtis colligatur materia. Primi generis oua sorbilia,butyrum,amylũ,

tragacanta,

tragacãtha,terra ſigillata, gummi arabici,glycirrhiza, ſorbitio uulgaris è tritico,ex hordeo, lac muſtum dulce,coctum,ius paſſularum bene coctarum , dactylorum veterum & dulcium,iuiubarum,ſorbitio,ex pineolis recẽtibus,quomodo fit ex amygdalis,decoctum nucis pineæ,eſus pedum animalculorum coctorum ad putrilaginem,gelatina,furfurum cremor, ſemen lini, altheæ, & inde muſcilagines.Muſcilago pſilii, ſeminis cucurbitæ excorticati,citruli,violarum,melonis. Hæc eadem fient ſecundi generis,additis ſaccharo,alphenic,diatragacantho frigido,penidiis,pilulis albis, ſaccharo violato,ac tandem melle. Iam in ſecũdo genere præter hæc decoctum amygdalarum, caricarum pinguium. Num acres & aridæ ad tertium genus ſunt referẽdę, ſyrupus uiolatus,iuiubarum,prunorum dulcium, nenupharis, de papauere,de floribus & foliis altheæ,è decocto nucis pineæ reſinoſæ,è decocto paſſularũ pinguium.Tertii generis hyſſopus,thymum,filicis radix,ſemen ormini,urticæ,cinamomũ,casſia lignea, piper, ſpica,& alia id genus aromata acria,thus,crocus,myrrha, maſtiche. In concoquentibus numerantur terebinthina , coquit, terget,ſiccat: amygdalæ amaræ detergent, & his magis farina orobi,ormini ſemen,radix iridis. Diaireos ſalomonis facit ad abſciſſam uocem à frigore, ſimiliter, & diaireos ſimplex, uel diatragacanthum,ubi à calore uitium eſt.Nam in hęc tota materia diſtinguenda,quę refrigerant,contra cauſam calidam: ſimiliter quæ calefaciunt,contra frigidam cauſam.Galenus ex Hippocr.in raucedine,ſiue ſit à diſtillatione,ſiue à frigore, non putat vtendum medicamentis purgantibus,quãquam hoc tempore & casſia & catholico ſine periculo vteris. Voce clangoſa leuigantibus,quę refrigerant,utendum eſt. Balneum quoque in læſa voce conuenit, vbi vel à calore,vel immodica vociferatione contractum vitium eſt. Conſenſus eſt veterum vocis ſtudioſos plurimum iuuari,ſi plurimum panem ſiccum ederint,priuſquam bibant,aut liquida ſorbeãt. Mixtura trium generum conporatis aridis,vel diaireos cum vitello oui, cum bu

tyro

tyro, syrupis, muscilaginibus, infinita remedia consti-
tues, ut res exiget.

Reliquo hoc libro de Tussi, reiectione sanguinis, &
spirandi difficultate agit Galenus, ac plurimum utitur
medicamentis narcoticis, quorum usus est bene purga-
to corpore, ubi nimium tussis urget, & uigilia in narco
ticis. Itaq; syrupus est de papauere, cui proximi sunt sy
rupus de nenuphare, & uiolatus recens. Galenus pluri-
mus est in descriptione diacodion, quod ita confici de-
bet, decem capita 7.8. aut nouem loco neque squalido,
neque palustri colliges, ut sint ea capita neque mollio-
ra, neque sicciora. Magnitudine uerò mediocria capita
ista selecta unum diem sines. Neq; statim exempta co-
ques post horas 24. qui dies unus est, sextario aquæ pu
ræ & synceræ uel pluuiali, uel fontanæ, quæ non duca-
tur per canales plumbeos, incoques. Est autẽ sextarius
quantum capit chopina Parisiensis, adiecta quarta par-
te. Coques autẽ dum capita intabescant. Sic autem ca-
pita exprimes in aqua, in qua coxerint, animaduertesq;
ad materiã decocti, ut dimidium uel sapæ, hoc est, uini
cocti è musto dulci in morbis thoracis: ex musto adstrin
gente, in dysenteriis & ubi uigent uigilię, tenuiorq; flu
xio est, uel mellis: vbi partim sistendum, partim educen
dum, nec ita vigent vigiliæ nec acris, aut tenuis fluxio.
Alioqui & sapæ & mellis vtriusque parem modum in
conditione, decocto adiicies. Coques autẽ dum fit spis-
situdo syrupi. Aliquando glycyrrhiza adiicitur loco
mellis, diatragacanthum frigidum in calore & siccitate
diareos simplex, ubi educendum. Saccharum quoque lo
co mellis misceri potest. Datur cocleare delingendum.
Aliud est medicamẽtum narcoticum, quod Philonium
ueteres & Recentiores Medici appellant, ꝙ varie con-
ficitur. Græcum hoc modo. Piperis albi drac. 20. s. se-
minis hyosciami albi tantundem: opii drac. 10. croci dr.
5. spicænardi, euphorbii, pyretri, an. dr. i. uniantur om-
nia melle cocto. Detur dimidium drachmæ, scrupulus
unus. Arabicum hoc modo. Papaueris albi, hyosciami,
an. dr. xx. aut fortasse loco papaueris piperis scribẽdum
est:

est:opii,terrę sigillatæ an.dr.x. lapidis hematitis an dr. v.pyretri,castorei,spicæ,euphorbii, margaritarum non perforatarum,carabæ,sodoanæ doronici, galliæ musca tæ an.dr.i.camphoræ scrup.i.Incorporētur omnia melle rosato colato, Dosis a.dr.s.ad dr.i. cum succo arnoglossæ in sputo sanguinis uino dulci, adiecta parte rosarum. Rasis aliter Piperis, ameos, foliorum mentastri, castorei,baccarum lauri,cymini an.dr.i. opii,mandragoræ, seminis hyosciami albi an. dr. s. mellis q.s. Dosis dr.i.aut scrup. iiii.quia hoc Philonium leuissimum est:Græcum fortissimum:in medio uerò Arabum Nicolaus proxime describit ad Philonium Galeni. Alexandrinus quoque, Actuarius, sublato castoreo. Alexandrinus aliquot descriptiones Galeni facit. Compositio describetur lib.9. Sunt & alia narcotica, Pillulæ de cynoglossa, Athanasia, diapente, & antidotū, quod & Pleuriticis prodest, Empyicis, Tussiculosis, ut una potione liberet:castorei,opii an dr.iiii. succi baccarum lauri,mandragorę,cinamomi,spicæ,cardamomi an dr. ii.croci,cassię dauci,an.dr.i.s.costi, mirrhę, galbani,piperis albi an.dr.i. Vniuntur melle. Datur castaneę magnitudo cum tepida.

De Asthmate, Orthopnea, difficultate spirandi.

IN his omnibus difficultas est spirandi:sed hæc in genere tres causas habet,quæ ad recte curandum recognoscendæ sunt. Itaque difficilis spiratio est, uel propter vehementem æstum conceptum in thorace & pulmonibus,ut in Peripneumonia,graui Pleuritide:altera causa est, angustia partiū spiritualiū, quæ uel pure, ut in Tabidis & Purulentis: uel crassa & uiscida pituita,ut in Asthmaticis:uel tuberculo aliquo, abscessuve incluso in partibus spiritalibus. Tertia causa est, imbecillitas partium,quę respirationem faciunt, atque hęc distinguenda suis notis, quas scriptas inuenies cap.v. viii.lib.4.de locis affectis. Galenus hoc libro alias differētias difficultatis spirandi relinquit. Tantū agit de Asthmaticis & his qui, qa periculo suffocationis,quasi recti cogūtur decumbere erecta ceruice, Orthopnoici

p^a ca difficilis spirationis
2^a ca
3^a ca

ci appellantur. Aſthmatis itaque & Orthopnœæ cauſa, anguſtia eſt a craſſa & uiſcida materia bronchiis pulmonis, atque huius mali initium ferè eſt a perpetua diſtillatione. Itaq; imprimis habenda ratio totius corporis: deinde capitis: poſtremò liberandus pulmo ea materia, quæ iam inhæſit. Quòd ad uacuationem totius corporis attinet, Phlebotomiæ quidem aliquando locus eſt in Plethoricis, bene habitis corporibus, aut in quibus ſuppreſſa eſt ſolēnis aliqua ſanguinis uacuatio. Et quia hic morbus ſenibus, corporibus natura frigidis, conditione pituitoſa ferè naſcitur, non temerè detrahendus ſanguis eſt. Quod ad caput attinet, uacuandum per errhina potius, quàm maſticatoria. Tondendus eſt capillus, corroborandum caput eſt per ea, quæ prioribus libris deſcripta ſunt, parca cœna, uſus uini tenuis, alimentorum, quibus uis inſit tum incendi, tum detergendi. Galenus 6. Epidimion ex Hippoc. ſententia abſtinendum putat acribus, ut allio, ſinapi, his, quæ difficulter coquuntur, ut ſuilla, bouilli, ouilla, alimentis mali ſucci, quæ deſcripta inuenies lib. de Euchy. Poſtremò his omnibus, quæ uehementer tendunt, aut mouent, qualia ſunt exercitia, curſus, clamor, ira, uociferatio, & alii id genus affectus animi. Medicamentorum facultas incidat, abſtergat, ſed citra inſignem calorem, non adſtringat, non refrigeret, non ſit narcotica. Hoc quoque uult Galenus. Medicaméta quæ natura ſua ſiccant, diluit, ut facilius craſſitiem humorum diuidāt, & nec præter modum ſiccent. Propterea & multum potum concedit, unde craſſities materiæ diluatur. Sed talis ſit multus potus, ut iuuet quidem & non noceat. Nocet potus a quo repleri poteſt caput uaporibus. In remediis maximè ꝑbat, quæ parantur è ſquilla, qualia ſunt mel ſquilliticum, acetum & oxymel ſquilliticum. Galen. idem mel ſquilliticum hoc modo comparat. Squillas aridas uaſe, in quo mel repoſitum fuerit, reponit ſub canicula, exponit ſoli, ſubinde obuertens uas calori ſolis, & prohibens frigore Aquilonis. Inde reſudat liquor, qui melli mixtus efficaciſſimum remedium eſt, ubicunque craſſus

humor incidendus,& uiſcidus detergendus, ut in Aſthmaticis,Epilepticis,& aliis id genus:alioqui ſquilla coquitur,exprimitur ſuccus & miſcetur melli; uel è cruda ſuccus expreſſus concoquitur melli. Doſis a ſemiſſa drachmæ,ut in pueris ad dr. 2. Acetum & mel ſcylliticū deſcribuntur a Nicolao. Looch de ſquilla reſpondet melli ſquillitico. Purgationes autem totius corporis ſubinde reuocandæ aliquando ex caſſia, catholico, ſed præcipuè agarico. Materia ariſtolochia,gētiana, enula, centaureum,radix maioris centaurii, melanthium,iris, origanum,thymum,hyſſopus,ſatureia,pulegium, ſemē urticæ,irionis,aſellorum puluis,& qui è limacibus torrefactis è præparato pulmone uulpis, uermibus ſerici, ericio,lacertæ ſtercore, odorato, quod uulgus moſcum appellat,uermibus ſubiectis urticæ,interioribus oculis philomenæ. Adde ſulphur uiuum,fœnugrœcum. Ex alliorum decoctis oxymel fit vel melicratū; pulueres butyro,melli ſquillitico uel liquidis permiſcentur. Alioqui decocto ficuum aridarum. Laudatur decoctum rubæ,galli fatigati iure,cocti cum herbis eſculentis, quibus uis inſit ſiccandi, incidendi, detergendi; cucurbitæ in ſcapulis,cruribus,ſub mammis. Thorax primùm munitur ſordida lana, prius imbuta oleis amygdalarum dulcium,de lilio,& ſimilibus. Poſtea quoq; dropaces, ſinapiſmi,& quę exulcerant,adhibentur; theriacę & mithridatis uſus conceditur interuallis; decoctum quoq; ſatis dilutum ligni gaiaci,aut concoqui debent paſſulæ,ficus,glycirrhiza. Videndum tamen ne quis fallatur,ut putet cauſam Aſthmatum craſſam & viſcidam pituitā, cùm ſit abſceſſus. Hic enim paucus potus conuenit. Medicamenta uerò,quæ incidant & ſiccent,in quibus maximè probantur a Galeno,quæ aromatica ſunt.

iera

Decoctu ligni guaiaci:

In libr. 8. Galeni

ΚΑΤΑ' ΤΟΠΟ'ΥΣ.



Alenus in hoc libr. 8. agit de ſtomachicis, & Iecorariis. Stomachici dicuntur, qui imbecillitate ſtomachi laborant: quanquam ab accidentibus, quæ imbecillitatem ſequũtur, aliquando ſtomachicos dicunt, qui uel ſubuerſione uentriculi, quam uocant ἀνατροπὴν, uel ſupinitate, quam appellant ὑπτιασμὸν, ſtomachicos nominant. Atque omnino, ut ante ſcripſit Galenus 2. lib. Imbecillitas ſtomachi, hoc eſt, oris uentriculi & uirtutis concoctricis totius uentriculi, maximam uim habet aceruandis excrementis. In his affectibus deiicitur appetentia: nauſea quædam eſt: aliquando uomitio & diarrhæa, atque aliquando ea humiditas fluitat: nonnunquam imbibita eſt bilioſa: nũquam ſine uitio, quæ omnia ad curationem reuocãda ſunt. Ac præterea, ut uentriculi affectibus artificio medeamur, cognoſcenda ea, quæ ſcribit Gal. 3. & 6. libr. de morbis & ſymptomatis, cap. 5. de locis affectis 6. de ſanitate tuenda. 7. Methodi & ſigna in arte parua. Intemperies ſi ſola eſt, contrariis euinci debet. Nam ubi æſtuat, refrigerandum: ubi friget, calfaciendum: ſi ſquallescit, humectandum: ubi multa humiditate laxatur, ſiccantibus atque adſtringentibus utendum. Hęc autem omnia ſignis oſtenduntur, quæ inuenies in arte parua. Atque remediorum duplex genus. Alterum in alimentis, quæ ſua qualitate morbo repugnant: alterum in medicamẽtis, quæ partim deuorantur, partim adhibentur foris. Quæ foris adhibentur, linimenta ſunt. Alia cataplaſmata: quędam emplaſtri formam habent. Sunt & fomenta. Atque hæc omnia partim interiori parti, ubi ſternon eſt: partim ad 12. uertebram dorſi applicari poſſunt. Sed quæ à dorſo applicantur, aliquid tenuium partium habeant,

beant, ut per densitatem uiæ penetrare possint. Itaque in linimentis, quæ refrigerãt, ceratum est rosaceum Galeni, ex ceræ parte una, tribus aut quatuor partibus olei rosacei, quod legitimum sit, liquatis in uase duplici: deinde subactis cum succo omphacii, uel simili adstringente. Hoc enim dictum sit in uniuersum, medicaméta quę stomacho adhibentur, egere adstrictione, quæ, scillicet, corroboret. Quanquam in adstringendo modus esse debet. Nam quæ nimiùm adstringunt, nimiùm siccando nocent. Conuenit & unguentum rosa. ceratum santalinum rosaceo dissolutum, recentes rosæ, uel in austero uino parùm uinoso decoctæ. Item oleum cydoniorum, myrobalanorum, comparatum ex uitium capreolis, & aliis rebus id genus, quæ & adstringunt, & refrigerant. In eadem intemperie ueteres plurimùm usi sunt medicamentis, quæ ex succo cydoniorum comparantur, quæ etiam secuti sunt recentiores, ut in syrupo acetoso, de cydoniis.

R succi cydoniorum depurati per residentiam, sacchari an. lib. i. aceti unc. 3. coque ad spissitudinẽ. Datur cum aqua. Conuenit stomacho calfacto. cõfirmat, facit appetentiam. Poteris tamen inuenire modum sacchari, ut erit calor. Eiusdem generis sunt Myuæ, ut myua Rasis. Siquidem sine uino & aromatibus comparetur. Nã cùm his refrigerato stomacho conuenit succi cydoniorum depurati per residentiam lib. i. sacchari lib. i. s. uini ueteris lib. s. Coquatur, & despumetur: in calido medicamento, Infundatur nodulus sequens.

Zinziberis, spicæ, cinamomi, gariophyllorum, an. dr. ii. mastiches ℈. iiii. Inuoluantur in nodulo. Alias Miuas describemus in intemperie frigida. Eodem modo oxysacchara, syrupo de granatis, de ribes, de grossulis, de agresta uteris: hæc enim ad refrigerium uentriculi faciunt, corroborant & appetentiam excitãt. In his autem qui abhorrent à syrupis, materiam horum immiscebis alimentis, uel quod fit, coques & condies saccharo in uocatis uulgò Tartinagiis. Cæterùm hoc semel dictum fuerit, alimenta & medicamenta, quæ imbecillio uentri-

culo

culo adhibentur, oportere uel calida, uel frigida esse, quia tepida robur dissoluunt. Abstinendum tamen nimium refrigerantibus, ne inde natiuus calor offendatur. Et quia frigida intemperies sæpius accidit, propterea multò plura medicamenta descripta sunt ab Antiquis, quæ faciunt contra intemperiem frigidam, quanquam & horum quædam contra declinantes inflammationes uentriculi ad resoluẽdum, uidelicet, scripta sunt, quale est laudatum a Galeno, & quod stomachicum Galeni uocant. Sed iam parari non potest inopia nardini unguenti & ceræ ponticæ, aut alioqui amaræ. Hoc mõ tamen conficietur utile, & accedens ad medicamentum Galeni.

Comparabis itaque optimum oleum nardinum, aut ex his aromatibus, quæ calfaciant & corroborent uno pluribusve, cinamomo, ligno aloes, muscata nuce, macere, spica, cypero, lauandula, menta, maiorana, roremarino, stechade, cardamomo, squinantho, & aliis id genus, quæ quidem olea hac arte cõficies. Parem modum olei & uini permiscebis: coques deinceps, & ordine iniectis, quæ uel breuiorem, uel longiorem coctionem sustinẽt. Coques autem ad uini consumptionem, comparato oleo hoc modo miscebis.

R. cerę citrinæ unc. 4. olei unc. 3. s. Liquefiant in uase duplici. Tum addes succi omphacii, sumach, uel alterius id genus dr. 3. aut 4. confice ceratum. Quòd si uidetur esse durius, aut grauius, in usu diluetur conuenienti oleo, ut sit uel liquidius, uel spissius. In liquidiore intingens uel cotto, uel lana dibaphatica (uulgò Escarlatte) & calidum medicamentum admouebis. In declinationibus inflammationum, loco medicamenti Galeni & meliloti, utemur emplastro nostro de meliloto dissoluto in oleo conuenienti, ut de spica, de lauendula, & aliis comparatis ex præscripta materia. Humidior uentriculus siccantibus & adstringentibus curari debet: siccior, humectantibus. Meminisse tamen oportet semper inter miscenda, quæ adstringendo, corroborant, quales sunt rosæ, succus cydoniorum, prunorum non dulcium, &

aliorum

aliorum id genus. Aromate uerò, ubi frigiditas coniuncta est: sed ferè fit, ut ad intemperiem sequatur excrementorum prouentus, unde fere fiunt & Anatrope uocata subuersio, & hyptiasmos, hoc est, suppinitas. Anatrope hæc habet accidentia, cibi fastidium cum nausea, aqua, uomitus aliquando, rosio, uolumilia, aut canina appetentia, fastidium, quale est repletis è cibo. Sæpe accedit multitudo uitiosi succi alioqui paucæ, uel nullæ humiditatis. Hyptiasmos aliquando ab intemperie citra humorem: aliquando cum humore multo quidem, sed non maligno. Is humor aliquãdo fluitat ferè tenuis, nõnunquam crassus & uiscidus imbibitur ori & tunicis uentriculi: nonnunquam cum signis caliditatis, æstu, siti: aliquando sine siti, ubi frigiditas coniuncta est. Eiusmodi humiditas appetentiam deiicit & ea commouet, quæ in Anatrope dicta sunt. Hæc autem affectio dissoluit tum os uentriculi, tum uentriculum ipsum. Quõ uincula, nerui, membranæ imbibita omnia multa humiditate laxa, uicta & quasi omnino dissoluta redduntur. Eget hæc affectio primùm quidem uacuatione: atq; ubi humor fluitat & tenuis est, partim uomitu, partim leuibus medicamẽtis uacuari potest: deinde siccantibus, adstringentibus, & corroborantibus curari potest. Quòd si crassa & uiscida materia est imbibita profundius, oxymelite uel simplici, uel composito ex decocto radicis fœniculi, cinamomi & aliorum id genus, quæ, scilicet, incidunt, tenuant, præparari debet. Hyera simplex, ut medicamento efficacissimo aliquoties utẽdum erit, ut quæ uim habeat incidendi, detergendi, corroborandi, purgãdi, & præsertim quæ sunt in uẽtriculo & primis uenis. Dentur dr. ij. aut eò plus cum hydromelite, uel oxymelis. Repurgata materia, corroborantibus utendum erit. Vbi uerò humiditas frigida est, siccandum, detergendũque. In humiditate neque crassa, neque uiscida in alto posita, sola adstringentia satis esse possunt: quanquam tutius fuerit pillulis communibus, uel ante cibum datis uacuare materiam. Alioqui pillulis ex rhab. & agarico. Alioqui terebinthina utemur. In intemperie frigida &

humida, tum quæ purgat, tum quæ aſtringunt, inimica ſunt, utendumq; medicamentis, & alimentis, quæ cale faciunt, & ſiccant. Medicamenta in hoc libro deſcripta ad Anatropas & Hyptiaſmos ferè compoſuerunt ueteres ex rebus adſtringentibus & detergentibus, ſucco punicorum acido, cotoneorum, ſorborum, meſpilorũ, myrtorum, dactylorum recẽtium, & quæ vulgò (prunelles) dicũtur: Adde, ſi uis, groſſularum, & ſimilium, quorum compoſitionis hoc ſit exemplum, addito melle, quod ad moderatas omnes affectiones uentriculi ſcripſit Galenus, niſi ſint cum uehementi æſtu.

Succi cotoneorum depurati ſextarii duo (hoc eſt noſtro more ſemiſextarioli quinque, uel libræ duæ cum ſemiſſe) mellis deſpumati optimi ſextarii duo, id eſt, ſemiſextarioli quinque, uel libr. iii. cum 4. quartariis, aceti acris ſextarius unus, hoc eſt unc. xx. vel non ita acris ſeſquiſextarius, hoc eſt unc. xxx. Coque ad ſpisſitudinem. Quòd ſi frigiditas cõmunicata eſt, iam coctis adde zinziberis unc. 3. Piperis albi dr. 8. Leuigata coctis aliis permiſcentur. Aliud.

Eiuſdem carnis cydoniorum, mellis ana lib. 1. aceti albi tantundem. Bulliant ſimul, & agitentur: tũ adde, Piperis, zinziberis an. unc. i. Petroſelini macedonici unc. s. In frigiditate cõuenit diagalãga, dianiſon, diacuminũ diatriõ pipereõ, zinziber uiride, nux muſcata, condita diuitibus, vt chebuli cõditi. Cõfectio anacardina, theriaca, mithridatũ & maxime ubi refrigerato uentriculo plurimi flatus excutiũtur, vnde periculũ hydropiſis immineat. Et q͞a apud ueteres, tũ ẽt Recentiores Medicos abſynthiũ ſępe memoratur, de eo ſic habeto. Vtendum itaq; abſynthio aromatico, nõ eo, cui horribilis ſapor eſt. Itaq; decoctũ abſynthii bilioſa deterget & ſubducit Si quidẽ altius nõ fuerint imbibita. Maior uis ineſt ſyrupo de abſynthio, aut melicrato parato ex decocto abſynthii: Infeſtiſſimũ uero abſynthiũ, q͞bus pituita in uẽtriculo inhæſit, niſi decoctum eius condiatur aromatibus, incidẽtibus, calefacientibus, & melle uel ſaccharo, quod detergeat. Emplaſtro uſitatiſſimo, eodemque efficaciſ-

cacisſimo ex maſtiche,cerato ſtomachico Galeni, carne cydoniorum ſic uteris. Maſtiche & ceratum, ſtomachicum utrunq; corroborat,& diſcutit, cydoniatum , caro cydoniorum,deterget,& corroborat.Tria hæc pondere æquali permiſcentur,ſingulorum unc.j.iunguntur cum oleo maſtichino,de ſpica,& aliis. Aliquando ubi diſcutiendum magis,neque ita adſtringendum, plus maſtiches & cerati minus miſcetur, cydoniati aliquando ex ſola maſtiche,aut cerato emplaſtrum conficitur. Augendus modus cydoniati,ubi uel uomitio,uel diarrhæa uexat: ſed duplex cydoniatũ eſt. Alterum ſine ſpeciebus, quod ubi calor eſt,uſurpandum,alterum cum ſpeciebus quod in ſenſu frigiditatis conuenit.

Ad dolorem ſtomachi.

STomachus vegetisſimo ſenſu preditus eſt ,ppter neruos illos inſignes à ſexta coniugatione. Archigenes in magno dolore uentris,uenã ſecat,extrema ligat, cucurbitulas circa ſtomachum affigit,leniẽtibus fomẽtis utitur,glande aluum ſubducit potius, quam clyſtere, quia à clyſteribus metuit,ne inde ſublatus uapor dolorem augeat. Secunda autem interna & perſeuerante malo,utriuſq; brachij,& hoc magis,ſi grauis dolor eſt : ſi repentinus,ſi difficilis ructus,& ſpiritus,ſi febris eſt, ſi dolor in dorſum & ſcapulas extenditur. Hiſtoria eſt. 9. Epidimion de muliere quadam,quæ in uehemẽtisſimo dolore ſtomachi nullis adiuta eſt remediis: ducto tandẽ ſanguine ex utraque manu ſeruata eſt. Cucurbitulæ,ut Archigenes,circa ſtomachum & alii umbilico,uel ad latera umbilici affigendæ : dextra quidem parte,ſi ab hepate : ſiniſtra,ſi à liene in uentriculum fluxio eſt. Sunt qui affigant ad 12. uertebrã dorſi. Purgationis uſus eſt, ſi ab acri ſanie,aut humorum prauitate dolor eſt excitatus. Atq; omnino in affectionibus ſtomachi & uentriculi,vbi purgandũ eſt,utendũ purgatione omnino leui,& q̃ nõ attrahat à reliquo corpore,niſi confluente ad uentriculũ materia ab uniuerſo corpore dolor moueatur. Poſt hęc topicis & ſumptis p os leniẽdus dolor eſt,alimentis quidẽ ea qualitate p̄ęditis,q̃ faciant cõtra cau-

ſam

ſam morbi. Similibus quoque medicamentis, ſed odoris & aromaticis. Stomachus enim gaudet odore, ſubuertitur contrariis. Vtemur uerò fomentis ex chamæmelino, meliloto, aneto anthos, roſis, menta, abſynthio, cypero mixtis ſimul anodynis & his, quæ corroborant. Modus autem fouendi eſt, ut coquantur aqua, adiecta uini parte, & inculcatis ĩ decocto linteis pars foueatur. Alioqui ueſica impletur ad dimidium, & ſtomacho adhibetur: In æſtu, frigida: In frigore, calida: oleis quoque prius commemoratis. Sed ubi ardor coniunctus eſt, folia uitis, papaueris, hyoſciami, mandragoræ, flores inde & ſemina concoquenda. Aliquando ubi à doloris uehementia periculum imminet, narcoticis utendũ, opii grano uno, leuiter feruefacto, in ſyrupi roſarum & abſynthii an. ſeſquuncia. Sit autem tãtùm una ebullitio, quę deinde miſceatur vnc. 3. iuris pulli. Detur in potu. Alioqui Philonii in cauſa frigida; in cauſa calida, Requiei deſcriptione Nicolai, drachmæ ſemis in vnciis duabus uini odoriferi.

fomēta.

narcotica.

Ad Vomitum.

Vomitus ſubuerſio quædam eſt copia uel qualitate materiæ: alioqui incitatur uentriculi imbecillitate. Vacuanda copia, purganda praua materia: imbecillitas, ut prius, corrigenda. Ac fere uomitus excitatur, qui perſeueret, imbecilliore ſtomacho. Nam ſi quid excludẽdum robuſto quidem ſtomacho, ſed imbecillo vẽtre per deiectionem excluditur. Contra uerò re habente, per uomitum. Vehementer cohibet uomitiones ceratum prius deſcriptum ex partibus æqualibus maſtiches, cydonati & cerati ſtomachici Galeni iunctis cum oleo cydoniorum, roſarum, maſtichino efficaciſſimum remedium cõtra perſeuerantes uomitiones, ſimiliter uini odoriferi potus, & in calore iulep roſatũ adiecta parte octaua uini granatorum, berberorum, & ſimilium, quæ tantillo cinamomo condienda ſunt. Plurimum quoque conferet ſyrupus de agreſta, uel omphacomeli ueterum.

De Singultu.

Singultus ab acri & rodente, uel materia, uel ſanie, à reple-

repletione, inanitione, frigiditate excitatur, aut, ut breuius Hippocr. ab inanitione & repletione. Itaq; ubi repletio, uel acris materia eſt, purgare conuenit. Galenus uehementer probat uſum hieræ picræ. Arabes proprietatem quandam aſcribunt rhabarbaro, in edendo ſingultu. Poſt purgationem corporis vino odorifero cum tantillo cinamomi & galangæ utendum eſt, fomentis, quæ incidant, calefaciant, abſtergeant ex materia in dolore frigido præſcripta. In inanitione, unde ſingultus, etiam ſi deſperata res uideatur, iuuandi tamen diſtillatis, colatitiis, iuſculis expresſis, gelatina, ſorbilibus ouis, inungendus ſtomachus & dorſum ad 12. uertebram hydreleo, ex æquis partibus aquæ & olei violati. Neq; tum adſtringentibus utendum, ſed rarefacientibus, ut materia tranſpiret. Conueniunt & quę antea commemorata ſunt, diagalanga, dianiſon, & ſimilia. Aniſum peculiari ratione ſingultui medetur, propterea & aniſum ſæpe imperant & oleo anethino fouent.

purgô.

aniſū.

De ulcere uentriculi uel œſophagi.

EXulceratur à cauſa externa & manifeſta, uel etiam à cauſa interna humore acri, pharmaco acuto, & aliis rebus acutis: tum etiam præcedente abſceſſu. Signa sūt, quia dolor fit ulcerata parte, ſed præcipuè ſi quid acre, ut ſinapi, ſiquid calidius aut frigidius deglutitur, & inde facto dolore intelligimus qua parte ulcus ſit. Pure etiam uel uomitu, uel deiectione exeunte. Ardor quoque in ea parte percipitur. Lingua ſæpe inficitur: ſapor redit in os, anguſtia eſt ſpiritus & ferè faſtidium. Sed ubi in orificio uētriculi, grauiora ſymptomata commoueri ſolent, animi deliquia, extremorum frigus, dolor crudelior: cap. 4. lib. 5. locorum affectorum Galenus ſcribit omnes fere interire, niſi ætatis beneficio ſeruentur. Ad hæc legenda quæ ſcribuntur. 4. Method. Vtendum eſt alimentis, quæ medicamentoſam qualitatem habeant, detergentibus, incarnantibus & cicatricem ducentibus, quæ ſeligenda ſunt. 2. lib. de materia Chirurgica. Abſtinendum omnibus acribus acerbis, ſalſis, acidis, quę ſcilicet vlcus exaſperant: mitigantibus utendū, quæ

quæ etiam detergeant,glutinent,incarnent,cicatricem ducant,atque in gula paulatim deglutiendum, adiungendumq; aliquid uiscidum,ut uis medicaméti obiter inhæreat. Lac itaq; tepidum conditum saccharo,diatra gacantho frigido,lac amygdalarum, hordeatum, limaces,cocleæ,gelatina. Sed maximè oua sorbilia, aut paulò magis cocta concipiendis medicamétis idonea sunt, Potus quoq;,hydromel,uel hydrosaccarum,syrup.uio. Iuiubarum. Deinde etiam myrtillorum & rosarum de siccis. Vtimur quoq; saccharo rosarum mastiche, traga cantho,& aliis id genus, farina fabarum , hordei tosti, admixto puluere balaustiorũ, malicorii,sanguinis draconis.Exercitatio & frictio partium inferiorum:sed aliquando non ulcus,sed tuberculum in œsophago nascitur, à quo defluens potus aut cibus resistit in uia sine dolore. Rarum est,quod tamen post 4 . mensem accidit. Puella quædam deuorato multo pulmone uerueci no,& inde grauato uentriculo post nauseã uomuit frustum pulmonis. In œsophago restitit parte superiore, unde grauiter conflictata & periclitata conualuit successu,cucurbitulis affixis & ferramentis in œsaphagũ indi tis. Nihil deglutiebat intercepta via . Ex antecedente de malo coniecturã facta est. Inflata eius pulmonis portio œsophagum obsederat.

De Voulimo.

Voulimum quasi πολὴ λιμὸς appellatur . βου particu la in hac uoce,ut aliis multis: πολὴ multum aut magnũ significante. Est autem genus quod ab ingente fame nomen habet. Vocatur & phagedena ab insatiabili edendi cupiditate. Sub hoc genere continetur canina appetentia , affectio appetitricis facultatis, id est, stomachi in quo affectu repletus affatum uentriculus paulò post omne reuomit aut deiicit uirtute non sustinente . De hac canina appetentia lege.5.& 6.de locis affectis,4.de sympto.caussis. Causa est cùm os stomachi penuria, imbecillitate,& refrigeratione afficitur,5.de simplicibus, à frigiditate & siccitate , unde curari putat calfacientibus & humectantibus balneis & alimentis . A fame inchoat,

choat, quæ postea desinit. De quo lege Aphorismum 21. lib. 2. Galenus de usu respirationis refrigeratis partibus thoracis, & quæ uicinæ sunt: lib. uerò de Theriaca, Helminti uermi hoc aliquando attribuit nobili hystoria de uirgine quadam, quæ cum multum comederet, perpetuò tabescebat uerme illo perpetuò exsugente chilum & alimentũ quod deberet distribui corpori. Legendus commentarius Aphorismi, Famem thorexis & uini potio soluit. Elenii uini usus plurimum laudatur à Galeno, sed neque uacuo uentriculo, sed modico pastu, neque multum semel, nisi uehementer sitiunt, sed breuibus interuallis. Archigenes eos qui ingenti fame in uris delinquunt, reuocat odoramentis aceti, pulegii, terræ aceto maceratæ, pomis, malis, piris, & aliis, quę ad manum sunt. Dat panem intinctum uino, postea suillam assatam & ea, quæ multum nutriunt, & odore sunt bono. In paroxismo extremæ partes cõstringantur maxillæ pungantur, pili uellantur, & aures. Reuocatis, ab animi deliquiis, panem dat imbutum uino diluto. Alimenta, quæ affatim nutriunt, oua sorbilia, bulbos, cocleas & similia.

De Hepaticis.

HEpaticos definit Galenus, qui ex imbecillitate hepatis aliquo uitio laborant, etiam si neque febris neque inflammatio, & sine hac imbecillitas esse potest. Nascitur imbecillitas ab intemperie. Intẽperies est uel uisceris, uel humorũ, qui uenis & arteriis continentur, unde uel alteratrix, uel retentrix, concoctrix, uel excretrix malè suo munere fungitur. Sed hoc quomodo distinguendum, intelligendum ex lib. 6. de Symptomatis. & morbo cap. 6. 5. de locis affectis, ubi malum insistet Galenus in uitio alteratricis, cùm scilicet, hepar attrahit, sed quod attrahit, non sanguificat. In quo uitio egeruntur similia loturæ carnium, ut in historia illa Siculi Medici, cuius meminit Gal. 5. de Locis affectis. In calida intemperie humores uisceris, deinde uiscus eliquatur, uacuaturque per aluum bilis olida admodum, crassa insigniter tĩncta, mordax & spumans in frigida. Neq;

frequens,

frequens neque copiosa deiectio, sed longior affectus est, color pallidus, tardus pulsus, urina tenuis, ubi sicci tas contracta, spissa, ubi humiditas ac paulatim retenta materia calorem succendit & febriculam, quæ uix appa ret, & Medicum fallit, nisi diligenter obseruet, tũ quæ crassiores, fęculétæ & limosæ excretiones feci sanguinis uel limo similes. In calida intéperie leuibus, pharmacis vtendum est, non ut intemperiem cures, sed ut uacues excrementa, quæ per intemperiem collecta sunt. Vteris ergo cassia, catholico, syrupo uiolato, recenti rosato laxatiuo, quibus dilutum rhabarbari misceri potest, sed non ita magna quantitate dilutum dr. i. sufficiet. In calida intemperie refrigerantibus modice roborantibus utẽdum, cichorio, endiuia, scariola, adiantho, capillorũ fumaria & aliis id genus. Melitis rebus non ita utendũ quia in calida intemperie mel exsiccat, & amarescunt. Itaque in decocto harum rerũ sufficiet decima pars sacchari, alioqui dissolues, decimã partem syrupi de portu laca, de limonibus, de acetositate citri, de granatis, oxisaccaræ simpl. & similium. Acetosæ magna uis inest refrigerãdo hepati, similiter & lactucæ. Itaque altera uel utraq; plurima incoquitur iusculis. Ius acetosę exprimi tur, in quo carnes intingãtur, panis hordeatus, aqua hor dei, hordeatũ. Huic malo maxime cõueniũt æstiui quoque fructus, cerasa, ribes & similia. Vino nõ nisi diluto plurimũ utendũ est, elixis potius, quàm assis. in frigida uero plurimum laudatur electuarium de uino Arabum, quod in hoc libro Gale. ex Andromacho describit, pau lulum uariante formula, & siphoides appellat. Passula rum mundatarum unciæ tres, croci dr. i. calami aromatici dr. 2. s. bdellii unc. s. cassiæ ligneæ drachmæ duę semis, cinamomi dr. s. spicæ dr. iii. mirrhæ, terebinthinæ an. dr. 4. iunci odorati, squinanti dr. ii. s. siliquarum, uel carubiarum dr. ii. mellis unc. 2. uini tenuis, odoriferi quantum sufficit, fiat electuarium. Sed quia difficilis est hæc compositio, melius fuerit passulas mundas ad libr. semissem incoquere uino subtili, odorifero, donec sit crassitudo: deinde admiscere cõseruæ anthos ℥. 2. cina

momi

momi dr.ij.cassiæ,spicæ,ligni aloes ana dr.s.croci, scrupuli dimidium. Concorporare omnia & exhibere semiunciam pondere cum uino tenui & odorifero. Materia ferè conuenit, quæ penetret propter angustias uiarum seu uenarum,cyperus,schinanthum,crocus, iris florentiæ,quæ aperiat,marrubium, absynthium, pistacia, radix petroselini,quæ concoquat & leniat,passulæ,ficus, vinum granatorum dulcium,uinum dulce, quod abstergeat,mel,saccarum,quod roboret,eupatorium, squinātum,absynthium,rosa, spica, quæ præseruet a putredine,cinamomum,cassia lignea,quæ siccet,spodium, rasura cornu cerui, eboris a proprietate conuenit, uelut rhabarbarum quod inde uitam hepatis appellant, spicam,lupinum iecur,coclearum carnes & limacum,atq; inde distillatas aquas, passulas, quas tota substantia familiares hepati etiam Galenus agnoscit. Tantum adstringunt,quantum opus est uisceri, concoquunt, roborant,malignitatem corrigunt,nec facilè corrumpuntur, uino quoque magna uis tribuitur. Roborat coquit,putredinem prohibet,intemperiem frigidam & humidam hepatis emendat. Contra uirulentam materiam Cinamomum,primas tenet:deinde cassia lignea, tum aromatum omne genus,nardus,iuncus odoratus,calamus aromaticus,myrrha,electrum,crocus,aspalatus.Ex eiusmodi materia in puluerem trita ad drac.ij. electuaria fiunt cum saccaro,uel melle quadruplo, quintuplo: alioqui in passulato melle incorporātur. Mel passulatum fit coctis prius passulis ad crasitudinem syrupi, coctis, inquam,in uino adiecto saccaro.Exteriora uerò sunt oleū rosaceum,aliquando adiecto chamæmelino, ubi calida intemperies est. Nam in calida intemperie abstinendū his,quæ nimiùm refrigerant, & leuiter refrigerando laxanda cutis est,ut transpiret uapor. Licet quoq; uti unguento rosato, cerulo sandalino in rosaceo dissoluto, uel cum eodem pisto & admoto. Alioqui cerato refrigeratiuo Galeni subacto cum succo cichorij & tātillo aceti albi. In frigida oleum de absynthio,deaspici,de maiorana & quæ in frigidiore uentriculo descripta sunt. Nā

in

in hoc conuenit hepar cum uentriculo, quod utrunque eget his, quæ adstringendo corroborant, nisi quod magis adstringendum in uentriculo e chamepithi. Mediū fit medicamentum similiter ex radicibus graminis sileris. Ad quãtitaté decocti opus est unc. x. & ℥. i. facchari. Duo sunt reliqui affectus quorum meminit Galenus hoc libro, humiditas hepatis & scirrhus. Itaque immo dica humiditas uires hepatis dissoluit, quomodo uincula & neruacea corpora nimio humore imbuta dissolui solent. Signa humidi hepatis & humidioris ex arte parua Gal. petenda. Curatur autem astringentibus & ea materia, quæ prius in humidiore uentriculo descripta est. Hoc tamen differt hepar, quia minus adstringentia desiderat. Humiditati aliquando frigiditas, aliquando caliditas coniuncta est. Itaque in frigiditate, aromata, plantas, & materiam, quæ adstringendo corroboret & calefaciat, miscere oportet, quale, exempli gratia, fuerit cydoniatum cū speciebus. In frigiditate & humiditate plurimum conuenire scribit Gal. uinum sed hoc sit tenue odoriferum & natura calidum. Vteris fotu de absynthio, irino, de spica, & aliis. In frigidiore & humidiore uentriculo memoratis eisdem oleis malaxatis. Emplastrum de meliloto, diaculum ireatum, mixto cydoniato cum speciebus dabis in potu, dianison, diacuminum, diagalanga, diatriō pipereō, Instituces assas carnes confixas gariophylis, & oīno ea alimenta, quæ siccent & calefaciant: caliditate uero iūcta fouebis oleo rosarū, de cydonii, myrtillorum aceto addito, sandalis, spodio, succo earum herbarum, quę hepar refrigerant, senecionis, hepatice cichorii, intiborum & similium. Atque iisdem herbis pistis ex eisdem oleis, puluere rosarum, sandalorum, spodii addito finges ueluti cataplasmata. In potu conueniet electuariū diarhodon abbatis, rosis sandalis & spodio additis. Videndum tamen, ut ne nimium refrigeremus. Nimium refrigerantibus læditur hepar. Cerato sandalino plurimum utuntur, quod addita parte cydoniati sine speciebus melius fiet. Malaxabuntur cum oleis prædictis pau

lulo

lulo aceto albo addito. In oĩ humiditate hepatis & totius uentris uehementer laudatur coclearum caro,& ſtomacum:ſed ſi coniuncta eſt caliditas,frigidis condimentis & aceto temperantur. Contra uero in frigiditate. Contrahit ſcirrhum hepar propter uenarum anguſtias. Scirrhus tumor eſt durus dolenş,initio & quam diu curabilis eſt,cuius materia humor craſſus, uiſcidus,frigidus, à quo niſi curetur,periculum imminet hydropiſis. Morbi regii fiunt & longæ febres & tabes corporis.Itaque ſumma diligentia curari debet, & quia durus,mollientibus eget:ratione materiæ craſſæ, incidentibus:frigidæ,calefacientibus: uiſcidæ, detergentibus. Itaque mixtio medicamentorum, contra ſcirrhos hepatis molliat,incidat,tergeat,calfaciat,ſitq́ue tenuium partium. Verùm ratiône partis affectæ in mollientibus eligêtur ea, quæ id moderatè faciunt, ne nimium mollientibus ſubſtãtia uiſceris diſſoluatur,ac rurſus oportet propellere, quæ tenuium partium calfaciant, & incidant: à quibus tamen periculum eſt, ne parte ſcirrhi diſſoluta reliquũ lapidoſum & incurabile relinquat. Propterea vt dictum eſt, mollientia miſceantur, foueatur ſcirrhus ex oleis malacticis,deinde ſuperponantur emplaſtra malactici, de meliloto,ceratum hiſſopi, daculam, ireatum & ſimilia aceto mixto aromatibus ad unc.i.emplaſtri dra. ii. aut ſeſquidrachma tritorum aromatum miſceri poteſt. Acetum additur ut penetret, ut incidat. Materiam ſcriptam inuenies cap. de malacticis, niſi quod ea ſeruanda a ratio malacticorum & incidentium, quæ perſcripta eſt. Hoc enim habet peculiare ſcirrhus hepatis. Veteres plurimùm utebantur caricis pinguibus, ol. irino uel ſimili inunctis & tepidis admotis in fotu. Hoc aduertendum, ne nimium frequens, neve longius adhibeatur. Nam inde periculum imminet relaxationis uiſceris. In potu eadem ratio ſeruanda eſt,ut ſcilicet,aliquid malacticũ miſceatur his,quæ incidunt & tenuent.In malacticis eſculẽtis efficaciſſimum eſt decoctum ficuum pinguium & ſimilium,paſſularum,recentis quoque camepiteos,In eiuſ-

modi

modi decoctis miscebuntur ea, quæ in morbo regio & hydropisi describētur. Consensus ueterum & recentiorum, ammoniacum tum fortis adhibitū, tum in catapotiis deuoratū plurimùm facere ad scirrhos & opilationes uiscerum. Itaque ex ammoniaco & pul. hieræ, cuius uis magna est calefaciendo, incidendo, pillulę fingi possunt, non quæ tam purgent, quàm quæ scirrho curando conueniunt. E terebinthina quoque & eodem puluere utilia catapotia formari. Aliméta, partim quæ molliāt, partim quæ incidant, tenuent & tergeant, propterea cō diméta, sicca. Acetum passulatum misceatur, aut in quo diu insolato ficus, uuæ passæ, gariophylum, cinamomū aliquoties commutata madurerint.

De morbo Regio.

MOrbum Regium uocant, quia lasciuiis, cantu, delitiis, mulsa, uita soluta curis, & ut ait Serenus, Molliter hic quoniam celsa lætetur in aula. Caussæ sunt obstructio, inflammatio, intemperies hepatis, aliquando lienis, uesicæ fellis, porrorum, per quos flaua bilis ad ieiunum descendit, aut per quos fex sanguinis ab hepate ad lienem fertur. Oportet itaque interrogare ægros qua parte uel dolorem, uel grauitatem, uel tensionem sentiant. Aliquando criticus est hic morbus, flaua bile è uasis diffusa in corpus: aliquando uenena hunc morbum faciūt. Sed in inflammatione necessariò febris est, & alia accidentia, quæ se proferunt in inflammatione. Quæ est citra febrem & inflammationem, tensio est, & grauitas in dextro ferè hypochondrio, excrementa albicant, cinericea sunt, & argillosa: urina specie crassa admodum, crocea, aut nigra, cùm spuma eiusmodi coloris. Pulsus neq; celer, neque languidus, crebrior tamē minor, & durior. Galenus morbum Regiū citra febrim cum grauitate in dextro hypochondrio hac ratione curat. Primùm enim cibis & pharmacis aperientibus obstructiones utitur. Deinde medicamentis purgantibus, atq; hic meminisse oportet ī grauibus obstructionibus, quales sūt in morbo regio periculosas esse ualidas purgationes, nisi prius liberantibus medicamentis obstru-

ctiones

ctiones uias aperuerint. Propterea Hippocrates corpora, quum quis purgare uoluerit, oportet fluida facere. Intelliges medicamenta aperientia & purgantia aliquid effecisse, cùm iam pro albicantibus, & cineritiis excrementis alui cœculea & admodum flaua deiiciuntur, cumque urinæ ad colorem naturalem proprius accedunt. Aperiunt oxalidis folia & radix, gramen, asparagus, cichoreum, eupatorium, apium, adianthum, herbæ capillares, calamenthum, calamintha, ancusa, fęniculum, gentiana, iris, aristolochia, cinamomum, & aromata, melanthium, securidaca, fumaria, camepithis, rosmarinus serpillum, marrubium, asarum, anisum, hyssopus, petroselinum, absyntium, cappares, radix tamarisci, asparagi, rusci, capparis. Concoquuntur hæc uel per se, uel cum aliis ut inde fiat oxymel conditum cinamomo. Hinc quoque syrupi fiunt, quanquam plurimùm utuntur syrupis de endiuia, de cichorio, capillis ueneris, de bizantiis, de duabus uel quinque radicibus. Vtũtur quoque uermibus terrenis, asellis, musco, qui in tegulis nascitur, & uocatis ardesiis, rasura eboris, cornu cerui, pudendo uiuerræ (uulgò un furet.) Sed uehementer laudant & iusta quidem ratione ammoniacum, cui ad miraculum usque uim inesse uolunt liberandi obstructiones, ut certò euadant, quibus iam à morbo Regio imminet hydropisis. Teritur ammoniacum, datur in hydromelite uel oxymelite. Soluitur oleis camæmelino, amygdalarum amararum, fraxino & similibus, aut Alcmistarum arte oleum inde distillatur quod illinitur & bibitur.

Potiones plurimùm probant à balneo, iubentque ægrum epoto medicamento decũbere in latus dolens. E materia quoque descripta fiunt puluisculi, qui conditi aromate & saccharo exhibentur in potu, alioqui inde fiunt electuaria, aut pars miscetur electuario diarrhodum. Sunt & aquæ distillatæ, quæ cõueniant; endiuiæ, cichorii, luporum, cuscutæ, fumariæ, capillariũ, acetosæ, terebinthinæ, graminis, raphani, apii, fœniculi, lappæ, rubeæ tinctorum, tribuli, libistici, drurgii, rusci, a-

ſparagi & ſimilium. In alimentis ſæpe vtetur radicibus eſculentis ut acetoſæ, petroſelini, graminis, cichorio, cicerum decocto, capparibus, aſparagis, liporum extremis, ſtipulæ articolis, quas uocant Lutetiæ (Cardes) nimis tenui, quod uel aquis memoratis, uel decocto roriſmarini dilui poteſt. Quod ad phlebotomiam attinet, ubi uidebitur ſanguis redundare, aut fuerit ſuppreſſa aliqua uacuatio, liberius detrahes ſanguinem è baſilica dextra, aut uenis extremæ manus.

Reſiſtentes menſes, aut hæmorrhoidas excitabit. Galenus uſu eiuſmodi aperientium & pharmaco purgante ſæpe uno die curauit ægros. Quòd ſi contumax uidebatur malum, utebatur ualidius tum aperiẽtibus, tum purgantibus. Conſtat experientia decoctum ligni ſancti multis profuiſſe. Color fœdus relictus frequenti balneo curatur, ubi iam cauſa interior ſublata eſt. Galenus utebatur diagridio. Vtemur agarico, puluere hieræ diacolocinthidos, rhabarbari miſtis & diaphenico & diapruno in intemperie: aut morbo regio, qui eſt a criſi, neq; purgantibus, uacuantibus aut aperientibus utendum eſt in intemperie. Redeundum ad ea remedia, quæ deſcripta ſunt in imbecillitate hepatis. Ab intemperie calida in criſi res eſt committenda naturæ, niſi quod balneis laxantibus & detergentibus cutem, humidiore uictu & diluente utendum eſt. In primo genere quidem ab obſtructione clyſteres acres plurimùm poſſunt, qui, ſcilicet, naturam trahunt, ut iam non effundat bilem in corpus, ſed ad inteſtina mittat. Aliquando eſt hic redeundum contra ſcirrhum hepatis. In uenenis initio quidem uomitus, ſi eò uertit natura: ſi ad inteſtina, clyſtere acri. In habitum corporis cucurbitulæ cum flamma & ſcarificatu. Danda autem per os, quæ contra genus ueneni faciant.

De Splenicis.

SPlenicos uocant, quibus lien induruit: addunt alii ab humore melancholico. Multa ſunt indicia, quæ ſplenicos arguunt, grauitas & circumſcriptus tumor in ſiniſtro hyppocõdrio, difficultas ſpiritus, ſitis, ſiccitas oris, pedum

pedum & pudendorum inflatio, color malus, plumbeus, decubitus in finistrum latus, grauis dolor ad iugulum finistrum tendit, ubi grauior tumor. Quibusdam scatent pediculi, noctu sudor grauis, halitus fœtet, erumpit sanguis e naribus, & aliis partibus, gingiuæ & dentes corrumpuntur magis parte finistra, uenæ ad lienem nigricant, squalidior cutis est, maxime ea parte, ulcera maligna in cruribus, cicatrices nigræ, aluus adstringitur. Horum aliqua, uel omnia splenicos ostendunt.

Imprimis leui pharmaco, uel clystere mollienda aluus, detrahēdus sanguis, repetita bis uacuatione in duos dies (inquit Gal.) e basilica finistra, satis amplo foramine: alioqui e uena medii digiti, uel minimi. Alii uenam post aures diuidunt, noluntque plurimùm prodesse, si eo sanguine, qui effluit, statim illinatur regio lienis. Cōstat quoque raro quidem experimento uenas apertas, quæ ad lienem turgent & nigricant, splenicis plurimùm profuisse. Distinguendum quoque qua parte uisceris tumor consliterit. Nam si superiori parte, pharmacis purgantibus per interualla utendum erit: si inferiori, clysteribus acribus uti conueniet.

Sed pharmaca & clysteres per interualla imperātur, quibus interuallis, medicamentis aperientibus, incidentibus, mollientibus utendum erit, ut præparata materia melius sequatur. Itaque & ea, quæ prius descripta in scirrho hepatis, hîc peculiariter conuenient, & cortex radicis capparis, radix tamarisci, polipodium quercinū, scolopendrium, & omnes capillares, rosmarinus, semen agni casti, endiuiæ, scariolæ, portulacæ, acetosæ, cuscutæ, semina frigida maiora, & minora: cortex & radix salicis, fraxini, genestæ, flores hipperici, rorismarini. Abstinendum deinde iis, quæ nimium calfaciunt, nisi frigidis temperentur.

Ex omnibus in aqua coctis oxymel comparetur.

Purgationes ex epithimo, cuscuta, foliis senæ, polypodio, diasenæ, catholico, agarico, diapruno, confectione hamech, electuario indo, syrupo de fumo terrę in

cortex rad. capparis: Radix tamarisci.

purgationes

oxymelite, sero lactis, decocto scolopendrij, ut melancholicam purges & pituitā. Laudatur aqua fabrorum consumendo scyrrho, in qua ferrum fuerit sæpius extinctum: præterea aqua depurata, & bene collata, quæ collibus defluit in alueolos eorum, qui acuunt gladios & enses, lixiuium sarmentorum, oxymel, acetum scilliticum, syrupus acetosus, capillorum ueneris, de duabus & quinque radicibus, de fumo terræ de scolopendria, de pomis, de epithimo.

Diluuntur syrupi in oxymelite simplici, uel Galeni, in sero lactis, in qua cuscutæ, acetosæ, boraginis, fumiterræ conuenit. Frequens capparum usus, asparagorum, extremitatum lupuli conditorum, florum genestæ, & uiolarum, cardorum (sunt auté cardi, caules cynaræ, qui per hiemem eduntur.) A proprietate conueniunt lien bouis, asini syluestri, vespertilio decolatus & siccatus, splen asini domestici, pulli egurini cremantur in testa, puluis drachmę pondere potionibus, quæ conueniant, inspergatur. Laudant poculum è fraxini ligno. Quod autem ad topica remedia attinet, ea arte fient in molliendo & resoluendo scyrrhum, quam inuenies capite de Malacticis. Peculiariter connenit ammoniacum dissolutum aceto, deinde pistum cum oleo de capparibus, uel liliorum, quo quidem ammoniaco eo modo utendum, qui dictus est in scyrrho hepatis.

Vteris similiter emplastro de meliloto, dialthea, cerato hyssopo, diachillum descriptione Philagrii. Solet conspergi puluis ceterach, corticis radicis capparis, scambę, calibis, leniter remollito scirtho. Veniendum ad usum aceti descriptum capite de malacticis, ad uehementem dolorem splenis, tumorem, punctionem, duritiem. Mirabilis puluis diacapparum. Corticis radicis capparis unc. i. seminis acetosæ dr. vi. corticis, radicis tamarisci dr. 3. terentur in puluerem. Datur dr. media nocte, & inter pastus cum oxymelite. Oportet ægrum in sinistrum latus decumbere, quemadmodum in alijs potionibus spleniticis, tres horas à medicamento

to ſumpto ieiunare. Conueniunt & trociſci de eupato rio, & de capparibus. Quod ſi uidebitur rugitus quidã, & flatus, intermiſcendum quæ flatus diſcutiunt, piper, cuminum, ruta, daucus, aniſum, apium, carui, petroſeli num, libiſticum, galanga, & alia id genus.

De colicis remedijs

QVæ hic ſcribuntur uel anodina ſunt, uel ad dolores colicos à frigore & flatibus referũtur. In narcoticis plurimus eſt uſus Philonii, quod antea deſcriptum eſt capite de ſputo ſanguinis. Vtimur quoque pillulis de cynogloſſa, quæ contra omnes morbos dicuntur. Ad hæc floccis ſuſpenſis de filo, & immiſſis recto inteſtino glandibus ſeu ſuppoſitorijs. In phlegmatica utendum incidentibus, detergentibus, & calfacientibus, qualia deſcripta ſunt in frigidiore uentriculo & hepate. Plurimum laudatur quod ſequitur parabile. Piperis grana 3. ſalis ſcrupul. i. trita dentur cum uino in iure ueteris galli. Allia coquuntur & adiecto pipere ſorbetur ius. Sunt qui uel capũ uel pipionem, uel alaudas nucleis allij infarciant & ita iubeant edendas aues. Alexandrinus tres bulbos allij ueſpere ſumptos flatus diſcutere, & phlegma deducere ſcribit. Sunt qui plurimum tribuant uino maluaticio diluto aqua maioranę aut nepithę additis ſcrup. 2. caſtorei. Alij lauri baccas nouem aut undecim terunt, & cum uini tenuis & odoriferi unc. 4. s. facto experimento propinant. Item folia raphani cum ſeptem granis piperis decoquunt & inde melicratum parant, quod mirabiliter facit nephirticis, colicis, & quibus urinales uię obſtructæ ſunt. Ol. ruta. nardino, lauri. de cado, raphanino, napino, de piperib. lanas inculcãt & calidas admouent uentri, alio qui in eiſdem ol. quartam partem galbani diſſoluunt, adduntque aliquid ciueta & croci, & ita illiunt. In flatuoſa eadem remedia conueniunt, & affixæ cucurbitulæ umbilico. In calida, & bilioſa, inedia, quæ alios colicos iuuat, uehementer lędit, ubi narcoticis potiſſimum utendum eſt, clyſteribus mollibus ex radice altheæ & folijs, malua, uiolaria, muſcilaginibus ſe-

Narcotica

i fleg.ca

i flatuosa

in cal.a et biliosa narcoticis potiss.m utend.

minis lini,altheæ,psilii,cydoniorum adiectis capitibus papaueris,uitel.oui,uiolato,unguento rosato. Aliquando clyster iniicitur ex hordeato liquidiore, adiecto syrupo uiolato,de papauere,nenuphare. In calida colica, cataplasma conuenit Alexandrini,farinæ lini & cor. ana M. ij. coquantur in ol. chamæmeli. fiat cataplasma. Alioqui.

℞.ol.chamæmelini & ros.ana unc.j ceræ dr.s. fiat ceratum.Muscilaginis seminis lini dr.j cum farina fabarũ subacta ex uitellis oui fiat cataplasma. Sunt qui experimento laudant hanc potionem. Seminis uiol scru.4.dantur ex uino diluto. Phisica remedia sunt coralli triti cocleare. Datur ieiunis per triduum cum uino. Item stercus lupi cum aqua tepida,cornu cerui ustum. Particula incisi umbilici infantis nuper nati,aurea uel argentea armilla includitur & circunfertur, cingulum è corio lupi gestatum,masculi maribus,fœminæ fœminis, stragulæ quoque lectorum inde fiunt. Alii pellem gestant, aut eiusdem lupi stercus nucula includunt, suspendunt è collo,ut ad uentrem perueniat.Suspendunt autem ligula è corio ceruino aut filo texto ex ouilla lana, sed ouem uolunt interfectam a lupo. Alii uerò euasisse a lupo. Laudatur & anguillæ sanguis & cristatum alaude genus,stercus galinæ, quæ exercetur & nutritur pabulo sicciore, tunica interna uentriculi erinacei:masculi quidem in uiris:fœminæ in fœminis & mulieribus. Hæc quidẽ scripta a Græcis & Arabibus trita in puluere aliis miscentur,quæ aperta qualitate iuuant,piperi,castoreo & aliis id genus. Dantur ex melicrato.

De Priapismo.

Priapismus,qui & Satiriasis dicitur,affectio est, cùm minusculum pudendum inuitò tumet & inflatur, uel ut 6.de locis affectis, cùm colis in longum & circuitum augetur nullo desiderio ueneris stimulante. Addit hoc 9. libro, oportere inflationem eiusmodi esse stabilem. Quibusdam enim supinè decumbentibus,aut aliter concalfactis renibus inflatur colis, sed affectio non est permanens. Nomen ductum a Priapo deo hordorum,cuius colis

colis ita fingeretur. Causa mali spiritus insinuatus fistuloso neruo, qui penem constituit. Addit quoque 6. de locis affectis amplas coleras, quę ad pudendũ perueniunt, concepto multo spiritu hoc symptoma efficere. Aliis locis Galenus generationem huius ita describit. Materiam facit humorem crassum & uiscidum, qui a calore languido motu resoluitur in crassum spiritum: licet aliquando tam crassus, & uiscidus humor sit, ut uel a calore naturali in crassum spiritum non resoluatur: initium huius mali præcedente palpitatione intelligitur. At ubi ab arteriis amplioribus malum est, non præcedit palpitatio. Sed usu alimentorum acrium, longa abstinentia ueneris assuetis, diutius præcinctis tentigo frequẽs mouetur, & hinc flatibus deorsum motis arteriæ amplianatur. Idem accidit acrimonia humorum, sed pręcipuè his qui multum sanguinis & seminis colligunt atque imaginationibus ueneris indulgent. Sic iis, qui iam a puberta te ueneri indulgent, & sæpiùs imaginantur, frigidior colis esse solet: contra uerò robustis Athletis. Rarò aut nũquam coeuntibus uel uenerem imaginantibus rugosus & exiguus colis esse consueuit. De priapismo 14. Methodi, 6. de symptom. & morbis, 6. de locis affectis & hoc libro. Initio sanguinem detrahes præsertim iuuenibus, quibus hoc malum familiarius. In humorum acrimonia purgabis. Vteris clysteribus, ad hæc frictionibus, inedia, balneis, uomitionibus, quas præfert Galenus purgationibus, ac breuiter eo genere uacuationis uteris, quod & morbo & naturæ ægri magis cõuenire uideatur. Iubebis ægrum defugere omnino imagines ueneris, & quæ uenerem excitant. Initiò non oportet membra calfacere, sed leuiter refrigerare, primùm quidem cerato rosaceo in aqua concassato, unguento rosato, cerato comparato ex cera, oleo nenupharino & camæmelino. Postea cerato camæmelino, atque tum lumbis, tum pudendis illini debent & perineo. Institues tenuantem uictum citra caliditatem manifestam, & ea quæ incidunt materiã crassam, & uiscidam detergent, quale est oxymel, & alia iam multis locis descripta, imperabisque ea, quæ a proprietate

contra

contra morbum faciunt, nympheam, eius semen uel radicem, semen uiticis, id est, agni casti, & post aliorum usum rutham.

De Hæmorrhoidibus excitandis.

HAemorrhoidibus non est assuescendum, nisi ad curationem, uel cautionem grauioris mali, Epilepsię, Melancholiæ, Incubi, Quartanę & morborum id genus. Si quando tamen excitandæ sunt, sanguisugis bene purgatis & electis facilè irritantur, exasperantibus medicamentis, ut folio ficulneo, pumice, medicamẽtis acribus, cæpa rubra, præsertim pipere, nitrosis, sale torrefacto, alumine: uel tergentibus & acribus, felle taurino, staphi deagria, absynthio, centaurio, ciclamino, athanasia, matricaria & aliis id genus. Talia teruntur in puluerẽ, alia teruntur & exsiccantur, pulueres succis permiscentur ad crassitudinem iustam luti, aut melle concorporantur, & circulo sedis illinuntur.

De uitiis sedis & pudendorum.

VLcera harum partium iisdem medicamentis ferè egent, sed in sede difficilis curatio, & quia uegetiore, sensu prædita est, non fert, quæ uel austeritate uel acrimonia exasperãt, quia humida & calida facilè putrescit. Deinde quia eò peruenientes uenæ multæ sunt, quæ illic desinunt, fluxiones retinet, unde humidiora ulcera, callosa & fistulosa fiunt. Præter hæc naturalibus excrementis sæpius naturali excremento madescit, quod & illita excrementa deterget, unde omnino difficilis curatio. Commune est auxilium sedis & pudendi ulceribus a medicamentis quæ siccant citra morsum. Ea materia iam descripta in ocularibus medicamentis, & quæ peculiariter conueniat, cap. de sarcoticis & epuloticis. At in ulceribus malignis partim ad ea, quæ supradictis capitibus, decurrendum contra maligna, depascentia, & putrida ulcera: partim ad ea, quæ iam usitata sunt, ad ægyptiacum, puluerem mercurii, ceratum de uigo, mista parte, uel ægyptiaci, uel pulueris mercurii: similiter ad aquas fortes, ad illitum quoque in fine spinæ & inguinibus ex unguentis mercurialibus.

De

De iis, qui noctu permingunt stragulas.

AB infirmitate musculi, qui uesicam claudit, mollitie neruorum accidit pueris, ut noctu permingant stragulas. In quibus remedia sunt, partim quę qualitate musculū corroborant, partim quę occulta proprietate morbum tollunt. Itaque & perineum, & spinæ extremum, & radix colis decocto earum rerum, quæ corroborant, fouenda sunt. Deinde unguentis & emplastris, quæ id efficiant, utendum. Itaque decocto menthæ, rosarum, absynthii, calamenthæ, saluiæ, stecados, lauēdulæ, maioranę, rorismarini, pulegii, polii, camæmeli & similium fouendę partes. Decoquuntur uino ex eadem materia, uino & oleo cocta ad uini consumptionem. Olea parantur ex oleis: addita cera subquadrupla, mastiche, thure, suboctuplis cerota fiunt. Iisdem oleis molliuntur emplastra de melilotho diachilum, iride adiecta & mollia in aluta prædictis locis affiguntur. Proprietate conueniunt eritii caro, cerebrum aquilæ, renes & testiculi leporis: quæ omnia edi possunt, uel uino incoqui, ut bibatur uinum: ad hæc pulmo hædi, lingua anseris, guttur galli, uesica tauri, capræ, ouis exsiccata, tritaque in puluerem. Dantur ex uino dormituris. Probant & enulam & calaminthatham, thus, ben, ciperum, coriandrum præparatum, myrrham, mentham, galbanum, castoreum, seseli, lac ouillū & caprinum. Vulgare remedium est esus murium. Sunt & qui cinamomum, lignum aloes, spicam, saccharum rosatum, rosas pulueribus, quæ a proprietate iuuant, permisceant.

De præfocatione uteri.

PRæfocatio uteri grauissimum malum est & periculosum, nasciturque ferè tribus de causis, quæ in unam coeunt, hoc est, uehemētem refrigerationem totius corporis. Primaria causa suppresſio mēsium: altera suppresſio seminis iis præsertim, quæ prius omnino ueneri indulgebant: 3. causa quum quæ ante concipiebant, iam non concipiunt. De præfocatione uteri lege caput 4. li. 6 de locis affectis. Sensu motuque priuari solent & respiratione, aut certè tam obscura est respiratio, ut non appareat:

appareat: uox quoque deficit. In leuiore malo motus, sensus, ratio, uox, & respiratio seruantur. In paroxismo extremorum uincula & frictiones maximè crurum, cucurbitulę inguinibus affixę, odorata utero: grauiter olétia naribus admouentur, ut castoreum, galbanum, gagates lapis, bitumé, pix liquida, pili combusti cremati pãniculi, cornua usta, plumæ crematæ, euphorbium, quo ferè uulgus utitur. Veteres soleæ calceorum crematæ, quas & potui dare solent: frequenti experiméto ruthã naribus admouent, quam & Galenus probat, cæpam & allium. Odorata uerò, quæ utero adhibentur, ciueta, coton muscatum, ol. de spica, de costo, gariophilum, gallia moscata, alipta moscata. Hæc in puluerė trita oleis dictis permiscētur, ut fiat luti crassitudo, & ita sinui pudoris illinũtur. In suppressis mensibus sanguis detrahi potest. In potionibus post paroxismos ueteres probant agaricũ ex uino. Datur & terebinthina & puluis hieræ diacolocinthidos. Laudantur semen & succus plantaginis, semen agni casti, rutha, radix nimpheę, in iis, qui nimio semine abundant. Præterea uomitiones imperant, sternutationes, cucurbitulas inguinibus, coxis, ilibus, deinceps affixas cum multa flamma. Hippochódria fasciis ligãt, & cõstringũt, globuli fili inculcati oleo anethino calido alternatim pectini adponuntur, propinãt puluerē betæ bisantiæ. Post alia quoq; remedia dropaces & sinapismi extremæ spinæ adpositi, balnea naturalia, frequens coitus.

Ad Rhagadas.

Rhagades ulcera sũt uteri & sedis diducta in fissuras. Sed alia humida & saniosa, alia callosa, quædam cãcrosa sũt. Saniosa abluunt sero lactis, mulsa, deinde tetrapharmaco dissoluto in rosaceo illinunt. Postea medicamentis consolidãtibus, quę parãtur è lithargiro. Callosa egét molliétibus, œsipo, radice lilii, terebinthina, admista parte iridis florétiæ; alioqui uitellũ oui assũm cũ lacte muliebri pistũ adpones. In suspicione cãtri diapõpholigo Nicolai mollito, liquido cerato, rosaceo illines. Quod si callus est cõiunctus, adiicies aliq.d molliétiũ, butyri, adipũ, & muscilaginum: ubi calor, uitellus oui

oui permiſcetur: unguento quoque de ceruſa, de plumbo, tutia, & aliis, quæ contra cãcros ſcripta ſunt, uteris.

De Nephriticis.

NEphriticos propriè uocant, quibus calculus in renibus concreuit. Galenus hoc loco extendit nomen ad eos, quibus renes inflammantur aut exulcerati ſunt. Dicemus primùm de calculo, atque ut diſtingatur nephriticus dolor à colico, legendus eſt liber de locis affectis, caput primum & 2. ſexti libri eiuſdem operis. Sæpe enim fallit colicus dolor, ut putetur eſſe nephriticus, & contrà propter connexionem communem renum & colli per peritoneum. Itaque ex dictis locis diſtinguere oportet. Calculi ſigna & curationem, breuiter deſcribit Hippocrates 6. epidimion his uerbis. In renem dolor grauis cum cibo, hoc eſt, ſtercore replentur. Stercus enim reſiſtẽs in cæco inteſtino & colo renes opprimit. Sequitur, Vomuntque pituitã.) Exaſperatis doloribus æruginoſa pituita primùm euomitur, quæ in uentriculo generatur & ad primos impetus educitur: deinde dolore commotis humoribus non ſolùm æruginoſa, ſed & bilioſa. Subdit Hippocrates, Facilioresq; fiunt) ſubducta, ſcilicet, parte materiæ, quæ ad dolentem locum confluebat. Sequitur, Soluuntur cum cibo uacuantur) hoc eſt, ſtercore iam nõ oppeſſis renibus, ut prius: arenulæ fuluæ ſubſident, ſanguinolentum mingunt. Eiuſmodi arenulæ ferè rufæ ac rubentes, certiſſimum ſignum faciunt calculi. Mingunt ſanguinolentum iam renum facultate retentrice imbecilliore, uel renibus exulceratis, fœmoribus, quod è directo eſt, ſtupor per conſenſum, non neruorum, ut quidam uoluerunt, ſed uenæ cauæ, & propterea dolor ſtupidus. Subiicit curationem Hippocrates. Quieſcere non confert, ſed exerceri) mediocriter, ſcilicet, ut materia, quæ calculũ cogit, & concoquatur, & celerius uacuetur. Non repleri) Repleto enim corpore cruditas ad dolentem locum confluit. Iuuenes helleboro purgare) nunc non helleboro, ſed, leuioribus medicamentis & clyſteribus purgamus. Poplitis uenã ſecare repleto corpore,) baſili

cam

ſig. et curo calculi reni ſm hippo.

curo hipp.

cam prius secamus, & maximè ubi magna imbecillitas re num est. Cientibus urinam purgare) non perpetuò, sed iam bene purgato corpore, & ubi nulla inflammationis suspitio est. Attenuare crassam, uiscidam, & coactam materiam emollire) hoc est mollia & laxa reddere tum renes, tum corpora, per quæ calculus deducatur foras: sic enim laxatis uiis & mollitis, facilius, & nulla ui, uel minore exibit calculus, atque in iis duobus tenuando materiam calculi, molliendo corpora, per quæ excludatur, non solùm efficies ut exeat calculus, sed ut ne postea re generetur. Hæc ex Hippocratis & Galeni sentẽtia, qui post Hippocratem mollibus & anodinis clysteribus leniunt dolores & aluum subducunt. Phlebotomia simili ter & purgationibus utuntur, nunc cassia, catholico, rha barbaro interim addito, similiter tenuantibus, incidenti bus, detergentibus & mollientibus medicamentis utun tur, balneis quoque uias molliunt, cucurbitulis detrahunt calculum, quas ilibus affigunt. Ad hæc omnia syru pis utuntur, potionibus & pulueribus, quæ tenuent, inci dant, & molliant, in quibus plurimùm cõuenit syrupus comparatus ex floribus, foliis, seminibus, & radicibus al theæ, additis radicibus graminis, acetosæ, seminibus cu cumeris, saccharo & melle. Laudatur & conserua ex iisdem floribus & foliis cõparata, oxymel, decoctũ glycir rhyzæ, betonicę, lupulorum, capparis, scolopẽdriæ, her barum capillarium, quibus fortiora sunt, quæ parantur è scilla, iride, enula, aristolochia. A proprietate iuuant sanguis draconis, lapis hematites, ol. de scorpionibus, bestiolæ, quæ in lapidariis fodinis, quasi uerrucæ lapidi bus hęrent pellis leporis cremata, lepus, uel decolatus, uel integer crematus, eiusdem renes cremati, cinis ungu læ equi, testa cocleæ & cancrorum, terreni uermes, asel li, auis quæ caudatæ mula dicitur, calculus, quem quis primùm exclusit, urina capræ montanæ, lac excornis & nigræ capræ, cicadæ aridæ, decoctum galli lassati. Hæc a proprietate conueniunt. Qualitate uerò manifesta parie taria, ualeriana succus portulacæ siccatus, cucurbitæ semen, perforatę, lini, cucumeris, maluæ, fœnugræci, apii, seseleos,

ſeſeleos, radix damazonii, ciperi, aſari, ruſci, aſparagi, capparis, tamariſci, cynosbati fructus detracta interiori lanugine, ſenellæ uocatæ, gummi & nuclei ceraſorum, perſicorum, cortex uiridis corilli, teſta auellanæ, ſarmenta uitis uſta, extincta in oxymelite, ut colatura bibatur, electrum, lapis ſpógiæ, ſaxifragum, & alia propè infinita. Ex decocto alliorum paratur oxymel; hydromel, ſacchar; allia trita in puluerem. Addantur decoctis, uel per ſe bibantur; ex ol. de ſcorpionibus, & cuniculorum adipe, lumbi, perineum, ilia, pubes illinũtur: conueniunt aquæ camæmillæ, betonicæ, geniſtæ, parietariæ, camæmeli, fabaceorum, raphani & ex materia commemorata. Aqua & ol. è terebinthina, è ciceribus & bimalua. Et hæ quoque pillulæ laudantur lapidis iudaici, lincis, ſpongię an. dr. i. nuclei meſpilorum drac. s. tragacanthæ, gummi ceraſorum, & perſicorum. Teruntur omnia & incorporantur in unc. i. terebinthinæ, pro tribus doſibus. Conuenit & litontripon uocatum & iuſtinianum, alcecangi ſemina, baccæ lauri & iuniperi. Coguntur hæc cum glycirrhiza & radice, enulæ decocto, melle uel ſaccharo, propinatur. alchechégi.

De inflammatione & exulceratione renum.

IN inflammatione renum clyſteribus potius, quàm medicamentis purgantibus utendum. Parãtur autem initiò ex remollientibus, ſcilicet, decoctione remollitiua: deinde etiam miſtis lenientibus, ut camæmelo & ſimilib. Olea ſint uiolaceum, nenupharinum, papauerinũ: poſtea quoque butyrum recens. Oportet autem modum clyſteris eſſe ad quartaria tria, aut lib. i. Mollita aluo detrahendus ſanguis è baſilica, quæ inflammato reni repondeat, quæ aliquando procedente malo, iteranda eſt. Arabes iterant è cephalica, uel poplite. Cataplaſmatis primùm utẽdum è decocto maluæ, biſmaluæ, roſarum, uiolariæ, in quo poſtea coquatur farina hordei ad craſſitudinem. Deinde cum ol. roſaceo, oui albumine & uitellis tantillo aceto, fiat cataplaſma. Procedente morbo puluis camæmeli, farina lini & fœnugręci, puluis abſynthii & alia, quæ leniunt, coquuntur diſcutiunt,

scutiunt, miscere conuenit. Postea quoque cucurbitulę affiguntur lumbis & ilibus cum scarificatu. Vtendum fotu è uesica hydreleo plena, quod hydreleum ex decocto & ol. conuenientibus paratum est. Initiò iis, quæ circa initia conuenire dicta sunt: postea uerò mutata, ut prius, materia. Initio abstinendum uino & mellitis, quales sunt syrupi, hydromel, oxymel, &c. Atque diureticis nutriemus iusculis è pullastro, lactuca, acetosa, portulaca, borragine & hordeatis. Bibet aquam hordei. Postea apparentibus iam urinis crassis & sedimenti boni, quę prius tenues, aquosę uel rubentes apparuerint, diureticis utemur: applicabimus emplastrum de muscilaginibus, pistum ol. camæmelino uel irino. Postea quoque emplastro de meliloto. In exacerbationibus dolorum, incessionibus ex decocto bismaluæ, maluæ, uiolariæ, camæmeli, anethi, meliloti, fœniculi atque urgentibus, doloribus nimiùm & uigiliis decocto papaueris, cuius semen miscebitur hordeatis, philonio & aliis potionibus narcoticis utendum erit. Sed aliquando non coquitur per urina, scilicet, sed suppurat: itaque signis apparentibus suppurationis, fotu, incessione, emplastris, cataplasmatis, clysteribus utemur. Clysteribus ex materia suppurante, quam scriptam inuenies capite de Suppurantibus, atque contingit aliquando suppurationem resistere, ubi acribus clysteribus irritare oportet, dandumque in potu hydromel comparatum ex decocto fœnugræci, parietariæ, altheæ, semine cucumeris. Quòd si dolor urget, insessionibus utendum ex materia mitigante, hordeatis, lacte uel emulsione amygdalarum. Iam eunte pure animaduertendum, quale pus sit. Nam si liuidum & grauiter olés, pauca spes est: alioqui bene sperandum, utendumque syrupo de althea, de iuiubis, lacte asinino, melle, diatragacantho frigido, diaireo simplici, alphenic, & similibus, ut uel dolor uel necessitas urget, lacte amygdalino cum multo saccharo, tum purioribus urinis euntibus, lacte bubulo & ouilo potius, quàm aliis utendum est, atque aliquando asinino, equino, caprilo. Bubulo quidem utendum est, sed adie-

cta

cta quarta parte seri, conueniunt quoque sorbitiones usitatæ ex lacte & uitellis ouorum, atque omnino mul tus sit usus lactis, nisi corrūpatur. Vbi sanguis fluit, his quę sanguinem sistunt & astringunt, utendum erit. Resistĕte aluo pillulis ex aloe, & rhabarb. terebintina, cassia, cum multo diatragacātho, utēdum, & quia dolores sæpe urgent, semicupia, id est, incesſiones, comparanda ex decocto rerū, quæ leniant. Simili fotu & sacculis uti oportet. puluerès quoque, quos cordiales, uocāt, alimēta boni succi omnino instituenda sunt, quia animi deliquiis sæpe capiuntur, & plurimùm emaciantur. Itaque ad animi deliquia, morbum, & maciem plurimùm faciet decoctum ex passulis, adiectis aliquot iuiubis, ficubus, glycirrhiza, semine cucumeris. coquantur autem ad crasſitudinem syrupi. Deinde misceatur diatragacāthum frigidum, diairis simplex, tabulæ utriusque, diamargaritum, de gēmis, lætitiæ Galeni & similia: eoque utatur sæpius in cocleari. Quòd si urgetur siti, optimū hordeum coquatur ad putrilaginem: deinde emulctio aliquot tritarum amygdalarū adiecta parte eius aquæ decocto misceatur. Condientur omnia saccharo & diatragacantho frig. Poterit uis augeri adiecto nodulo ex seminibus cucumeris, medulla seminis cucurbitæ. In remisſione mollibus frictionibus utendum, mollibus stragulis, & omnino alimentis boni succi.

De Arthritide.

NOmine Arthritidis Podagram, chiragram & Morbum coxarium includimus. Nam aliquando hæreditaria. Ferè autem intemperies, imbecillitas partiū & afflxus humorum. Itaque in uacuādo & roborando curationis summa posita est, ac præcedit quidē uacuatio totius corporis, in plenitudine per phlebotomiā, quæ in coxario morbo, primū in cubito: deinde in malcolo fieri debet. Arabes initiò coxarij morbi Phlebotomiā laudant, & interuallo annularis & parui digiti. In podagra & chiragra & opposito mēbro è directo uena secāda est. In cacochimia purgationibus utendū, uomitionibus, clysteribus, deinde etiā sudorificis & diureticis. In

topicis, initiò repellentibus utendum. In coxario morbo abstinendum iis & statim mitigantibus utendum, quæ neque multùm calfaciant, neque refrigerent. Repellunt ceratum rosaceum nutritum solùtum rosaceo, unguentum rosatum, ceratum de psilio, & alia quæ scripta inuenies cap. de repellentibus, quemadmodum & quæ mitigant dolores fotus, ol. cerota, acopa, miracopa capite de dolore. Aliquando narcoticis utimur, primùm quidem leuioribus: deinde fortioribus eadem ratione, quæ eodem capite de dolore prçscripta est. Celebratissimum epithema Asclepiadis, quod illic scriptum inuenies. Sed quia humor in iis morbis ferè crassus est & crudus, uiscidus, paulatim mitigando, inciden do, attenuando, discutiendo, & in coxendice etiam attrahendo malum euincendum est. Vacuatio uniuerso corpore, præparata materia plurimum confert commotus sudor, præsertim ex ea parte, ex qua malum est. Facilè repleto uase mouebitur aqua calida, & uino in quibus ea coxerint, quæ sudores mouent, discutiendi & roborandi uim habeant camæmelum, melilotum, anethum, ebulus, camæpitis, hyssopus, saluia, rosmarinus, origanum, calamintha, absynthium, folia & baccæ lauri & iuniperi, semen anisi & fœniculi. Materia cocta cum oleis anodinis & discutientibus contundi potest & linteo composita calidaque admoueri parti. Decoctum autem inclusum uase bene clauso & constricto orificio plantæ pedis, ubi in crure uel ischio dolor est: uolæ manus, ubi in brachio, admoueri debet, donec inde commotus sudor, uapor attingat partem & moueat sudorem. Detergendus sudor diligenter & locus affectus lanis sordidis inculcatis ol. mitigante, resoluente, corroborante contegendus est. Vacuata materia, corroborare conuenit emplastro diachilo ireato, thure addito, mastiche, sanguine draconis pistis, & unitis omnibus cum ol. anethino, laurino, de absynthio & aliis id genus. In inueteratis ubi iam dolor quietus est, saluia, sal, uino austero & ol. camemelino incoquenda sunt, fiat fortis expressio, seruetur ol. quo sæpe articulus infirmus

firmus affricetur. Multi longa abſtinentia uini curati ſunt. Sunt, qui plurimum probat decoctum baccarum iuniperi, glycyrrhiſæ, uocatarum ſcinellarum, radicis enulæ & ebuli, decoctum gaiaci incidendo, mouendo ſudores: atque ita uacuando conferre poteſt. Pellis lanina bene macerata & comparata cum materia aſtringente, galla, alumine, & aliis, quę coriariis uſitata ſunt, geſtata plurimùm ad cautionem. Græci & Arabes plurimùm tribuunt hermodactilis, ac uarias pillulas inde conficiunt miſtis ſeminibus aniſi, fœniculi, zinzibere. Apud Nicolaum maiores ſunt in frigida cauſa: minores, in cauſa calida. Vtendum erit deſcriptionibus adiectis iis, quæ conuenire uideantur, agarico, maioribus: Rhabarbaro, minoribus. Contingit & curatione malè inſtituta tophos concreſcere in articulis, quibus conueniunt, quæ incidunt, tenuant, molliunt. Emplaſtrum de uigo & meliloto, de muſcilaginibus miſta parte cerati hyſſopi deſcriptione Philagrii, galbano pingui & aliis, quæ ſcripta ſunt cap. de malacticis, de uitiis oſſium, de piroticis. Sciendum tamen eiuſmodi tophos aliquando ita induruiſſe, ut nullis Remediis cedant: aliquando quoque figuram membri commutare in ὀρθόκυλον, & ἄγκυλον, quorum affectum remedia inuenias capite de uitiis oſſium & neruorum. Sciēdum quoque, quod ſcripſit Hippocrates, dolores eiuſmodi ſępe protrahi ad diem 40. ut nihil ſit mirum aliquando adhibitis conuenientibus Remediis, tardius curari.

FINIS.

INDEX RERVM SCITV DIGNARVM, QVAE TOTO OPERE CONTINENTVR.


Litera maiuſcula, ut C. ſignificat libros de Chirurgia. F. de Febribus, κατὰ τοπόυς, & de Peſte. Vbi nulla prę figitur, Praxim & Scolia intelligimus.

Li-

Præ-

Sebum

FINIS.



IACOBI
HOLLERII STEMPANI,
MEDICI PARISIENSIS Celeberrimi
DE MATERIA CHIRVRGICA.
LIBER I.
PRAEFATIO.



E materia remediorum, quæ ad Chirurgum pertinent, plurima quidem Hippocrates, Galenus, & ante hunc Anazarbæus Dioscorides memoriæ tradiderunt. Quædam posteritas addidit non fraudanda laude: sua enim veterum, sua posterorum gloria est. Atq; iniquum decreti genus est, quod omnem fructum laudis & gloriæ huius disciplinæ vni Græciæ detulit, vt Arabum ac posteritatis studia perpetuis tenebris opprimantur. Illaudato solo laudatæ fruges sæpenumerò proueniunt: Vixerunt Græci in media luce literarum. Extiterunt Arabes, & inde ductæ familiæ, iam desertis ac sepultis melioribus disciplinis, digna tamen luce æternaq; memoria nobis reliquerunt. E viuis fontibus Græcorum remedia primum petenda sunt: sed ita, vt nec Arabum riuos, nec posteritatis ingenia contemnamus. In his hauriendum quod saluum & incolume: repudiandum, quicquid fecerit cœnum, & disciplinæ veterum malè conuenerit. Atq; omnino hac parte perlustranda nobis naturæ fertilitas, à qua omnis vbertas, & quasi sylua remediorum ducta primũ est. Nusquàm na-

Interpretes materiæ chirurgorum.

Laus aliqua Arabum et posterorũ.

Vnde petenda materia.

Naturæ fertilitas ĩ materia chirurgorum.

tura magis luxuriat, nulla in re pariter atque his chirurgiæ opibus ambitiosa est. In quibus tam prolixè numen suum explicat, vt Pronœa illa non tam Epicurea, quod quidam ait, quàm chirurgos fuisse videatur. Plurima quidem ad voluptatem & delicias hominis: omnia verò ad salutem eius & conseruationem chirurgo comparauit. Nam quæcunq; tota rerum facie exposita, quæcunq; cauernis terræ ac visceribus latent, quicquid est aquarum, stirpium, animalium, terra, ignis, maria, chirurgo inseruiunt. In fece rerum & excrementis, in carie, in rebus minimis, obsoleti, ac propè nullis, remedia condita sunt. In re vna multiplex natura vario genere remediorum fœta est. In apicula quàm variè lusit, quàm multas diuitias chirurgo condidit, mella, ceram, metyn, sandaracham, fauos, propolim, quicquid denique locuples illa aluearum respublica continet. Quin & apes ipsas ad auxilia transtulit. Et in homine multa sunt, quæ prosunt homini, ut quocunq; animum aduertas, quocunq; oculos coniicias, remediorum turba sese offerat. In quo summopere probanda est maiorum diligentia, multoq; magis imitanda studia, qui in ea vastitate rerum nihil intentatum, nihil inexpertum reliquerunt: omnia elaborata & summo iure existimata, literis consignarunt, quibus iam perfrui datum est, alienis scilicet bonis. Primum ergo consuetudine, natura, & maiorum historia, infinita nobis materia comparata est, quæ iam deserta ac suppressa iacet, quia neglecta. Satis est capsula pauculis alueis distincta: satis pyxidicula: hic vno atque altero remedio contentus est, quæ scilicet accepit oraculo, nec vlli reuelanda putat. Sed ego sic arbitror, optima esse remedia, quæ plurimis cognita, plurimis probata sunt. Alteri clementa sordent, & quicquid elementare est. Hinc noua elementorum soboles, hinc æther & cœlum ipsum ad remedia exprimenda sunt. Vernaculæ sunt nobis atq; domesticæ, naturæ opes, quibus vulnera coniungas, repurges sordida, sinus impleas & cicatrice tegas, cæteraq; præstes omnia, quę chirurgi opere continentur. Verum

Pronœa chirurgos potius quàm epicurea.

Taxantur nostri homines.

suis

ſuis cuique ſtudiis frui liceat. Nos ex immenſa, omnibusq́; expoſita naturæ ſylua & maiorum hiſtoria, quæ iam publica vel multorum fide conſtent, remedia transferemus. Exhibebimuſq́; rudimentum operis, ſuis quidem lineis deſcriptum, quod alius impleat, informet, ſuis denique numeris abſoluat. Nos ſpeciem aliquam & formã argumenti adumbrabimus, ſecuti Coſmographos, qui totius orbis ambitum anguſta tabula contrahunt. Idem enim condonandum nobis, cum non alios fines imperij, alios materiæ, de qua præſens inſtituta oratio, natura poſuerit. Genera quædam rerum & præcepta artis primũ explicabimus, vtendi methodum, & leges aliquas inſtituemus, ex quo cenſebitur particularis materia, & formulæ deſcribentur, quas partim ars ipſa reperit, partim optimorum medicorum vſus atque experientia comprobauit. Antidotarium inſcribunt hoc genus argumenti, nulla ratione aut vſu veterum, ſed, vt fuit annorum licentia, è Græca voce Latina analogia nomen detorſerũt. Multa nobis, plurima aliis reliquimus, ne volumen, quod quinque libris Ioannis Tagaultij, & hoc de materia chirurgica commentario cogendum erat, in maiorem molem accreſceret: deinde non plus operæ hac in re licuit collocare nobis, quàm à quotidianis ſtudiis, ſtataq́; interpretandi cura relictum fuit, idque breuiori tempore, quàm hoc inſtitutum noſtrum breue, quidem, ſed uarium, expoſtulet. Ideoque dignum uenia, ſi contracto ambitu uerborum, preſſaque periodo, quædam deſcribentur. Et in tam numeroſa medelarum turba potior eſt uerborum moderatio, breuibuſq́ue ſententiis res premenda eſt. Adhæc ponimus idoneos eſſe huic doctrinæ, qui iam intincti fuerint præceptis artis, quàm Ioannes Tagaultius ſingulari ingenio atq; incredibili ſtudio informauit. In qua genera morborum diuiſa ſint, circunſcriptæ formę, deſignata indicia, notata præſagia, inſtitutæ leges, ſcriptæ medelæ plurimę: in qua quæcunque collabebantur in diſciplina vetere, conſtituta, quæ uitium fecerant, reformata: tota deniq; ars, quaſi rediuiuo

Argumentum libri explicatur.

Antidotarium.

Laus operis Ioannis Tagaultij.

lapide instaurata est. Vnicam hanc partem operis interceptus negociis in nos transtulit, quam ideo recepimus, ne & publica ratio deseri à nobis, & officium necessitudinis repudiari uideretur. Multa igitur e Græcis, quędam ex aliis transtulimus. Quæ à Guidone, eiusq; nostræ scriptoribus rudius tradita sunt, paulo purius reddere contendimus, etiamsi intelligamus uitia corporum non curari eloquentia. Sed nec barbarismo depelli possunt. Probamus quidem omnem orationem, modo sententiis rerum, quasi suo succo & sanguine condita sit. Melior tamen hæc, si neque neglecta, neque ambitiosa, sed mediocriter culta est. Adde quòd barbarismus ille multas sæpe tenebras rebus attulit, & optima quæque sordescunt plurimis, quæ sordidis, nec ita puris uocibus describuntur. In damnandis quibusdam rebus, authores Græcos adhibui: in remediis ea selegi, quæ præceptis artis congruerent magis, quæque ut res præsto sunt facilius comparentur. Atque hæc præfati, ad institutum opus ueniamus.

De repellentibus. *Cap.* I.

Ἀποκρουστικὰ Græci uocant, quibus & initiis fluxionum, & post initia utendum est, quandiu uidelicet humor affluit: hinc enim phlegmones ortus atque incrementa, hinc uomica, maligna ulcera, febrium dolorumq; causas, alia denique permulta uitia corporum declinamus. Ideoq; principiis obsta. Sed uacuandum prius corpus est, si quidem postulat casus, ac ferè postulat: quia in plethora & cacochymia, rheumatismi plurimum commouentur, quanquàm etiam in mediocri uitio humorum & copia, ubi phlebotomo uel pharmaco natura leuanda est. Idem remedium sæpius innouandum, si quidem metus est, ne cum incaluerit mota, affecta inde pars nimium recalescat. Vis quoque remedii uitio conferenda: Leuius enim pharmacum ut lactuca, in graui ardore frustra est: fortius, qualis est succus e pomo Mandragoræ, liuore inficit, indurat scirrhum, & aliquando ita reprimit, ut in uiscera fluxionis impetus

Vtilitas repell.

Vacuatio.

Modus.

tus rapiatur. Ad consilium adhibenda hæc omnia, natura, situs, figura, sensus, robur partium, humoris copia, qualitas, corpus, uiæ præterea per quas is illabitur. Neque perpetuo satis est infirmo loco repellens auxilium adhiberi: aliquando enim superius collocandum: ut ueluti præmissa manus uias intercipiat, nequid transfluat, ubi uenarum ductus atque coniugia animaduertenda. Cæterum reprimentium natura admodum controuersa est. Arabibus repellunt quæ influxum prohibent, refrenant, crassant, illinunt, oppilant, quę denique robur partium confirmant. In Græcorum libris astringentium materia cum repellentibus ferè commiscetur. Apud Latinos Cor. Cels. scripta reliquit, quæ simul repellant atque refrigerent, & rursus quæ sine frigore repellant. Aurelianus in chronicis alia scribit una astringere atque reprimere, alia astringere quæ non reprimant. Sed utriusque, vt aliquot locis Arabum, in censenda materia non sine vitio est oratio. Iustissima Græcorum sententia, eaq; nobis explicanda est. Repellit perpetuò quod frigidum est: frigidum aliud aqueum natura molli ac soluta, aliud terrenum crassiore materia, quod quia astringit & magis contrahit partes, efficacius reprimit: aut certè solum id efficit, si quidem ab actionis vehementia repellentibus nomen inditum est. Ac certe in rheumatibus præstantissima medicamenta sunt, quæ cum quadam astrictione uehementer siccant ut non mordeant: qualia terrena sunt. Quanquàm & alterum genus, quod aqueum est, utcunque reprimit, & ex æquo frigidum uel terreno frigidius est, ac refrigerio magis conuenit. Verùm præterquàm quòd humor frigore repercutitur, si quidem accesit constringendi uis, quod iam coiit, loco exstringitur, magis etiam si tenue est: & si quid reliquum sit, sæpenumero resiccatur: confirmatur pars, ut sine pharmacorum ope quod posteà influat, posit retundere. Verum hac parte prouidendum, ne quid nimis, ne cutis grauius contrahatur, crassescat humor,

Quæ ad cōsilium adhibenda.

Cōuersa repellentium natura.

Græcorum sententia.

Cautio in astringentibus.

dolor exasperetur, fluxio increscat: grauius deniq; incendium irritetur. Atq; ut initio quidem te iuuisse putes, reliquum tamen & scirrhodes & contumax persistit, quod imposterum ægerrimè discutias. Ac grauior metus, si quid uiscerum infirmius est. Excipit enim celeriter quicquid retunditur: ubi omnia firma sunt, in magnas uenas & uiscera circa periculũ aliquid refluet. Videndũ quoq; ne ultra modum contrahas in materiæ copia, crassitie, uitio, molli uigetoq; sensu corpore, dolore graui pariter & calore. Vbi laxanda potius uia est, ut diffluat calor, ac dolor temperetur: qui ubi cruciat uehementius, ad laxantia & anodyna omninò confugiendum est. Adstringenti simul atq; repellenti auxilio uis efficacior est, si quid tenuium partium uel natura insitum, uel arte commixtum est: modo non mordeat. Iusto enim calore temperari potest, multo magis, si (quod ferè fit) ab infirmitate fluxio, à frigore infirmitas orta est. Pestiferæ materiæ non occurrimus, ubi in superficiem diuertit: sed potius illicimus, atque rapimus ui maiore, si tardius mota resistit. Neque dissimilis ratio est in criticis apostematibus, coxariis, lue uenerea: ubi non repellenda in corpus, sed foras potius materia trahenda est. Iam uerò quę illinunt, oppilant, offarciunt, alias quidem dolorem leniunt, alias acrimoniam hebetant, uiasq; intercipiunt. Ex quibus si uis, reprimant: ac reuera nonnunquã reprimunt, oleum rosaceum, omphacinum, myrtinum, oui candidum, aliaq; id genus. At gummi genera, resina, gluten, farina pistrinalis, gyris tritici, hydræleo, oxelæo, Rhodino, repellente succo, austero uino dissoluto, non tam sponte sua, quàm aduentitia ui reprimunt. Adstringunt calida, folium, casia, cinnamomum, spica, aloe, crocus, cyperus, calamus aromaticus, myrrha, absynthium, marrubium, polium, saluia, centaurium, uina quidem austera, & aromata plurima. Reliqua uerò tum austera, tum acerba in proximũ ordinem referemus. Leniter repellunt aqua, uinum, lactuca, intyba, polygonum, trifolium, auricula muris, lenticula palustris, psyllium, liquor oui, umbilicus ueneris,

Vbi non repellendum.

Oppilantia.

Quæ calida adstringut.

Materia repellentium. Aquea.

semper-

ſemperuiuum, portulaca. In ſumma, quæcunq; frigida aqueo elemento ſoluta ſunt. Omphacium adſtringendo efficax: Solanum ambigit. Hoc potentior rubus eſt immaturo fructu & floribus: mollioribus autem foliis & aſparagus plurimum aquæ continet, ideoq; leuius contrahit. Adſtringunt uitium folia, & capreoli, plantago, ſorborum, cornorum, meſpilorum, piraſtrorum, cydoniorum, myrtorum, ſpinorum fructus & folia, rhodonia, roſarum capita, obeliſci: deinde, ſed minus, ſemina, flores, & folia: oxyacantha mediocriter, malicorum magis, cytinus, balauſtia, rhus, acacia, bolus Armenus, terra ſigillata, quercus, cupreſſi folia, germina, & nuces. Vehementer refrigerant pomi mandragoræ, hyoſcyami & papaueris ſuccus: quæ reliquis interdum temperari poſſunt, ubi acrior inflammatio eſt, ſed prius auferenda, quàm inde partes liuorem ducant. Spongia è frigida expreſſa partim contrahit, fluxum inhibet, diſſipatq; in uiciniam, quod iam coiit. Eodem modo lana ſuccida & ſplenia auſtero uino inſuccata. Magis etiam, ſi aqua prius, galla & ſimilia incoxerint. Vinum aquæ præferendum, & maximè auſterum, ubi reprimendum eſt. In deligationibus faſciæ uino inſuccantur. Acetum repellit, adſtringitq; uehementer. Caphura repellit, & tenuitate partium facilè permeat. Oculus populi ueteribus Græcis calfacit. Repellit gypſum oxycrato maceratum Olei roſacei frequens uſus eſt, ſed ſit ex oleo omphacino, in quo roſę ſæpius mutatæ maduerint. Quod annum ſuperat, exoletum eſt. Oleum omphacinum ſi deſit, recenti oleo & uuæ acerbæ ſucco unà coctis, dum ſuccus omninò exhalauerit, fingito, & ad ignem ſaligno ramo, uel ſimili aſſiduè commoueto. Oleum uerò nec ſit conditum ſale, nec ætate rancidum: in myrtino, melino, lentiſcino, & ſimilibus eadem uitia fugienda ſunt, uetuſtas, rancor, ſalſugo. Maſtichinũ, nardinum, coſtinum, adſtringendo roborant, & calfaciũt. Vitioſum oleum, cùm integrum deſit, tandiu eluatur, dum uirus exuat. Eluatur aqua uel ſimplici, uel roſacea. Deſcriptæ materiæ oleum uim combibet, ſi uel materia

Omphacin. *Rubus.* *Quæ vehemẽter refrigerant.* *Aqua.* *Vinum.* *Acetum.* *Roſaceum.* *Rõ in oleis.* *Olea factitia.*

ipſa, uel ſuccus eius oleo incoquatur. Plantaginem gratia exempli, oleo recenti & pari aqua aut uino coques dum ſolum oleum reliquum ſit. In ardore nimio periculoſus olei uſus eſt, quia calore incenditur & frigit. Expreſſis ſuccis melius utimur in lana ſuccida, panniculis, ac ſpleniis. Portulaca, ſemperuiuum, umbilicus ueneris, ægre ſuccum reddunt: niſi in mortario tritis aliquid omphacii, uel liquoris ſimilis affundatur.

Cautio.

Succorum vſus.

Cataplaſmata & cerota.

Cataplaſmata fiunt farina in ſucco piſta. Ex oleis cerota coeunt, & ſuccis imbuuntur. Remedia neque dura ſint, neque grauia, ne preſſo loco dolores augeant. Ceruſa cichorii ſucco & aceto leniter diluitur. Ceratum à pſyllio, Pſyllii vnc. quatuor in aquæ lib. quatuor macerentur percoquanturq́; , expreſſo ſucco, adde roſacei libram vnam: ceræ vnc. ſex, contra articulorum rheumata. Non abſimile ceratum roſaceum. Duplice vaſe cera cum oleo liquefit: vbi refrixerint, conſperſa aqua commouentur, aqua reiicitur, ſuccus plantaginis affunditur, vt quantum fieri poteſt, abſorbeant. Inflammationes, ſinus, vlcera genitalium quæ ſerpunt, adiuuat. In teneris corporibus idem ceratum coriandri ſuccum imbibat. Coriandrum leniter adſtringit, aliis refrigerat, Galeno calfacit: vtere incrementis. Ceratum myrtinum & melinum magis adſtringunt. Herpatibus, & nimio humore flaccidis vlceribus conuenit, Myrtini lib. vna: ceræ vnc. duæ: pollinis myrtorum vnc. vna. In ceratis vtendum cera, quam adoleſcentior apum populus confecerit: ceram virgineam apiarii nominant, eaq́; è nouis fauis ſeparanda. Alioqui cera alba vtendum erit, non ſponte quidem nata, ſed factitia, qualis olim Tyrrhenica, quia ſuauior eſt, & acrimonia hoc genus remediorum carere debet: ideoq́; præferenda cera è dulci ac diluto melle. In coagulato lacte & inde naſcente inflammatione farina fabacea hydræleo vel rhodino piſta, mammis imponitur. Idem opitulatur teſtibus inflammatis. διὰ χαλκίτεως contra rheumata hoc modo temperari debet: Adipis ſuilli recentis, exemptis fibris vnc.

Cautio.

Ceratum è pſyllio.

Ceratum roſaceum.

E coriãdro.

Cerata magis adſtringentia.

Cera.

vnc.duæ: olei recentis, lithargyri, ana vnc.tres: chalcitidis vnc.dimid. Conficiendum arte medicamentum: vsus tempore, vnc.duas medicamenti, olei rosacei vnc. tres colliquabis: ubi refrixerint, aqua frigida succo portulacæ psyllii, lactucæ, uino austero, ut res postulat, subiges, animaduertens quantum repellendum, adstringendum, refrigerandum, siccandum, leniendum, ut modo rhodini loco myrteum aut melinum misceas: oxycratum hunc uel illum succum aliis præferas. Quod sequitur, exprimit ulceribus quod influxit: & quod influat, repellit. Lithargyri unc.quatuor olei dulcis uel rhodini unc.quatuor: aquæ unc.tres: lithargyrum die uno hydræleo coquitur: difficilius enim illiquescit: teneris corporibus & paruis ulceribus conuenit. Defensiua uocant è boli Armeni parte una, terræ sigillatæ dimidio, rosacei triplo, aceti uel succi repellentis dimid. Liquidis reliqua infriata commiscentur: uel è bolo Armeno liquore oui conleuato: deinde affuso succo è capreolis uitium, aut omphacii. Fasciæ ritè conuolutæ in repellentibus censeri possunt: quales in fracturis, & qui ab ulcere sursum adducuntur: ut adstricta parte, & ita ductis orbibus paulatim laxes. Similiter cum altero membro atrophia intabescente, alterum deligamus. Vincula quoque superioribus partibus iniecta, qua uidelicet materiæ cursus est. Aliquando etiam inferiores illaqueamus, ut cum è cruce exhalat uirus quod uiscera appetat, ex quo & epilepsiæ & syncopæ causa præciditur. Sed in ulceribus plurimum & fracturis, uias laqueo comprehendere oportet, ne si quid transfluat, dolor, phlegmonæ, putredo, syderatio, aliaq; id genus concitentur.

De lithar. & hydræl.

Defensiua.

Deligatio.

De attrahentibus. Cap. 2.

Ἑλκτικὰ & ἐπισπαστικὰ Græcis appellata, usu quidem repellentibus conferri possunt, sed natura plurimum dissident calida, tenui substantia, quæq; ui quadam rapiant, quæ in alto corpore posita sunt. Ideoq; uiscera, internumq; corpus exonerant, foras translata materia:

Attrahētiū materia.

Multiplex vsus.

materia:uenena in cutim euocant. Criticos abſceſſus accelerant, deſperatos pleuriticos & fortaſſe attonitos releuant: inguinum tumores amplificant: quodq́; uel peſtiferum, uel nimis uitioſum medio corpore conceptum eſt, aliò pertrahunt. Tabidas ac uelut ſyderatas partes uitæ reſtituunt: perfrigeratas ſpiritu refouent: uitioſam ſaniem exhauriunt, quæ neruis & cuniculoſis ulceribus latet: ſquammas oſſium detrahunt, coxarios iuuant: hydropicos exugunt: paxillos, clauos, ſpinas, ſagittas reuocant: multò magis, ſi locus ulceris periculo inciditur, nec patitur æger anguſtiorem plagam ferro ampliari. Quod in uomicis, ſtrumis, panis, ægilope, oculis, auribus, reliquisq́; partibus altiùs deſedit, eliciunt. Multiplex ergo attrahentium uſus, ſed nihilominus uaria materia eſt. Aliis ea uis à natura inſita eſt: atq; in his modò manifeſta qualitas elementaris: modò occulta quædam proprietas & naturæ familiaritas attrahit. Aliud genus hoc habet aduētitia qualitatum ex putredine contracta acrimonia. Calor Galeno omninò attrahit, ſed quod attrahit, non protinus calidum eſt. Aphrodiſæus aliud ſenſit. Attrahunt cucurbitulæ, ſanguiſugæ, pyulcus, ſuctus, dolor, uincula, frictio, cauteria. In attrahentium uſu aliquando quod fuerit attractum, corpore excludimus: ſed hic modus eſt, ne cum uitio partem frugi materiæ eripias. Nonnunquam tantùm attrahimus, nō etiam diſcutimus: ut quum in partem emortuam calor & ſpiritus attrahitur. Argenti ſpumam, ceram, reſinam picem, oleum, epiſpaſticis ueteres miſcuerunt, ut & temperarent, & magis emplaſticum pharmacum efficerēt. Quidam etiam adſtringente materia obtundi uoluerunt. In primò genere ſunt dictamnus, propolis, ceram uirgineam uertit Scribonius. Rudis eſt & craſſa materia in apū officinis, nondum cera: odore graui, ut qua pro galbano ueteres uterentur. Ea mellatione uerna, ſeparari poteſt fauorum pars quæ cellas obſtipat. Sed iam exemptis fauis, poſteaquam mella diffluxerunt, quicquid eſt in fauis, unà confundunt, ut nihil ſyncerum haberi poſſit. Magna uerò ſyncerae propoleos uirtus eſt: ſpiritus craſſos & uitio-

Differentia attrahētiū.

Quæ miſcenda attrahentibus.

Particularis materia.

Propolis.

tiosam materiam ex alto elicit. Recens per se satis est mollis & pinguis. Sic in puncto neruo agricolæ Galenus usus est: quæ ætate induruit, oleo ueteri molliri debet. In mollioribus corporibus oleo illiquatur. In duris lacte multo tithymalli: cum terebinthina satis attrahit.

Thapsia recens utilis: bimula & uetustior exolescit. Cerato misceri solet: quæ quia ut uiscum plurimum aquę continet, quatuor & quinq; horas insistere oportet. Radix arundinis cum melle. Sagapenum, galbanum, ammoniacum, opopanax, calx uiua, cinis è fece uini uel aceti, quæ loco nitri est, struthion, aristolochia longa, quæ & spicula, & squammas extrahit, lepidum, sinapi, nasturtiũ, tithymallus, dracontium, pyrethrum, ramunculus, sales, tum qui edi possunt, tum ammoniaci. Quædam infriata affricantur, aut gummi & resinis concorporantur. Lixiuium in subtili calidaq; materia extillatum: ex eadem cinis Anemonæ, calamintha, narcissi radix, cyclaminus. Sparthi quo uites alligant fructus, & è foliis succus. Acetum, sed hoc suspectum, ubi siccitas, dolor, inflammatio, ulcus, adstrictio, & à neruis dolor est. Cantharides ex polenta & melle pistę. Medullæ & adipes ætate acrimoniam contrahunt: ursinus adeps, hyeminus, pardalinus, leoninus, & alii, sed hi maximè. In alopeciis & profluuiis capillorum uitium discutiunt, attrahuntq; quod ad capillitium utile sit. Oleo & oleæ flore, tela sibi refrigere elephantos, testis est Aelianus. uetus sit oleum tenue & calidum. Sulphur infriatum melle, oleo, terebinthina, saliua hominis, axungia. Idem in œnostagmate feruefit dum enatet lentor quidam (oleum appellant) quem cõcha excipere oportet aliquoties commutanda aqua, dum satis olei collectum sit, quo demersum corpore hydrargyron foras elici uoluerunt statim illito à balneis. Euphorbiũ recens acrius est: bimum trimumq; paulatim remittitur: quinto & sexto anno exolescit. Cerato temperatur, quod uel decuplum uel duodecuplum oleum habeat, & triplã ceram. Modus est ut tantùm erubescat locus, & pruriat, non uratur, nec ulcus contrahat, nisi & hoc etiã necesse sit.

Thapsia & viscum.

Loco nitri fex cremata vini vel aceti.

Acetum.

Medulla & adeps.

Oleum.

Sulphur.

Euphorbiũ.

Modus euphorbij & similium.

Cerato

Cerato largiore dilui poteſt quod eſt acrius: quod uerò languidius pharmacum, aucto euphorbio, cerato imminuto augeri debet. Eadem lex in reliquis eiuſmodi ſeruanda eſt. Ardor affuſa aqua, aceto (quod uim thapſiæ efficaciſſimè diluit) ceruſa è rhodoſtagmatæ lota extinguitur. Succus cyrenaicus medicus, opobalſamum & alia, quę partim exoleta ſunt, partim uſui eſſe poſſunt, ex 3. de comp. pharmacorum κατὰ γένη, & aliis Grecorum libris repetēda.

Quæ trahūt aduentitio calore.

Aduentitio calore trahunt, fermentum, ſtercus anſerinum, gallinaceum, columbinum, arietinum, humanum, & quæcunq; talia ſunt.

Mendicus lue venerea curatus.

Scatebat quidā è grege mendicabulorum lue uenerea: aliquot diebus uniuerſum corpus equino fimo obruit, ut tantū eſſet qua reſpiraret. Erat ſtercus ſtabulariū, equino lotio ſæpius perfuſum, quòdq; iam computruerat. Effecit ille hac arte, ut totū uirus exprimeret: addidit aliquoties enchriſton ex axungia, larigna, & hydrargyro. Nec alia uitæ lex ſeruata eſt, quàm mantica offerebat: atq; his remediis curatus eſt.

Fermentū.

Fermentum oleo incoquitur: fundit, liquat, ſurculos trahit, pedes contuſos ſanat, mollit, diſcutit. Axungia ueteri, larigna, terebinthina & reſinis liquidis piſtum efficaciſsimum eſt. Aliàs cum cepa cocta ſubigitur: coquit, trahit, diſcutit, aperit.

Coagulum.

Coagulum quo uetuſtius, eo efficacius. Ex echino animalium (quæ πολύκοιλα) lepore & uitulo marino colligitur. Lac eſt in lactentium animaliū uentriculo uel omaſo ita concoctum. Ariſtoteles ad alui profluuia utile facit magis leporinum: equinum Dioſc. Arabes & quidam è Græcis aſtringens frigidum, ac reprimens auxiliū faciūt. Alii acrimoniam elementis, reliqua occultæ qualitati attribuunt.

Quæ qualitate occulta.

Hoc certo habet, quòd diſſipata cogit, & coacta diſſoluit. Magnes ferrū attrahit: repellit Theamenes. Succinū illicit feſtucas ignorata ui. Cācer fluuiatilis tritus tela extrahit. Lacertæ caput: rana ſummis partibus reſectis.

Cochlea.

Cochlearum & limachum carnes, aliàs per ſe, aliàs cum ſuis uolutis tritæ, ac mixto interdum coagulo, tela rapiunt, atq; hydropicis aquam exugunt: non prius ſoluere oportet, quàm totus humor exudauerit.

Oſtrea

Ostrea uiua pestiferos bubones loco transferunt, & ad se trahunt. Scorpio tritus & impositus, quod infixit uirus, retrahit. Oleum quid ex eo fit, idem efficit, & calculos educit illitum glandi, si in cole restiterint: uel pubi, ac perinæo, si superius inhæserint. Cucurbitula summa ui rapit. Hirudines superficiem sugunt. Pus, urinas, calculos, suctus elicit ore mundo ac prius loto fit, qui exugit. Pyulcus, catheter iisdem utilia sunt: uincula, frictio, phœnygmus, dropax, sinapismus, ferrum candens, uel admotum, uel impressum, calore trahunt. Sed hoc uiolentum remedium est. Verum quæ non sanant pharmaca, sanat ferrum: quæ nec ferrum, sanat ignis: quod Hippocratem in Aphorismis scripsisse uolunt. Mixta remedia sunt theriaca. Psoricũ dupla chalcite & lithargyro, aut æquis partibus cadmiæ & chalciteos: uel duabus chalciteos, & tribus cadmiæ: fortius est quod cadmiam, quàm quod lithargyrum recipit; minus acre locis metallicis. Ex acerrimo aceto trita & fictili clausa sepeliuntur fimo. Hac arte macerata, triplo, duploue cerato excipiuntur. Ceratum sesquialtera ratione dupla, tripla olei, ad ceram conficitur. Ea metallicorum cura pharmaca tenuiora fiunt, facilius penetrant, & inde trahunt. Oleum sit uetus, ricininum, sinapinum, sicyonium. Raphaninum, è terebinthina, larigna, strobilina, pinea, picea, abietina, arte chymica si uis distillatum; quæ resinæ etiam è profundo trahunt, sed in primis terebinthina, deinde strobilina; in quibus non modo calor, sed tenuitas partium in attrahendo spectari debet. Formulę sunt. Cerati unc. quatuor; terebinthinæ unc. dimid. liquatis immisce puluisculi, euphorbii drach. tres. Interioris fermenti unc. una; terebinthinæ liquidæ, unc. una; concorporata plurimum ualent in punctis neruis. Propoleos acris & pinguis (nam cera uirginea abutendum non est) unc. duæ; olei ueteris unc. quatuor; galbani unc. dimid. coeant ad ignem. Picis liquidæ, picis aridæ, propoleos, partes æquales lithargyri, cerussæ, salis, ana drach. decem, seorsum tusa, & cum olei unc. tribus in mortario pista, ad ignẽ diu uersentur, paulatimq́;

Ostrea uiua
Scorpio.
Aph. Hipp.
Psoricum.
Quomodo tenuiora metallica.
Olea cõmoda.
Resinæ & inde olea.
Formula ex Gal. Orib. Aet.

paulatimq; decoquantur. Lithargyri,cerusæ,nitri,ceræ Colophoniæ,ammoniaci, ana vnc.una: olei ueteris unc. sex: reliqua unciis sex lixiuii ficulnei dum non inquinent, concoquuntur. Deinde cera Colophonia, ammoniacum, deinceps quidem ac paulatim adiiciantur.

Relatum ad Andromachum.

Nucleorum è dactylis crematorum, nitri rubri, salis ammoniaci,uel gemmæ,aristolochiæ rotundæ,radicis cucumeris agrestis,terebinthinæ ana drach.uiginti: piperis nigri & albi,ammoniaci,amomi, xylobalsami, myrrhæ, resinæ siccæ, capitum lacertæ, lactei succi mori, ceræ, ana drach.decem: adipis caprini drach.quindecim: olei irini quod sufficit ad emplastrum. Vix parari potest,nisi ad uocata ἀντιβαλλόμενα cõfugias.Quod sequitur admirãdum ad strumas,ramicem gutturis,parotidas,omnem duritiem,& œdemata. Cupressi folia neq; teneriora, neq; duriora in puluerem cõminues:tortiuo uino consperges, atq; ita uoluta bis,dum in fecis corpus coeant. Inde struma uel ramex inducitur,tertio primũ die soluitur medicamentum:contractum locum inuenies,qui digitis exprimi debet. Rursus ad tres dies idem pharmacum applicabis,eodemq; modo solues & exprimes: septimo die,uel ad summum nono, strumæ uelut miraculo abolebuntur.

Necepsonis è cupresso.

Exugit hoc saniem per poros affectę partis. Olei antiqui unc.uiginti duæ:ceræ albæ unc.quindecim:nitri uel salis torrefacti,aut fecis crematæ uini unc.tres:terebinth.unc. duodecim: lixiuii querni, uel ficulnei unc.octodecim: cera cum oleo liquatur:terebinthina adiicitur, refrigeratis nitrum cõspergitur, lixiuium paulatim affunditur:omnia pistillo conuoluuntur. Plurima ex tertio & sexto de cõpositione pharmacorum κατὰ γένη & 13. Aet.repetẽda. De sinapismo, dropace, phœnygmo, & aliis alio loco. Addunt Apostolicon Nicolai,Oxycroceum, & alia.

De resoluentibus. *Cap.* 3.

INcrementis rheumatum discutiens materia cum repellente misceri debet. Inclinante uitio diaphoretica pura sint, & horum unicum fortasse genus est: sed clarior doctrina fuerit, si duplici differentia separemus, ut alia quidem

quidẽ leuiora, q̃ ἀραιωτικὰ: alia fortiora, quæ διαφορητικὰ si uis, appelles. Aræotica mediæ naturæ uicina sunt eo calore, quẽ humiditas temperet: ex quo minimè siccant, dolorem leniunt, relaxant cutem, spiramenta corporis rarefaciunt, tenuitate partium intrò penetrant, quodq; inhæsit parti, liquefaciunt: hinc ex humore uapor fit, qui subinde expirat, dum omnino locus detumeat. Et adhuc quidem satisfaciũt, ubi tumor in superficiem exponitur. Locusq; mollis est ac rarus, materia uerò calida, humida, & tenuis est. Quòd si in alto corpore humor deponitur: si idem frigidus, crassus, glutinosus: si dura densaq; cutis: si uerò longitudo quædam est flexus & anfractus, iam ui maiore opus est, uidendumq; non quale in præsentia, sed quale futurum sit medicamentũ, quum eo peruenerit. Ex quo nec acribus quidẽ parcendum erit. Etenim pars exterior perferet, quæ ægra dolensq; tolerare non potest. Maiora uerò remedia in diaphoreticis numerentur, iam uicina epispasticis: quamquàm utraq; uirtus euocandi atq; digerendi plurimis rebus insita est: sed ut in unoquoq; uis altera superat, ita genera distincta sunt. In hepate, liene, uentriculo, atq; id genus partibus, à relaxantibus metus est ne dissoluant uires: ideoq; adstringens materia, qualis est aromatũ, misceri debet. Frigida crassaq; materia, incidente auxilio prius comparanda. Mollienda quoq; ubi durior concreuit, ex quo à leuioribus ad maiora remedia gradus paulatim fiat, ut sine periculo discutias. Alioqui difflabit tenue, lapidescet quod crassius est. Cum parte stupida, durius: cum ea quæ uegetius sentit, clementius agendum est: quanquàm stupore partis abutendũ non est, ut ea imperies, quæ exulcerent. Sic enim sensile corpus intabescet: contrahetur, nõ rarescet: cogetur materia, non liquescet: horror, dolor fluxiõ irritabitur: dehiscent uenæ, omnia in deterius cõmutabuntur: multo magis si pharmaca crassiore constent materia, & siccent. In phlegmone quæ vetus est, videndum nunquid affluat: id ferè accidit tumoribus qui inueterascunt, ubi medela quæ reprimat, commiscenda est.

Consilia in vsu resoluentium.

Cautio.

Ab acrioribus quũ contingat.

Posteaquàm

Posteaquàm uerò subsedit tumor, ac nihil quod exhalet reliquum est, cõfirmanda pars, quæ longo uitio elanguit, multò magis si statis periodis, rheumatismo uexari solet.

Particularis materia. Aræotica sunt, chamæmelum, lini semen: in maluis efficacissima, althæa: sequitur agrestis, domesticæ uis nimio humore elanguit. Aqua calida utitur Hippocrates in fracturarum exolutione, quam uocat ἐπίλυσιν: uinum exiccat, reprimit, & digerit: lana sordida bene carminata inebriata uino, & inde pressa: ceratum similiter. Butyrum digerit, mollium corporum parotidas, bubonas, oris phlegmonas, aliaq; innumera, ut per se satis esse possit.

Olea. *Oleum liliorum cũ croco.* Oleum dulce, calens, & in quo illa efferbuerint. Sicyonium è foliis, fructu & radice cucumeris agrestis. Crinelæon intinctum croco, omnes inflammationes discutit. Oleum carynon efficacius è rancidis.

Nux rancida. Nux rancida per se, uel cum melle trita efficacissimè suggillata rapit, inuritur, aut candente ferro premitur, ut reddat oleum, quod optimè discutiat. Omne oleum concalfactum igne, quale est lucernarum, uel ignito ferro extortum, efficacius est. Oleum uetus, ricininum, canabinum, anethinum, quod è rosmarino, maiorana, zambace, leucoio, hyssopo, aliisq; eiusmodi œnelæo coctis, dum omnino expiret uinum. Rhaphaninum, sinapinum, melanthinon, terebinthinum, hypericinon, potenter digerunt. E radice bryoniæ, & uocati sigilli Mariæ, cnico, grano gnidio, hydropicis & œdematis olea comparantur. E galbano, hammoniaca, & similibus quæ molliant ac digerant. E dauco, caro, cumino, ruta, ut flatus excutias, cui galbanarinum utile est. Si quid incidendum, detergendumve, aliquid aceti uel oxymelitis affundi potest, quo tempore absynthium, polium, centaurium, iris, aristolochia, gentiana, urtica, hyssopus, & similia œnelæo incoquantur. Hic uinum melius non adstringens, giluum, tenue & odorum. In phymatibus & parotidibus duriorum corporum talia ex usu sunt. Brassica per se, uel cum axungia trita, induratas phlegmonas & uetera erysipelata discutit. Adipe & medullis recentibus laxando, ueteribus discutiendo utendum est. Masticho, furunculis:

furunculis: Ammoniacum & ſimilia chœradibus & articulorum tophis conueniunt. Fermentum oleo piſtum, & cũ cocta cæpa mixtum, potenter coquit, mollit, ac digerit. Pellibus animalium recens detractis, in contuſis uerberumq; plagis uti conuenit. Fœnum græcum duris phlegmonis adhibendum. Acetum achoribus & œdematis utile eſt. Agrippa concalfacto aceto pedes immerſit, unde intolerabili pedũ cruciatu liberatus eſt. Oxycrato quoq; tepido & oxymeliti uis ineſt diſcutiendi. Mel in diaphoreticis cenſetur, magis etiam quod roremarino & ſimilibus conditum eſt. Butyrum mollit ac digerit, tenellorum corporum parotidas, bubonas, oris phlegmonas, aliaq; innumera, in quibus per ſe ſatis eſſe poſſit. Melius eſt initio in aqua roſacea lotum, & modico intinctum croco. cõditum melle coquet, detergebit & digeret. Oleum dulce, calẽs, & in quo diaphoretica coxerunt ſpondylium, ſerpillum, paſtinaca, pulegium, calamyntha, menta, & ſimilia, quo genere olei utendum erit in craſſiore materia, & ubi robur partium firmandum eſt. Sicyonium è foliis, fructu & radice cucumeris agreſtis multum digerit, ac ferè loco ueteris uſurpatur. Vix enim reperias uetus, quale olim tricenarium, quadragenarium & eo antiquius ſeruabatur. Lirinum intinctum croco omnes inflammationes diſcutit. Caryinon efficacius è nucibus rancidis, & in hoc genere efficaciſſimum, quod in lucernarum ellychniis cõcaluit, quo gangrenas, ęgilopas, carbunculos quidam perſanant. Nux rancida per ſe efficaciſſimè ſugillata delet, leuiter exuritur flamma, aut candenti ferro exprimitur, ut reddat oleum, quod efficaciſſimè diſcutiat. Omne oleum concalfactum igne, quale eſt in ampullis lucernarum, uel ignito ferro extortũ, efficacius eſt. Ex quo feruefacto nouo olei dulci pro ueteri uti licebit. E tritico & nuce quam nuſcatam uocant, contra lichenas candentibus laminis exſtringitur. Ex aſſis ouis premente cochleario, in figulari ſartagine concalfacta igne, quæ plumbo uel uitro incruſtata ſit, contra impetigines, lentigines, & fœdas maculas oris. Alia quoque propè infinita, quorum conficiendi ratio à

Acetum. *Agrippa aceto liberatus.* *Mel.* *Butyrum.* *Olea.* *Sicyonium.* *Oleum è liliis.* *Caryinon.* *Nux rancida.* *Oleũ lucernarium & extortũ candenti ferro.* *Oleum è tritico.* *Ex ouis.*

Olea alia magis digerentia.

Mesue & aliis descripta est. Oleum uetus, ricinum, canabinum, anethinum quodque è roremarino, maiorana, zãbuco, leucoio, hyssopo aliisque eiusmodi conficitur.

Efficaciora prioribus.

Aqua & oleo, uel hoc & uino materia incoquitur, dum omnino expiret humor, & oleum reliquum sit. Rhaphaninum, melantinum, sinapinum, terebinthinum è resinis pressum potenter digerunt. Hypericinum mollius est.

Efficacissima.

E radice bryoniæ & uocato sigillo mariæ, cnico, grano gnidio, hermodactylis, anacardiis, arida uini fece, calce, hydropicis & œdematis. E galbano, ammoniaco & similibus quæ molliant simul ac digerant, è dauco, caro, ruta, cumino, lauro, ut flatus discutias, cui rei & iuniperinum & galbanarium utile est. E sambuco & ebulo iuuat hydropicos, œdemata, podagricos.

Vt mollias.
Contra flatus.
E sambuco & ebulo.
Vbi incidẽdum & detergẽdum.

Si quid incidendum atque detergendum, aliquid aceti uel oxymelitis affundi potest, qua in re absynthium polium, centauriũ, iris, enula, gentiana, aristolochia, urtica, hyssopus & similia œnelęo incoquantur.

Vinum quale.

hic uinum melius, non astringens, ætate uetus, colore giluum, tenue & odorum. In phymatibus, buboribus, parotidibus duriorum corporum talia ex usu sunt.

E maiorana.

Ac bubonibus peculiariter è maiorana factum.

E chamæpyti.

Chamępytis in oleo cocta mammarum duritias discutit, & articulorum uitia adiuuat. Cypero utendum, ubi resoluendum & leniter astringendum, cui rei olea croco intingantur: idque curandum magis in uiscerum causis, & quum iam propè nullę reliquiæ sunt tumoris, & hic totus ferè euanuit.

Brassica.

Brassica per se uel cum axungia trita induratis phlegmonis & erysipilatibus idonea est. Affectas partes oleo fouebis: materiam tusam, in cataplasmate foto prius loco fasciis alligabis.

Adeps & medullæ.

Adipe & medullis recentibus quidẽ laxando, ueteribus discutiendo utendum erit. Sed de his alio loco.

Mastiche, ammoniacum, &c.

Mastiche, furũculus ammoniacũ & similia chœradibus & articulorum tophis cõueniunt.

Mulsa.

Mulsa prodest, in qua hyssopus, thymus oryganũ & similia coxerint.

E fermento & æpa.

Fermentum oleo pistum & cum cæpa cocta tusum potenter coquit, mollit ac digerit. Pellibus animalium recens detractis in contusis, præcipitatis, uerberumq; plagis uti cõuenit.

uenit. Fœnũgręcũ oleo coctũ duris flãmationibus adhibẽdũ. Caricæ acres, incoctæ mulsę idẽ præstare possunt. Pinguibus aũt ut coquas, lenias, & leniter digeres, utendum est. Mirum est qđ affirmãt, Coluber fluuiatilis funiculo à cauda pręligatus suspendit, subiecto uase aqua pleno, in qđ dehiscat, ore aliquot post horis uel diebus lapidẽ eructat, qui exceptus uase qđ subiacet, totã aquã ebibat. Alligat lapis hydropicorum uentri, atq; in totũ exausta aqua liberat. Fomẽta fiunt è mulsa, aqua calida, uino, hydreleo, exymelite, in quib. si uis, digerẽs pharmacum pręcoxerit. Sacculi similiter è florib. anethi, meliloti, chamæmeli, rorisinarini, calẽdulæ, maluæ, altheæ, seminibus lini, fœnugræci, furfure, aliamq; id genus materia infarciuntur. In fomentis ex eodem genere remediorum incalescunt, atq; inde succum rapiunt, exprimuntur, & calidi adhibentur, ut leniant, coquant, laxent, discutiant. E materia sedulò contusa, laxior sacculus & leuior esse debet, ne quid grauitate lædãt, & exasperent, idq; multò maximè in molli parte, & ubi dolor est. Modus est quum inde quiescit dolor & minuitur moles. Nimiũ est si quod resoluas in pus uertitur, quod discutias in scirrhum cogitur, si deniq; robur partis immoderato usu dissoluitur. Cerata simplicia oleo minus digerunt, sed firmius hærent. E cera fulua, triplo, uel quadruplo oleo digerente: decima uel duodecima resinæ parte, & reliqua materia quæ digerat infinita cerata cõficies. In superficiali uitio & materia tenui fotus ex oleo satis esse potest: ubi contumacior humor est, & altius latet, non modò ceratis crassioribus, sed malagmatis & emplastris uti oportebit. Idq; plurimum fit in querelis articulorũ, ubi ĩ ceratis, acopis, malagmatibus, emplastris seligenda olea quæ conueniant, qualia & antè multa notata sunt, & nunc dicentur. E resinosis seminibus & assulis abietis, pini, piceæ, tenax & unguinosum oleum elicitur. Conueniente oleo & uino erinaceus coquitur dũ putrescat, putrilago capta rariore linteo in ollam, quę reliquum oleum habet, magno conatu extinguitur, & oleo mista articularibus uitiis seruatur. Idem è uulpe, lutra, meli,

Pelles animalium recèns detractæ.

Caricæ.

Mirum de lapide colubri.

Fomenta.

Sacculi.

Cerata.

Olea arthritica.

Oleum ex erinaceis.

 cygno-

cygnorum pullis,testudine,ranis,caro ueteri & emascula to fieri potest. Quę animalia digerentia materia si uis,infarcias, & ita coquas. Possunt etiam eo modo farta & in ueru fixa exassari. Excipitur pingue quod diffluat. Lignũ sanctum pingue ac succosum,non obductum situ, aut cariosum in fragméta diuides, ut inde hac arte exprimatur

Oleum è ligno sancto.

oleum, qua & ex aliorum lignorum assulis ac ramétis omniq; materia, in qua sit pingue aliquid & unguinosum olea deducas. Duas figulares ollas satis amplas, quæ interiore uentre plumbo uel uitro inductæ sint,ita compa-

Ars deducendi olei è rebus pinguibus.

rabis,ut utræq; ore respondeant, & planis labris nõ prominentibus, neq; rotundis exactè cõmitti possint. Atq; conueniet alterius uasis margines intro proiici,easq; rectas,non decliues,non elatas: his ergo marginibus craticula ænea uel reticulũ incumbat. Erit hoc ad escariæ lancis imaginem conformatum, & conuexo gibbo deorsum spectabit,caua parte uertetur sursum, extremo ambitu,rotundo,rectis labris uasis quæ intro prominent, insidebit. Assulæ lignorũ ita struentur,ut craticulæ marginibus extrema parte nixę quasi parallelos fingant: ac rursus aliæ transuerso,aliæ in decussem superdabuntur, & ita attolletur materiæ moles. Alterum uas quod est reliquum, ore & labris,subiecti uasis marginibus aptabitur: utrunq; argilla uel chymicorum luto compingetur. Ita cõpositis fictilibus reticulo & assulis,totum uas inferius terra defodi debet,ut extrema facie solo adæquetur. Alioqui ædificium aliquod luto,calce, gypso & tegulis extruendum in ambitu iusto pede latum area æquabili,in cuius meditullio quasi labellum sit,quod deorsum hiet,in quod uas inferius deponi possit. Atq; tam cauum sit, quantum uideli cet altitudo uasis est. In area ædificii, mollis ignis è puro carbone paulatim succenditur,unde superior olla quæ tota extra fornacem eminet, concalescat, & ex eo materia quæ intus latet,exudabit liquor pinguis, qui per craticulæ meatus in uas subiectum diffluet, isq; sedulo colligendus & usui seruandus est. At ignem paulatim augeri necesse est, qui ubi senescere uideatur, noua iniecta pruna

foueri

foueri debet. Qua ratione ueteres capnifton fuũ exprimebant. Et lini femine oleum trufatili mola exprimitur, cũ farmentitio lixiuio fubigitur, modicum terebinthinæ ad lentorem additur: mollit, lenit, digerit. Panis cibarius cõditus fale è ricinino pinfitur, fugillata delet. Cataplafmata è farina fabacea, hordeacea, e panico, milio, lupino, orobo, cicere, folio, fœnugræco, lini femine: in putrefcentibus & contufis ex oxymelite & lixiuio, in aliis ex oleo farinæ fubiguntur. In putrefcenti articulo contufoq; neruo circa initia fabacea & hordeacea ex lixiuio: poftea eruina ex eodem Galenus ufus eft. Aliquando etiam contufis fimul & uulneratis neruis fabaceam oxymelite iunctam ufurpauit. In cataplafmatis quæ difcutiant aliquid mifceri conuenit, ut ne lentore offarciant, multo magis fi quid peftilens ac malignum, ut in bubonibus & carbunculis peftilentibus, ex quo Gal. puriores panes in carbunculis reiicit. Orobi farina diluto oxycrato cocta, & in calido cataplafmate adhibita craffa uifcidaq; fecat & difcutit. Eodẽ modo ufurpatur è lupinis, ciceribus & lolio: mitior eft fœnugræco & linofpermate. Miliũ ægrè infriatur, & cataplafma fingit, atq; hoc ut panico ficcando magis quàm digerẽdo utẽdum eft: utrunq; refrigerat, & in oleo coctum difcutiẽdo leniter facit. Cataplafmatibus mifcentur puluifculi è fpica, uocata lauandula, chamæmelo, meliloto & aliis. Modus ferè eft, ut farina ad puluifculos dupla fit, quanquàm & tripla & quadrupla, æqualis etiã, ut corpus & uitium exigit: Fauos mellis è uino friges cum farina loliacea uel fimili, butyro & terebinthina uel larigna fubiges. Bdellium cum melle teritur. Calx cum ueteri axungia: Laferpitium cum fulphure, molliunt, tergẽt, difcutiunt. In durioribus phlegmonis fales cõmifcentur. Aftringunt marini & digerunt, fed uftura tenuiora fiunt, & uim aftringendi deponunt. Cineribus oftreorum, buccinorum, crematis cochlearum cauis & teftulis pectunculorum utimur inueteratis in fcirrhum uergentibus inflammationibus & parotidibus, triplo butyro, œfypo, adipe concorporantur, cera interdum addita, aut in ceratis ad-

E lini oleo & lixiuio.

Cataplafmata.

Farina.

Sales.

Cineres diaphoretici.

hibentur, quale fuerit butyri, œsypi, ceræ, cinerum ostreorum ana semuncia. Eodem modo salibus, sulphure, pyrethro, cardamomo & aliis id genus uti oportebit: uel caricis in marina coctis tusisque ea commiscenda. Caprillum stercus ex aceto tusum inueteratas parotidas discutit. Sed his omnibus utendum iam sedatis doloribus & quieto fluxu, satis demq; purgatis corporibus. Sulphur cũ oleo ueteri, axungia, molli terebinthina, saliua mistum, uel in vrina & lixiuio maceratum uenenatis morsibus conuenit terget, attrahit, discutit, nonnunquam aceto prius cõspergitur. Calx lota in recenti axungia tenellis corporibus adhibetur. Lapis calaminaris & quęcunq; metallica acria sunt, vsta discutiunt, cruda mordicant. Sinapismus vulgaris discutit. Sapo soluitur oleo. Sed acribus nõ utendum, si quid doloris & caloris reliquum est. Ac tumoribus qui in scirrhum abeant adhibentur. Mane & vespere commutãtur, videndumq;, vt ne nimium calfaciãt, diachalciteos neq; uino, neq; astringente succo pistum subduplo oleo ueteri, ricinino, raphanino diluitur, ut sit liquidi cerati corpus. Atque aliquando modum olei superare oportet, vt sint pharmaci drach. 10. olei duodecim. In teneris corporibus & lacunis ulcerum oleum paulò uincere melius est. In uigore & ante declinationem oleo dulci ætate medio dissoluitur: in declinatione uetus oleum idoneum est. In cõtumaci uitio & minus calente olei chamęmeli vnc. 3. ceræ drach. 3. adipis anatis & gallinæ ana unc. 1. chamæmeli & anethi ana drach. 2. omnia lento igne cocta percolentur, ut fiat unguentum. Al. Olei sicyonii unc. 3. cerę drach. 2. In frigidiore materia seminis fęniculi, anisi, anethi ana drach. 2. farinæ lupinorum, farinarum fęnugræci & seminis lini ana unc. 1. coquuntur uino, contunduntur affuso oxeleo, & ita applicantur. Papaueris cornuti folia, propoli pingui, uel pice molli strumas, bubonas, & similia emolliunt atque discutiunt. Loco propoleos pice liquida uel arida sed soluta oleo discutiat, uti licebit. Aliud. Colophoniæ lib. 1. ceræ sesquilibram, olei lib. 3. simul liquatis addito salis torrefacti subtilissimè triti an. 6. ubi

Caprillum stercus. *Sulphur.* *In contumaci uitio.* *Aliud.* *In frigida materia.* *Loco propoleos.* *Pus exũgẽs.*

6.ubi refrixerint manibus cõuoluito,cylindros quas Grę ci uocãt magdalias,noſtri mágdaleone,fingito:in uſu alutæ intendito, & adhibitum dolenti loco ſinito: pus exugit emulgetq́; quaſi miraculo: quod cum emplaſtro hærens deraſeris,deintegro pharmacum induces, idq́; aliquoties repetendum. Medicamẽtum hoc durius dolor nõ ſuſtinet. Idem pręſtat picis aridæ, ceræ nouæ ana lib. 1. olei lib. 2. blando igne fuſa coniungantur. Al. Picis,ceræ nouę,axungię,ſuillæ,ſaponis nigri ana unc. 2. liquata trã ſcolato, hydropiſmos uacuat, & dothienibus medetur. Al. quod uehementer diſcutit,galbani, caſtorei ana unc. 1. liquefiant in olei ricinini ſeſquilibra,expreſſo & colato pharmaco adde picis terebin. ana unc. 4. cerę quod ſufficit,ut fiat ſolidum pharmacum. Hæc autem pertinacibus uitiis & induratis phlegmonis imperanda ſunt, in quibus eſt quod molliat,coquat,trahat,diſcutiat. Inflammationum reliquiis ſiquidem nihil durum habeant, ſatis ſunt chalaſtica. Rhodiacum Aſclepiadis curans & diſcutiens mammas induratas. Lithargyri, ceræ amaræ ana ſe. librã,axungiæ bene purgatę,ceruſæ ana uncias tres,myrrhæ uncias duas olei uncias ſeptem. Lythargirus oleo coquitur,axungia colliquatur,& cera,ex quo ceruſa immittitur, ſublatis igne myrrha inſpergitur: tranſlatis omnibus in mortarium uitellus oui aſſatus commiſcetur, uſus tempore conueniente oleo diluitur. In ſedis uiliis rhodino uel myrtino diſſoluendum eſt. Plura. 6. & 7. de compoſitione medicamẽtorum cata geni, & 15. Aet. Et quæ uehementer trahunt diaphoretica redduntur cerato, dulci oleo,uel adipe,ac breuiter paregoricis temperata & mediæ naturæ medicamentis. Partem chalaſticis fouebis, quæ relaxent,& ſpiracula rarefaciant,fundantq́; materiã ex quo diaphoreticon induces,liquidum quidem & molle initiis ubi dolor aliquis eſt: lenius etiam [?] ſiſtenti pharmaco miſſum,atque hinc ad paulo fortiora, nec tam liquida tranſeatur. Poſtremò ut miteſcit dolor, & fluxio minor eſt,ita ad efficaciſſima, ſi fuerit opus, & emplaſtri forma compacta paulatim ueniatur.

Id præſtãs. Ad hydropiſmos & dothienas. Vehemẽter diſcutiens. Chalaſticis quãdo utendum ſolis. Aſclepiadis mammis & ſedi conueniens. Ratio utẽdi

De mollientibus. Cap. 4.

Malactica qua. MAlactica sunt quæ modicè calida nulla ui ficcandi uel humectandi manifesta indurata corpora emollunt, quanquã ut omnia ferè multiplici natura coierunt, in malacticis censentur plurima, quæ primo ordine calfaciãt, secundo siccent ac tertio. Sed qua malactica sunt, humido calidoq; elemento temperari necesse est. Plurimus *Vsus.* usus est in tumoribus quos scirrodis medici appellant. *Scirrhi genera.* Hi in musculorum finibus ferè concrescunt: aliquando in mediis masculis, glandibus, uisceribus, ulcerum labris: ex materia crassa, lenta & frigida, qualis est pituita, & melancholibus succus. Sed è melancholico succo omnino can *Vnde inflãmatio ĩ scirrhũ trãsit.* crosi sunt, & malagmatis exasperantur. Inflammationes in schyrrum cogi contingit, si materia crassa & lenta est, si adhibita pharmaca quæ nimium siccẽt & calfaciant, qualia sunt epispastica & exippotica. Hinc enim tenue exprimitur, reliquum occallescit. Sic enim tophi in articulis, & calculi in renibus lapidescunt. In tenui serosaq; materia non ita metuitur scirrhus, tota enim facile exhalat: in crassa & uiscida omnino declinãda, quæ siccãt, discutiunt, astringunt, siquidem sola molliendi cura est. Atq; omnino tum plhegmonæ, tum erysipelata quæ cum duritie declinant, malacticis curanda sunt, quæ citra hanc laxanti- *Alia genera scirrhi.* bus remediis & diaphoreticis uacuentur, Malacticis quod clementer digerat interim cõmiscemus, sed quo iam tempore tumor durior cæperit edomari: phlegmone & erysipelata in schirrum degenerãt refrigerante nimisq; astringente materia, sed à phlegmone scirrhus amplior est. *Leges ĩ vsu malagmatum.* In usu malagmatum certæ sunt leges. Primum enim cognoscendum, quantum pars ægra à sua symmetria recesserit, quanto seipsa siccior atq; humidior euaserit, quãtum deniq; uitium increuerit: ex quo æstimãdæ remediorum uires. Tum naturas partium distinguere oportet: postremo artificiosè colligendum qua ratione emollias, nunquid admisceas quod detergeat, incidat, discutiat. In quorum omnium usu modum & occasionem animaduertas. *Desperatus scirrhus.* Desperatur scirrhus qui sic occalluit, ut iam non sentiat,

& inde

& inde glabrescat locus:desperari dico, quia nullo malag mate domari possit. Etenim rescindi ferro, & septis exedi potest, nisi à subiectis neruis, venis arteriis metus est. Scirrhus cui sensus aliquis vel obscurus, vt magis minusq; induruit, ita lenius aut efficacius auxiliũ requirit. Mulieribus, pueris, eunuchis, vrbanis hominibus, ociosam atq; vmbratilem vitã degentibus lenior medela: nautis, messoribus, fossoribus, duris omnino & laboriosis cor poribus fortiora malagmata conueniunt. In lenta & contumaci materia miscẽdum aliquid, quod incidat atq; detergeat: id in chordis & tendonibus fieri consueuit. Tale est acetum mulsum, aut si ab aceto metus est, melicratum, in quo hyssopum, thymum, pulegium aut calamintha pręcoxerint. Est & hoc animaduertendũ. Scirrhus quidã simplex, alius flegmonodis vt quædã inflammatio scirrodis est. Scirrhum malacticis & diaphoreticis excuties: phlegmonem lenies, concoques & in halitum vacuabis. Vbi vtrunq; coiit, ut hoc vel illud superat, ita remedia tempe rabis. Malagmata in cerati crassioris formam & corpus cõ pinguantur, quæ inde ciratomalagmata appellãt, quãquã aliquãdo cerelæi aut cerati liquidi, nonnunquam empla stri compage permiscentur, vt videlicet molle ac tenerũ: squalẽs durumq; corpus est & vitium habet. Cataplasmata fiunt è farinis hydrelæo coctis. Quod si hydrelæo lini semen, altheæ radices & liliorum, ficus pingues aliaq; id genus prius incoxeris, deinde in expressa muccagine farinas subegeris, magis emollies. Cataplasmata ita cõsistere oportet, vt mollia quidem sint, sed non diffluant. Addun tur cataplasmatis, oleum, resina, quæ quasi vinculo pharmacũ retineant: adduntur pistę herbæ & semina quæ vim malagmatis inaugeant, sed modus sit ne inde durius euadat, aut contra soluatur corpus cataplasmatis. Integrum enim permanere & compage iusta necesse est. In calore, phlegmone, parua duritie & natura molli paulo liquidius confingi potest, & rursus crassius vbi omnia cõtraria sese offerunt. Ac diutius insistere pharmaca vtile est, neq; vno die sæpius absoluere oportet, nisi exaruisse videantur:

In lenta materia.

Differen scirrhi.

Consistet malagmatum.

Cataplasmata.

tur ac ne exarescant celeriùs, oleo, adipe, muccagine ferè coniunguntur. Leniter emolliunt butyrum, œsipus & lana succida: hæc oleo inculcanda, amygdalino, lirino, chamæmelino, oleo ĩ quo semẽ lini, altheæ, fœnugręci, ĩ quo maluæ, altheæ, cucumeris agrestis, & liliorum radix, tenella maluæ agrestis, & liliorum folia, vel viridis anethi cacumina præcoxerint: in quo aliquid illiquatum fuerit galbani, ammoniaci, bdellij. Molliunt & hæc, lentiscinum, terebinthinum, mastichinum: quæ tum peculiariter vsurpantur, quum præterea digerendum ac leniter repellendum. Hyosciamino, violaceo, nenupharino locus est in ea inflammatione, quæ iam uideatur indurescere, hæc ergo olea in lana sordida molliter apprimũtur, ex quo malacticum impingitur. Omnia uerò priùs intepescant. Etenim frigida omnino vitanda sunt. Expressa oleorum materia & cum adipe pista aut cataplasmatis cõcorporata, malagma finges, ut liliorum radice cum adipe anserino mista. Olea quæ tenuitate partium celeriùs permeant, ex emplastris mollientibus chymicorum arte educuntur. In malagmatis censenda sunt uitellus oui, crocus, cera unguinosa, caricæ pingues cirelæõ è duplo oleo ut sit liquidissimum: æquali, ut sit medium. Iam crassum est, quod ceræ partes quatuor & olei tres continet: magis emolliet quod è cera pingui dulci oleo, lirino uel simili temperatum sit. Cera alba recens, mollis, cum æquali põdere butyri, resinæ liquidæ uel colophoniæ pulchrè emollit. Caricæ pingues cum irino lirino, capparino, tritæ scirrhis hepatis & lienis opitulantur. Id habet peculiariter scirrhus hepatis, quod leniter mollientia desiderat mistis aromatibus, quæ calefaciant & tenuent. Sed hæc uincere oportet. Siræon è pinguibus caricis ad melliginem coctis, mollit, terget, digerit. Adeps & sebum utrunque coquit laxat, & mollit quæ quia materia unde generantur, genere animalium & loco ubi concrescunt, natura denique (adeps enim mollior est) differunt: cum Aristotele distinguas licet, ut in natura molli, adipe: in dura, sebo potius utendum putes. Rursus quia

Particularium materia. *Olea malactica.* *Vtendi modus.* *Frigida uitanda.* *In scirrhis hepatis & lienis.* *Siraon.* *Adeps & sebum.*

minimum

minimum est quod diffident, misceri possunt. Vtrunque genus natura & specie animalium, ratione uitæ & pabulatione, sexu & ætate, deinde quia hæc recentia, illa uetusta: alia syncera, alia cōdita sale & aromate uel externa imbuta qualitate, distinguendum est. Lenissimus suillus adeps (axungiam uocant) in qua mirum est, & experimēto constare ueteres scripserunt, q̃ eà genibus alligata redii in os sapor, ut etiam expui uideatur. Ex quo fortasse non unius hydrargyri qualitate, sed totius misturę ex eo & axungia illitis in lue uenerea os grauius exhalat, & saliua madet. A suillo sunt uitulinus, hœdinus, caprinus, bubulus, quibus si lubet, uulpinum & leporinum adiicies: atque hi leniunt magis & concoquunt. Efficacissimus est leoninus, cui proximi sed inusitati, hyænimus, pardalinus, deinde ursinus: & hi duriora corpora molliunt. In medio sunt taurinus, hircinus, ceruinus, quibus ascribi possunt arietinus, equinus, asininus: caninus admodum efficax est. Taurinum sebum omnium domesticorum aīaliũ pinguia, siccando superat: tenuitate partiũ a leonino, pardalino, & hyænino superatur. In uolatilium genere efficax anserinus adeps, anatinus, olorinus, siccior è gruibus & prædatoriis auibus suauis gallinaceus, calidior columbinus. Ex anguillis & fluuiatibus piscibus, languet: è marinis fere siccior & calidior est. Humanus mediocriter habet ad omnia. Domesticorum animalium pinguia humidiora sunt, ut suum quàm aprorum: e maribus ficciora & calidiora. Castrati mares fœminis respondent: ideoq́ue ueruecinus adeps arietino languidior est. E iuuenibus animalibus humidior est unguedo, e senioribus siccior. Adipes oleo magis emolliunt: ætate calefaciunt magis, tenuiora fiunt, acrimoniam contrahunt. Purgatur adeps exemptis uenis (quas fibras uocant.) Salsus uel conditus aromate siccior est. At constat pepticis & malacticis aduersari, quæ nimium siccant, quamquam Plinius conuenire scribit salsam axungiam mollire magis. Id in suillo adipe fortasse concedi potest, qui alioqui parũ emolliat.

Ex quibus adipes & sebi genera distinguas.

Tres ordines adipum. Pus. Efficacissimi adipes. Medii. Taurinum sebum.

Volatilium adipes. E piscibus.

Salsus adeps & quæ siccant.

Recens

E uetere adipe quomodo recens paratur.

Recens adeps si desit,& uetus ad curam reuocandus est, liquefieri prius oportet & purgari fibris,mox frigida sæpius lauari, postremo etiam uino quam odorantissimo. Eo modo sæpius liquatur,cogitur, lauatur aqua & uino, dum omne uirus exuat. Quod grauiter olet ferè odiosum est:ex quo odoratis aquis arte chymica illectis (stalagmata uocant)sæpius lauatur,aut ex odore uino subigitur. Infumatur etiam iisdem aquis, quæ momentum moschi,uel ambaris conceperint. Medulla in sebalibus, in adiopisis animalibus adipi respondet : uiscera,chordas, tendines,musculos emollit:ex ossibus humidior,è spina siccior est. Prima laus ceruinæ quæ nullis malacticis inferior est. Vitulina sequitur,tum ouilla & caprina. Acrior taurina est,qui ut emolliat. Atque hæc leniora sunt. Iam uerò durioribus corporibus conueniunt, ammoniacum, quod aceto liquari potest:leniter decoquendum,ne efferuescat,id si metuitur, ex aceto leuigatur in mortario : & reliquis in cacabo coctis permiscetur. Bdellium molle & pingue saliua hominis subigitur,mollit, coquit, modicè digerit.Styrax idem efficit,uerùm liquido, aut melliginoso utendum est. Nam neque styrax aridus, qualis est, quam calamiten uocant, neque ammoniacum,neque denique quicquam generis eiusdem malacticon est,ubi iam exuccum inaruit,& discutiendo usurpandum est. Galbanum præterquam quod mollit,coquit,discutit,etiam septicon est,& dolorem lenit : purgatur sordibus hoc modo.Mundo linteo ratoque conuoluitur, & ita feruidæ immergitur,ut pendeat quidem,ne fundum attingat. Nam per raritatem lintei colatur galbanum : sordes in linteo retinentur. Liquefit uino uel aceto, aliisque modis, & coctionem non sustinet. Efficacior opopanax. Ladanum mollit ac repellit. Propolis ammoniaco uicina est,& qua (ut antè dictum est) pro galbano ueteres utebantur. Sint hæc omnia mollia & pinguia pro sua quæque natura:quæ si ætate inaruerint,nec ad manum fuerint molliora, pingui oleo instaurare oportet. Malacticis quæ emplastica esse conuenit,resinæ coniunguntur. Resinæ sint

Medulla. *Quæ magis emolliunt.* *Ammoniacum.* *Bdellium.* *Styrax.* *Galbanū.* *Opopanax.* *Ladanum.* *Propolis.*

quæ

quæ acrimonia careant, chia maſtichæ, larignã, picea, abietina, terebinthina. Pinea nimium ſiccat, ſtrobelina acrior eſt, bitumen & pix aridiora ſunt. In ſumma, quæ nimium ſiccant, quæque acria ſunt, reiicere oportet. Neque enim iuuare poſſunt, niſi aliis temperentur. *Malagmata emplaſtica ſunt. Reſinæ.*

Pix mollis & bene pinguis, qualis olim brutia, utilis eſt. In ſumma neque pix, neque riſina molliendo idonea eſt, niſi uel liquida, uel ita mollis, ut tracta facilè ſequatur uiſco ſimilis uel ceræ, quæ ut paulò firmior ſit, quam ut ſequatur, preſſa tamen digito concedit. Acrior & ſiccior repudianda eſt, quæ liquidior uideatur cera, ceratis & magis corpulentis malacticis colligatur. Durior pingui & oleo macerari debet. Butyrum, pinguia, atque omnino liquabilia, ueſica ſuis includuntur, demergitur hæc aqua calida uaſe concepta, in quo coxerint quæ emolliant. Sic illa paulatim eliquantur, & aſcititiam uim tranſpirante halitu per ueſicam combibunt. *Pix.*

Succedit his miraculoſum ex aceto remedium, quòd non temerè, ſed ſumma ratione adhibendum eſt. Scirrhus malactico oleo fouetur, ex quo inducitur malagmate: hoc diebus aliquot permittendum loco, neque prius reuellendum, quàm exuccum ſolutumq́ue uideatur: hic ergo detrahi poteſt. Quod cùm feceris partim oleo, ut prius, fouebis, malagma nouum & benè ſuccoſum impinges, quod priore paulò ſit efficacius. Mora igitur dierum aliquot interpoſita pharmachum reuelles animaduertens, quantum emollierit, ut ſi lenius uideatur, uim eius inaugeas, ex quo gradatim ad ea quæ acetum combiberint, peruenias. *Aceti vſus.*

Quæ omnia poſteaquam profeciſſe animaduerteris, & mollior tumor extiterit, pyritem lapidem molarem, aut ſilicem, unde ſcintilla decutitur, candentem igne, acerrimo aceto merges. Exhalabit plurimus uapor, quo ſcirrhus aptè infumandus eſt circumſepta parte, ne diſſipetur fumus, ſed totus in ſcirrhum coeat. Locum iam ſatis infumatum oleo tepido fouebis, & reuocata prima illa curandi uia malagma applicabis, atque ita bidui, uel etiam tridui interiecta *Infumatio ex pyrite et aceto.*

mora

mora aceti usum & igniarium lapidem reuocabis, ut sit aceti uicissitudo & remediorum quæ molliunt. Verum, neque diutiùs, neque sæpiùs halitu aceti, pars uexanda est, ne in lapidem concrescat, & neruosum genus grauius lacessatur. Sed ut molliendo profeceris, ita acetum & effumantem lapidem repetes. In malacticis quoque usus aliquis interpellari debet: primum enim (gratia exempli) è pinguibus caricis, medullis, adipibus, cera & oleo exigua resina mista, malagma conficies, aut parygron usurpabis. Tum ut res succedet, ad ammoniacum & similia ueniendum, ac primùm quidem hæc citra acetum, deinde cum aceto lenioribus commiscebis, quibus quum uno uel altero die fueris usus, ad ea quæ leniora, quæque sine aceto fiunt, curam reuocabis: ut uelutì circulo quodam & è re nata auxilia transmutentur.
In musculis & liene tutior aceti consuetudo est: in chordis & tendonibus, neque diutius, neque frequentius utendum erit, ubi scirrhi magna ex parte coalescunt. Atque hæc de aceti usu breuiter dicta sint. Ammoniacum aceto fusum manibus diducitur, ut sit luti crassitudo: tum ex irino, lirino, capparino pinsitur, terebinthinæ sextula coniungitur, puluerantur ora cumino trito, aniso, sale torrefacto: & in alutam explicata splenicis affiguntur. fermentum coquitur aceto, hepati duro & lieni: potest oleo uel butyro conditi, & terebinthina colligari. Fortius acetum est in quo thymum, hyssopum, pulegium, & similia tusa maduerint. Lene malacticum est butyrum, cera, resina æqualiter mista. Eodem modo adeps cum cerato iunctus & resina. Caricæ pingues in sapa coctæ, & uino dulci cum lirino, tusæ. Lini semen hydrelæo coquitur, & cum adipe infringitur. Altheæ radix arida in pollinem resoluta, malagmatis inspergitur. Eadem radix qua parte pinguis & quasi medullacea est, eraditur, & resina colligatur: In conficiendis malagmatis rudicula utendum est è resinosis arboribus, nec astringentibus è caule maluaceo, ex assulis tedæ. Alioqui maluę folia extremę spathę alliganda, ut inde

Remedia composita.

Ex ammoniaco splenicis.

E fermento hepaticis.

Aceti uis quomodo in[...]endatur.

[...]enia mala[c]tica.

Rudiculæ malacticæ.

deuerses, nolutes, ac denique conficias malagmata. Licet etiam more nostro & exemplo ueterum rarum linteum insarcire lini semine, foliis althææ aliisque id genus, & extremo ueruculo uelut caput alligare, inde pharmacum circumagere: nodum, caput hoc nostri: ueteres crociphātion appellarunt. Quòd si fuso butyro, adipe, oleo intingas, idque sæpius repetas, dum medicamentum in cacabo, uel mortario conuoluitur, malacticoteron hoc est magis emolliens pharmacum relinques. Atque hoc semel quasi exemplum positum sit, ut in aliis pharmacis spatha ueruculo, capite, asserculo, aliisque id genus instrumentis conuenienter uti possis. Parygron Heræ & ueteribus laudatum recens dolorem lenit, phlegmonas mitigat, paruis inflammationibus medetur, id quod lenioribus malagmatis omnibus commune est. Parua ulcera cicatrice claudit, si coctis prius metallicis comparetur: recens liquidum est unde nomen habet, ætate uerò concrescit: recentis usus in paruis inflammationibus quæ doleant: concreti & uetusti in phlegmone declinante non dolente quidem, sed iam durescente, quæ ut magis minusve induruit, ita uel uetustius, uel minus uetustum parygron requirit, quanquam eo usque occaluisse contingit, ut ne uetustissimo quidem parygro iuuari possit, tumque maioribus auxiliis certandum erit. Itaque ut mollias, parygro utendum non ita liquido, nisi fortasse in mollioribus naturis, neque concreto, nisi in callosis corporibus: omnino uerò modice durum sit quod emolliat. Vetustius oleo, butyro, adipe dissolui potest. Est autem mistura hæc. Adipis suilli recentis & bene purgati unc. 44. ceræ pinguis unc. 24. cerusæ litharg. ana unc. 6. liquabilibus confusis metallica trita colliguntur. Al. mediocriter emolliens callosas rimas calcaneorum & perniones adiuuans, litharg. ceruss. ana unc. 3. succi seminis lini, olei ana unc. 20. ceræ unc. 8. adipis suilli unc. 14. colophoniæ unc. 18. Similiter priori comparetur. dialthæon clauis, carbunculis, furunculis, litharg. ol. ana lib. 1. galbani lib. semiss. ceræ terebinth.

Perniones iuuans.

ana li.1.radicum altheæ faſciculos 4.lithargyrus ex oleo diu teritur in mortario: cera & terebinthina fuſa commiſcentur, galbanum purgatum & ut antè, fuſum colatùmque adiungitur, poſtremo radices tuſę ligneo piſtillo concorporantur. Aliud dialthæon. radicis altheæ & liliorum ana unc.2. coquantur in hydrelæo ad aquę conſumptionem, ex quo in olei expreſſi lib.1.lithargyri lib. 1.coques, dum non inquinet, & adipis ſuilli lib.1. commiſcebis. In his omnibus uis efficacior eſt oleo & adipe ueteribus: aucta & magis cocta lithargyro: utriuſq; pingui & oleo recentibus mitior eſt. Media uerò altero recēti, altero ueteri. Mediocriter mollit, colophoniæ puriſſimę unc.2.cerę albę unc.4.maſtic.unc.1.olei quod ſufficit. Al.terebinth.cerę ana unc.9.galbani nitri ana unc.1. thuris pinguis ſeſquuncia, medullę cerui unc.2. propolis pinguis ſeſquuncia, ol.laurini, ſepi uitulini ana drac. 2.uel eo plus uehementer mollit & diſcutit. Violentum quod ſequitur ruſticis corporibus accommodatum, inueteratis nec iam dolentibus ſcirrhis, tantiſque prius lenioribus remediis adhibetur, deſperatis ſplenicis & parotidibus (diacopræгiar uocant) Caprillum ſtercus aceto ſolues, uel ut ne tam acre ſit, oxycrato: mitius ēt ſi dilutum pharmacum polentę iunges, & affuſo oleo cataplaſma ſinges. Aliud ſtercoris caprilli unc.2. radicis cucumeris agreſtis, ficuum immaturatum ana unc.1.herbę pedicularis, bdellij, farinę fabarum, amygdalarum amararū ana ſemuncia, fęcis olei antiqui quod ſit ſatis ad emplaſtrū, tuſis omnibus medicamentum in mortario conficies. Eſt & hoc potentiſſimum: Subigitur caſeus putris & uermiculoſus e iure in quo ſuilla perna diutius coxerit. Arthriticis tophorum particulas ſine ferro detrahit & ſanat. Eadem prēſtat quaſi miraculo coccum cnidum com myrrha & aceto tritum. Sed horum multa non tam mollire quam ſecare & ui diſcutere uideri poſſint. Celebre iam olim ac ueluti per manus traditum Menecratis emplaſtrum, quod Democrates metro reddidit, & diachylon ex authoris inſtituto appellauit, quod nomen leuiter mu

E caſeo putri.

tata

tata uoce ætas noſtra retinet. Recentia vulnera inflamma tione uindicat, uel (ut alii) neurotrota neruorum vulne ra: ſæpe enim neutrota & neurotrota alterum pro altero in Galeni libris, ubi medicamentum hoc deſcribitur, ſup poni ſolet. Diuiſa glutinat, & quæ inflammantur curat: optime peſſis adhibetur, diuturnis & recẽtibus vteri inflammationibus: implet cauernas vlcerum piſtum roſaceo uel bono myrteo, & cicatrice tegit. Olet æſtate lib. 7. aliàs lib. 7. & ſemiſſ. hyeme lib. 9. axungiæ recentis lib. 7. lithar. ſubtiliſſimè triti lib. 6. fœnugræci heminam vnam, aliàs uncias 9. ſeminis lini vſti tantundem, radicis agreſtis maluæ recentis & ſuccoſæ uel altheæ lib. 3. Habeatur olla amplo orificio, in quam fundãtur aquæ ſextarii octo. Sic enim notatur Græcè per literam η quanquam fortaſſe ſubſtituendum κ quæ uiginti, ſignificat. Ac uiginti ſextarii menſura Pariſienſi, 15. pintas implent, ſextarii octo ſex pintas. In aqua purgata radix & conciſa coquitur, ſemina immittuntur, exprimatur ſuccus in linteo, eius ſucci libræ quatuor cum oleo coquuntur. Maiores primum bullę exiſtent, deinde minores & crebriores: hic lithargyrum inſperge, coque omnia molli carbone, dum ſuccus omnino confectus uideatur, ac melinum & bene coloratum fuerit emplaſtrum, non inquinans, neq; nimis durũ. Sic enim apud Gal. 7. de compo. pharm. cata geni. Orib. habet aquæ ſextarios 12. id eſt nouem pintas, & radicum lib. 4. & ſeminis utriuſque ſextarium vnum vel vnc. 18. & litharg. lib. 2. Radices alii purgant, tundunt, & prius quã coquant, diem integrum macerant in aqua poſtridie fœnu græcum lotum fideliter & purgatum adiiciunt, tertio die lini ſemen ſimiliter lotum eadem aqua, ubi reliqua etiã dum madẽt, immergunt, quarto die coquuntur omnia ad craſſitiem. expreſſus & colo traiectus ſuccus vſui ſeruatur, vt videlicet cum oleo vt prius, coquatur, & addita lithargyro pharmacum conficiatur: quod deinde conuolua tur rude, ſubigatur manu & in paſtillos conformetur. In vſu capiunt paſtilli vnc. 2. ceræ, olei ana vnc. 1. & omnia colliquant. Ex eadem materia magdaliæ officinarum emplaſtri

plaſtri diachylon ſinut,ſed nō eadem ratione, iam remol lita parte ubi diſcutiendum , ireos tritæ pars duodecima plus minusve adiicitur: ſi ſedandus dolor eſt, muccago è meliloto,ſi etiam calor adeſt, è pſyillio: poteſt etiam intingi croco. Poteſt diachylon aliis malacticis commiſceri tam efficax,ut unum ſine aliis chirurgo ſatis eſſe poſſit. Superficialia ulcera glutinat ſolutum roſaceo uel myrteo . liquatum chamæmelino uulnera neruorum inflammatione prohibet . Podacraeis quouis tempore opitulatur:ueteres uteri phlegmonas perſanat inditum peſſario. poteſt alia,quæ ut intelligas,deſcribendum pharmacum, quod antè diachylon Democrates memorauit, ut obceſſa inflammatione liberes muſculos, neruos, perioſtion membranam punctam (unde dolor, inflammatio, febris, ſitis,uigilia,atque id genus accidentia) uindices : ut podagricos quouis tempore adiuues,& prohibeas callos.

Emplaſtrũ. Democratis

Accipe lithar. auri in pollinem triti lib. 2. axungiæ uetuſtiſſimæ lib. 4. libram uero & uncia quaternas olei ueteris & craſſiſſimi,non fœtidi,non nigri,non aſperi. Axungia liqueſcit igni , purgatur fibris , in uas aliud ſatis amplum tranfunditur , adduntur olei unc. 10. ut ſimul ferueant,relinquuntur olei unc. 6. quas ſi fuerit opus & medicamentum craſſius appareat , poſtea affundes . Craſſo iam pharmaco litharg. inſpergitur,coquuntur omnia blando igne,& asſiduè uerſantur ſpatha è picea: atque ubi em plaſtri forma fuerit, auferatur igne, paulò durius æſtate: hyeme mollius , ſed ut non inquinet.Sublatum igne mouetur , dum refrigeſcat , atque hic rurſus duriter uerſatur manu, iungitur atque reponitur . uſus tempore molliri debet , & aluta intenditur , permagnaque ſplenia ſuper accomodantur. In neruis crasſis & maſculis , durioribus mammis, & tumentibus articulis radicis altheę purgatæ ſordibus , & in taleolas cæſę lib. 1. medicamento indes , quo tempore reliqua iam ad focum feruent priuſquam lithargyrus inſpergitur . Vtriuſque uires tum illius quod ſine altheæ radice , tum huius quod cum ea radice ſit , emplaſtrum illud diachylon continere ſcripſit iuuen-

iuuentor Menecrates, quod & alii aliter conficiunt. Aliud diacylon, ut Orib. è ſemine lini, fœnigræci, hordei, radice altheæ, ut prius, maceratis coctiſque ſuccus exprimitur: tum lib. duabus ſucci adduntur lithargyri olei an. lib. 2. ceræ unc. 8. Lithargyrus cum oleo diu teritur, & cum cera leniter incoquitur affuſo oleo, poſtremò ſuccus adiicitur: uerſantur omnia, & ſedulo permiſcentur. Sunt & alia diachylon malagmata, ut Alexandri è pſyllo quod Aetius deſcribit, & magnum Meſuæ ſine gummi, & cum gummi factum, quodque album, paruum & magnum conficitur. Paruo utendum in duris inflammationibus: album mediocres ſcirrhos adiuuat: magnum reliquis efficacius eſt. Giluum haliei cruentis uulneribus, præciſis neruis & nudis remedio eſt, inueterata ulcera cicatrice tegit, digerit, uenenatis hominum & animalium morſibus medetur: duritias maximè mammarum mollit ac diſcutit, atque omnino eo ueteres uſi ſunt, ut optimo & admirabili medicamento. Deſcriptum eſt tertio & 5. lib. Galen. de compoſitione pharmac. cata geni, ceræ, argenti ſpumæ ana drach. 100. terebinth. mānę, galbani, rubricæ ſinopidis, terebinthinæ ana unc. 1. ol. ſextarium 1. uel lib. 2. Oleum & litharg. dum non inquinent, coquito, hic ceram, reſinamque iniicito: ſublatis igne rubricam, galbanum, mannam deinceps adiungito: quidam myrrhæ unc. 1. miſcuerunt & ceræ non centum, ſed tantum octo denarios ſcripſerunt. In præcordiis tenſis difficili motu articulorum uetus ac nobile, Amythaonis emplaſtrum quod omnem duritiam ſoluit. Ammoniaci unc. 36. cerę unc. 36. terebint. uncias octo bdellii galbani an. unc. 8. thuris, myrrhæ ana unc. 4. cyprini uel olei terebinthini alioqui maſtichini heminas quatuor: myrrha, thus, bdellium uino madefiunt, ammoniacum aceto diluitur, omnia contunduntur piſtillo, quod oleo inungendum quouſque perfectè diſſoluantur. Et hoc etiam fortius eſt Cathegetæ malacticon ad contractos articulos & ita occupatos ut non moueant: internos abſceſſus, opiſthotonicos, neruos dolentes, inueteratas & contumaces duritias. Bdel-

Giluum ad mirabile. Halici.

Amythaonis.

lii, ſeui vitulini, ammoniaci, iridis illyricæ ana vnc. 2. opopanacis, galbani, canchryos, vel baccarum lauri, ſtyracis thuris ana vnc. 1. piperis gra. 160 ceræ terebinth. ana ſelibra vini & fæculæ, irini vnguenti quod ſufficit. loco huius, vel oleo irino condita aromatibus utendum erit, vel aliquod ex iis quæ apud Meſuem compoſita ſunt, ac condita aromatibus, vſurpandum Conficitur ut prius coepta hęc quaſi tuſilia ex conficiendi ratione ueteres appellabant. Plura ſeptimo de compoſitione pharm. cata geni, & 15. Aetii deſcribuntur. Sed & octauo cata topus malagmata ſunt quæ ſiccant, contrahunt, indurant, atque emolliunt, quanquàm Aſclepiadi & Andromaco malagmata appellata, quia uidelicet non ſolæ vires, ſed & compages ac corpora medicamentum in ratione nominum ſpectata ſunt. Ac ferè malactica corpulenta ſunt & emplaſtica, ſi neque dolor, neque phlegmone, neque mollities corporis prohibet. Locus oleo fouendus, ex quo ſubiiciatur malagma remollitum pingui uel oleo, ne celerius exareſcat. tunc enim reuellendum eſt & aliud imponendum, alioquin pluribus diebus hærere conueniet. Iam uero in malacticis quæ noſtra hac memoria in vſu ſunt, emplaſtrum de meliloto, aliud ab eo quod ueteres diameliloton deſcripſerunt. eo vtendum eſt, in craſſa ac frigida materia: incidit, mollit, attenuat, calefacit. Quod de muſcillaginibus appellant, molliendo magis idoneum eſt, & dolorem lenit. Dialthæas mollit, lenit, coquit, incidit, digerit: Ceroneum repellit, coquit, mollit, incarnat, & multiplicis uſus eſt. Reſumptiuum mollibus corporibus conuenit, optimè mollit ex ſolis muccaginibus ſiue gummoſis. Emplaſtrum filii Zachariæ parabile eſt, & mediocriter mollit. Arthanite ſtrumis & lieni duro conuenit: unguentum de bdellio mollit, incidit, diſcutit. diachalciteos ſoluitur lirino. Oleo è maiorana aliiſque id genus molliri poſſint, & adiecto galbano, bdellio, ammoniaco & ſimilibus fortiora reddi. Priuatim conueniunt duris inflammationibus mammarum. Violariæ & althex folia hydrelæo cocta adipe uituli conteruntur, ouorum uitelli duo infecti croco com-

Malagmata.

Cenſura remollientium quæ nūc uſitata ſunt.

Ad mãmas.

commiſcentur. Al. hœdina capita, veruecini pedes cum althea & uiolaria percoquuntur, in expreſſo ſucco oryza bene munda & aſperiore lintheo attrita decoquitur, butyrum recēs iniicitur, poſtremo cum iam corpulenta pulticula, eſt ouorum uitelli croco intincti commiſcentur. Al. In Caricarum decocto fabacea farina ſubigitur, adiecto oleo violaceo & aceti momento cataplaſma fingitur. Multa ad mammarum duritias & abſceſſus. 7. de compoſi. pharma. cata geni. Cæterum grauiter peccatur cùm emplaſtra malactica è galbano, ammoniaco, opopanace, reſina & aliis ſqualidis comparantur, & aceto multo diluuntur. Sic enim tenuent, incidant, diſcutiant, non molliant.

De ſuppurantibus. *Cap. 5.*

IAm hoc genere vtendum nobis, quum ab aliis remediis deſperatio eſt. Verùm in fracturis capitis contuſo pericranio relicta alia medendi cura ad ſuppurationem ſtatim conuertimur, ſpecillo vulneratio perioſtion diducimus, labra vlceris in decuſſem ducta nouacula ampliamus conſcalpimus cranium, & abradimus: medicamenta quæ quam celerrimè ſuppurent, adhibemus, ſuppurata diligéter repurgamus, ſiccamusq́ue, ut iuſta naſcatur caro, neq; mollior quàm oportet, neque durior, & quę non excreſcat: ut denique conquaſſati oſſis teſtula à uiuo oſſe maturè deducatur. Venereos bubonas quiq́ue abſceſſus in articulis & ad articulos conſederũt, celerius maturamus, ne incluſum uirus aut latens ſanies periculum aliquot ammolliatur. Alioqui tumor omnis prohibeatur, aut diſcutiatur potius quàm ſuppuret, niſi iam eò conuerti natura videatur, exceſſitq́ue tempus in quo conueniēter diſcutias. Ac ferè maiores phlegmonæ ſuppurant, pulſant, dolent: Dum pus conficitur (inquit Hippocrates) dolores fiunt ac febres. Suppuratis omnia ferè conquieſcunt. In ſuggillatis hæc eadem remedia ſæpe conueniunt. Imbecillę parti, putri vlceri & tumori, cancroſo, rheumatico, Telephio, Chironio atque omnino maligno fruſtra maturan-

In fracturis capitis.

In ueneris bubonibus et articulis.

tia adhibeas: putreſcunt enim illa tum malacticis tum pe pticis medicamentis. Ad ſcarificatum igitur & remedia acria decurrendum, uel quæ plurimum ſiccent. Sint autē quæ ſuppurent, natura modicè calida & humida, iiſdem limitibus circunſcrpta, quibus temperiem hominis definias. Ideoque eligenda materia, quæ naturæ corporum elementari familiaritate cōſentiat: Emplaſtica ſunto diapyitica, (ſic enim appellant ecpyitica & peptica) ut præclusis inde ſpiraculis natiuum calorem inhibeas, in quo concoquentis naturę robur eſt. Ita ſubſtantia quidem calor augebitur, neque qualitate creſcet: ſolidæ partes confirmabuntur. inſitus humor ſaluus perſiſtet, diſſipabitur uerò qui inanibus ſpatiis alienus eſt. Ex quo uitium concoquetur, & conſuetudine partium ſimilarium exalbeſcet, fietque tandem pus album, leue & uniforme, quod quia alimento eſſe non poteſt, exeſa cute uias ſibi faciet, atque ita effluet. Non abſimili ratione chalaſtica uocata ecpyitica fient, ſi acceſſerit craſſities partium. Eodem mō quæ leniunt, calefacinnt & adſtringunt. Emplaſtica modicè calida omnia concoquunt. Præit in his quod eſt tenue: reliquum uerò uel contracta, uel illita cute uias intercipit, ne quid ſpiritus exhalet. Conrrà uerò ſi expirat calor, nec emplaſtica materia eſt, nihil ſuppurat, & aliquando alienus calor ſuccenditur, unde putredo. Echecolla, quæque tenaci & uiſcida materia temperata ſunt, per ſe inhærent: reliqua uerò uel gummi, uel reſinis mollibus implicanda, alioqui commodè alliganda ſunt. Malactica calidiora ſunt, & leniter ſiccant, inſitumque humorem paulò minuunt, quo nomine à pepticis diſtinguenda, ne ſimilitudine fallant. In pepticis uitanda quæ detergent & quæ uehementer calefaciunt. Nihil enim quod ualidè diſcutiat, pepticon eſt: & quod detergct, poros expurgat, quos illinere oportet. A ſiccantibus metuitur, ne frugi materiam exorbeant, multò magis ſi prętereà excalfaciant. In ſumma modicè calfaciant, atque adeo emolliant potius quàm ſiccent. Neq; uerò contra nos faciet, quòd in hiſtoriis medicorum

Natura ſuppurantia.

Emplaſtica ſunto quæ ſuppurent.

Pus quō generetur.

Malactica quid differant à pepticis.

Vitanda.

corum permulta peptica ſunt, quæ miſtis diaphoreticis deterſoriis atque deſiccantibus temperentur, quin & ſimplex pharmacum eſt quod concoquat & diſcutiat ut galbanum: maturet, digerat, detergeat ut terebinthina: qualitas enim rerum, miſtura retundi poteſt, & multa uitia eodem tempore interdum coeunt, unde uaria miſceri neceſſe eſt, & iis ſemel uti quæ polychriſta ueteres appellant. Ac ſæpe facit abſceſſus natura, ut etiam acria miſcamus Qualis eſt qui lenta & contumaci materia concreuit, & eo nomine tardius ſuppurat. Peptica ſuut, aqua temperatè calida affuſa parti: modus eſt ut inde erubeſcat locus, ac leniter extumeat. Nimium fit ſi inde ſubſideat, aut axpalleat. Hydræleo, oleo pingui ac dulci modicè calido: ſimiliter & butyro utendum eſt. *Materia.* *Aqua.*

Butyrum phlegmonas concoquit ac digerit, in iis quæ molli aut certè nõ ita dura carne præditi ſunt. Et ad parotidas, bubones & oris phlegmonas, aliaq́; innumera omnino ſatis eſt: dentientibus pueris, & inde calentibus gingiuis atq; tumentibus medetur. Lingitur per ſe incoquendis expuitionibus peripneumonicorũ, pleuriticorum, & iis omnino quæ in thoracem defluxerunt. Vſus eſt quo iam tẽpore fluxio reſtitit. infectũ croco nihilominus coquit, & inde pharmacnm leniter repellit, & tempeſtiuum eſt incrementis. In more fuit ueterum tubercula foris enata & contumacia calido pane fouere, uel cera ſubinde calefacta, ſic ut ne ſit nimius is calor, ſed facilè ea parte ſuſtineatur: cera ſit natura pinguis, panis recens & ex optimo tritico cõparatus: hac enim ratione tuberculum ſæpe diſcutitur, interdũ concoquitnr. Tuſſilago ſub cineribus cocta celeriter maturat: idẽ oxalidis foliis uulgus doctũ experientia tribuit. Triticum ore præmanſum, ſaliuaq́; hominis commolitum, ruſticis corporibus conuenit. Leniora ſunt farina tritici perpurgata furfure, & inde panis diſſoluitur aqua: olenm uel butyrum additur: coquuntur omnia ut ſit cataplaſma quod lenit inflammationes uulnerum, & celeriter maturat. Eadem farina hydrelæo coquitur, coloratur croco. *Butyrum.* *Triticum et inde farina & panis.*

vbi calor aliquis supereſt, parum cocto pane ac recenti, quem uel hydrelæo, uel pauciore oleo inſperſeris, utendum erit. In contumaci uitio, nec ita calente, panis ſiccior, uberiore oleo molliri debet. Panis conditus ſale, efficacior eſt. Farina hordacea per ſe inutilis eſt: verũ quæ bene purgato grano extunditur, & caſtratur ſurſure eodẽ modo quo triticea, comparari poteſt hydrelæo cocta, con ſperſa oleo miſta butyro, infecta croco: ſic enim pus faciet, & calidioribus phlegmonis conferet, præſertim cocta hydrelæo. Tale fuit cataplaſma ueterum omiluſis uel omiluſis ex farina hordei, quod prius toſtum non fuerit, quanquam etiam licentia quadam ad alia farinarum genera nomen tranſtulerunt. Archigenes hoc modo parotidas celeriter ſuppurabat, aſſiduè calida conſpergebat, & omiluſin imponebat. Eſt & alia omilſius antiquis uſurpata ex farina hordei, fœnugræci, ſeminis lini in ſapa coctis ad glutinis corpus, adiectis interim duobus uel tribus uitellis. Adeps ſuillus, phlegmonæ familiariſſimus, deinde uitulinus: taurino & caprino in duris, frigidiſque tumoribus utendum eſt. leoninus & reliqui eiuſmodi inutiles, gallinaceus & hoc paulò acrior anſerinus uſurpari põt. Pix & reſina in feruenti phlegmone roſaceo: in frigidiore, ueteri oleo ſicyonio uel ſimili colliquanda ſunt. Pix arida qualis coracina & colophonia, uberiore oleo diſſoluitur: pauciore quæ liquida eſt: mediocri quæ natura & ætate mollis, digitis cedit, lentoris eſt participes, qualis olim brytia & lycia. Picatum ceratum dolorem lenit, & pus generat: ideoque inflammatis ulceribus conuenit. Reſina utendum, terebinthina & lentiſcina: cera lãguidior, reſina acrior, confuſę ad ſuppurandum ualent. Eluantur prius ſi quid acrimoniæ conceperint: mollian tur oleo uel butyro cum exaruerint. Oeſypon ueteres in pepticis cenſuerunt: ſimilem uim habet atque butyrum, digeritque leniter. Lana ſordida modica atque maceratur, tertia pars uini dulci adfunditur, coquuntur omnia, quod ſuperfluit pingue, maturandis carnibus contuſis, colligit Hippocrates. E flore lilii ſuccus, exprimitur, ſup purationes

Farina hordacea.

Ad parotidas Archig.

Adipes.

Pix.

Picatum ceratum.

Reſina.

Oſypus.

purationes concoquit; & uuluas mollit, quod mel & ſyrion ueteres appellarunt. Siræon uerò malligo è coctis caricis, detergendo emolliendoque idoneum eſt. Decoctum caricarum leniſſimum eſt, quod maximè coquit ac digerit. In aquæ ſextariis ſex, pinguium caricarum libræ quinque decoquendæ, dum ſextarii duo reliqui ſint: magis maturabis ſi inde piſta farina triticea, adiecto oleo uel butyro cataplaſma finges: ubi uerò digerendum magis ac refrigerandum, hrodeacea melior eſt. Atque omnino caricę pinguiores coquendo, acriores detergendo atque digerendo magis conueniunt. ficus recens digerit & lenit, ſed nõ coquit. Cataplaſma è ficu recenti & hordeacea farina in dulci uino coctis lenit & diſcutit: è carica pingui & triticea oleo iunctis, lenit, coquit, diſcutit. Ex acri carica & pane deterget, incidit, digerit & contumacia maturat. Eodem modo altheæ decocto & uuæ paſſæ partes fouebis, farinas aut panem incoques, cataplaſmata compinges & ſi uis, intinges croco. Crocus maturat, leni aſtrictione confirmat partes, & poros contrahit. Pinguiſſimas paſſas exemptis nucleis per noctem aqua macerabis, poſtridie coques ad melliginem. Id in ſapa dulci factum magis concoquet & leniet, ſed aqua potius utendum ſi quid caloris reliquum eſt. Inueteratis & calloſis tumoribus conueniunt, colla librariorum quæ fit è farina puriſſima, uiſcum aucupatorium, ſtyrax pinguis, ladanum, galbanum. Thus in corporibus temperatis molle, album, pingue, dumque manditur, minimè friabile. Rhodinum, & myrteum in calidiori & dolenti phlegmone miſceri poſſunt, ut pix, reſina, uiſcum, colla, & ſimilia, ubi peruicax malum, & platyſma diutius hærere neceſſe eſt. Miſcetur quoque ſtercus ſuillum, columbinum, caprillum, uitrum. Etiam notum mulierculis remedium, pueri ſtercus calidum duris & inflammatis mammis aliiſque partibus impoſitum ſed quum aliis remediis uti poſſit, iis ſordibus abſtinendum, quanquam certum experimẽto eſt breui tempore concoquere, & in fœditate excrementorum certa auxilia inuenta ſunt. Furunculos & parotidas mollit ac ſuppurat

Syrion.
Syræon.
Decoctũ caricarum.
Caricæ, ficus & inde cataplaſm.
Ex althea & uua paſſa.
Crocus.
Melligo uuæ paſſæ.
Efficaciora remedia.
Thus.

purat cataplasma è ficubus, calce, iridis radice uel nitro, atq; omnino si nitrum desit, quod iã antè dictũ est, sale torrefacto in mollioribus: fæce uini, uel aceti in duriori bus utendũ erit. Fex sit recens, nã celeriter exolescit. uul gò etiã nota est medela, è cæpis cineribus coctis. In pepticis ponenda est confectio è cera & resina, quod rhipnociron appellant. Ex ceræ semuncia, resinæ frictæ sesquiuncia, in olei modico liquatis. Aliàs ex æquis oĩum partibus, aut una ceræ, resinæ duabus. Aliquando etiã ceræ ratio & resinæ cõuertitur, ut minor sit resinæ quã ceræ modus, hoc pepticis miscetur, ut Aniceto celebri medicamento ueterũ. Tetrapharmaco primas tribuit mouẽ do puri non aspernabilis author Cornelius Celsus. Idẽ remediũ à Græcis suppurando usurpatũ. Constat pice, resina, cera, & adipe: usus tempore, oleo uel butyro subigatur. Pix sit mollior, resina fricta, uel colophonia, quæ in teneris corporibus oleo molliri põt: cera pinguis, adeps in mollioribus naturis, uel suillus, uel uitulinus: in durioribus, taurinus uel hircinus. E ficciorę materia cõparatũ mollioribus corporibus sarcoticũ est. hoc tetrapharmacon Paulus basilicõ, quo nomine à Græcis ferè oĩbus inscriptũ est. Scribonius emplastrũ Aristi nigrũ appellauit, & aliud basilicon descripsit. Tetrapharmaco thus additũ facit Macedonicum, quod & pepticon est. Basilicon minus recentiorum hoc imbecillius, commutato adipe in oleum, quantò adeps oluo efficacior est: sic oleum quoque uarie commutare licet. Oleo rhodino, myrtino, uel simili tetrapharmacum durius molliatur, ut corpus & affectus natura exigit. Mirabile hoc ad molliendum ac suppurandum. Ceræ, terebinthinæ, medullæ cerui, adipis uituli, anserini, bubuli, butyri recentis, mellis optimi, olei rosarum, myrrh. ana unc i. Myrrha cum melle subigitur, & prunis leniter incoquitur, ex quo reliqua adiecta sedulo miscentur. Al. picis unc. i. ceræ, unc. iij. axungię ueteris purgatæ, unc. vj. adipis taurini, oesypi ana unc. iij. resinæ pineæ uel magis piceæ unc. v. liquatis omnibus utitor. Al. Resinæ unc. xii. ceræ, æruginis

Tetrapharmacum.

Macedonicum.

Mirabile ad suppurãdis & molliendum.

Viride Andromachi.

ginis rasæ vnc. 8. sepi uitulini vnc. 2. aceti, manæ ana unc. 1. Manna & ærugo cum aceto liquantur, & conterũtur: reliqua dissoluta commiscentur: mollit, coquit, purgat, digerit. dia gyreos parotidas emolliens, & in pus eliquant. Farinæ pistrinalis, quæ è mollis & pistrino circunuolitans parietibns & tabulatis hæret: guttæ ammoniaci ana libr. 1. resinæ, ceræ, adipis porcini ana libras duas, succi seminis lini quantũ sufficit: liquatur adeps, cera additur & resina, farina coniungitur, ammoniacum solutum uino uel aceto, & lini succus, translatis aliis in mortariũ concorporantur. Ferméto & eo quod dia zymis inde medici appellant, in cõtumacibus uitiis ueteres usi sunt, de quo multa ex Democrito, Mesuæ, Paulus septimo, & Galenus tertio de compositione medicamentorum catatopus. Cęparnm, & alliorum coctorum in cinere ana lib. 1. uitellorum numerum quinarium, radicis lapathi coctę libr. dimidiũ, farinæ fœnugræci uncias 3. ferméti nnc. 2. axungiæ lib. 1. fiat corpus: in frigdis & crassis humoribus conuenit. Vtuntur quoque diachylon paruo & aliis quæ molliũt. Atque omnino malactica refrigerãte oleo, astringente pharmaco, uiscida & offarciente materia leniter temperata, suppurare possunt. Tale est malagma Damocratis, quod eadem potest quæ diachylon, cãpite de malacticis descriptum, ac præterea cruda quæque coqui, mutarique nequeunt, edomat: musculorum, & membranarum uulnera persanat, punctis medetur, arthriticis dolorem attemperat, & omnino anodynon est. Picis quàm siccissimæ, ceræ puræ, terebinthinæ, mannæ ana lib. 2. thuris probi libram unã, butyri pinguis ac recentis selibrã uel unc. 5. Liquabilia funduntur largo igne & assiduo, dum non inquinent: uersantur rude: hic cacabus prunis subducitur, manna trita inspergitur, circumaguntur omnia asserculo, postremo uoluntur manibus, & reponuntur. In uso, copioso & recenti rosaceo pharmacum diluitur, ut caua carne impleat, inflammationes tendonum abigat, & in pus album cruda & rebellia tubercula conuertat. In ulceribus dissimilis quæ pus *Malagma Damocratis.*
non

non reddunt, mirum quàm efficaciter concoquat, coloris ambigui quot sequitur: Lithargyri vnciç tres, olei ricinini unciç quatuor coquuntur unà dum non inquinent, deinde misce squammæ æris nigri, æruginis, chalcitidis, ana scrupulos quatuor, sed hæc metallica diutius fuisse trita conuenit, ex aceti acerrimi unciis duabus. Vsus tempore diluitur ricinino, & in concerpto lintheo inseritur cauo. Atque hæc in præsentia sufficiant, locus oleo dulci, peptico succo, aqua moderatè calida, hydrelæo, & aliis foueatur: sympepticon medicamentum inducatur, mollis stuppa uel lana succida superponatur, omnia decussata fascia colligētur, ut qua parte diuisa fascia est, conus abscessus aduertat, nec affectum locum opprimas, semel in die, uel rarius, cōmutari debet, nisi uel dolor urgeat, uel pharmacum exarescat. Ita uerò formari sympeptica oportet, ut neque liquidiora diffluant, neque corpulenta, nimis locum opprimant. Iustum corpus est cerato malagmaton & mollium emplastrorum, ac quod antè dictum est echicolla & glutinosa esse melius est, ut ꝑ se, sine uinculis hæreant, quanquam & emplasticis lanam succidam, aut molliculа splenia superdari, & omnia colligari nihil prohibet, idque hyeme magis & frigore.

Vtendi formula.

FINIS PRIMI LIBRI.

IACOBI HOLLERII STEMPANI, MEDICI PARISIENSIS Celeberrimi

DE MATERIA CHIRVRGICA.

LIBER II.

De Aperienda vomica. Cap. I.



VO & quali genere remediorum humor repellatur, quę medicamenta trahant,& diſcutiant,molliant,maturẽt, & pus efficiant,ſuperiore libro, quantum arbitror,ſatis explicatum eſt. Ac iam ſubiiciendum nobis, qua ratione uomica exugi pharmacis,aperiri ferro,igne etiam reſcindi poſſit. Tum exponenda materia quæ ſordida repurget, pura impleat,plena denique cicatrice claudat. Et quia ad hoc inſtitutum noſtrum pertinet, de glutinantibus auxiliis eodem nobis compendio differẽdum erit. Atque ut hinc initium capiat oratio quæ ſuppuratio ſponte ſua non rumpitur, ferro,igne,uel medicamentis aperienda eſt. Alioqui ſerpit ſanies,& cuniculos agit,uenas,arterias,neruos,& uicina corpora depaſcitur: hinc etiam atteruntur oſſa,& cariem ducunt, liueſcit cutis,& in rugas quaſi ſenio mareſcens contrahitur: idq; metuendum magis in digitis,articulis, partibus corporis quæ in decliue patent. Sic enim parotides, femorum abſceſſus in fiſtulas cauantur, & quæ facilè putreſcunt qua-

Argumẽtũ 1.ẽ. 2. libri.

Noxæ non aperta ſuppuratione.

Foras euocanda suppuratio. iis auus est, extremæ partes, & loci genitales. Cumq; ambigat materiæ cursus, quæ uidelicet foras introq; cōuerti possit, puidendum medico ut in superficiē deriuet multò magis si uiscerū aliqđ in propinquo est: si intus disperso puri nulla uia sit qua excernatur. Alioqui uitā celeriter
In vomicis ventris. eripit, aut cōpressum intus putrefaciet partes quibus insidebit. Quo fit ut in uomicis quas ilia collegerunt, ea curā di rō quæ tentat ferro, ueteri medicinæ probata sit. Atq;
Peritonæū. decliuē partē qua ile est, iuxta inguina secari iussit: neq; à peritonæo mēbrana metuit, ut quæ nullo ferè periculo incidatur, & facilè coalescat. Nec aliter in uulneribus capitis, ubi contusum aliqd, fissum, fractum, modo serra, mo
In caluaria do terebra caluariæ partes ad diploen vocatam & menyngē excindimus. Quare ēt si tumor nōdum satis maturuit, ea pericula ferro anteuertenda sunt, multò magis si uirulenta materia, vomica includitur, vt pestilēte carbunculo & bubone, lue venerea, & aliis generis eiusdem. Cruda ani tubercula metu fistulæ secat Hippocrates. Quāquàm animaduertendum, vt ne nimis citò: nunquam enim vis naturæ gratis inferenda est, sed semper aliquid beneficii,
Vbi ossa in propinquo sunt vomicarum. nihil maleficii proponi debet. In uomica quæ tardius erūpit, à subiecto osse metus est: atque ideo in cōtusionibus capitis & angustis vulneribus, pericranium in crucem intersecamus, aut ampliori plaga diuidimus. Sed iam aper-
Cautio ī mēbranis excindendis et neruaceis corporibus vomicarū. ta vomica, membranæ, neruacea corpora, & alia semiputria occurrunt, quæ nec intempestiuè rescindenda sunt, molliter prius vellicare oportet: at si nec sequuntur, celerius illiquare conuenit, vt vel sponte sua excidant, uel nulla vi & leni tractu reuellantur. Atque omnino sua est putredini maturitas, eaque expectanda est. Alioqui noua inflammationis & cōuulsionis pericula creari solent. Itaque semiputria illa molliter commouenda sunt: matura enim facilè concedunt, cruda restitant, dolentque si
Suppuratio non necessariò aperienda ferro. vi maiore pertrahantur. Iam verò perpetuum nō est aperire ferro, quod suppuratum est, sed si nullum in mora periculum apparet, diaphoreticon remedium imponendum, quo loco mollior abscessus est, & digito cedit. Sic enim

enim ſanies exugi poteſt, idq́ue faciendum magis, quum alta parte uomicæ non decliui, ſuppuratio ſe colligit. Atque antea pharmaca non notata ſunt, quę pus exhauriãt, & poſtea deſcribentur. Neque ignorandum eſt locis aliquot interdum materiã ſubeſſe, q̃ ſit puri ſimilis, qualis ĩ atheromate, ſteomate, meliceride, aliena quędam pituitę genera: nõnunquam quoque ad oſſa colligitur, eaq́ue diſcutienda, aut facto uulnere expurganda eſt. Eſt cum ſpiritus flatuoſus ſpeciem puris referat, atque aperientem ferro medicum eludat, nullo pure, ſed ſolo ſpiritu excunte. Quòd ſi ferro uel igne ſemel utẽdum eſt, prius animaduertere oportet, ne quod uas inſigne, neruus, tendo, uinculum: ne quid neruoſum (quales mẽbranæ quędã ſunt, aut potius lati tẽdines) cõuulnerentur. In muſculis fibrarum interſtitia cultello ligneo uel digito diducenda, ne cum fibris nerui, aut uaſa p̃cidantur: idq́ue magis, quum in profundo ſanies reſedit. Parcendum quibuſdam partibus, quæ uegetius ſentiunt, & à quibus uis ignis ad principia celerius tranſilit. Cauteria & ferramẽta pericu loſa occipitio, temporibus, & ubicunque caluaria mollior eſt, ubicunque uel exitus neruorum, uel aditus uaſorum eſt: nec ea ipſa citra periculum oculus ſuſtinet. Ac in palpebra quidẽ tranſuerſum ferrum ducitur. In oculo qua uulneretur uena prouidendum, ne pupilla contingatur, ut inde humor profluat, & cicatrix relinquatur quæ uiſum intercipiat. Ex quo in eam partem qua extima membrana albicat, ſcalpellum, acus, & alia id genus ducere ſolẽne eſt. A uulneratis tẽporibus & eo loco qui paulò ſuperior eſt, quaque perreptant uenæ, nerui arteriæ hæmorrhagia commouetur, & aduerſæ partes ferè conuelluntur. In capitis uulneribus animaduertẽdum, quã altè uitium deſcenderit. Pericranium contuſum diſcinditur, ut fiat exitus puri: in eodem plaga anguſtior inciditur, dum ſatis pateat. Quòd ſi cranij fractura acceſſerit, curandum ſedulò, ut celeriter ſuppuret, quod ante uulnus eſt, ut purum ſit & aridum: ex quo agnoſcenda fracturæ magnitudo: quæ ſuperficialis eſt, raſorio ſcal-

Pituita puri ſimilis.

Animaduertenda in uſu ferri & ignis.

In oculis.

In temporibus.

In capite.

In caluaria fracta.

pro

pro atteri & cephalicis curari debet. Si ad diploen procedit, modò terebra, modò ferra ſuperior pars oſſis eximenda eſt: ſed ita,ut ne ultrà quàm oportet ferramentũ prodeat. Cranio uerò uſq; ad membranam fracto, omnino excindendum os eſt. uerùm ſæpius reuocato ferro, & frigida merſo. Et enim iugiter attritum, incaleſcit motu, & os elimatum ſerra unà conferueſcit. Ac uideo placuiſſe multis aliquid oſſis relinqui, nec totum ſemel excindi, quodque reliquum ſit, pharmaco ſiccari. Sic enim alimenti inopia exareſcit, ut uel ſponte ſua excidat, uel leniter motum ſtatim ſequatur. Deinde ea ratione periculum declinatur, quod accidat, ſi altius permeante ferro membrana uulneretur. Atque omnino in cranii fracturis, ubi ſerra, modiolis, cycliſcis, terebellis uia puri ſit, craſſiori parte oſſis ferramenti acies cõfigi debet, & à ſuturis, fiſſuris, neruorum radicibus & uaſorum cuniculis, poſtremò quoque molliore oſſe duriore fracto, & temporibus declinanda uis eſt.

In collo. In ſtrumis & colli abſceſſibus à carotide arteria, uena ſphagitide, uocali neruo abſtinendum, illinc hæmorrhagia, quam ęgrè ſupprimas, hinc uel omnino mutus, uel certè ſemimutus homo relinquitur. Ex quo (opinor) ceruici omnino parcere quidam è ueteribus maluerunt. Adde quod in totum collum neruorum propagines à ſpina diſperguntur, quas non niſi periculoſè uulneres.

In humero. Exteriore parte humeri tendo eſt, qui ignem ferrumque non ſuſtinet.

In thorace. In empyicis & deploratis pleuriticis ſcalprum & cauterium inferiore parte meſopleurii collocamus, quia uidelicet ſuperiore, uena, arteria, neruus eſt. Hippocrates qua parte exauditur materię ſtrepitus: Alii ſcabriorem cutem & peius coloratam ad ſectionem annotant. Nonnulli ubi minus carnis eſt: Paulus inter quartã & tertiam coſtam, inter quintam & ſextam Leonides, multi inter quartam & quintam aperiunt metu diaphragmatis. Sed aliis thorax breuior, aliis lãguior eſt. Sunt qui internam membranam commouerent, ut pus effluat. Alii ne attingendum putant, quia ſic effluxione, ſpiritus ęgri intereant, aut inſanabiles fiſtulas trahant, utrique ſe confirmant

firmant authore Hippocrate. Per ſterna nerui uaſaque decurrunt: ideoque in uomicis quæ illic coeant, ad latera chirurgia uertenda eſt. In collectionibus uentris, quæ inter peritonæum & inteſtina latent, ſiue ex iecore, ſiue ex alia parte diffuſę ſint, Eraſiſtrato primū, deinde aliis medicis placuit detrahi pus ſectis inguinum locis, ubi uidelicet ilia terminantur: inciſa etiam peritonæi membrana, ut quæ ſine periculo diuidatur, & facile cicatricem claudat. Idque cōfirmāt, quod in hydropum paracenteſi & chirurgia ramicis inteſtinalis nullo ægri periculo ea ſaneſcat. Sed hoc tentandum magis ubi deſperamus, ut ne naturæ poſſit intrò pus effuſum, uel per urinas, uel per inteſtina tranſmittere, id quod integris uiribus naturæ aliquando quaſi miraculo contingere certum eſt. Hydropicos temere incidi corrupto hepate rectè ſcripſit Eraſiſtratus. Et in colo ſuppurantia tubercula, eodem modo ſupra inguina aperta uia perpurgantur. In extremis ilibus qua in ſumen uertunt & aqualiculum, multi ſunt tendines, multa uaſa coeunt, ex quo hac parte manus ſedulò temperanda eſt. Videndumque ne, uel laxetur uel diſrumpatur is meatus qui à peritonæo ad teſticulos procedit, unde hernia moueatur. Inuritur carnoſus podex, & ferrum ſuſtinet: non ita quod illic neruaceum eſt. Eadem ratio in genitalibus ſeruari debet: ubi ab arteriis cauendum, quę illic plurimæ coeunt, hiantque maioribus clauſulis: nam inde hæmorrhagiæ non ita facilè ſupprimuntur. Sub natibus neruus eſt, qui ſi iuxta ſuppurationem pręciditur, aut nudatus uiolatur frigore, ſubiectum crus ſtupidū relinquit. Idem animaduertendum in uomicis reliquarum partium, ne nudi maneant nerui, & frigore contrahantur. Hinc enim ſtupor & conuulſio fieri conſueuit. In perinæi tumoribus qui inciduntur & calculis ſummopere cauendum, nequid intus uulneres, quod poſtea ægerrimè glutinetur, quaque ſummo pudore & moleſtia excrementa diffluant. Itaque ubi fiſtula medium cunicu cum agit inter inteſtinum & ceruicem ueſicę, fiſtulam medicamentis quidem exedit: ferro attingi uetat Hippocrates. Sed fit aliquando non modo

In uentre.

In ilibus.

Genitalia.

Sub natibus Cautone nudi nerui refrigerētur.

In perinæo.

modo hac parte, sed aliis, ut neque medicaméta iniicias, quia profundior & obliquior fistula est: neque ferro diuidas, quia altius descendit, quia obiter incurrunt uasa magna, & nerui, qui certè casus desperationis etiã putandus est. At breuiter ubi maior pars est, quæ auferri postulat, & ad partes ueniendum, quæ non nisi certo periculo uiolentur, abstinendum ferro est. In quibus auté aperire licet, magna sectio uitari debet: quia inde cicatrix turpior, pars imbecillior & ad motum ineptior relinquitur. *In bubonibus.* In bubonibus uenæ sunt & nerui, quæ glandibus innituntur, ideoque si quando inurendi loci consilium est, apprehendenda cutis, & à glandibus superãda prius est. Sectio uerò oblonga angusta transuersim ducenda est. *In glãdulis.* In uulneribus quæ ferro fiunt, quacunque parte eiusdem generis glandulæ sunt, eadem ratio seruari debet. In articulis perpetuo suspectus ferri & cauteriorũ usus est, quibus si necessario utendum sit, ea parte quidem imprimetur uis, quæ magis carnosa est, quæque neruos articuli, & tendines longius relinquit. *In articulis* Ex quo ischiadicis inferiori parte quàm malum est, ignem adhibemus. *In ischio.* *In genu.* *Latus tendo genu.* In genu, lato illi tendini parcendũ est. Is ex duobus maximis musculis femoris abneruatus, patellam capit, alligatq; uicinis ossibus, qui si uel ferro, uel igne uioletur, efficit ut neque sursum trahatur membrum, neque extendatur, & grauia conuulsionis pericula creare solet. *In carpis.* In carpis multiplices tendines, quasi annulo colligantur: atque hinc tota ferè extrema manus neruacea est: eaque interiore parte lato tendine contegitur: extremis digitis, quaque radices unguium positę sunt, acriter sentit ideoque hac tota parte admodum suspecta, tũ ferramenta, tum cauteria sunt: in toto extremo pede eadé ratio seruari debet. *In extremis membris.* *Claui.* Quo fit ut in clauis, hoc est, tuberculis duris, clauorum capiti similibus, qui ferè summis digitis manuum, calcaneis pedum & plantis enascuntur, aliis potius utendum auxiliis, quàm ferro uel igni ueteres existimarint. In his omnibus anatomica disciplina opus est, in qua quicunque fuerit exercitatus, ea omnia pericula facile declinet. Contra uerò sæpenumero aberret,

ret, necesse est. Rursus aliud è situ cōsilium capere oportet. quædam enim uomicæ in superficiem eminent, quę fere sine periculo inciduntur, uitatis scilicet neruis, maioribus uenis & arteriis. Quædam in alto latent, ut pulmone, renibus, cauis hepatis, œsophago, interiore diaphragmate, uentre intestino, nisi qua parte in anum desinit posterioribus partibus uesicæ, & uteri, altiore cerebro. In his itaque suppurationibus nullus ferro locus est, neque tractantur cauterio, nisi hoc aduersæ parti quæ foris est quæque familiaritate aliqua consentit, imprimatur. Tantùm hoc unum reliquum est, ut modicè acribus modo in potu datis, modo linctis alias infusis disrumpantur. Quale hoc est, tussilago mediocriter acris est, quæ citra molestiam thoracis collectiones rumpere credita est. At uerò in internis suppurationibus quædam foras se proferunt, quales sunt in gibbis iecoris, lienis, uentris, uesicæ collo, & parte sub pubem eminente, peritonæo, colo, utero. Sed quæ in utero & uesica suppurationes coierunt, sanescunt ægrius: aliæ facilius percurantur. Sunt præter hæc genera tum abscessus, tum tubercula quæ non ita latent, sed ad quas uia angustior periculum aliquod denunciet, ne quum ad partem ægrā cauterium derigitur, uiolet obiter quod sanum est: qualia sunt in ore, profundis naribus, intestino recto, & eo sinu qui pudoris est. Qua in re uel sutillis fistula more ueterum, uel calamus scriptorius habendus est, aut inanis canaliculus, per quem cauterium ad uomicam & partem ęgram transuehatur. At si quid in profundo rescindendum ferro, lente quidem & perpetuo oculo ducenti culter dirigendus est. Id quod in strumis, cancrorum radicibus, uaricibus, & ubi pus altius desedit, facere oportet. Primum ergo cutis in crucem secanda est, nudanda caro: si quid uasorum aut nerui cultro occurrit, idipsum digito, ligneo uel osseo ueruculo separandum, distinctis fibris, nec ita momētaneis membranis, quibus illa inter se coniugantur. Idq́ue sedulo faciendum, donec secando ad eum locum perueneris, in quo uel colluuies latet, uel conditum est, quod eximi debet. Atque

E situ.

In profundis uomicis.

Tussilago.

In ijs quæ ex alto se proferunt.

In quibus à uicinis metus est.

Vbi in profundo rescīdendum aliquid.

Cautio.

dum hæc fiunt, præsto adesse oportet medicamenta, liniamenta, fascias, reliquaque omnia, quæcunque ad hæmorrhagias facere uideantur, ut si nec opinanti sanguis è uena uel arteria profluxerit, habeas ad manum quod in præsentia opituletur. Itaque quo iam tempore omnia tuta sunt, & locus æger nudatus est, opportunæ parti gladiolum infiges & uomicam repurgabis, aut peramputabis quod eximi oportet. Videndum quoque in configendis uomicis, ut quantùm oporteat culter descẽdat: profundius uulnus hæmorrhagias commouet: superficiale sæpenumero frustra est. Eodem modo cauteria in superficiem transcurrunt, leniter insident, aut altius imprimuntur. Et hæc quidem in molliori corpore, molliora, qualia è subere, spongia & quibusdam radicibus confingi possunt. In metallicis, aureum æneo & ferreo clementius est. Sed de his alio loco pluribus. Rectum uerò an transuersum, uel obliquum uulnus esse debeat, figura partium, flexus, rugæ, fibræ primum quidem indicant, deinde consilium iuuant subiecta uasa & corpora. In collo qua parte eunt uena, arteria & neruus, rectum quàm transuersum præferunt. In fronte, palpebris & ubicunque transuerso ducuntur rugæ, transuerso quoque ferramentum duci maluerunt, ne contractis rugis uulnera replicentur. Quibusdam tamen in fronte recta uulnera placuerunt magis, ubi nec ita profunda, nec punctim infligenda sunt, ne quæ à periostæo membrana subest, conuulneretur. In inguinibus è flexu, transuerso ducitur duplex, interim angustum & oblongum in myrti folium. In uentre nisi prohibeat flexus & rugæ, ut sunt fibræ musculorum: eodem modo in reliquis: eaque parte infigenda plaga est, cui in motu & corporis flexu, externa corpora minus occurrant, interiore brachio & crure potius quàm exteriore, & longius ab articulis. Simplex uulnus aliquando sufficit, decliui parte, duplici aliquando & trigono opus est, cuius uertex altior, basis inferior describatur. Eadem ratione in lunatis uulneribus, sursum cornua existant, deorsum alueus abducatur. Atque omnino scalpellus ea parte configatur,

Profunditas vulneris

Cauteriorũ materia.

Figura vulneris.

In collo.

In fronte et rugosis partibus.

In bubonibus.

Cui parti infligitur ferrum.

Simplex an multiplex vulnus.

tur, quæ mollior eſt, quæ digitis ſuccumbit, ubi faſtigiũ erigit, qua deniq; ſanies commodius expurgetur. ὑπόρρυσιν appellant ἀπόρρυσιν & exanitionem, uel (ut alii) exaniationem: in qua ἐπιδιαίρεσις eſt, & ἔκτριψις, ἀντιδιαίρεσις & καταντία. Nam ubi proclinata parte foramen eſt, facilè purgatur ſordes: ubi uero in ſublimi, ea reſtitare ſolet, deorſum ſubſidet, tãdemque ſinuat, ſiquidem uomicoſa pars nequeat pro arbitrio commutari. Quale eſt in trunco corporis, ac fore capite & parotidibus: In manu & crure etiam ſi os ulceris altius poſitum eſt, poterit tamen ita inclinari, ut ſanies liberè excurrat: tumque manus quidem è mitilla ſuſpendi debet, ut carpus gibbero ſit altior. Crus autem puluino innitatur, ſublato genu, & decliui in coxam femore: in brachio & tibia non ita libera eſt conuerſio: utrunque membrum ea ratione collocandũ, ĩ qua diutius ſine dolore permaneat. At ſi cui parti id denegatum eſt, nec ea poteſt pro libidine conuerti, aduerſæ parti & decliui uulnus inferendum, quod καταντίαν uel ἀντιδιαίρεσιν appellant. In aliis quoque manu & crure quæ commodè inuerti poſſunt, quum ſinus longior, cuniculoſũ ulcus, ſordes uberior, etiam aduerſæ parti lanceola immittitur, ut duplici exitu dato, uitium celerius expurgetur. Adde quòd ea ratione liquida medicamenta, quibus in id genus ulceribus ferè opus eſt facilius infunduntur. Eſt quum ab ore ulceris ad fundũ, ducto gladiolo, tota cauitas detegitur, vt in fiſtulis & ubi ſuppreſſis arteriis gangræna metuitur, ubi denique nulla alia uia ſanies ſatis expurgatur. Nonnunquam anguſtius orificium ferro ampliatur, aut quod amplum quidem, ſed rotundum aucto uulnere in longum, aut aliter deformatur. Sed hoc non tam purgando, quã glutinando fit. Quibuſdam locis plurimæ concorrunt arteriæ: plurima uitalis ſpiritus materia eſt: hic paruo uulnere contentus eris: ne confertim ſemelque erumpẽte ſanie, ſimul magna uis ſpiritus diffluat, unde animi deliquia, & nec opinatæ mortes conſequantur. Eſt cum adpreſſa manu fundo ulceris, & ita ad orificium adducta, interior ſordes excluditur. Faſciis quoq; alligatis, aſtri-

Duplex exitus pueri.

ctis alligatis, id efficitur. Aliquãdo ĩ latera materiæ cursus deflectitur nouo facto ulcere, ut inde pars nobilior ĩ quã uitiũ decurrat, liberetur. Quibusdã è uomica superiore per angustias quasdã sanies deorsum illabitur, & nouã uomicam gignit, qua aperta superior facilius ꝑcuratur. Vitioso dente & inde gingiua purulẽta, tumor sub mento colligitur: cõtusa atque inde saniosa maxilla superiore, labrũ superius interiore parte purulentum euadit. Hæc atq; alia id genus medico obseruanda sunt, ne prius inferiorẽ sinũ claudat, quàm superior fuerit ꝑcuratus. Ac temporis ratio quædam est, in quo uomicæ recludantur. In quibus morbis nullus dies urget, tutius est uere, deinde autumno, & æstate, aut certè calore fracto nondum ortis frigoribus. Atque hæc temporis ratio multo magis seruari debet, quo magis necessaria pars est quæ tractatur, & maiori periculo subiecta est, maiorque plaga facienda est. Eodem modo matutino magis & proclinato sole, quàm meridie, quàm feruente cęlo, quàm denique nimium progressa nocte. Et hęc quidem ferro & cauteriis in aperiendis uomicis breuiter medicta sint. Reliquum est ut eodem compendio de medicamentis quæ aperiunt dicamus, postremo addamus quæ sine ferro & uulnere, pus exhauriant. Atque utroque genere, hoc etiam magis utendum est, quia mollior æger est, quàm qui uel ferrum, uel cauterium sustineat: quia eo loco sanies consedit, è quo etiam si aperias, non facilè effluat. Et medicamenta quæ aperiunt, cauteria quædam sunt, natura certè caustica: ideoque à quibusdã ueterum cauteria frigida uocata, à recentioribus potentialia. Cauteria quidem, quòd tenera urant: frigida ut ad ferrum, & similia, quæ rutilent igne, comparata. Neque tamen sic urunt, ut quæ caustica & septica postea describentur, nisi quædã fortasse, quæ diutius insistant. Theriaca igitur domitas[1] aperit: urticæ semen è uino tritum, frangit, purgat, incarnat, cicatrice tegit. Cauliũ radices ustæ, tritæ & ueteri axungia captæ: Eodem modo radices cannæ, ostreorum testæ crematæ, adeps ranarum uiridiũ quæ uersantur in arboribus, lac ficulneum, tithy-

Quo tempore aperiendæ uomicæ.

Medicamẽta quæ aperiunt.

Frigida cauteria.

Quæ aperiant.

tithymallorum ſuccus, puluis è capitibus muſcarum & lacertarum, puluis cantharidum, erinaceorum corium cum pinnis uſtum, batrachium, caninum ſtercus album muſcerda, arida uini fæx & aceti, magis etiam quæ cremata fuerit, calx uiua in ſapone, uocatum ſublimatum in axungia: trita illa uiſco quercino, terebinthina, larigna, abietina, ſapone, butyro, œſipo, melligine anacardina, hermodactylorum ſucco, excipi debent. Ac plura capite de pyroticis. Sed hæc ita inſiſtere oportet, ut aperiant, nec cruſtam ducant: aut ſi ſic, ea molliter dettahenda eſt. Miſtum remedium eſt, fecis crematæ uini uel aceti unc. 2. ſimi columbini, propoleos, ſalis torrefacti, æruginis ana drac. 3. aquæ marinæ, uel in qua ſubduplum ſal illiquauerit, unc. 1. ol. antiqui, uel feruefacti unc. 2. æru go cum ſale & fæce trita, aquæ & oleo commiſcetur: coquuntur ea fictili clauſa, puro carbone, dum tota exhalet aqua: ex quo propolis mollita prius imponitur: auferuntur igne: ubi paululum refrixerint, colũbi fimus inſpergitur: puſilla plagula & oblonga efformatur, eaque medicamento inducitur, & conueniẽter adaptatur: tum amplius ſpleniũ ſudatur, quod leniente ſimul & coquente pharmaco illitum eſſe oporteat. Al. fimi columbini, nitri ana dra. 4. caricæ 7. quibus arida trita cõmiſceto, ac bene piſta inducito, ut prius. Quòd ſi durius uidebitur, purgata axungia & melle temperato. Arſenico, ſandaraca, puluere angelico uel mercurio uocato & ſublimato prudenter utendum eſt, ut habeatur ratio corporũ & uomicarum: nec enim placuit ueteribus Medicis (quod iam conſuetudine inualuit) grauius cruciari ægros. Nec in his ſolum, ſed iis etiam, quæ tantum pus exorbeant, non aperiant, ita cauiſſe ægris certum eſt: ueriti ergo illi ne quæ diſcuterent acrius, dolorem una commouerent, bis in die detrahi medicamẽta uoluerunt, bis fomentis uti quæ dolorem remitterent. Ac iam diſcuſſa saniei parte, ſemel tollere remedium, ſemel fouere tantum permiſerunt. Poſtremo non reuelli, ſed contineri, dum tota materia exhauſta eſſet, utile iudicarunt.

Quibus excipiẽda quæ aperiant.

Miſtum remedium.

Non cruciãdi ægri.

Clementior curatio ueterum.

Neque prius hoc utendum genere remediorum, quàm

ęſtus uomicę & phlegmone quieuerint. In uſu, ſuperponitur ſolium uel malagma, quod leniat, aut ſplenium delibutum pharmaco, quod dolorem prohibeat. Quantum uulnus eſſe uelis, tantum ſplenium aut plagulam conſtituas, quod pharmacum uulnerarium excipiat. A maiore uena, arteria, neruo abſtinendum, neque diutius relinquendum loco medicamentum. Laxanda prius cutis eſt, & tenuitas partium comparanda pharmaco. Sic enim cruciabit minus, & celerius efficiet. Ac rurſus facto uulnere ſolatium parti afferendum, fouendumq́ue remediis quæ temperent. Quòd ſi adhibito pharmaco uulnus fit, neque doloris ſenſus commouetur, iam ſyderatæ & emortuæ partis indicium eſt. neque iam aliud reliquum eſt, quàm ut uel depaſcas igne, uel exciſorio ſcalpro peramputes. In aliis auſterior noſtrorum hominum quàm ueterum medicorum cura eſt, dum alligatis cauſticis crudelius excruciant ægros: ſed fortaſſe dicant quod olim Epicurus, doloris grauis ſolatium eſſe, quum is breuis eſt. In alio genere remediorum quæ ſaniem exugunt, ſapo eſt illitus, tum per ſe, tum in diſcutiente oleo ſolutus. Quod ſequitur, peculiariter conuenit abſceſſibus genuum & articulorum, exprimit enim pus, nec incidit. Idem etiam glutinat: Recrementi plumbi lib. 1. teritur, & in ſeſquilibra olei ueteris coquitur ad craſſitudinem mellis: ſubductis igne, terebinthinæ lib. 1. commiſcetur: coquũtur omnia placido igne, atque uniũtur. Al. litharg. ceruſæ, ſalis ana vnc. 5. ol. ueteris vnc. 10. trita illa ex oleo coquuntur olla, & aſſiduè commouentur: quum non inquinant, in mortarium traducta cõtunduntur, & uſui ſunt. Et lithargyro, ſale, terebinthina & oleo uetere, multa comparata reperias, quibus acria trita reſperguntur, ærugo, fęx, calx, uitreoli genera, ſquamma, lapis calaminaris & ſimilia. Facit hoc ad ſtrumas, parotidas, ganglia, mammarum abſceſſus, elicitq́ue laxata cute, quicquid putis intus conditum eſt. Ceræ, nitri, terebinth. olei ueteris ana lib. 1. quæ uel (ut Andromachus) lixiuij ficulnei uncia 10. liquatis aliis nitrum, uel aliquid tale inſpergitur ſolutum aqua uel lixiuio:

Deſperata uomica.

Quæ ſanieȇ exugunt.

xiuio:miſcentur omnia,circumaguntur aſſiduè,ne quid efferueſcat. Plura iam ante,ut capite de reſoluentibus, & 6.decompoſitione pharm. κατὰ γένη.

De purgantibus medicamentis. Cap. II.

SEquitur ut purges. Etenim omne ulcus ſordidum ſedulo purgandum eſt. Quod ſi dehiſcit foras, neque fiſtuloſum eſt, molli tomento uel lintheo tum ſinum ipſum,tum labra ulceris perpurgabis: deinde medicamentis cauum implebis, dum rubens ac nimium neq; ſiccum,neque humidum ulcus extiterit. Medicamenta in concerpto linamento ferè imponuntur,quãquàm aliquando puluiſculis cauum inſpergitur, hocq́ue præcipue quum humidius eſt. Contra uerò areſcenti uitio, dolenti & inflammato liquidiora conueniunt. In media conditione ſatis corpulenta pharmaca inſeruntur. Quòd ſi non ita expoſitum uitium eſt: ſed intus latet, difficilis omnino cura eſt. Et ſi quidem capite includitur,neque per aures,nares aut aliter ſordes effluit, modiolo, cycliſco, uel terebella patefacere uiam oportet. In extremis naribus qua meatus in os pertinet, ſpecilli nucleo uel fiſtulis medicamentum induci debet. Alioqui aperto ore per palatum uia ad ulcus quærenda eſt. Nec alia ſeruatur ratio in oris ulceribus, quæ non ita patent. Ad thoracem unica ferè uia eſt ab ore per aſperam arteriam, niſi uulneris orificium in ſuperficiem ueniat. hic pyulcis,collyriis,ſuctu,ſuppuratio exorberi poteſt: iiſdemq́ue machinis uel melicratum, uel aliquid generis eiuſdem inferri debet. Inſufflantur pulueres per corniculum,& arundinem, qui præſenti uitio conueniant. Ad uentriculum & inteſtina prima per gulã aditus eſt: at quæ gulam purgent, lenta, tenaciq́ue materia illigari conuenit,ut obiter inhæreant. Inteſtinum craſſius detergente materia in clyſteribus expurgabis. In ueſicam fiſtula argentea, qua calculi tentantur, primum immittitur, quæ ut locus patitur amplius cauo pateat: in cauum cliſter ueſicarius introducitur, exprimiturq́ue ut

liquor

Ratio purgandi.
In expoſitis vlceribus.
Cõſiſtentia medicamẽtorum ratione vlcerum.
In profundis vulneribus.
In capite.
In naribus.
In ore.
In thorace.
In uẽtre gula et primis inteſtinis.
Craſſius inteſt.

liquor per canalem fistulæ ad uesicam usque perfluat: Rectis enim fistulis iniectis, ferè refluit atque disperditur. Iam uerò medicamenta purgantia, (quæ καθαρτικὰ appellant) modicè tergeant & siccent: detergenda sordes, quæ corruptela corporis concrescit, & reliquiis alimenti colligitur. Exiccanda sanies humidumque recrementum, quod stata naturæ lege ab alimento partis reliquum fit, & aliunde illabitur ῥυπτικὰ peculiariter appellant ἀφαιρετικὰ τοῦ ῥύπου, quibus uis detergendæ sordis data est. Hac parte uitanda sunt quæ adstringant, unde sordes pertinacius inhærent: quæ laxent, unde robur partium elanguescat: acria quæ colluuie sordium cauum impleant. Sale & eadem materia ideo obstinendum, quia ut detergeat, adstringit tamen, sordes impingit & uelligat. Hæc autem audire necesse est, ut ad purgandi rationum omnia referantur: nam si serpit vt ulcus, si putredo est quæ uicina depascitur, si quid occalluit, si quid influit & phlegmone est, medicamentum ita comparandum, ut ex iis quæ laxent, reprimant, mordeant, quæq; detergeant, tam multis semel casibus medeatur. Sed omnino in purgando ulcere, prima quidem ratio totius corporis haberi debet, quia uel in colume, uel pletoricon, uel cacochymon est: deinde peculiaris natura partis requiréda est: quia humida ea aut sicca, acri uel stupido sensu prædicta est. Postremo animaduertendum, num quid alieni uitij ut calli, rheumatis, phlegmones, doloris, uitiosi succi, putredinis, aut aliquid generis eiusdem ulceratæ parti aduenerit. Itaque ut ea sunt omnia & sordes ulcerum, ita qualitas remediorum distingui debet. Adde quòd uel recens, uel inueteratum malum est. Molli corpori, recenti malo, nimium neque sordido neque humido, parti præterea sensus acrioris, leniora remedia conueniunt: multo magis si in uitiosis succis æger est. In contraria conditione, contrariis auxiliis locus est. Quòd si pars aliqua tumoris maturuit, & pus reddit: alia uerò, etiam dum cruda est: huic quæ concoquant. purulentæ quæ repurgent, imperabis. Eadem ratione si quid durius, malactica: si quid inflammatum,

catharctico facultas

Rhiptica.
Vitanda.

Sale & similib. quare abstinendum.

matum, lenientia suis quæque locis accommodabis: alioqui pharmacum è multis temperabis quod iis omnibus querelis satis esse possit, qualia sunt Græcorum πολυχρηστα. In purgando plurimum ualet recta abluendi ratio, de qua breuiter nobis dicendum est. Vbi ergo molliore flocco tum sinum ipsum, tum labra exterseris, si præterea conuenienter abluas, magnopere curationem adiuuabis: ut ad reliqua per se natura interdum sufficiat. Itaq; si sanies acris est, sero si copiosa sordes, melicrato: si multa simul & acris est, sero in quo sacchari octuplum, uel tantundem mellis diffusum sit. Quumque cœperit cauum esse purius, œnomelite: post etiam uino è dulci austeriusculo utendum erit. In fœtido sinu, putri & cruento oxycratum conuenit. Acetum, oxymeli, œnomeli, dilutum marrubij, absinth. aloes, myrrh. pauculo conditum melle, putredines efficaciter iuuant, & nomas cohibent. Nomæ sunt ulcera quæ in ambitum partes arrodunt, depascuntur, ac præterea putrilaginosa sunt. Eidem medetur malo marina aqua, uel in qua subduplum salem illiquaueris. Vrina quoque uetere exemplo, & quotidiano usu ad eam rem laudata est. Rustico è neglecto ulcere digitus in pede computruerat: is Galeni consilio, concerpto linamento ulcus impleuit, conuenienter alligauit, & quoties incessit meiendi cupiditas, propria urina perluit, atque ita per sanatus est. Quod exemplum retineri potest in pudendis & aliis partibus corporis, quas sine pudore permixeris. Vrina sit non quæuis, sed cuique propria: nec hæc quidem cruda & aquosa, sed suo diluta sero & iusta bile colorata. Salsugo piscium eodem authore commendatur. Sed hæc leniter adstringit: at putridum ulcus fæculenta sorde plerunque impingitur, uidendumque ne astrictione sordes illa crassior magis inhæreat. Ex quo putridis adhibenda præcipiunt, quæ tergeant, discutiant, tenuent aliquando etiam quæ repellant, quæque adstringendo siccent, ubi tenuis est sanies & fluxio infestat. Fraxini folia molliuscula coquuntur aqua, unde cancerosa eluantur. Sic enim lenies, siccabis, absterges

De ratione abluendi ulceris.

Contra putredines.

Nomæ.

Vrina.

Historia.

Salsugo piscium.

Ad putrida

Fraxinus.

Lixiuium. & diſcuties. Lixiuiũ deterget, ſiccat, tenuat, digerit. Itaque in craſſa ſorde & putredine, magnus lixiuii uſus. Paretur è materia quæ detergeat, ſiccet, incidat, diſcutiat, & ſi efferatur malum, ea etiam quæ acrimonia mordeat, quale ſaponarium. *Sapo.* Saponem ueteres confecerunt ex ſeuo caprillo, hircino, ueruecino, bubulo & lixiuio cum calce: qui acriter relaxet, ſordes expurget, detergeat, ſiccet ſimiliter nitro. E cinere fagino, caprinino & ſeuo alii conficiunt. Quidã è calce, ſale, oleo & ſeuo interim permixtis aromatibus. Iſque modo liquidior, modo ſolidior, comparari poteſt. Atque omnino inde lixiuium ex purgandis ſordibus putridorum ulcerum idoneum eſt, *Materia lixiuiorum.* Eodem modo è tithymalis, dracontio, fico, bryonia, batrachio, oſtreorum & metallorum acriũ cineribus. Vtuntur etiam capitello, quod capite de pyroticis deſcribitur. Vrina ergo & iis lixiuii generibus utendum erit in putridis, fluxis, humentibus, & malignis ulceribus tum etiam œnomelite in quod cinerem chalcanthi, uel cremati uitreoli reſperſeris. In eundem uſum cinere carica rum liquida puluerantur: nec improbandum ligni ſancti remedium. Alii œnoſtagma probant, quia ſiccat & putredinem prohibet, *Oenoſtagma.* magis etiã ſi tantillum cremati mellis acceſſerit. *Mel.* Nam ubi in multo humore ulcus eſt, crematum mel, aut è meliteis uaſis deterſum & aridum magis conuenit. Ac dum crematur, aloe, myrrha, centaurii puluis, inſpergi poteſt, quo iam tempore ſummouetur igne. Idẽ ſucco marrubii, plantaginis, abſinthi, apii & ſimilium aptè perfunditur: ſic enim cancros, gangrænas, putredines, facilè prohibet. Vulgus ſenicula, bugla, centaurio & plantagine, plurimum utitur in melle, ut cum hoc ſuccus ex herbis preſſus percoquatur. *Vtendũ vulgi remediis adhibita ratione.* Neque turpe eſt per uulgus & aniculas profeciſſe. Non enim puduit maiores noſtros in multis remediis brutorum diſcipulos ſeſe profiteri: ſed aceptis è uulgo remediis adhibenda ratio & rectus uſus in quo ſumma artis poſita eſt. In nomis, phagedænis, chironiis & omnino malignis ulceribus, *In nomis & malignis ulceribus.* ueteres uſi ſunt iis, quæ & detergeant & adſtringant, ſed hæc rectè diluas, ut liquida infundantur. Aqua

aluminoſa

aluminoſa,uel in qua malicorium,myrtha,balauſtia,cæ
teraq́ue eiuſmodi coxerint , id genus ulceribus accom-
modanda ſunt. Aegyptiaca in liquidis diſſoluuntur,alia
q́ue id genus. Verum matutino melius adhibentur,tum
quæ conſtringant,tum quæ mordeant, quo iam tempo-
re difflauit corpus , ne adſtrictione excremenia cohi-
beantur,& acrimonia pertrahantur in ulcus. Præſtabit
quoque detergente materia prius expurgare,quã aſtrin
gentia inſtituas. Lixiuium è calce ſæpius elota terget &
ſiccat,nec ſine re laudatum eſt. In calloſis,ægrè cohæren *In calloſis.*
tibus,cuniculoſis,nimium ſordidis,ex cinere ficus,tithy
malli, aliiſq́; id genus lixiuium fit , quo ſinus quotidie
perfundantur. Aqua è larigna,terebinthina, reſinis ferè
omnibus extillata, tergendo idonea eſt:lixiuium ex oli *Ad cancero*
uæ nucleo,canceroſa tollit. Succo abſynthii ſiccabis, ex *ſa.*
terges, aſtringes,& roborabis. Melicrati & eorum quæ *Abſynthij*
mel,uel ſaccharum recipiunt,modus eſt,ut ſit decupla, *ſuccus.*
octupla,ſexcupla,aqua. Eo dilutiore utendum erit, quo *Melicratũ*
ſinus purior:acriore,quo ſordidior. In ulcere ſatis expo *& ſimilia.*
ſito, lintheolum prius pharmaco inſuccandum, leuiter *Quomodo*
exprimendum,inſinuandum cauo. In humidiore exactiſ *utendum ca*
ſime triti puluiſculi reſperguntur . In ſicciore & quod *tharticis.*
ſorde offarctum eſt,diuulſa linamenta, uel ſine his phar
maca mollia imponuntur:ex quo bene carminato uelle
re os ulceris obſtipandum eſt:deinde ſuperdanda mollis
ſpongia , uel complicata lintheola, uel denique quod
patria lingua,& iam uulgari Cotton appellatur, ut inde
tota ulceris regio comprehendatur . Atque hæc omnia
uino inculcabis,& expreſſa ſuperpones. Poſtremò arti-
ficioſe colligabis. Omnino tamen cauendũ erit,ne quid
durius, grauius,aſperius,ulceri incumbat . In fiſtulis &
altioribus lacunis,quod ſuperdatur ſpleniũ,in decuſſem
uel crucem diſcinditur , ut ſit quà ſanies effluat,atq; ea
parte diuidi melius eſt, qua os ulceris in decliui tangit.
Poterit etiam linoxylon molle obduci ſplenio,qua par
te diuiſum eſt , ne ſanies moleſtè diffluat & ſubiecta cor
pora inquinet,ſed combibatur. Omnia commodè obli
ganda ſunt, vel ut contineas, vel etiam vt reprimas. Ac
cidit

cidit aliquando ut longior turunda extrema parte neruum aut dolenté particulam attingat, atque exasperet. Quare ea decurtāda est,& ima parte intingēda remedio, quod & lētū sit & leniat,reliqua uerò detergēte auxilio illini debet,quæ si parū etiā uideatur, quia non penetrat in alueū qua ulcus definit, iniectis liquidis medicamētis sufficiendum erit,quod deesse uideatur. Postea uerò quā tempus redierit,in quo uincula soluātur, atque reuellautur indita medicamenta, recognoscendum fideliter,quanta qualisq́. sordes prius fuerit quanta,qualisq́ue in præsentia sit. Nā si iam minor & cocta appareat, bene est.Optime uerò si purum vlcus est,& iam aliquid laudandæ carnis succreuit. At si solito magis sordescit, & nihilominus crudum est, distinguendum hoc modo: Nam si cauitas maior, nouus calor, rubor & dolor, adfuerint, id acriori medicamento attribues. Temperabis ergo cerato rosaceo,si maior calor:si verò flaccidum vlcus & humidum, myrtino. Quod si nihil horum extiterit,non calor,rubor, dolor, sed tantum sordes uberior prouenerint,imbecillius est pharmacum, quod adiecto melle exacues. Sed aliunde humor interdum affluit, ut in Rheumaticis ulceribus appellatis: nonnunquam in largiore cibo & potu peccatū est, quibus mederi prius necesse est,quàm ulcus purgari possit. In humore nimio siccantem pollinem consperges, & mollibus pharmacis abstinebis. Aliquando uerò nimiùm siccando,& contractum,& exuccum ulcus reperies: qua in re siccantia humido diluuntur. Inflammato ulcere sæpe initio recurrit materia, ut tenuis quædam sanies, lachrymæ similis, tantum effluat: unde δακρυῶδες ulcus appellatum ab Hippocrate. Vbi non medicamento sed uitio ulceris ea res attribuenda est. Oculis,naribus, & palato aliisq́. partibus ulceratis, quas humor subinde alluit uis medicamentorum aut acrior sit quàm ulcus postulet, aut sæpius commutetur. In contumacibus, solidiora pharmaca inseri possunt (si non prohibet dolor) & platismata suprà adhibentur. In summa iustam qualitatem pharmaci æstimabis, si purius ulcus inde redditum

ditum est: si naturaliter sentit locus ulceris qui sensu præditus est: si modicè rubet: si nimium neque siccus, neque humidus est. At quicunque sensu caret, aut non naturaliter sentit, quicunque nimium aut aridus aut flaccidus est, quicunque albidus, pallidus, liuidus, aut niger est, is nondum purus est. Omnino uerò siccandum ulcus est, quantum uidelicet & ratio sordium, & natura partis ostendit. Alioqui infra modum siccato ulcere, fungus è membranis nascitur, aliunde excrescit caro, aut putredo contrahitur, in qua ad acria, mordentia, ignem quoque & ferramenta confugere sępe necesse est. Accedit aliquando ad sordes ut etiã uermiculentur, quo tempore aloe cremata conspergatur: ueratrũ albũ in tosto melle: puluis pollij & absynthij in pice imponatur: nuclei mali persici è persicariæ succo tusi: plãtago arefacta, marrubiũ, centauriũ minus, calamyntha, porrũ. uesica suo felle plena, igne resiccatur, teritur, & inspergitur. In summa quæ amarore uermes enecãt, & purgãt sordida. Arida teruntur, & ita resparguntur cauo. Ex aliis succus exprimitur, melli uel aloe concorporatur, & aliquando simul omnia coeunt. Eidem rei lixiuium cõuenit, urina linamẽta ieiuni hominis saliua tincta, cicer, orobus, lupinus, hordeum: usta, trita & melli mista, uermes extinguũtur, maligna sanant & chironia. In cancrosis cancri fluuiatilis cinis cum cadmia. Si cadmia desit, tutia uulgari crustracea, gleba æraria usta tritaque, aut fuligine ex ærariis fornacibus uti licebit. Meliora hęc omnia ex uino giluo, tenui, pellucido, leniter astringenti, & odoro: diutius uersata loco subdiali & obiecto soli, alioqui luculento foco. Irionis semen cõlæuigatum melli: lens cocta cũ melle. Mel in tegula torrefit, & solani succo imbibitur. Ex uirẽtis oleæ surculis succus exprimitur, mali coriũ uritur. Semperuiuũ, umbilicus ueneris, solanũ, intybum, lactuca, psyllium, omphax, atriplex exuccãtur, quod inde expressum fuerit, pistillo & mortario plumbeis diutius circumagitur, dum fit luti crassitudo. Pompholyx in pila plumbea diu uersatur, atque paulatim affuso succo qui conueniat, uolutatur. Colocynthis uritur,

Vermiculãtia ulcera.

Ad cancerosa.

Põpho. tur, puluis pompholygi permiſcetur contra maligna & *Ceruſa è dracontio.* vermiculantia. Ceruſæ e dracontio (gerſam ſerpentariam vocant) vnc. 1. calcis uiuæ, drac. tres cum aceto pista iunctaque fictili cremantur: puluis expurgat cancros & curat. Fit autem ea ceruſa hoc modo, quæ per ſe clementer purgat. Radicem Vere colligunt, Galenus ſub canicula: Dioſcorides lauat, ſiccatur umbra, aliquot poſt diebus ſecta in taleolas, traiicitur acu quæ filum ducat ex quo depẽdens vmbroſa domo aſſeruatur. Vſus tempore, trita inſpergitur, & maligna curat: melli aliquando, aut (ne acrior ſit) cerato commiſcetur. Sed vt inde ceruſa fiat, vbi iam ſiccata, & in farinam trita eſt, vitreo vaſe includitur, in quo tantum ſit aquæ roſaceæ (quod ῥοδόσταγμα vocant) vt enatet aqua: vas ergo viginti dies perſolatur, & ut expirat aqua atque combibitur, ita noua refunditur: poſtremo farina illa exiccatur umbra: vbi liquorem multum combibit, uſui reponitur. Eodem modo umbilici marini, ſales oſtreorum cinis, puluiſculus iridis, os ſæpiæ aliaque generis eiuſdem cõparantur, & addita ceruſa lota, gummi, mucagine, crinoſtagmate: bene mundato lotoque adipe, anchuſa denique ad fucos mulierum permiſcentur. Ad cancroſa, li- *E lithar. & ceruſa.* tharg. vnc. 2. uino giluo, tenui, odoro, leniter aſtringente uel aceto, ſi quid eſt calli, immerguntur, ex eoque quotidie in ſole uel igne conteruntur piſtillo plumbeo & mortario. Idque diebus octo uel pluribus. At quoties tritura repetitur, uinum & acetum mutari debet: tantò efficacius pharmacum eſt, quantò plus liquoris rapuerit. hic rurſus oxelæon ad ſelibram iniicitur, ex quo diu trita lithargyrus excoquitur puro carbone. Iam non inquinanti, ceruſæ ſemuncia inſpergitur, mouẽtur omnia, & ſedulò cõmiſcentur. Sunt qui cineris oſtreorum drac. *Ricotia.* 2. adiiciant. Ex eadem materia, Ricotia barbarorum, conficitur. Lithar. triti & ceruſæ ana vnc. 2. ol. myrt. uel roſaceo concorporantur, & ſi lubet, ſucco plantaginis uel ſolani imbuuntur. Pſωricon Meſuæ medetur cãcris fiſtulis, lebræ, ſcabiei ſiccæ, putrida depaſcitur: ſuperiori- *Pſωricon Meſ.* bus pharmacis acrius eſt. Litharg. argenti, chalcanthi, uel

uel uitreoli ana unc. 1. ærug. unc. 1. teruntur uno die in sole æstiuo ex aceto acerrimo, quod paulatim respergi debet, deinde conduntur omnia uase uitreo, & ad quadraginta dies sub fimo obruuntur. diapampholigos medicamentum est ueterum & recentiorum, quod contra cancros usurpari potest. Vrticæ semine & foliis utrisq. tritis, aridis, infriatis. Galenus usus est ad gangrænas & cancros, quia modicè calfaciunt, siccant, digerunt, tenuium sunt partium, nec mordent, qualia gangrenis & cancris conueniunt. Sed ubi calor est, refrigerante succo qui per se conueniat, temperari debent. Gangrænæ cõpunguntur, scarificaturque, ut oppressis spiritibus liber anhelitus reddatur: iisdemque iuuantur remediis quibus & cancri, & putredines. Putrida curantur melle scillite, cui intritus sit puluisculus ellebori. Aristolochia rotunda extenuat, putredines sanat, repurgat sordida, ad quæ efficacior est quam longa. Hyperici semen aridum, commistum melli: putridis & iis quæ in multo humore sunt, medetur. Erysimi semine ad cancrosa, putrida, gangrænas similiter utendum est. Sabina iisdẽ remedio est, & atra iuuat: uerum tum hæc, tum quæ acria sunt, rebelli ac nimium contumaci uitio accommodare melius est. Quod genus ulcerum uim acrium medicamentorum sine noxa perferre potest. Nam cum recenti malo, dolente atque inflammato clementius agendum est. Computrescebat & humore soluebatur medii digiti manus articulus: cui Galenus initio cataplasma induxit è farina hordei in lixiuio pista: uicina uerò sursum uersùs tensa dolentia & inflammato oleo calente fouit. Postea uerò quàm dolor acquieuit, calorq. extinctus est, ex orobi farina eodem lixiuio iuncta cataplasma compegit, atque is tandem sanatus est. Ita in articulis & neruosis partibus, tum etiam aliis quæ putrescant, farina (ut dolor est & calor) commutanda, quæ si non prohibent, è lupinis & ciceribus extundi potest. Subiguntur autem cataplasmata, modò lixiuio, modò oxycrato, & in dolore œnomelite aliquando etiam aceto mulso uel aceto. Marrubio, scordio, centaurii mino-

Facultas quorundã medicamẽtorum ad gangrænas, & cancros.

Putrida quæ curent.

Aristolochia.

Sabina.

Historia.

Contra putredines articulorum, neruorum, &c.

ris cauliculis uti solitos ueteres contra putredines Galenus author est. Aloe, myrrha, absynthio, apio amaro, melle tosto ferè usa est posteritas. Plantago rebellia, rheumatica & putrilaginosa sanat. Ac ferè inuenias ueterem medicinam triplici genere remediorum pugnasse contra putrida. Frigidis enim & astringentibus aliquando usa est, ut plantagine: admodum calidis, sed quæ non mordeãt, ut urtica: acribus ac iã mordẽtibus, ut Sabina: ac singula genera, singulis ulcerum differentiis accõmodanda sunt. Initiis enim putredinum ubi calor & dolor est, frigida illa conuenient. Vbi inualuit putredo & contumacior est, ad acria decurrendum. In media conditione, medium genus utile est: in quo anethi semen est ustum, tritum & inspersum. Ex officinis ærarii, ea scoria colligitur, quæ fuso ære relinquitur: è uino tenui quod ex austero dulcescat, diu conteritur: quadruplo melli torrefacto permiscetur, singulari remedio in ani, oris & genitalium uitiis, magis etiam quum potredo depascitur: colligi potest ea scoria, non solùm in primariis illis fusuris glebę ærarię, sed ubicunque æs collectaneum in iecto lapide quem calaminarem uocant, refunditur. Melle myrtino, gingiuarum putredines cohibentur. Cõtra putredines & nomas, Aluminis uehemẽter triti, drach. 2. salis drach. 1. mell. unc. 3. omnia coniuncta, cremantur olla: ustis, tritisque, drach. 3. tritæ ireos immiscentur. Alumen per se ustum, tritumque contra eadem mala inspergitur. Aliud. Aloes, myrrh. ana unc. 1. trita iunguntur succo plantag. & absynth. dum fit luti crassitudo. Vitreolum uritur, diuque est aceto tritum circumagitur: hic siccatur: siccum è uino subigitur, rursus siccatur: puluis citra morsum siccat, & putredines adiuuat. Eodem modo macerari possunt acria metallica ut siccent, nec ita mordeãt. Chamæpytis cupressi nuces & folia, putrida, flaccida, & atra iuuant. Ostreorum, buccinorum, testularum, ossium, sæpiæ cinis ex oxycrato, & aliis contra eadem ualent. sunt qui dum ea cremantur, quartam partem salis immisceant. In calore & phlegmone, alterci semen album cum dupla farina tosti hordei uel

auenæ

Vsitata ueteribus contra putredines.

Tria genera medicamentorum contra putrida.

Vitreolum.

auenæ,usurpandum. Atque hinc poterit ex œnomelite, uel oxycrato cataplasma fingi. Arida radix cucumeris agrestis,fici folia,ellebori fibrę, unumquodque tritũ,& melli mistũ,iisdẽ uitiis auxilio est. E radice gentianæ & enulæ,cerusa factitia qualis è dracõtio descripra est,mirificè prodesse potest.Scilla similiter cũ melle cocta. Cinis è lana succida mollibus,flaccidis,malignis ulceribus utilissimè inspergitur,atq; efficaciter siccat:eodẽ modo è pilis animaliũ utilis siccãdo cinis cõparatur. Ad putrida uitreoli usti,& ut prius,confecti ℥.1.elaterii & seminis lini torrefacti ana drac.1,terantur omnia.Isidori Antiochei ad gangrænas nomas ueteres,& malignas putredines.Litharg.semuncia, æruginis ℥.1. olei ueteris uel ricinini ℥ 9.uel(ut alii)sesquilibra, metalica trita cum ℥ quatuor,& semisse olei clementi foco coquito: uersato spatha, uel manubriolo ex enulæ radice, cucumeris agrestis & gentianæ,idq; donec uiride fiat: hic in mortarium data omnia uolutato:ex quo in cacabum repetita, cum pari modo olei recoquito, dum sit melinum pharmacum : tum in pilam reuocato & circumagito : deinde redditum foco tertiò excoquito,ut ruffum appareat, & in mortarium reducta subigito. Postremò iam quarto coquito cum pari oleo,omniaque ut prius,facito. Andromachi ad eadem. Litharg.unc.9.calcis uiuæ,æris cremati,thuris,terebinth.aristolochiæ rotundę,ana unc.3. picis,cerę,ammoniaci ana ℥ 6. liquabilia seorsum fundito:deinde metallica uino tenui & odora tincta, tritaque immittito : omnia in mortario contũdito, & fideliter commisceto. In putridis,depascentibus, & grauiter olentibus,uocato puluere angelico,arsenico, crucis uitreolis,aliisque id genus utendum erit. Ea in tenuissimum pollinem trita, & extremo specillo capta resperguntur,ex quo linamentum simplex uel liquore qui cõueniant,madidum superponendum. Atque hic ubi aliis remediis nihil profeceris,ferro & igne purgandum est. Efficax medicamentum Lucij Cathægetæ ad malignas putredines & nomas.Sulphuris uiui,auripigm. squamæ æris ana drach.2, æris combusti, drach.dimidium:

Isidori ad nomas,gangrenas,etc.

Andromachi ad eadẽ

In nomis et fœtentibus.

trita omnia insperguntur : mollius est si in melle rosaceo adhibetur. Arido utendum magis in humore multo : in siccis temperatur rosaceo. Aegyptiacis quoque uti licebit. Atque hæc quidem obiter, neque tamen præter institutum, contra cancros, gangrænas, putredines, nomas, vermes, nigredines, quæ ad purgandi, siccandique rationem, atque omnino perturanda vlcera pertinent. Nunc autem ad peculiaré materiam veniamus.

Materia purgans. Repurgant molle tincta linamenta : aridum mel quod melitæis vasis inhæsit : mel rosaceum, quod etiam reprimit & calorem attemperat. Sacchari eadem fere vis est: terebinth. cum melle & rosaceo pari mensura. Eadem cum butyro, neruis vtilis est: Iris serpentibus & sorde plenis, gentianæ radix & enulæ. Marrubii succus & fœniculi conditus melle, mucago fœnugræci tincta rhodomelite, oculorum ulceribus idonea sunt. Melissophyllon, marrubio imbecillius est. Aerugo tosta, lotaq́.

Metallica. æris squamma, ac ferè reliqua metallica, similiter comparata citra morsum siccant, quædam etiam detergent, æs, stibia, ad hæc, chalcitis, misy, sori, quæ ad uitreoli, & cuprosæ genera referunt. Caprillum stercus exustum, &

Caprinum stercus. è uino pistum desperata sanat. Trochisci è calce, maligna iuuant : calx uiua trita quadruplo melli commiscetur : ex quo finguntur orbiculi, qui in figlino, ordinatur collocati, & in fornacem dati concremantur. Inde puluisculus inspergitur, qui longè clementior fuerit si uino uel aceto eluatur, ut citra morsum tergeat, & siccet. Eadem arte multos pastillos conficias, e calce, melle & metallicis. Chironiis, hoc est, ualde malignis aliquando satisfaciunt cicer, orobus, faba, hordeum, auena, fresa omnia & melli infriata, uel per se respersa cauis. Eadem lupinorum uis est, qui in cinerem, molli igne usti, maligna ulcera tibiarum purgant, implent, cicatrice claudunt. Ad eadem ualent radix asphodeli, ari, & asari, ostreorum testæ & uolumina cochlearum. Vruntur omnia figulari clausa, deinde etiam lauantur uino, siquidem acrimonia deterenda est. Polium aridum rebellia sanat. At hoc scabiem expurgat, & maligna curat. Ellebori

bori albi unc.1.litharg sesquuncia, litharg.in olei, unc. iiij. & aceti,unc. ij coquitur, dum non inquinet, subductis igni, elleborus paulatim inspergitur, commouentur spatha,& sedulo permiscentur. Ligustri nostri & minoris plantaginis folia affuso omphacio teruntur, asperguntur sale, succus exprimitur ad maligna colis ulcera. Sed ubi quæ mordeant partibus adhibentur,quæ inflammatæ celeriter putrescant,purgato corpore & ieiuno uicinia repellentibus obstinanda est. Erinacii cinis,amygdala, stœchas, anagallis, aristolochiæ radix, gentianæ, enulæ, cyperi, urticæ semen, & irionis, humidioribus ulceribus,cancrosis, putrilaginosis gangrænæ & liuore tinctis,mirifice prosunt. Radix dipsaci, in cinerem crematur, aut in uino ad melliginem coquitur. Solani radix excorticatur,siccatur cortex,cancris, & nomis auxilio est: contra eadem,succo & trita herba utimur, multò magis ubi calor est. Minium quod è sulphure & hydrargyro nostro fit,depascédo purgare potest, nisi ultura & lotura maceretur: sic enim clementius futurum est,ut quod è sola cerusa usta comparatur, uel plumbi gleba sterili, quodque ueluti arena in uenis argentariis colligitur,aut paratur è syrico. Cerusa trita cribro traducitur, & in fictili patella coquitur syncero igne, donec rubea, & sandicis colorem trahat, idque alii sandaracam,alii sandicem uocant. Quidam etiam syricon. Et qui sandaracam, ex hac & rubrica sandicem fingunt. Ex sandice & synopide syricon, omniaque siccando conueniunt. Ad diuturna & malefica ulcera tibiarum, ubi siccandum,atque digerendum. Sandicis lib.1.ol.dulcis lib.2.coquantur lento igne, dum non iuquinent. At si qua sordes,ea detergenda prius est. Ad cancrosa & malefica,cerusæ è dracontio,uel radicis dracontii,ut prius comparatæ unc.iii. calcis uiuæ unc. 1. cum aceto fingantur magdaliæ,quæ in olla concrementur,ut inde puluis inspergi possit. E filicis radicibus quæ tergeant,& leuiter astringant,cum melle medicamentum fit conueniés iisdem ulceribus. Quæ ex ærugine parantur cruda,usta, lota,usu frequentissima sunt, qualia Aegyptiaca, ac in

Contra scabiem & maligna.

Minium.

Sandaraca
Sandix.
Syricon.
Ad ulcer tibiarum.

Aegyptiaca

Aerugo. purgando cruda ferè ærugine vtendum erit, multo magis si ualde sordida, si putrilaginosa, si maligna ulcera curanda sunt. Quòd si nō adeo graue uitium est, usta qui dem licebit uti, aut tantū lota, usta uerò & elota implendo cauo atque glutinādo magis idonea est. Temperatur cerato, octuplo, decuplo, duodecuplo, & aliquando terebinthina permiscetur, quæ ut ad æruginem, similiter cerato habet octupla, decupla, duodecupla. Quanquam ea ratio uario commutari potest, ut sunt ulcera & corpora. Ceræ terebinth. ana ℥. 1. ol. unc. 4. liquefactis adde æruginis drach. 1. 2. 3. Quanto plus receperit æruginis, tanto acrius pharmacum futurum est. Aliud. terebinth. lib. 2. ceræ lib. 1. rosacei unc. 3. aut. 4. fusis permiscentur æruginis unc. 2. uel tres, ut magis siccet atque detergeat. Ac iam detersa sorde, quum iam regeneranda caro, uel glutinandum ulcus est, minuetur ærugo, uel cerati & terebinthinæ modus inaugebitur. Atque omnino medicamentis quæ ex ærugine & acribus metallicis conficias, uis obtundi potest, si cerato aliisque id genus temperentur: si crementur, lauentur: si denique diutius excoquantur: usturæ ratio ex Dioscoride, & aliis petenda est. Ab eodem loturæ formula explicatur. Lauantur uino, ut impleas & glutines: aceto, ut tenues, penetres, repellas. Cruda melius expurgant: usta tenuiora sunt, magisque discutiunt: lota omnino clementiora: usta, lotaque præstantissima sunt, ut sicces quidem, nec mordeas. Si lauatur aqua, ea sit pluuia, uel æstiua, uel quæ tonante cœlo defluat. Aerugo sublatis igne aliis inspergitur, ut uiride & acrius pharmacum relinquatur. Circa initia indicta, gilua facit, & dichroma colore ambigua. Diutius cocta ærugine etiam redduntur rufa, minusque acria medicamenta: mitiora quoque si diutius lotura repetatur, & multum uini ærugo combibat. Litas Græci ferè appellant medicamēta, ex ceræ & terebinthinæ æquis partibus, æruginis octaua parte, decima, duodecima, sub duplo thure, ad modum æruginis, & aliquando oleo addito sesquialtera ratione ad æruginem. Ceræ terebinthinæ ana unc. 1. æruginis drach. 2. thuris, drach. dimidium, olei

Nota de metallicis.

Lita.

olei sesquidrach. sed ferè oleum adiicitur, cum sine thu re & aceto cõficitur pharmacum. Aceti uerò usus est, ut ex eo ærugo diutius uersetur. Maleficis conuenit, ærugi nis unc. 1. squammæ æris unc. 2. aceti unc. 8. mell. unc. 2. metallica in sole tandiu teruntur ex aceto, dum hoc con sumptum sit: mel adiicitur, coquuntur omnia dum ruffe scat pharmacũ. Clementer purgat ex mellis & terebint. pari pondere: paulo efficacius, addita ærugine priore ra tione. Maligna iuuat litharg. lib. 1. coquitur in aceti libr. 1. ol. ueteris lib. 2. iam inspissatis, adde ærug. unc. 1. co-quantur omnia dum ruffum colorem trahant. In rheu-maticis & humidioribus mel. lib. 1. aceti selibra, ærugi-nis unc. 1. aluminis semuncia, coquuntur reliqua: po-stremum alumen immittitur, tandiu permittuntur dum ruffescant. Atq; oĩno in his modus sit æruginis, ut ne mordeant. Multa alia uiridia & gilua ex ærugine 2. lib. de composi. medic. κατα γένη. Aegyptiaca recẽtiorũ mul tis emplastris ueterũ ex ærugine respõdent. Vnguentũ de melle, aut Aegyptiacũ magnũ Mesuæ, ulceribus ma lignis, putrilaginosis, cuniculosis cõuenit. Sed hæc prę-scriptis modis macerata ęrugine, moderari licet. Cera uiridis, arida & infriata, aut (si res postulat) soluta rosa-ceo deterget. Aegyptiaca, aloe, myrrha, usto alumine, radicibus Aristolochiæ, gẽtianæ, enulæ, & aliis id genus aridis tritis consperguntur: siccãtur in tegula, puluis in de muccosas carnes putridas, præhumidas corrigit, & fi stulas ossium elicit. Papaueris cornuti folia, & flores ad modum sordida ulcera & rebellia iuuãt: sed his ut aliis omnibus quæ ualde tergeant, abstinendum in molli cor pore, nec ita sordido ulcere: siccantur illa & inspergun-tur. Archigenes inspersis puluisculis, floccum è diuulso filo, imbutum frigido uel subaustero uino superpone-bat. Squammę, ęruginis ana unc. 1. ceræ unc. 6. larignæ aut terebinth. liquidæ sesquiuncia: in minus malignis, dimidio minuenda metallica. In tumẽtibus ulcerum la-bris resinę loco, œsypus, medulla cerui uel uituli permi scenda: medicamentum in platysmate totum ulcus com prehendat: uicinæ partes parygro recenti, uel alio me-

Aegyptiaca recẽtiorum.

Papauer cornutum.

Asclepia-dis.

Ratio confi ciēdi cathar tica ex æru gine, & me tallicis.

dicamento, quod phlegmonem arceat, muniantur: tertio quoque die resoluitur platysma. Ex ærugine & cremato ære medicamenta conficiuntur ad maligna, cõcorporantur illa modò cera pingui, modò cerato myrteo, uel rosaceo, atque par metallorum modus est. Ceratum paulò uincat metallica, quod aliquando quoque larignam, uel terebinthinam habeat subdupla ratione ad ceram, & alumen sub quadruplum ad metallica. Aerug. æris cremati ana unc. 1. aluminis semuncia, ceræ sequũcia, terebinth. drac. 6. olei myrtei semuncia. Plura generis eiusdem quarto de compositione pharm. catà geni.

E farinis.

E farinis hordei, fabarum, cicerum, orobi, lupinorum, melle & terebinth. concorporatis, sordes extergebis. Farinæ unc. iij. succi apii, absynthii, marrubii, & similium, unius lib. 1. mell. unc. ix. ad iustum corpus decoquãtur. Al. hordeacea in duabus partibus aquæ, una mellis rosacei percoquitur, purgat, lenit, calorem temperat. Farinæ in memoratis succis coctæ, contra cancros & fistulas ualent, in laboribus neruorum terebinthina commodè permiscetur, myrrha & aloe in putredine, quæque contra putria descripta sunt. In calore, hordeacea, & fabacea præferri debet. In aliis c̃ fœnogræco, ciceribus, orobis & lupinis melior est. Amicissimum neruis quod sequitur. Resinæ, mel. terebinth. ana selibra, myrrhæ, sarcocollæ, farinæ fœnigr. & seminis lini ana unc. 1. ireos semuncia. Aliud quod in pure crassiori usurpandũ est, galbani, ammoniaci, resinæ, terebint. sepi taurini, ceræ, olei ueteris ana, in aceto mersa, paulatim fundantur igne. Aliud quod purgat, siccat, fistulas curat & glutinat.

Amiciss. neruis.

In pure crasso.

Puluis. Octauij.

Iris florentinæ unc. 5. farinæ orobi uel cicerum unc. iij. mannę, thuris, calcis uiuæ ana unc. iii. aristol. unc. iii. & semiss. fiat puluis, in fistulas uentulo facto immitti potest, alioqui in liquida medicamenta quæ fistulis conueniant, respergitur. Viride ex herbis uetera ulcera repurgat, excrescentem carnem reprimit & cicatricem ducit. Chelidoniæ, plantaginis, scabiosæ, lybistici, urticæ, orMini syluestris, ana M. 1. conquassata septem diebus in oleo macerentur, in eodem cocta exprimantur, expresso succo,

Viridis ex herbis.

ſo ſucco, adde ceræ unc. iii. terebinthinæ unc. vi. reſinæ unc. 1. ſimul bulliant dum fiat corpus. Subductis igne adde ſarcocollæ, aloes ana unc. 1. ariſtolochiæ longæ, æruginis ana ſemunc. aluminis unc. 6. ſed iniquius pondus eſt: fiat unguentum. Vnguentum apoſtolorum ferè reſpondet ueteri antiquorum: qui hoc uſi ſunt attrahendo, molliendo, glutinando, & contra ferarum morſus, quod quia uariè deſcribunt, & Aetio uertimus thuræ addito, & myrrha, unde clementius futurũ eſt. Litharg. unc. 25. ammoniaci unc. 9. colopho. unc. 16. æruginis, galbani ana unc. 2. bdellij, opopanacis ana unc. tres. Ariſtoloch. thuris maſcul. ana. unc. 6. myrrh. unc. quatuor, ceræ, ol. ana. lib. 2. Lithargyrus oleo coquitur, media ebullitione inditur ærugo (recentiores decoctionis fine ut melius purget) ubi non inquinant, colophonia inſpergitur: ſummotis igne, reliqua ex aceto trita immittuntur: poſtremo uerſantur in mortario, & permiſcẽtur. Noſtri terebinthinam addunt, & maiorem modum æruginis: ideóque purgando efficacius eſt. Al. mellis cocti lib. i. thuris ſemuncia, myrrh. drach. duas efficacius è crudo melle, additiſque ęruginis & reſinæ ana drach. 1. Plura primo, ſecundo, quarto, & quinto de compoſitione phar. κατα γένη decimo quarto & decimoquinto Aetiis.

Prouidendum autem ut ne malè purgatum ulcus coeat. Hippocrates cuneolos è ſpongia aut plumbo ori fiſtulæ inducebat: noſtri & ſpongiam & gentianam & Syphones, uel tubulos quas cannulas appellant. Ac liquabilia quæ τηκτὰ uocant cuniculoſis ulceribus & fiſtulis iniiciuntur, penna ueſicæ alligata, vt Hip. uel cornea fiſtula ueſicæ iuncta, ut Gal. Noſtri melius fiſtulis quas ſyringas uocant: ueteres oriculariis clyſteriis, aut ueſicę loco ſacculis coriaceis uſi ſunt. Arida uerò ξηρὰ dicta corniculis inſpirabant, aut illitis penicilis lentore aliquo inſpergebant: penicillos autem è filo contexebant, fingebant è ſcirpo. Noſtri è plũbo fiſtulas conflant, illinunt unguinoſis auxiliis, candelas cereas immittũt, aut has miſtis Aegyptiacis, cera uiridi & aliis conficiunt.

D

QVod iam purum,quodq; aperiſtaton ulcus eſt,carne impleri debet. Ac tale quidem eſt, quod ſordibus purgatum,modicè ſiccatũ,ſine rheumate,dolore, phlegmone,callo,intemperie conſtitutum eſt.
In ſumma cui nihil accidit,quominus impleri poſſit.
Hic ergo carnem regenerabis.Sed hoc naturæ opus eſt, quæ carnem è ſanguine conficit. Oportet ergo tantũ talemq; ſanguinẽ naturæ ſuffici,ut inde carnem procreet: inſtituẽda uitæ lex,cibi boni ſucci,uitatis acribus:auis, uenatio,ſuilla elixa dari poteſt.Vinũ in dolore & phlegmone,alienum eſt,datũ alioqui modicè,nec ita uetus ut iam acre ſit,aliquando prodeſt.Reliquũ uero ſarcoticis medicamentis perfici debet.Quæ reuera ſarcotica ſunt, iuſtã materiã naturæ cõparant, modicè detergẽt, ſiccãt primo gradu:uel ita ut ne nimis calefaciãt.Nã quę uehemẽtius extergeãt,& ſiccent,primũ quidẽ ac per ſe,rhyptica & cathartica appellẽtur: deinde uerò ac ſecũdariò ſarcotica:& colletica dici poſſint. Quin & cephalica,ſarcotica quædã ſunt,ſed paulò acriora, quàm ut reuera in ſarcoticis ſtatuãtur,niſi uim ſiccãdi emollias, & acrimoniã hebetes:ut eorũ quæ purgãt, aſperitatẽ lenias. Sic enim carnẽ regenerent.Itaque ceratis,oleo, & ſimilibus tẽperentur. Ac cerata dupla,tripla uel quadrupla ſunto, ut molle,durumq́ue corpus,& medicamentum lene,uel aſperum,acre uel moderatum eſt. Quale fuerit ſi ægyptiacorum unciam, duabus, tribus, aut quatuor uncijs cerati permiſceas. Cerata fiant è myrteo,ſi adſtringendum:omphacino,ſi etiam refrigerandum:roſaceo,ſi præter hæc concoquendum & repellendum: quanquam his omnibus communis quædam uirtus eſt. Maſtichino, lentiſcino,terebinthino,ubi leniter calefciendum,molliendum,& cõtrahendum.Quod ſi parte aliqua durum, crudũ,nec ita clemẽs ulcus eſt,loco cerati ſimplicis, uteris eo,quod quia reſinã capit,ῥητινόκηρον appellant. Deraſa quoque rotis axungia, temperandis eiuſmodi catharticis idonea eſt.Mollit, ſiccat, digerit,& leuiter aſtringit. Licentia eſt uocare ſarcotica,quæcunque repellunt, tẽperant,

Sarcoticum natura.

Cephalica.

Modus cerati ad rhyptica & cephalica.

Materia ceratorum.

Axũgia rotarum.

perant, molliunt, intemperiem corrigunt, ac breuiter summouent omnia, quæ à generanda carne naturam intercludant. Qua in re uitanda sunt quæ plurimũ astringunt, & acrimonia mordicant: illa frugi humidi atem partium, & materiam carnis ebibunt acria corrodunt, & aucta sorde ulcera amplificant: utraque uerò exasperant. Seligẽda materia quæ naturæ corporũ, & partiũ cõueniat. Nã si quid Dionis ulcus impleat, nõ stãtim & Socratẽ iuuare potest: nec quod in glande carnẽ instaurat, & præputiũ protinus incarnabit. Finge Socratem cui femur ulceratũ sit: thure alioqui sarcotico putredinem gignes: aristolochiæ puluere, carnem restitues. Aristolochia enim carnem regenerat, ubi thus sordes cõmouet. Ac rursus Dion sit paulo humidior tẽperatis: huic thus cõmodum, aristolochia inutilis est. Thus quod in Dione carnẽ gignit, ĩ humidiore uel ficciore nihil tale efficiat. Atq; omnino in ficcioribus corporibus & partibus, magis siccãtia: in humidioribus quę siccẽt quidẽ, sed minus utilia sunt: ideoq; & prępućio, & toti pelli quæ colẽ induit, ficciora: peni carneo & glandi minus siccantia conuenient. Ad hæc carni quæ minus siccent: oculo minus quàm nari, huic quàm auri. Oculos incarnant, sarcocolla quæ maceratur aliquando in aqua rosacea, lacte, rubi succo, & alijs: thus, manna, cortex thuris, aloe, myrrha, gammi arabicum, tragacãtha, mistis interim metallicis quæ citra morsum siccant (siquidem copiosior humor affluit) pompholyge, cerusa, terra sigillata, plumbo usto spodio, antispodiis: acrium etiam momento, ubi in multa sorde ulcus est. Sed hæc elota prius, meliora sunt. Auribus metallica magis siccantia, nec aliis temperata carnem regenerant. Ad hæc pasti illi qui plurimum siccent, Andronis, Polyidæ, Pasionis. Scoria ferri plurimis diebus in sole teritur, ac subinde intingitur aceto, quod acerrimum esse oportet: aut certè uino. Alii ita comparatam, & in latere torrefactam, sæpius terunt, lauant, aceto imbuunt, siccant, & in pollinem tenuissimum comminuunt. Atque hoc medicamento utendum erit in ueteratis ulceribus, in duris corporibus, ubi lenioribus nihil

Selectus materiæ.

Thus & aristolochia.

Consiliũ à natura partium.

Oculis incarnandis.

Auribus.

Scoria ferri

In naribus. hil profeceris. Quæ ocularia efficaciora sunt, incarnandis auribus quasi leniora usurpētur. In nariũ ulceribus, non tã ferri quã plũbi recreméto uti conueniet. Ad hæc litargyro, cerusa, uino austero, oleo myrteo, rosis, puni corũ succo misto interim malicorio & alumine. Qualia sunt recreméti plũbi, uini ueteris, olei myrtei. ana ℥. 2. recrementum in polliné terito, & affuso uino diu uersato: tũ myrteo adiecto omnia cõquassato, circũagito, figlino icludito, coquito, dũ sit luti crassitudo: ĩ uase plũbeo ad usum reponito: hoc etiã aurium ulceribus accommodatur. Eadé ratione metallica trita, liquidis ꝑmiscebis: & si siccãdum magis, rosas, melicoi ium, alumen ex uino tritum adiicies. Cæterum ulcera narium, pastillis illis, Andronio aliisq́ue generis eiusdem semper curari Gal. auctor est. Verùm à lenioribus auxiliis ad hæc transeundum erit. Soluuntur uino modo dulci (si quidem dolor est, aut aliquid crudi reliquũ sit) modo austero quod reprimit: aliquando ueteri, ut siccet magis: nonnunquã aliis: aceto etiam modo uinoso, modo acri & uetusto. Atque hi pastilli capite de hæmorrhagia describentur. Rosæ detractis unguibus omphacino triplo infunduntur, quadraginta diebus insolantur, oleum cauis ulceribus accõmodatissimum est. Vlceribus pudendi quæ humidiora sunt, anethum ustum inspergitur cucurbita sicca, lota pompholyx eiusq́; cinis, lapis hæmatites, pini cortex, plumbum ustum lotum, cadmia similiter comparata, spodium, antispodia: quæ conficias ex oleastri floribus & follis, ebore, cornu cerui, dactylorum nucleis, moris immaturis, buccinorum cauis, testudinũ & ostreorum domiciliis, taurino glutino, aliisq́ue plurimis: quorum quæ solidiora sunt, noua cremantur olla, molli carbone, dum figlinum percoctum sit: quæ uerò molliora, exarescunt in sole: teruntur omnia, & si quid acrimoniç retinent, lauantur uino & rosacea aqua, ut citra morsum siccent, impleantq́ue: hæc autem ocularibus sarcoticis commode ascribentur. Præter hæc tum pudendis, tum partibus omnibus quæ uegetius sentiant, idonea sunt amylon, cerusa sæpius elota. His autem conuenienter

Antispodia

In pudẽdis & partibus quæ facilè sentiunt.

ter miscebitur aliquid thuris, mannæ, corticis thuris, aloes, sarcocollæ, myrrhæ, cerusæ factitiæ: aloe sicca, & mãnæ portiuncula, nõ ita madida ulcera genitaliũ incarnãtur. Quòd si cancer in metu est, solani succũ, semperuiui, plãtaginis & similium, pistillo plumbeo & mortario diu uersabis, in eoq; medicamentum accõmodatum corporabis: aut in oleo quod ui ignis exprimunt è plumbo. Eadem quoque remediorum ratio in ano & partibus quæ facilè putrescant, seruari debet.

Putrescunt facilè & nomis occupãtur extremæ corporis partes, quibus infirmus calor est, quiq; celeriter extinguitur: cauæ, ut quæ recremẽtis facile impleãtur, atque omnino calidæ & humidæ, & ita positę, ut parũ cõmodè perflẽtur. Atq; omnino naturæ partiũ coniungere oportet, ꝙ sinus uel humidior & sordidior: uel purior & siccior est: ut si cõsentiãt, quia & pars humida & humidum ulcus est, ad utrunq; remedia accõmodes. Quæ si contraria indicãt, pars natura sicca, & cauũ quod supra modũ humectũ est, ita tẽperanda ratio ut quũ alterũ iuues, alteri nõ noceas. Natura partis similia: ulcus ferè cõtraria desiderat. In diuturnis, rehumaticis, queq; ęgerrimè carnem recipiant, sarcoticis aridis opus est, quæ citra morsum siccent, qualia proximè descripta sunt, quibus cauitas confertim implenda est. Eadem fistulis inspirantur, ex quo in uetere axungia, aut erasa rotis. Ostreorũ cinis labris ulceris, & aqua parte callus, est imponitur. Omnia ergo remedia suis finibus distinguenda, & naturæ partium ulcerumque accommodanda sunt. Languidius sarcoticon uel saniem aceruat, uel mollem carnem, flaccidamque gignit. Efficaciore cauum exarescit, uel callosum germen enascitur, sæpe etiã excitatur dolor, ulcusq; grauiter arroditur. Quæ induntur ulcerib. leuia sint, & contractu suauia (ἀναφιστερα Græci uocant) ne asperitate dolorem creent. Ex quo terebinthina ceræ, & hæc terebinthinæ sæpe commiscetur. Friabilis materia in tenuissimum pollinem resoluitur: & cum aliis lenta & emplastica temperãtur, ut aliorum aspredinem delineant. Coquuntur multa ut liquescant, & uiscidam

In diuturnis & rheumaticis.

In fistulis.

Languidius et efficacius sarcoticon.

naturã trahant:uerſantur ſedulo ne in grumos coeant. Cæterum aliud genus uarium, quod multa ſimul perficit, & ad multas corporum naturas deformari poteſt, ſæpe uſui eſt: quia uidelicet eo celerius malum percuretur, & unum pluribus mederi poſſit. Ac certè perferri debet, quum multiplex ulceris querela eſt, quia rheumaticon, dolés, calloſum. Quodque uolumus, ſubiecto exemplo intelliges, idque in uſu reliquorum medicamentorum ſemel expoſitum ſit. Glutinat, ſiccat, deterget & carne implet. Strobillinæ unc. 3. ceræ unc. 1. æruginis raſæ ſemunc. thuris drach. 2. aceti quod ſufficit. æruginem pluribus diebus aceto cõteres, thus uno die atque ita liquatis aliis permiſcebis. Gangrænis, nomis, putrilagini conuenit. Fiet clementius ſtrobilina prius molliore facta è roſaceo, uel terebinthina ſtrobilinæ loco miſta. Quòd ſi terebinthina careas (quòd ferè fit) larigna, quæ pro terebinthina ſupponitur, & omnino ei ſimilis eſt, utendũ erit, quam ad omnia ualere, ad quę terebinthina ſcripſit Aetius. Alia larignæ differentia, cætera quidem terebinthinæ ſimilis, ſed guſtu mordacior, ſenſu acrior, & odore grauior eſt. Mitius quoque fuerit cerato addito, cera lota, diutius trita ærugine, aceto non ita forti, ſed uinoſo: poſtremò ſi æruginem minuas, hac arte clementius factum glutinat. Mediocre fit, minimum neque acre, neque lãguidum, nõ ita diu trita ærugine, & medio modo indita, ut didrachmi uel drachmarum triũ pondere: picea iniecta aut abietina, qualis eſt uulgaris terebinthina, iam craſſior, natura lenta, colore ruffo: tenatius ſimul & minus acre ad modum æruginis immiſto thure. Vbi ſiccandum magis, drachmas duas lithargyri, aut ſquammæ (ſiquidem contumax uitium eſt) adiicies. Squamma uratur prius, & cinerem trita, uino uel aceto eluantur. Atque hæc metallica tum maximè uſui ſunt, quum flaccent carnes, & humidius ulcus eſt. Oleum uerò adhibeatur (ſiquidẽ fuerit opus) mellinum, aut myrteum: in calore, roſaceum præſtãtius eſt. Quòd ſi parum procedit caro, ariſtolochiam, aut aliquid è ſarcoticis iniicies: in duritie, medulla cerui & uituli,

Exercitatio in acuendo uel hebetando pharmaco.

Duplex larigna.

tuli, adeps uituli, gallinæ, anseris, colliquãda sunt. Quæ si leuius efficiũt, ad resinam liquidã, nõ acrẽ: postea etiã ad galbanũ & ammoniacum decurrendũ erit. Partẽ quoque aluminis infriabis in rheumaticis, uel ladanũ quod mollit, lenit, repercutit: Mastichen, sarcocolã, aloen. Atque hęc repellit, terget, digerit, & carnẽ gignit. Sic ergo polychriston tẽperabis, quod ad multa uitia semel trãsformes. Variis corporibus adhibeas, eoq; semper carnẽ regeneres. Iã uerò cõstare puto in simplici ulcere quod aperistaton dicebamus, utendũ esse eo genere sarcoticorũ, quæ suauiter implẽt, nihilq; mordẽt. In malignis, depascẽtibus, putrilaginosis, ad acria decurritur. Sed ita, ut ratio aliqua partiũ habeatur, iustoq; modo creatis, rosaceo & aliis tẽperentur. Quod inter utrunq; uitium ambigit, mediis auxiliis curari debet. Atque omnino prouidendum, ne moueatur dolor, atque inde inflammatio; tum ne qua sit intẽperies ulceris, aut partium, quæ hoc ambiunt. Etenim natura partis instauranda prius est quam renutrias. Quæ metallica adhibentur, cruda messoribus, nautis, fossoribus, atq; omnino callosis corporibus: eadem usta & è uino lota pueris mulieribus, eunuchis comparentur. Quæ tantum usta femori inferuntur, ea usta sæpiusque lota inspergãtur coli. In pudendi ulceribus præstantissimus est margaritarum cinis. Corallo similiter uti licebit: crystallum laudãt in oris ulceribus & cãcris. In clemẽtibus auxiliis aloe est. Amylon per se tritum & respersum genitalia implet, & cicatrice tegit. In tenera natura lauatur aqua polygonii, solani, plãtaginis: nec absimilis habetur cura ulcerata sede, ore, partibus extremis. Fuligo thuris, terebinthinæ, myrrhæ, admodum siccare potest: è styrace & pice liquida efficacior est. Suauior quæ ex butyro & œsipo effumat. Lauari debet quæ sit acrior. Manna repellit & ad multa utilior thure est. Colophonia, pix, resina præsertim sicca, humidioribus corporibus conueniunt. Colophonia modo per se, modo cum thuris polline uel mãna, ulcera genitalium persanat. Caries lignorum ex purgat, impletque humida. In ulmo præcipuè, quercu & ad-

Ladanum. *Ex natura ulcerum.* *Particularis materia* *Margarita.* *Corallus.* *Crystallus.* *Aloe.* *Amylon.* *Fuligo.* *Manna.* *Pix est resina.* *Colophonia* *Caries lignorum.*

& adſtringente ligno colligenda eſt. Per ſe inſpergitur, & aliquando adhibetur in cerato. Cortex radicis capparis eadem poteſt: & cum carie contra chironia & maligna permiſcetur. Farina toſti hordei & fœnugræci humecta iuuat: torretur in tegula. Ariſtolochia, gentiana, enula, & ſimilia detergent, digerunt, attrahunt, & carnem replét: ſed hæc paulo acriora ſunt, quæque durioni corpori & humidiori vlceri conueniant. Aqua roſacea vel vino macerata aliquantulum miteſcunt, cerato quoque retundi poſſunt. Pumex crematur carbone puro, vino immergitur, ſiccatur umbra: per ſe & cũ ſexta ſulphuris parte Chironia iuuat. Chironijs longè optimum medicamentũ eſt plumbum vſtum & elotum. Plũbi ſcoria ſimiliter comparata, vtraque cancros & putrilagines mirabiliter adiuuant. Extilant oleum è plumbo chymicorum arte, quod ad eadem vtiliter adhibetur. In acri ſanie acria ſuſpecta ſunt. ſed hæc partim vſtura, partim lotura obtundi, & cerato capta, vel roſaceo leniri poſſunt. Ac cerato quidem, ſi expoſitum, nec ita cauum vlcus eſt: in cuniculoſo diluuntur roſaceo. Liquidiora pharmaca in ſuperficiem data diffluunt, & inde linamenta arida reliquũtur. Craſſa verò atque corpulenta altiorem ſinum non ſubeunt, niſi diluantur, & in pyulcis, collyrijs, corniculis oris amplioris infundantur. Metallica acria ſunt, ſquamma æris, & ſtomomatis (chalibem vocant) chalcitis, chalcantum, quibus non niſi parcè utendum eſt, & quod antè dictum eſt, vſtis ferè, lotis, & leuiori genere pharmacorum temperatis. Lauantur pluuia, ſi quæritur aſtrictio, alioqui puteali, fluuiali vel fontana. In fiſtulis & calloſis vlceribus, aceto, vrina, lixiuio, vino alioqui giluo & ſubauſtero: multò magis ſi vel caro, vel cicatrix creanda eſt. Sed acribus paulatim aſſuefacere oportet. Conſuetudo enim efficiet vt ferat pars ea quibus initio grauiter irritabatur. Cremantur metallica: vbi acrimonia metuitur, olla cruda tecta operculo quod vel corniculo vel multis foraminibus pateat, quaq; acrior vapor exhalet. Vſta verò extinguere oportet lacte, butyro, melle, vino, herbarũ ſuccis,

Ariſtolochia.

Plumbum.

Metallica.

ſuccis,unde uim conuenientem imbibāt. Ex quo lotura quicquid acrimonię reliquũ ex exteri debet. Lithargyrus cocta ſarcoticis imbecillior eſt, quia non ita ſiccat, terget,adſtringit:acrioribus miſta iuuare poteſt. Aerugo acrior eſt,quàm ut carnē gignat:oleum ſordes colligit:cera idem efficit:tria hæc miſta carnē regenerant, celerius etiam ſi quid ſar cotici ammiſceas. Quale eſt,cerati roſacei lib. I.ęruginis unc. I. Ac de medicamentis ex ærugine ſuperiori capite ſatis dictum arbitror,explicatumque,qua arte cathartica deformes,ut fiant ſarcotica retundenda acrimonia, lenienda eorum quæ tergant aſperitas, lenis adiungenda adſtrictio, ut carnē regenerēs:de quibus abundè eo capite dictũ eſt. Quòd ſi in hiſtoriis ueterum medicamenta reperias, quę carnē regenerent, capiant tamē acria & aſpera, qualia quæ ualde tergēt,quęq́;uel auſtera ſunt, uel acerba: recognoſcere oportet ea ipſa non omni ulceri deſcripta, ſed ei quod ſordida ſit & contumax,atq; humore diffluat. In quo acrimoniā retundi & aſperitatē ſorde multa & ſanie deliniri contingit nō aliter quàm illa ceratis & oleis molliri ſolent. Atq; omnino ſeparandũ genus hoc pharmacorũ ab altero quod pura impleat. Eadē ratione in ulceratis oculis, multum lachrymātibus & ſordidis paulo acriora ſarcotica imperamus: quia intelligamus ſorde & lachrymis uim pharmacorum dilui. In genere æruginis factitia eſt chryſocolla ex urina pueri impubis. Verſatur hæc in mortario,piſtilloq́ue æneo, quæ è molli ære & cupro conflata ſint ſal puriſſimus uehementer tritus, aut nitrum coniungitur urinæ. Similiter ex ęrugine cypria uel quā è cupro deraſeris,diutiſſimè trita,circumacta iiſdem mortario,piſtillo & urina. Borax aurificũ niueo candore, quòdq́ue capiſtrum uocant, eodem modo teritur & in mortario cum urina circumagitur: deinde omnia tinguntur glaſto, aut eo puluere glaſti qui iam è Narbonenſi Gallia marſupiis importatur. Is emitur magno: communi nomine cum cocco baphico paſtellum uocant:inficitq́ue,colore purpureo ad uiolā inclināte: Sic intinctus Borax ceruleo ſplendet, aut ſi plus glaſti

Lithargyrus.

Aerugo.

Animadaerte.

Borax.

Vstolex. combibit, purpureo. Est & ustolex barbaro nomine, ex alumine, sale ana parte una, acetti acerrimi partibus duabus tritis ut prius, dum ceruleum colorem trahant. Alii aceti loco, urina illa uti malunt, à qua non longè abest Scolœcia ærugo ueterum, maximè Diosc. hæc omnia acri sunt natura, eodem modo usurpanda quo *Aerugo scolœcia.* ærugo & acria metallica: cremantur, eluuntur, temperantur aliis. Quod sequitur, anodynon est, sistit, incarnat, *Ad phagedænas tibiarum.* phagedænicis, rodentibus, cancerosis, tibiarum ulcerib. medetur: Litharg. unc. 6. olei myrtei, & succi hyoscyami ana lib. 1. coquantur omnia expirāte succo, dum sit mellis crassitudo. Seorsum auté coquito, cerusę lib. semiss. in olei rosacei & succi plantag. ana lib. semiss. ita cocta metallica misceantur, leniter coquantur, uersentur spatha: postremo summotis igne, insperge mastich. lib. semiss. uniantur probè, & plumbea pixide reponant. Ad eadem ulcera tibiarum, litharg. lib. semiss. subtilissimè teratur, uersetur affuso uino, succo plantaginis, uel alio liquore qui per se conueniat: ex quo coquito cum ol. rosacei, adipis caprilli ana lib. semiss. coctis ad iustum corpus addes mastiches lib. semiss. subductis igne, & leuiter refrigeratis, uitellos quinq; ouorum immiscebis

Theriaca. Theriaca efficacissimè purgat, incarnat, cicatricem ducit. In sarcoticis censentur, cephalica, quę primum quidem caluariæ medentur, deinde reliqua ossa carne contegunt, postremò duras carnes restituunt. Duorum ferè generum. Alia enim cephalica, quæ peculiariter caluariam incarnant: quædam catagmatica, quæ reliquis ossibus fractis adhibentur: uerum utriusque nomen & ratio interim permiscentur. Cephalica catagmaticis acriora *Virtus cephalicorū.* sunt, squammas ossium detrahunt, foras euocant quæ in alto latent: utraque tergent, digerunt & siccant. Mul- *De compositione cephalicorum.* tis catagmaticis, & cephalicis acria metalla commiscentur, sed præcipuè ubi ramentum ossis reuellendum, & humor uiscidus longius trahendus. Ac nudatis ossibus incarnandis, arida inspergantur. Pinguia enim & quæ emmota uocant, quia inuncta linamentis adhibētur nudatis ossibus nocent. Miscetur ferè cephalicis, quod leniter

niter adſtringat. Ad hoc niſi eo uſque ulceris tritura, ut tenuiſsimum pollinem abeat, tardabit potius reliqua, quàm incitet. Contra tenuiſſimè læuigatum reprimet quod influat, efficietque ut uis tergentium altius penetret. In uulneribus oſſium, ſed præcipuè capitis, non ſtatim ad incarnationem (ſyſarcaſin appellant) ueniendũ ſed explorandum prius, an omnia ruta ſint, numquid contuſum, quod ſuppurare prius, ac deinde purgare & ſiccare oporteat. Videndum quoque prius eſt, ne qua partę ſyderatum aut corruptum os liueat, uel cariem trahat: elimandum enim, inurendum, excidendumq́, ac omnino repurgandum eſt. Hæc autem cura multo maximè ſuſcipi debet in caluariæ fracturis, quæ altius procedunt. Itaque tum demum cephalicis utendum, quum pura omnia carere periculo uidebuntur. Atque ubi ſuccreſcit caro (ſuccreſcit autem facillimè) & os ſuo corpore leuiter integetur, cephalica temperabis oleo, cerato, aliјſq́ue generis eiuſdem. Cerati modum definient, natura partis, qualitas uitij & medicamenti. In calloſo ulcere, par medicamentum pari cerato miſceri poteſt. In aliis ceratum duplum, triplum & quadruplũ eſſe conſueuit. Parantur cephalica ex iride illyrica, uel florentina, alioqui pumila, denſa, quæque ſit frangenti contumax, ſubruffo colore, guſtu amaro, odore perquã ſyncero. Parantur quoque ex orobi, cicerum & lupinorum farina, manna, ariſtolochia, gentiana, bryoniæ & panacis heraclii radice, magis etiam eius cortice. Opopanax autem calidior eſt. In ſumma cephalicorum materia deterget, ſiccat, & non rodit. Nam acria miſcentur, non quia ſarcotica, ſed ut teſtulas oſſium è profundo trahant. Cephalicum Cathægetæ, quod tollit ſquammas, oſſa corrupta detrahit, & caua implet. Iridis radicis panacis uel capparis ana unc. I. ariſtolochiæ rotundæ, mannæ ana ſemuncia: trita & traiecta cribro reſperguntur, uel miſta melle inſeruntur cauo. Aliud acrius Xenocratis: farinę orobi unc. I iridis ſeſquunc. mannę, ariſtoloch. rotundę, ſquammę ana drac. 5. triticis uitior, & cum melle. Sunt qui addant radicẽ bryoniæ, & aliter

Cautio.

Cerati modus ad cephalica.

Materia cephalicorũ.

Cathægeta.

 parent.

E silphio. parent. Aliud e Silphio, quod si desit, utere benguino: rescindit callos, purgat tabefacit membranas, ut sponte sua decidant: & caua implet. Resinæ pini siccę sesquunc. pumicis torrefacti extincti uino, iridis, aristoloch. silphij ana unc. 1. thuris semunc. squammæ æris drach. 2. alias quatuor: arida & in melle usui sunt. E Serapiade.
E serapiade Satyrij tritesticularis, iridis, marrubii ana unc. 1. farinæ orobi uel lupinorum drach. 10. aristoloch. drach. 15. sicco & ex melle utitor: squammas elicit, ualde siccat, incarnat. Huic generi Satyrii quod serapias & triorchis
Satyrium. uocatur, hæc insunt, quòd in pollinem radice trita, contumacia & putrilaginosa siccat & repurgat, herpetes sanat, discutit œdemata. Triphonis quod aufert squammas. Corticis pini, squammæ, punicis usti sesquunc. mannæ, thuris, aristoloch. iridis resinæ pini ana unc. 1. myrrh. aloes ana semunc. utere ut prius. Athenæus, pro cortice pini habet gallæ unc. 1. Quod sequitur, Delcontis est: diuturno, ægre curabili, & calloso ulceri medetur, ossa corrupta rapit. Squammæ, mannæ, thuris, resinæ siccæ ana unc. 2. aceti quantum sufficit. Squamma ex aceto leuigatur, thus & manua tenuissime trita immiscentur, similiter & resina: pastilli fiunt qui in umbra resiccãtur. In callosis, pari cerato rosaceo: in aliis triplo uel quadruplo temperantur. Melanchloron Triphonis ad eadem. Squammæ sesquunc. mannæ, thuris, ammoniaci, resinæ pini siccæ, seui uitulini bene curati, terebinthinæ ana unciæ duæ, ceræ, olei ana unc. quatuor, aceti unc. 10. confice ut prius. Plura capite de uitiis ossium: secundo, quarto & quinto de compositione pharmacorũ catà geni. Trigener. Cera, colophonia, terebin-
Trigener. thina pari pondere colliquantur, refrigerata immerguntur frigida, diuque manibus uolutantur: nuda ossa capitis incarnat, squammas deducit & cicatricem facit. Sed hic aliquid epulotici commiscebis. Admittendum
Iudæi. est mastiche pariter mista in ossium fracturis. Iudæi. Colophoniæ lib. 1. mastich. unc. 1. olei sesquũcia: liquata & in frigida pista sine linamento ulceri interponuntur: purgat hoc pharmacũ, & carne implet, sed non clau

dit

dit cicatrice, nisi quid ex epuloticis immisceas. Optime incarnat, farinæ pistrinalis unc. 2. colophoniæ ualde tritæ unc. 1. arido cauum impletur. Galeni, ceræ sesquunc. ol. lib. dimid. liquefactis adde thuris, iridis, aristolochiæ ana drach. 2. æruginis drach. 1. Aliud radicis anchusæ unc. 2. aloes unc. 4. utere arido. Hactenus experimenta ueterum, nunc ad recentiorum sarcotica transeamus. Aureum Mesuæ ita describunt. Ceræ unc. 5. resinæ unc. 3. terebinth. lib. 1. mell. sequunciam, mastichis, thuris, sarcocollæ, myrrh. aloes, croci ana drach. fiat unguentum. Aliter Mesue & alii, ceræ citrinæ unc. 6. ol. boni lib. 2. & s. terebinthinæ unc. 2. resinæ, colophoniæ ana sesquunciam, olibani, mastichis, ana unc. 1. croci drach. 1. utrunque sarcoticon est, & molliora corpora conglutinat: cera in eo liquanda est: liquata resina, colophonia, & terebinthina cōfundenda: depositis ab igne olibanum & mastiche insperguntur: postremo crocus in puluerem tritus immiscetur. Fuscum Nicolai & croceum multa habent unde emolliant & concoquant. Vnguentum paruum Ceraseos, Gratia dei, emplastrum de Ianua multa habent unde purgent & carnem gignant. Tetrapharmacū dolorem lenit, maturat phlegmonem, putredinem augere potest, siccare uerò & expurgare nō potest. Galenus locis aliquot Thessalum & Thessalios reprehendit, qui tetrapharmaco ut siccante, purgante, & incarnante uterentur. Quod si iure reprehensum fuit, in eandem causam incidunt, non modo recentiores medici, sed inter Græcos Actuarius, qui iam à uetere illa Græcia degenerasse, & Arabum familiis consensisse uisus est: inter Latinos Scribonius. Vterque enim uim incarnandi tetrapharmaco tribuit. Sed non ita absurdum uidetur nobis tetrapharmaco uim generandæ carnis eos assignasse, parte non admodum sicca, si modo è sicca pice, colophonia arida, adipe taurino, & cera non ita pingui confecerint: & in usu, rosaceo, myrteo, mastichino dissoluerint. Omnia ulcera persanat, artemisiæ, scabiosæ, absinthii, ormini, senecionis, tamarisci, apii, uerbenæ, pilosellæ, lanceolæ, pimpinellæ, linguæ canis,

Galeni. *Aureum Mes.* *Fuscum & croceum.* *Actuarius.* *Scribonius.*

millefolii,chelidoniæ ana M. 1.ex omnibus,reiectis radicibus,exprimatur ſuccus, cui adde ueteris axung. lib. 2.ſepi hircini lib. 1.ol.lib.2. mellis unc.3. mediocriter bulliant, deinde in mortario piſta uniantur. Diaireos. Sepi uaccini lib.s.ol.roſ. unc. tres, cerę unc. 2. radicis ireos unciã,unam,thuris, ſarcocollæ,maſtiches, aloes, ariſtolochiæ ana drachmas duas,cum terebinth. unc. 3. fiat unguentum. Puluis Raſis,olibani,aloes,ſarcocollę, ſanguinis draconis,radicis ireos ana. Eodem modo cum maſtiche,farina orobi,fœnigræci, cicerum,lupinorum, thure & aliis ſarcoticos pulueres confinges, quos ſubtiliſſimè terere oportet, ne aſperitate lędant. Itaque materia tunditur in pila,tenui cribro ſecernitur,poſtea molitur, ac deinde tenuius cribratur: quicquid non tranſmeat,repetitur in pilam,ac tandiu conteritur, dum ad extremum pollinem deueniat. Alia ſarcotica per ſe induntur cauo uel penicillo uulnerario capta imponentur: in fiſtulas immittuntur clyſterio, ſed diluta: ab his thorulus mollis uino madens ſuperdatur. Vinum ſit è dulci auſteriuſculum: poſtremò omnia commode alligantur. Aeſtate bis,Hyeme ſemel in die commutantur ſæpius etiam ſi quid phelgmones, doloris, aut caſus generis eiuſdem interceſſerit. Linthei lanugo bene munda,impacta ulceri ſæpe ſufficit. Liquida uerò quæ in fiſtulas danda ſunt,ex incidentibus,mollietibus, & incarnantibus ferè comparantur, quale eſt in decocto centaurii,marrubii,apii,abſinthii,ligni ſancti,ariſtolochię ireos,althææ,maluæ,ficuum,paſſarum, tragacanthæ,in lixiuio,lotura calcis & acris metallici,aqua uitæ,ſarcotici pulueres reſpurguntur: qualia ſunt, radicis althęę, exempto neruo unc. 1.ficus duę,centaurii,marrubii,abſinthii,ana pug. 1. fiat decoctio: in decoctionis unc. 4. diſperge pulueris ireos, maſtiches, aloes, ſarcocollæ ana drach. 1. Sunt qui aliquid mellis roſacei,uel myrthei cõ miſceant. Aliud uini albi odoriferi unc. 7. aquæ uitæ optimæ unc. 3. myrrh. aloes, ſarcocollę ana drach. 2. thuris. drach. 3. ſeminis hyperici centaurii, millefolii, uerbanæ, linguæ canis, utriuſque conſolidæ ana pug. 1. leniter

Diaireos.

Puluis Raſis.

Lanugo linthei.

In fiſtulis.

leniter bulliāt in uino herbę & semina: deinde exprimā tur, affundatur aqua uitæ, reliqua trita misceātur. Fistulę os obstipeē medicaméto ex acriuscula materia, ut ostreorū cinere, & axūgia uetere, ut incidat, molliat, discutiat.

De Epuloticis. Cap. IIII.

PLenum ulcus clauditur cicatrice. Epuloticon siccat, (sed citra morsum) atque hinc reprimit, carnem resiccat cogit & cute operit: aut certè callo tenui qui cuti similis est. Ex quo siccare magis necesse est, quàm quod uel carnem gignit, uel glutinat. At cicatrix nō aliter quàm caro, naturæ opus est. Aliud uero genus quod licentia epuloticon appellant, quia excrescentem carnem reprimit, acri natura & iam mordaci. Addunt & tertium genus, quod siccat quidem, sed non adstringit. Cicatricem ducunt, Pompholyx, cadmia, cerusa, plumbum, ostrea usta & elota: ac pompholyx quidem lotus & cinis eius in iis quæ citra morsum siccent, præstantissima sunt. Verus pompholyx efflari potest, colore parum candido atque liuescente, iniectus carbonibus auream flammam edit: is iam olim Aetii memoria parum frequens erat, ac sæpius adulterabatur. E fornacibus ærariis facilè parari potest, ubi tum flamma, tum uapor æris, testudinem elambit. Pinguis enim, candicans & tenuis fauilla inde extersa pompholyx est. Qui uerò pompholyx crustaceus conuexo quasi dorso asperior, & parte caua lenis est, colore modò nigro, modò cineritio, ad cadmiæ genus potius referri debet. Spodios quam uertunt cinerulam, è solo atque pauimentis fornacum æris euertitur. Cersua plurimis locis Galliæ conficitur. Venetiis importatur quæ ferè candore uincit: ad cicatricem nihil fortasse melior est. Recrementum plumbi ustum, ac sæpius elotum, terra sigillata, bolus armenius, lapis hæmatites, antispodia bene lota, acribus fluxionibus & teneris corporibus omnia instituenda sunt. Asperiora sunt, galla, myrta, malicorium, alumen, æris squamma, chalcitis, misy, ærugo, uitreoli genera usta & elota. Et (quod in his præstantissimum est) crematum æs & elotum. Me-

Natura epulotici.

Impropriè dicitur epuloticon.

Verus pompholyx.

Cadmia.

Cerusa.

Fortiora epulotica.

tallis acribus excrescens caro consumitur: ustis tantum uel elotis, aut utroque modo maceratis trahitur cicatrix. Sed solum usta, lotis etiam acriora sunt. Vrun-

Præparatio metallorum.

tur ea fictilibus crudis, dum percocta uasa sint: extinguuntur uino: tunduntur in mortario affusa pluuia, mox siccantur, cribrantur rariore seta, in mortarium aliquoties repetuntur, ne quid uel arenosum, uel scabrum reliquum fiat. Abluuntur sæpius & torrentur, ea ratione quæ partim ex Dioscoride, partim ex Arabum commentariis petenda sit. Tertiò aliquando & quartò retorrentur, lauantur, in pilam reuocantur, ut ea cura melius mitescant. In ulceribus quæ ægrè uixque cicatricem ducunt, tandiu elaborare metallica non oportet. In his enim semel cremata, semel uino, uel pluuia extincta, usurpanda sunt. In callosis aqua maris uel aceto extinguere melius est. Si sanies acris est immergãtur, lacte, tenuissimo liquore oui, rhodostagmate: uinum

In quibus extingui la uarique conueniat.

subausterum conuenit, siquidem copiosus humor allabitur. Atque hoc lauãdis metallicis præferri debet, quod annis & qualitate medium est: inutile recens, quòdque ætate, uel mordax, uel fugax & languidum est. Aqua ẽt in calore ntilis est. Nec alia ratio in lotura seruari dẽt. Atq; ea arte tum usturæ tum loturæ eodem medicamẽto excrescentem carnem adimes: cicatricem mollibus, durisq; corporib. informabis. Malignis idonea sunt sarcocolla, ichthyocolla, chrysocolla, quæ cruda, admodũ acris est, nisi saniе ulceris & sorde diluatur: plumbum ustum cremata stibia, plumbi recrementum, squamma ferri & stomomatis. Aeris squamma præterquam quòd

Squamma.

siccat, etiam deterget, & pura ulcera efficit, quod reliqua squammarum genera non præstant. Aes ustum car-

Aes ustum.

nem exedit: ustum & leniter elotum duris corporibus epuloticon est. Poterit autem urendo sæpius & lauando ita macerari ut etiam molli naturæ conueniat. Leniora metallica, Pompholyx, spodium, plumbum, atq; inde purgamentum, minus obtundi debent. Cerusa non eget ustura, & lotura satis tẽperatur. Extergent, æs, eris squãma, stibium, cadmia, uitrioli genera: usta lotaq; acrimo niam

niam deponunt: astringendi uim ad cicatricem retinēt. Eodem modo calce, ostreis, buccinorum cauis, & purpurarum, limacum testis atque testudinum, erinacei spiculis, calculis marinis & silicibus, vilis oibus & elotis utendũ est. Ac breuiter quæ in sarcoticis efficacius siccãt, ad creandã cicatricem trãsferri possunt. Omnia in cinerem trita specilli nucleo capiantur, & ita inspergantur plano. Quæ in cerato myrteo adhibentur leniora fiunt. Acria verò excepta cera impingi possunt. Cera sequaci vti conueniet, alioquin ad ignem è myrteo pista, molliẽda est: quale hoc est: Ceræ vnc. quatuor, manibus myrteo tinctis ignem molliantur, & cum æris usti, squammæ æris:, & æruginis ana drach. 3. fiat platysma. Sed hoc & alia id genus malignis & contumacibus imperanda sunt. Ac ferè duplici ratione epulotica vsurpantur, quia alia in farinam trita insperguntur, catappasmata & epipasmata Græci vocant, alii xira & xiria & eppasta. Alia vero emplastrodi firmo corpore ac tenacius hærente. Addunt alij & emmota mollioribus naturis, locii dolentibus aut inflammatis: quæ liquatis emplasticis conOfinguntur. Itaque vbi ægrius trahitur cicatrix, emplastica meliora sunt, quia diutius inhærent, quod vim & celeritatem cicatricis adiuuat. Vlcus humidius aridis iuuatur: Molliora corpora linamento gaudent. Suauiora ferè, nec tam aspera, quæ vel emplastri forma, vel in linamentis adhibentur. Recens enata caro, neq; acrimonia rodi, neq; astrictione irritari debet. Corpus fere accipiũt à cera quę pinguis sit, uel natura sua, uel qa remollita oleo, Olea cõueniunt cõtrahente natura, myrtinũ, fraxininũ, melinum, terebinthinũ, lētiscinum, mastichinũ, rosaceum, omphacinum, uel in quo oleæ germina, cimæ rubi, cauliculi ulmi, salicis, & similiũ præcoxerint. Quale si desit, ad ea quæ siccant, decurrendum erit. Tale uetus est, & recens quidem, sed quod diu efferbuerit. Siccãt & alia, Raphaninum, Sycionium, Ricininum, quæque uehementer discutiunt. Iisdem generibus olei, crassiora pharmaca ad linamentum diluuntur: Quanquam in malignis non oleo, non aqua utendum erit, neque per se, neque

Vnde corpus epuloticis.

neque cum alijs:sed larigna uel terebinthina mollietur
Modus olei in molliẽda cera. cera in qua epulotica concipias. Olei modus ad cerã,ut
si decuplum,uel duodecuplum: copiosius tamẽ esse po-
test, & parcius, ut cera mollis est & dura : ut sunt cor-
pora dura & mollia : ut denique ulcera , uel facilè uel
ægre cicatricem trahunt . Labris tumentibus & callosis
In callosis labri. hæc adduntur ceræ,larigna, terebinthina, lanarum sor-
des,medulla cerui & uituli.Quæ connexa nõ solũ emol
liunt , sed præterea efficiunt ut diutius hęreat pharma-
cũ, & tardius exarescat. Prouidendum autẽ, ne quod te
nelle carni pharmacũ incumbit,ariditate scabrescat : ex
quo irritet locum,& ante tẽpus decidat. At diutius hęre
re bonũ est:ex quo tertio primum die,uel eo tardius ab
solui debet. E larigna & dupla cera ceratũ cõfici potest.
Modus eorum quæ epuloticon componũt. Minor sit medullæ modus & œsypi, quã resinę. Metalli
ca quadruplo & sextuplo cerato capiuntur. In epuloti-
co Zenonis quod à Galeno descriptũ est , uicesima pars
Galbani molliẽdo scilicet,metallicis permista est. Verũ
præstabit callosa labra circulari malagmate circũscribi:
mediam uerò carnem,cui cicatrix creanda est , epuloti-
co induci. Alioqui platysma fingatur , quod malacticon
sit , qua parte labra contingit : reliqua uerò epulotico
pharmaco illinatur. Sed in callosis labris, si nihil mala-
cticis efficies, ad ea quæ ectilotica inde appellant, ue-
niendum . Extrema auxilia sunt ferramenta quæ exci-
dant, & linum usurpatum Hippocrati . Flaccidis carni-
In flaccidis carnibus. bus balaustia, alumen ustum, quæque similiter contra-
hunt,affatim insperguntur. Verùm liberalius iniici opor
tet , ubi caro detrahenda est:parcius & in subtilissimum
puluerem conleuata,atque acie cultelli capta , ubi cica
trice caro tegenda est. In calloso stupidiq; sensus corpo
re,si neque plethora est, neque cacochymia, acrioribus
(idq; matutino magis) ad cicatricem uti licet . In aliis
ulceribus, quæ leniant ideo miscentur , ut acrimoniam
retundant. Ac iam progressa carne cicatricem trahente,
oleum, adipem, resinam, ceram aliaq; id genus coniun-
git Hippocrates,ut decora,lenis, non scabra duraq; cica
trix inducatur,idq; hyeme magis quam Aestate . Quæ
molliora

molliora corpora colliquāt, durioribus cicatricem trahunt. Rursus quæ his carnem regenerant, mollioribus ferè epulotica sunt: & acria rosaceo cerato facta, cicatricem claudunt. Quodq; ante dictum est, tam possunt mā suescere lotura, quam suauis est cerusa. E sarcoticis scordio, carie lignorum, cortice radicis capparis, irionis semine, iri, acoro, artemisia, dracūculi radice, aristolochia cypero, gentiana, & aliis epulotica fingūtur, mista astringenti materia: sed & ea myrteo cerato capta, epulotica sunt. Acriora quoque, ut calx uiua, arsenicon, ærugo, mollioribus sarcoticis ad cicatricem temperantur. Eodem modo alumen quod nimium astringit: sed hæc omnia propositis exemplis declarantur. Manna, thus, leuia sarcotica sunt: calx acrior: nec sine acrimonia squamma est. Ex his fit aridum Spodorides Asclepiadis, quod conuenit ulceribus quę uix cicatricem trahunt. Calcis uiuę drach. 6. mannæ, thuris, squammæ ana drach. 4. uel (ut Heliodorus) Calcis uiuę, mannę, thuris, ana ℥. 1. squammæ semunc. Al. Ireos, mannæ ana drach. 2. recrementi æris, squammæ ana drach. 4. Nomæ & putredines nisi uehementissimis, acribusq; pharmacis ægrè curantur. Qualia sunt, Sulphuris uiui, auripigm. squammæ ana drach. 2. æris usti drach. 1. Al. Sandaracę semuncia, aluminis, myrrh. crocomagmatis, ireos ana semuncia, cyperi unc. 4. tritis utere. Fit autem crocomagma è croci drach. centum, myrrhæ, amyli, rosarum, gummi ana drach. 50. Siccant, nec ita stringunt, myrrha, sarcocola, argenti spuma, ostrea, diphryges, ærugo, & alia quædam metallica. Spodios factitia (quod antispodion uocant) in epuloticis censetur. Cyperi radix in nimio humore cicatricem trahit. Cucurbita sicca, usta, humidis præputii ulceribus, nec adeò malignis utilis est. Ad eadem inueterata, anethi radix usta inspergitur. Abrotani radix eadem maligna iuuat. Amylum per se tritum, & cum tantillo aluminis, eisdem ulceribus prodest. Litargyrus duplo rosaceo uel myrteo coquitur, ac ne efferuescat, paulatim affusa rosaceo refringitur: ubi non inquinat, in eadem aqua subigitur, omnia uersantur mortario:

Quomodo è sarcoticis fiunt epulotica.

Heliodori.

Magni.

Cyperus.

Anethi radix & abrotani.

Amylon.

Lithargyrus.

rio: rebellia curat & humida: loco rosaceæ licebit uti aqua rhois (sumachum appellant) cornorum, spinorum (quæ prunella uocant:) quanto coquetur diutius, tanto siccabit magis. Hordeũ combustum Chironiis inspergitur, & quod inde cõficitur, διὰ κριθῶν. Serpentia Chironia, & quęcunque tardius cicatricé ducunt, persanat: hordei cremati drach. 10. ærug. drach. 50 ceræ unc. 10. olei mastichini unc. 9. ærugo ex oleo teritur, cera seorsum liquata cõiungitur: leniter coquũtur: refrigeratis hordeũ in mortario permiscetur. In summa quæ leniter siccant & astringunt, mollibus corporibus & benignis ulceribus conueniunt: durioribus naturis, nec ita mansuetis uitiis, paulo ualidiora auxilio sunt. In ulceribus quæ pertinacius repugnent, ad metallica acria usta ueniendũ. In malignis, chironiis & alioqui desperatis, crudis metallicis & acribus utendũ erit ubi si nec his quicquã efficitur, ferro & igne opus est. In dysepulotis fugienda malthacodi mollia medicamenta: deinde malactica, adeps suillus, oleũ, cera, resina, ammoniacũ, & similia: fugienda acria, piper, sinapi, sed pręcipue ubi plethora vel cacochymia. Ad hæc quę humectãt, ut aqua: quanquã nõ ignorandũ ea omnia interim cõmisceri, uerũ alia ratione quã ut cicatrice claudant. In Pamphilo Asclepiadis, metallica coquuntur hydrelæo, ex aqua interuntur, si sanies acrior, si quid phlegmonis, si molle corpus est. In albis epuloticis miscetur aqua, ut lithargyrus celerius eliquescat. Verùm eo usque coquuntur pharmaca, dum tota aqua exhalauerit, atque ita nihilo ferè humidius medicamentum est. Acria discutiunt, & contumacius uitium magis edomant: malactica acrimoniam temperant & molliunt callos. Quòd si omnibus ritè institutis quæ ad topica remedia pertinent, nihilo magis cicatris inducitur: aut si iam opertum, clausumq́ue ulcus rescinditur, longius requirenda causa est. Ac fere cicatricem tardant plethora & cacochymia. Copia phlebotomo deplenda est: uitiosus succus pharmaco purgari debet. Quod si utrunque coit, neque in sola copia humorum, sed & in qualitate uitium est, primùm quidem phlebotomo, deinde purgante

Hordeum & inde διὰ κριθῶν.

Vitanda in dysepulotis

An aqua recipiatur in epuloticis.

Vnde difficilis cicatrix.

purgante pharmaco leuare corpus necesse est. Sed e vari ce uitiosa materia ulceri illabi potest. Vbi nō modo dif ficilis, sed etiam plena periculi cura est. Secatur uena, purgatur corpus eo pharmaco quod melācholicū succū una, & pituitam ducat: iusta uitæ ratio decernitur. Quibus si parum efficitur, emulgetur uarix, ac medius præci ditur. Designāda prius uena est: atramento notatur, aut rubrica: sed ea parte præcipue, qua proxime radicē spe ctat. Hic cultello nudatur cutis, caro inciditur, molliter distinguuntur fibræ, atq; his omnino uulnerata caro ex plicatur: ubi specillo buxeo, uel eburno uti cōuenit. Ac iam nudo uasi culter lenis summittendus est, ut ab infe riore carne diuulsis fibris, uarix absoluatur: hic uolsella uena prehēditur, eleuatur hamo: inferiori parte funiculo religatur, quem acus cōuehat: supra funiculum phle botomo pertunditur, ut reddat sanguinem quantum sit opus. Ex quo supra uulnus immissa acu ut prius, quæ filum ducat, præstringitur: hic iam uinculum inferius distringendū, attollendū mēbrum est, & sursum adducta manu qua uenę mēbri decurrūt, & per factū uulnus san guis exprimitur, ita paulatim emulgetur uarix. Laxatū filum rursus obligatur, & media uena præciditur, qua parte utrinque funiculo illaqueata est. Postremo iusta ratione suoq́ue tempore noua plaga sananda est. Quanquam aliquando contingit, ut iam curato ueteri ulcere, maneat incurabile, quod ad uaricē est, nouo uitio subin de affluente. Aliis utroque ulcere persanato melancholia commota est. Atque uterque casus reuocato subinde phlebotomo, sæpius purgato corpore, iusta uitæ lege declinari potest. Hippocrates rudius, sed melius fortasse. Varicem, siue is sit euidens, siue in carne tenea tur, multis locis compungit, ubi opportunum uideatur, ac sanguinem nigrum exhaurit. Prohibet autem ut ne uicina loca quæ eodem uitio nigricant scalpro exaspe rentur uulnere illato, quod ægerrime postea percure tur. Quod si ab hepate, liene, aut alia parte corporis du cta colluuie in perpetua sorde ulcus est, necessariū parti remedium adhibebis. Ac uomica interior nonnunquam

A partibus corporis tar dior cica trix.

agit

agit cuniculos qui in exterius corpus desinant, ubi ferè
sed multò magis prouectis annis desperatio est. Et ab ul
ceribus externis in latera initio ducũtur sinus, qui etiãsi
lateant, produntur tamen, cùm multo plus sordium col
ligitur quàm ferat ratio & magnitudo ulceris, & pus a-
liud est, quàm natura partis gignere consueuit, serosius
scilicet aut crassius: quum denique qua parte subest cu-
niculus, aut scabrior, aut pallidior, durior aut mollior
cutis est. At specillo argento, vel cereo res tentari põt,
vbi vel cauterio uel ferraméto cauitas detegéda est, nisi
uel profundior descẽdat, vel grauior casus à ferro & cau
teris metuatˉ. Sæpe ẽt ĩ uetusto vlcere, quodq́; fracturę
coniunctũ fuit, os subiectũ parte aliqua syderatũ, lury-
dũ, cariosum coalescit. Itaq; qua parte vitiosũ os est, ab
radi scalpro, & cauterio inuri debet: male cõpactũ rescis
so calload curã deintegrò reuocãdũ est. Reliquę fissurę
sedulò compingendæ, & ramenta maturè detrahenda,
si qua restiterint. Instauranda quoque ulcerum natura
& uicinæ carnis, quæ nonnunquam eò usque corrupta
est, ut uel frugi materiam alimenti possit corrumpere:
ut iam uicina liueant: nigra sint ulcera: modò uieta: mo-
dò callosa, cancrosa, putrida, uermiculantia. Quædam
igitur contrariis remediis deppelluntur: alia ferro per
amputanda, alia igne affligenda sunt, sanguisugis affi-
xis scarificatu & corniculis exhauriendum uitium est.
Ac breuiter summouenda omnia, tum quæ cicatricem
prohibent, tum quæ eadem factam refricant. Legitima
uitæ instituta præscribi debent, uidendumq́ue medico,
ne quid peccetur ignorantia, uel negligentia omittatur.
Lithargyrus per se inspersa, attrita operit. E uino uel
aceto teritur, siccaturq́ue ad cicatricem ulcerum quæ
multo humore madent: elota mitissima est. Lithargyri
Lithargy-rus. usus est in paruis ulceribus, in desquammata cute, &
prurigine. In his enim leniora remedia usui sunt: sæpe
etiam in subliquidis ceratis, quæ è myrteo, rosaceo, &
aliis id genus confingas. Tenuis plumbi lamina, plum-
Plumbum. bum ustum lotum, summopere medetur cancris. Recre-
mentum plumbi, in æquali uino exactissimè læuigatur,
affusoque

affuſoque pari myrteo decoquitur, dum ſit luti craſſitudo, & aurium nariumque ulceribus accommodatur. Vlceribus ſedis & narium, canaliculus è plumbo fingendus eſt, qui dehiſcat foras: altera parte qua ſubit corpus in læuem ac rotundum quaſi umbilicum deſinat, atque hic centro ſuo anguſto foramine pateat, qua uidelicet liberum iter aeris teneatur. Vtero ſimiliter & aliis locis corporis quæ caua ſint, conformari poteſt è figura partis. Cadmia cremata pluribus diebus læuigatur, ex aceto quidem in malignis: in aliis uino, modo giluo, modo è dulci auſteriuſculo. Atque ſic eleborata incarnat, & cicatrice claudit. Lapis (quem calaminarem uocant) impetigines, herpetas, ſcabras prurigines perſanat: fictili crematũ, uino extinguitũ, & cadmiæ ſimiliter elaboratũ. Ladanũ molle è uino uel ſaliua piſtum elegãter claudit, ea etiam quæ uix cicatricem ducant: Mirteo cerato duplo triploq; iunctum, lene epuloticum eſt. Recens unguinoſum eſt, & per ſe liqueſcit, myrteo exiguo interdum miſtum. Aridum ætate, infriari poteſt. Ex ſcoria & ſquamma æris fictili crematis, extinctis uino, ex eoq; diutiſſime læuigatis, epulotica fiunt, quæ maligna iunent. Medium quoddam genus efficies miſta lithargyro. In compoſitis auxiliis Galenus prætulit quę è cadmia & ladano conficiuntur: quæ cum multa ſint, & uarie concinentur, pauca eaque paratu facilia deſcribemus. Ceruſæ, cadmiæ ana unc. 4. ceræ, myrtini ana unc. 6. Al. Plumbi uſti unc. 3. cadmiæ, æris uſti ana unc. 2. colophoniæ, olei myrtini ana lib. 2. uini antiqui odorati, quãtnm ſufficit. Cadmia, ut prius, elaboratur: uſta, lota, diuq; trita: præſtabit quoque pharmacum, ſi reliqua duo metallica ſimiliter compareutur: deinde colophonia & oleo una liquatis, ſedulo miſceantur. E ladano, quod prætumida ulcerum labra imminuit, calloſa mollit, implet caua & cicatrice claudit. Picis aridę lib. 1. & ſemunc. æruginis unc. 3. æris uſti unc. 2. ſquãmæ rubræ unc. 2. & ſemiſſ. ladani unc. 9. litharg. lib. 3. olei. uini optimi ana lib. 2. & ſemiſſ. hoc eſt unc. 30. Lithargyrus oleo coquitur: coctione media reliqua metallica immittuntur, uolutantur rude, dũ

In ulcerib. ſedis & narium canaliculus.

Cadmia.

Ladanum.

Ad maligna.

Ad media.

E Ladano.

non inquinent:hic pix iniicitur: ſublatis ac refrigeſcen-
tibus , ladanum è vino tritum coniungitur: omnia con-
ſicientur in mortario : hoc & reliqua medicamenta quæ
ſiccent & non mordeant diutius coqui melius eſt . Ad-
hibitum in platyſmate, maligna iuuat , nec ante quartũ
diem exolui debet. Alia generis eiuſdẽ ſecundo & quar
to de compoſitione medic. κατὰ γένη. Sunt & hæc epulo-
tica & maligna curant . Aeruginis , æris cremati ana
E metallicis unc dimidium, aluminis drach. 2. ceræ drach. 10. mite
ſcit uſta ærugine : trita omnia capiuntur cera præmol-
lita igne vel cerato ex larignæ ſemuncia, & ceræ unc. 1.
alioqui cerato myrteo vel roſaceo. Hoc vt optimo in
Galeni ad malignis Gal. vſus eſt, quod habet ęris combuſti, ſquam
maligna. mę, æruginis ana drach 3. trita omnia , ceræ pinguis ℥.
quatuor excipienda ſunt. Alioqui mollitur cera e myr-
teo modo in ſole, modò igne. Ac ferè tripla cera eſt me
tallicis , aut quadrupla : nõnunquam æqualis eſt : con-
ſtatque tantò fore acriora , quanto plus metalli , ceræ
minus acceperint . Al. Squammæ , æruginis ana unc. 1.
ceræ pinguis unc. 6. larignæ ſemuncia : iuncta omnia in
platyſmate adhibentur, quod vlceris locum , nec eo am
plius circumſcribat. Munienda uicinia iis quæ phlegmo
nem arceant : tertio quoque vel quarto die platyſma re
uellendum: hic auſtero vino fouenda pars eſt, & platyſ
ma, vt prius, apponendum. Repetuntur hęc dum cica-
trix duci incipiat. In callis, reſinæ loco , vel œſypo, vel
medulla cerui præſtabit. vti . Et hęc quidem e metalli-
cis , duris corporibus & malignis vlceribus imperanda
ſunt. Plura quarto de compoſitione pharm. cata geni. Va
por e paſtillis acribus Andronis , Paſionis , è cinabrio
vulgari aliiſque id genus maligna iuuat , prius autẽ hęc
ſuis ſordibus expurganda ſunt. Leue, eſt, ceruſę, lithar
gyri ana lib. 1. olei myrtini lib. 2. ceræ lib. ſemiſſ. tere-
binth. unc. 3. aluminis unc. 1. piperis ſemuncia vel pau
lò minus : leuius erit , ſi ſeſquunciam thuris addideris.
διὰ κρίθον clementius quàm quod paulo ante deſcriptũ
eſt. Singulariter facit ad ambuſta: Ceruſę unc. 5. al. unc.
6. & drac. 2. Litharg. unc. 5. hordei toſti. unc. 15. al. unc. 5.
id-

(idq; melius)ceræ un.5.alii un.15.(sed maior hic modus est)ol.rosacei,uel myrtini un.15. alii un.18.metallica è uino terito:cerã cũ oleo liquefactio:hordeũ cribratũ inspergito:omnia coquito,excolato,in mortario cõficito. In ambustis,alba meliora sunt,quæ thus,neq; resinã accipiunt,in iis præcipue quæ aceto cõstant:piper additum cicatricé accelerat. Paratur facilè,& mirabiliter iuuat. Aluminis ℥ dimid.in uini,aquæ pluuiæ unc.9.diluitur: lintheolum uetus,sed bene mundum aqua inculcatur: hocque arefactum sole depectitur,& concerptum imponitur. In sedis,oris & genitalium inueteratis uitiis, uino uti melius est:aqua uero pluuia præferenda, quæ in cauis ulmi uel quercus resederit. Al. Alumen nucis magnitudine teritur,& cum ℥.3 mellis myrtei uel rosacei coquitur,aut fictili crematur,ad eadem uitia. Aliud,in quo ueterum & posterorum consensus est: Lintheolum aqua illa uel uino madens,& expressum,molliter apprimẽdum plano, cui deinde pertenuem plumbi laminam induces & alligabis. Al.sine morsu siccat,& ægrè trahentibus cicatricem conuenit. Cerusæ drach 2.gallæ, myrti,recrementi plumbi ana drach.1.fiat puluis. Aliud. Litharg.cerusæ ana lib.1.coquãtur in ol.albi lib.2.aquæ purissimæ selibra,dum exhalauerit aqua,& purum pharmacum constiterit:purus sit ignis,& serenus aer, ubi medicamentum incoquitur:liquatis & ita coctis, adde terebint.uel(si rebelle ulcus est)larignæ unc.2.uel unc.3.ceræ albæ unc.quatuor,uel unc.6. Nam ut augetur resinæ modus,ita cera augenda est.Postea uerò quã omnia coierint,adde thuris semunciam,pompholygis, ostreorum, cadmiæ ana ℥.1.hæc in cineré usta lauãtur aqua,si sanies acris est: marina uerò uel aceto, si labra ulceris in callum extuberant.Inopia marinæ,subduplum salem aqua diffundes. Quòd si multus humor affluit, uino albo uel lucido leuiter astringente,metallica lauabis. Miscentur autem his,cadmia,pompholyx, cerusa,lithargyrus, ostrea,buccinorum inuolucra, os sepiæ,calx & similia, quia præterquam quod epilotica sint, album colorem iuuant, qualia fingi uoluit antiquitas. Calx septies lota,

Ambusta.

Cerusa.
Albũ gal.

Calx

lota, è rosaceo vel aqua diluitur, exponitur soli æstu me dio, subinde reuoluitur, teritur, abluitur: quũ iam satis lota tritaque exaurit, è rosaceo pinsitur, imponit, cicatri cem ducit: vlcera neruorum maligna iuuat, & ambustis auxilio est. Sordes quę in ampullis lucernariis subsidet, vlcera quæ mediis digitis excitantur, alopecias quoque adiuuat, dia chalciteos ex austero, rubroque vino subigi tur: deinde emollitur oleo melino vel myrteo: rosaceo etiã, si quis rubor calorq; in oris vlceris existit: alioqui crassius in platysmate inducitur, vt vicina cõprehendat, qua videlicet metus est, ne quid humoris affluat. Albũ

Album Actuarij. Actuarij capite de reppellentibus descriptũ, epuloticon est vt quæ emplastra alba è cerusa fingunt, quale hoc est nõ ab simile albo Galeni. Cerę ℥. 4. rosacei libr. semiss. terebinth. unc. 3. cerusę unc. 2. litharg. vnc. 1. thuris, cine ris ex cochleis crematis ana semunc. cera, oleum tere binth. simul funduntur: reliqua miscentur, uersantur o mnia, & in mortario vniuntur: Aliud leuius, Cerusæ vnc. 1. litharg. semuncia, aquæ rosarum sesquunc. rosa cei lib. 1. metallica trita in mortario fortiter perfrican tur pistillo duro: quod quum fit, deinceps ac paulatim liquida affundunt. Albũ Rasis: Olei rosacei lib. 1. ceru

Albũ Rasis sæ vnc. 1. ceræ unc. 2. caphuræ drach. 1. albumina ouorũ tria: melius fiet cũ semunc. vel drac. 6. litarg. leue est &

Cerusa. magis conuenit vbi calor, vstio, excoriatio est. Cerusa p se in pari rosaceo cocta ambusta iuuat, & atrita. Ad eadẽ facit vnguentum de cerusa. Alij ex rhodostamate cerusam terunt, vt sit liquidi mellis crassitudo, quod in calo re, in paruis inflammationibus quales ad nasi pinnas eue niunt, vtile est. Trita è uino humidioribus vlceribus cõ uenit, per se ambusta curat: permista butyro, mollit, co

Vngueta epulotica. quit, cicatricem claudit. Epulotica, sunt, vnguentum desiccans rubrum, unguentum de plumbo, & alia. Pul uis epuloticus balaustiorum, sãguinis draconis, cadmiæ, argẽti ęris vsti loti ana fiat puluis: duris corporibus cõtu

Plantago. macib. vitiis & nimiũ humidis, vtilis est, utraq; plãtago cum radice siccat umbra, trita ad cicatricẽ inspergit. Tri pharmacũ, quodq; huic simile ex litharg. & oxelæo, in glutin

glutinantibus deſcribetur, epulotica ſunt. Nutritum quoque quòd à Raſi & Auic.hoc modo fit. Lithargyrus in pollinẽ trita, & aceto & roſaceo diu uerſatur in mortario (vt quidam uolunt) plumbeo, piſtillo plumbeo: modus eſt vt inde craſſior fermentetur, & exurgeat. Sunt qui addant ſextulã æris uſti, uel cremati plumbi, aut tãtũdẽ aluminis, balauſtiorum, rubię, ſanguinis draconis, cadmię argẽti, caphuræ: idq́ue ſingulari ope in malignis & ꝑtinacibus uitiis. In cancroſis ceruſa permiſcẽt piſtillo & mortatio plumbeo. Alij hoc modo, Litharg. ceruſa ana. unc. 2. terunt in mortario, uniunturq́ue ex olei myrtini uel roſ. ſeſquunc. Sunt qui olei prius circumagant in pila plumbea, & radio plumbeo concutiãt dum craſſeſcat, & nigrius euadat, ut olim Apollonius Alij ſic unita, omnia, olla noua urunt, puluerem reponunt: mirabili remedio ad cancroſa, malignaq́ue ſedit & genitalium ulcera. Alii loco olei ſuccum acetoſæ, ſolani, polygoni, plantag. omphacis & ſimilium, eo modo exercent plumbo, & metallis ad vſturã iungunt. Quidam etiã theriacam addunt, & una cum aliis cõcremãt. Frequẽtiſſimus etiam uſus eſt pompholygos: ſiũ uetuſtas, ſiue poſteritas utraque ſalubriter uſa eſt. uritur pompholyx & in cinerem reſoluitur: in ſolani ſucco, rhodoſtagmate, & aliis generis eiuſdẽ diẽ integrum macerãt: tum piſtillo plumbeo in plumbeo mortario die exercetur: bis ĩ die inſeritur cancroſis ulceribus & malignis: Qđ ãt pharmacũ diapõpholygos ĩde cõficĩt, variè deſcribunt. Aliter n. Oribaſ. Paulus, Aetius, aliter quoq; Arabes. Sed hoc maximè epuloticon eſt. Pompholygis, ceruſæ, litharg. ana unc. 1. Ladani unc. 2. acaciæ unc. 4. cerę unc. 3. myrt. unc. 8. ouorũ aſſatorũ uitellos 9. metallica è uino terito: cerã cũ oleo liquefacito, ex qua ladanum & acaciã cõmiſceto: deinde uitellos & metallica in mortario reliquis cõiungito. Simile ferè qđ ſequitur, ceruſæ, litharg. põpholyg. an. ℥. 2. cadmię ℥. 4. medullę cerui unc. 3. ceræ, ol. roſacei ana lib. 1. myrtini ſelibra. Liquatis aliis metallica è uino trita ꝑmiſcẽt. Hoc cãceroſis conuenit, pueris, eunuchis, mulieribus, atque omnino

Nutritum.

Ad cancros pudendorũ.

Põpholyx.

mollibus corporibus, ubi cicatrix citra dolorẽ ducenda eſt. Nicolai. Olei roſarum ℥. 10. ceræ albæ unc. 5. ſucci expreſſi è granis ſolani unc. 8. ceruſæ lotæ unc. 4. plumbi uſti, tutiæ ana unc. 2. thuris unc. 1 oleũ cũ ſucco decoquito, donec expirauerit ſuccus: deinde cerã oleo confundito, reliqua in farinã trita, in mortario ꝑmiſceto, omniaq; diu circumuoluito. In putridis & cãceroſis, ubi feruor aliquis eſt, ſumma fiducia uſurpandum eſt, ꝙ nulli cęterũ cõpoſitionũ cedit. In corrodẽtibus & inflammatis ulceribus, ſucco ſeridis ſubigunt. Liquido cerato roſaceo emolliunt, immittunt tubulo, ad rhagadas & alia id genus: in calloſis, lini ſuccus & adipes miſceri poſſunt: ac inflammata, croco & uitellis oui intingũt. Atq; hæc ſufficiant. Reliquum uerò genus eſt eorum quæ excreſcentem carnem detrahant, de quibus capite de Piroticis abundè differetur. In cicatrice uitia ſunt quia excreſcit, q̃a caua eſt, quia deformis, durior, ſcabrior, mollior, & maior eſt. Excreſcit parum ſiccato purgatoq; ulcere. Caua eſt nimium ſiccato, & ante tempus inductis epuloticis, uel quia pars ſubiecti oſſis igne abſumpta, ſublata ferro, aut abſceſſu excidit. Deformem facit ſutura frequentior & inepta, maior inciſio & alia quæ uel cauã, uel eminentem efficiunt. Durior eſt, nimium ſiccãtibus medicamentis, nec lenientibus tempore immiſtis, ꝙ, ut ante ſcriptum, præcepit Hippocrates. Mollior infra modum ſiccato ulcere. Excreſcens cathæreticis reformatur, ſcarificatur, abſumit̃. Caua refricãda & exterenda, ut ꝙ deſit aggignat̃. Mollior ſiccãda, eſt. Deformitas molliẽtibus, leniẽtibus, diſcutiẽtibus, exedẽtibus, quoq; & cathæreticis, aliquãdo ẽt aſtrictione medicamentorum corrigit̃. Ad hæc omnia materia ſuis locis deſcripta eſt.

Quando epulotici uſus, et ratio utendi.

Epuloticis utimur iam ꝓpè pleno nondum tamen adæquato ulcere. Celſus linamento è frigida preſſo, primum integit: deinde ubi iam æquata cuti caro eſt, ſicco utitur. Ac bene fiet, ſi in frigida illa alumen maduerit: & ꝙ inſeritur ſiccum in eadem merſum, exaruerit. Et hęc quidem in leui ulcere faciunt ſatis. In maligno, bene puro lintheolo ſinum molliter extergebis:

bis: epuloticō induces ꝙ plurimū ſiccet. Et q ferè aliq̃d à calli labris cōcreuit, oras ulceris pharmaco circūſcribes ꝙ attenuet. In dolore, rubore, phlegmone, & rheumate, parygro recēti utēdum erit uel dià chalciteos liq do in platyſmate. Attenuans platyſma æquali lintheo cōtegitur, ex quo ſplenium ſuperdatur, expreſſum frigida, aliquādo vino. Ac frigiditas ſplenij, ſubinde refuſo frigido liquore cōtineri debet: poſtremò faſciæ cómodè alligādę, quas tertio primùm die abſolues. Hic molli flocco ſaniē detergebis, & priorē curā oīno reuocabis, è renata uel retento, uel mutato cōſilio. Recētiores vino calido, cui balauſtia cōcoxerint, aut ſimilia, vlcus fouēt: alioquin aqua, ſi quid caloris eſt, quæ uim aluminis cōceperit. Ac ſit octupla aqua allumini. Sed in calore aſtrictio ſuſpecta eſt: molli vellere humorem ſorbent, pharmacum imponunt, ſuperdant ſtuppas vino madidas, vel aqua: omnia glutinātibus faſciis conſtringunt, non iis quidem quę ita contrahant, vt è rotundo oblōgum fiat: niſi cauitas ſuper ſit, & vnà cures, vt & glutines & cicatrice claudas. Galenus interdixit aqua, ut ne nudum ulcus contingeret. At in calore & iam ꝓcedente cicatrice, non adeo nocere poteſt. Cicatrix (ſi quidem naturaliter ducitur) in ambitum ulceris ſanis partibus primum cōcreſcit, deinde paulatim ad cētrū progeditur, poſtremò in ipſo centro coaleſcit atque perficitur.

modus circa triʒādi recētiorꝫ

De glutinantibus. cap. V.

LOngius fortaſſe quàm res poſtulabat, de glutinantibus ſermo dilatus eſt. Verùm ita nos coegit, traxitque conſequens medelarum ratio: nec alius obtigit locus, in quo de illis orationē commodius inſtitueremus. collotica Græci uocāt, ſymphyatica & traumatica. Quidam etiam enemas & peculiariter quæ cruentis uulneribus adhibentur. Siccant hæc omnia ad ſecundum ferè gradum, media natura inter ea quæ ad cicatricē ducunt, & quæ carnem regenerant: non detergent, ſed aſtringūt prohibentque ne quid humoris ulcerū labris obueniat. Nec in cruentis ſolum uſurpari ſolent, ſed ad ſinus, fiſtulas, maligna uetuſtaq; Vlcera transferunt̄. Opitulant̄

Facultas glutinātiū.

celerius, si integra partium natura est: si paucus sanguis idemq; purus affluit: si non abrasa, non præcisa, sed uel salua, uel parte aliqua etiamdum hærens cutis est. Et enim cum subiecta carne naturalis quędā amicitia coit ut ægerrimè sanescāt quibus omnino illa excidit: facillimè ubi incolumis seruata est. Mirum qđ præcisa, sed loco suo reddita, coalescit, recipit spiritum, & quasi mortua reuiuiscit: quodq; e plaga liuore ducto, nō in iuuene solo, sed etiam sene uiuendum colorē recuperat. Magna igitur cutis habēda ratio, neque ob id solum, quòd inde celerius glutinatur uulnus, sed quia interiecta cute plurimis iuuatur, quæ nuda caro nō perferat. Nudum ulcus lintheo, lana, spongia irritatur: medicamētis paregoricis sordes colligit, uellicatur catharticis, iuuatur oībus, si familiari cute quasi propugnaculo obtectum est. Ideo que & abrasa cutis & pendula, suo loco inducatur, & reducta molliter apprimat̄: sic enim ulceri celerius consuescet. Neque desperatur quæ suspensa, iam liuida aut nigra est, etiam si eo abscessit loco, ubi os sine carne uel cartilago subiecta est. Ea enim uel in hoc acerbo casu suo corpori reconciliat̄, & uitalē spiritum recipit: quod in genu & nuda carne tibia, in gibbero ubi tātum subiecta cuti mēbrana est, experiri licet. Idque fieri tū aliorū pharmacorum ope, pdidit Galenus, tum celebri illo quod Heræ & Attalo attributum est. Describit̄ hoc libro primo de cōpositione pharmacorum cata geni titulo dia pipereos Attalo & Hera authoribus, & paulò post in Albis Asclepiadis. Asclepiades Pamphilium uocauit: Iam verò & labra ulceris animaduertēda sūt: quia uidelicet alia contracta, alia euersa, plurima dehiscunt. Quas formas ulcerum in uario labiorū motu percipias. Os enim commissis labris interdū clauditur: nōnūquam illa diducunt̄, ut sit hiatus. Aliquando quoq; aliter deformatur, quia alterū retortum labrum & euersum: alterum in os reductū uel utraq; mō intrò modò foras replicata sunt.

Labrorum vlceris ratio.

Contracta labra ulcerum specillo uulnerario molliter disiungenda, & utrinq; abductis fasciis ut extra ulnus magis cōstringantur, separanda sunt. Colligenda uerò

Ad contracta labra.

quæ

quę plurimū hiant, à sanis partibus ineunte fascia, quę vt ad oras vulneris ꝑpius accedit, ita firmius astringat, ea scilicet ratione, vt ne nimiū cogendo, nimiū comprimas, & doloré gignas. Euerso tantum altero vlceris labro hin linthea abduces, & in alteram partem quasi trahédo volutabis. Si vtrunq; euertit, ea q̃ ἐκδυοῦσα ἀρχῶν ἐπίδεσιν vocãt necessaria est. Atque hæc labra flaccidis, callosis, muccosis & cãcerosis vlceribus magnis eueniūt. Iã verò glutinatio fit, vel innata carne (sysarcosin Græci vocãt) vel eo qué illi ἀγκτηρίασμον, nostri infibulationē appellãt: deinde ét catà raphin sutura. postremò κατ' ἐπίδεσιν fasciis obligatis, quam deligationē vertunt. Sed omnino vt uulnus glutinetur, enato corpore, religatis, vt prius, & inter sese plexis carnium fibris coire necesse est. Id quod fibulis, acu & fasciis sæpenumero admatuṙatur. Ac ferè ut sunt ulcera & partes, ita remedia distinguuntur. In paruo ac recenti ulcere fasciola in orbē nexa satis esse potest: & quæ cultellis cibariis fiunt, solo suctu q partes colligat, sæpius coalescunt. alia uulgaci terebinthina illita (quę abietina potius uocãda est) & iniecta fasciola celerrime cõmittuntur. Verùm nullū omnino uulnus uel minimum, etiã si acus minima pupugerit, cõtemni debet, multo minus, si uel plethora, uel cacochymia, uel deniq; sensus acrior in metu est: alioq dolor, phlegmone cõuulsio ad exitium sequi consueuit. Itaq; statim initio relicta glutinãdi uia, paregoricis utēdum erit: quæ doloré leniãt, & à phlegmone uindicent parté, donec omnia pericula abijsse uideantur. Ac ferè quinto & septimo die grauiores casus sese proferunt, quos quum æger saluus euasit, & omnia tuta sunt, detersum siccatumq; ulcus glutinabis. In maiore uulnere maiora remedia quærenda sunt, deligato, sutura, fibula, medicatio: ubi medicamentum quoq; siccare magis necesse est, hicq; audiéda sunt magnum & paruum in sectione, non quorundã ueterum opinione, qui ἐπίκαιρον, insigne uulnus è natura loci: μέγα, magnum è periculo definiūt. In glutinando distingui debet natura corporum: quia uidelicet (ut loquuntur illi) aliud δυσελκές, quodque

Qaatuor rationes glutinandi.

Nullū uulnus uel minimum contemnēdum.

medic. ita paragorica quę!

In maiore uulnere.

ægrè coalescit : aliud εὐαλθὲς, in quo uulnera celeriter cõiunguntur. Vulnera rotunda nó facilè glutinari, nisi in longitudinē dissecētur, testes sunt, Hippocrates, Aristoteles, Gal. Cassius & alii medici ueteres. Mentiginosa corpora, russa, cacochyma tardius sanescunt. Ac breuiter difficultas nascitur ex iis, quæ in rebelli ulcere proximo capite tradita sunt. Ad hæc externis casibus, culpa medicorum, ægri & eorum qui ægro inseruiunt.

Ratio glutinandi.

Primū igitur in cruento uulnere (si quidē neq; profundum est neq; hæmorrhagia extitit) molli tomento, spongia, panniculo detergendus cruor est: atq; illa prius inculcantur frigida, & expressa adhibentur. Patroclus apud Homerum Eryphili uulnus tepida exterget, rudius quidem, quod postea ab Hippocrate interdictum fuit.

Aqua et aceti usus.

Quòd si altius descendit uulnus, erupitq; sanguis, aceto magis utendum erit. Sic enim grumos incides, & sanguinem cohibebis. In neruis ab aceto metus est, nisi seruata tenuitate, frigiditatem eius exoluas. Ideoq; specilli extremo lintheolum alligabis, quod uel sapa, uel melicrato madefacies. In lacunis & ulcere ueteri ubi glutinandi tempus accesserit, uinum & œnomeli idonea sunt. In mulieribus, pueris, eunuchis atque id genus corporibus, tum alias, tum maximè uulnerato capite, aceto abstinemus. Idem aperto periostio relinquendum est. Aceti loco, uino & ęnomelite floccum intingimus, exprimimus, & cruorem inde extergemus. Atq; ubi is rite detersus est, nihilque labris ulceris intercedit, qualia sunt grumus, pilus, oleum, pluma & similia, sequitur ut latera lateribus, oræ oris, rite coeant. Ponimus autem neq; dolore, neque phlegmone, neque ullo alio uitio ulcus laborare: ac iustam carnem lateribus uulneris interesse. In rectis uulneribus labra facilè adducuntur, multo magis si molle corpus est: & adducta fasciis continenda sunt, ex duplici initio, alioqui simplicibus: sed sutura interdum addita, & fibulis.

In transuerso.

In transuerso uulnere oræ dissident magis: quare suturis & fibulis opus est. Atque has figuras uulnerum ex fibrarum cursu quæ musculos intexunt, distinguere oportet. In magnis & profundis

uulne-

uulneribus uincula ex duobus initiis necessaria: eadem quoq; in latis & profundis: sed hæc præterea altis sutu ris cogenda sunt, neutra uerò præpropere glutinanda, ne quid reliquum fiat, unde postea recrudescant. Fascias autem austero uino & nigro maduisse iuuat, quod in cæteris uulneribus præferendum est: quia repellit, phlegmonem prohibet & cogit. Quin & aliquod eorum quæ cõtrahunt, licebit incoquere: sed modus sit ut ne nimis adstringendo, moueatur dolor. In molli parte, extrema auricula, imo naso, fronte, bucca, palpebris, cute gutturis, uentre, membranis quę non sunt tendines, sutura cõuenit. Præputium assuitur & infibulatur ut carnosum genus, ubi nimium dehiscit, nec oræ facilè coniunguntur. In capitis uulneribus extrema cutis, tum suturis, tum fibulis committi potest. Cartilagines auris effractas Archigenes fibulis continebat, & argilla cauum auriculæ implebat ne cõcideret. Alii diuisas partes eiusmodi, primùm quidem digitis committunt: deinde glutine, uisco aliisq; generis eiusdẽ in breui platysmate quasi ferruminant. Sed quæ uiscida impingas, glutinare præstat, ut non solum contineant, sed diuisas inter se partes concilient, atque conglutinent. In particulari materia eadẽ seruatur ratio quæ iam sæpius in aliis generibus pharmacorum præscripta est. Eaque seligenda, ut sunt partes, ut molle durumve corpus: ut recens, uetustum, paruum, magnumque uulnus est: quod in fasciis, fibulis, suturis similiter distingui debet. Ac præcipua ratio haberi debet in uulneribus, quæ in uentres corporis penetrant, aut alioqui multum profunda sunt, ut ne commissa parte quæ exterior est, interior distincta inglutinataque maneat: ut si hæc quidem glutinatur, infirmior tamen sit cicatrix atque unitio, unde & suppuratio intus colligatur, soluta cicatrice, & exteriores oræ resoluantur, quod monuit Hippocrates. Glutinandi uim habent ebulus, sambucus, syderitis, palmæ, pini, tædæ cortices: dracontii folia recentia, herba quæ fraga gignit, anagallis, salix, androsæmum, astragalus, philomunculus, telephium, symphytum petræum, araneæ tela, sed

In magno & profundo.

Particularis materia quõ seligenda.

tela aranea

ea præ-

equisetũ.

ea præcipuè cui è piſtrino farina inſederit. Equiſetum maxima vulnera, præfectos etiam neruos conglutinat. Coccus baphicus ex aceto piſtus ingentia vulnera coniungit: cum oxymelite diuiſos neruos cõciliat. Magnis quoque vulneribus Chamæpytis idonea eſt. Arnogloſſum quadam temperaturæ ſymmetria iungendis veteribus lacunis, atque recẽtibus vulneribus, nulli remediorum cedit, Rebellia, rheumatica, putrilaginoſa vlcera, & in dyſenteriis facta percurat. Eaq; omnia, quia cõuenienter refrigerat, ſiccat, adſtringit, nec mordet: leuiter digerit & exterget. In humidis vlceribus, & partibus quæ natura ſicciore præditæ ſint, tota herba cum radicibus ſiccatur, tritaque inſpergitur: eidem rei per ſe commodum ſemen eſt. Spongia, lana ſuccida, lintheolum, immerguntur aqua, aut vino potius: vel ſi profluxit ſanguis, oxycrato: ad hæc liquoribus aliis quæ contrahant: deinde expreſſa vulneri colligantur. Querna folia trita in læui petra, uulneri ſecuri facto, Galenus appoſuit, ut etiam uicina comprehenderent, eoque remedio glutinauit: ea ipſa uino conſpergi poſſunt. Caſeus recens & oxygalactinus, Iſatis ſatiua, neruos præciſos & tendines in fine muſculorum iungunt, & duriora corpora conglutinant. Centaurium minus, foliis & floribus ulcera magna coniungit: arefactum colleticis miſcetur, multò magis ſi rheumaticum ulcus eſt. In quo genere pręſtantiſſima medicamenta ſunt, quæ ualde ſiccãt, leniter adſtringunt, ut non mordeant. Pentaphylli folium neruos adiuuat, cum melle tritũ. Ad ulcera capitis, myrrha, aloe, terebinthina, aſſis alliis tritiſque, farina toſti hordei & milii. Mummia utendum eſt. Calamynthæ ſuccus membranis uulneratis infuſus, egregiè glutinat. Sed hoc & ſimilia, acriora ſcilicet, quæque uehementer ſiccant, Megetis ſunt Sydonii & Eudemi, qui in membranis cerebri, acribus, mordentibus, oxymelite, aliiſque generis eiuſdem uſi ſunt. Milii farina iiſdem uulneribus inſpergitur. Reſina, pix ſicca, amurca cocta, duris corporibus adhibẽda ſunt. Pix humida, minus quàm ſicca mordax: hordeum uſtum, aloe ex aqua trita: herbæ folia & ſuc-

cus,

Chamæpytis.

arnoglosse uirtus:

Spõgia, etc.

ò *Iſatis*

Centauriũ minus.

ò isates est erba quã guadu appellam

cus, quam ex India comportant, & patrio nomine Zambanam appellant. Aloe uulgaris est quę tenaci uita in multos menses uiget: è laquearibus ædium & tabulatis magna uiroris cõmendatione suspenditur. Constat hoc remedium certo experiméto nautarũ. In colleticis quæ ad manum sunt, pręcipua laus attractylidi. Eius cacumina austero uino uel oxycrato incoquuntur: excipitur concha, quod enatat oleosum. Eadem quoq; in reticulũ data, quod duabus ollis argilla iunctis, eliciendo oleo intercedit, oleagineum liquorem reddit. Atque ollam superiorẽ igne cingi, inferiorem terra defodi, reliquaq; omnia ea ratione comparari oportet, quæ superiore libro præscripta est. Cuidam decisus nasus, qua os in cartilaginem desinit, Rusticus propendentem partem alteri digitis coniunxit, herbam tusam, & è uino nigro tritam, quod millefolium appellant, impegit, rudius omnia colligauit, unde celeriter restitit profluens sanguis, & uulnus pulchra cicatrice breui coiit. Folia hederæ recentia in uino cocta, grandia uulnera coniungunt, & maligna sanant: atque inde succus, tum per se, tum rosaceo temperatus (si quidem acrior uideatur) narium ulcera & aurium percurat. In ulmo multa sunt quæ laudes. Decocto ulmi compingendis fractis ossibus, ueteres usi sunt: eiusdem cortex & folia adalligata, glutinãt, & ambusta iuuant, ut sine manifesta cicatrice coiisse uideantur. Teruntur folia: cortex ueluti fascia obligatur. Purgat, implet, cicatricem ducit, glutinat, exterit, delet papularum uestigia, & artificialibus balsamis commiscetur aqua, quæ ulmi folliculis includitur, bene purgata uermiculis. Ea Crito usus est ad Lichenas. Balsamo quodam raro & pretioso principes utuntur glutinando. Sunt qui eam aquã quæ castratis uitibus exudat uere, lenticula uitrea excipiant: uas operculatum sedulo clausumq;, annum integrũ exponunt soli, loco subdiali, sed qui ab iniuriis cœli tutus esse possit: ac lenticulã ad solem subinde uertunt, ut undequaque radii euerberent, & acquam coquãt. Melligo tandem cõcrescit, quæ sit balsamo uiribus æqualis, empelostalagma ex analogia

Zambana.

Attractylis.

Hedera.

Vlmus.

Aqua in folliculis vlmi.

Aqua uitis.

Ampelostagma.

gia(si uis)appelles. Duriorũ sunt corporum, sorbus, mespilus, piraster, quercus, & quæcunque acerba sunt. Similiter quernis foliis comparanda sunt. Addunt bolum armenum, terram sigillatam, & similia. Cõposita sunt, cerati myrtini unc. 3. cerusæ un. j. uetusta glutinat. Aloe arida œnomelite coquitur, linamentum inde tinctum uulneribus capitis inseritur: phlegmonem prohibet & iungit. Galenus mollioribus naturis pharmaca tempera uit ex lithargyro, oxelço & œnelæo: durioribus ex ærugine, bitumine, squamma, aloe & myrrha. In quibus quia bitumen præcipuam uim habet, uerum friabilius, est, quàm ut solutum oleo emplastrum reddat, cera quoque ad corpus una temperatur. Sed oleum & cera uim bituminis exoluunt: ideoque squamma additur, ærugo, & alia: atque hinc uocata barbara comparantur. Fistulas expurgat, glutinat, priusquam occalescant, & cicatrice tegit: induratis musculis utile est. Litharg. unc. 4. olei & aceti ana lib. 1. uel paulò minus: coquantur omnia dum omnino combibitum oleum, acetum uerò expirasse uideatur, nec iam inquinet, & nigro splendeat. Acetum sit acerrimum, pellucidum, ex uino factum non aquoso: oleum uero antiquissimum. Hoc parabili auxilio Galenus parotidas criticas, quæ iam fistulas trahe-rent, in pueris, adolescentibus, mulieribus, sæpius curauit. Siccat sine morsu, ulcera difficilia persanat, cruenta glutinat, omninoq; ulcera magna paruaq; iuuat, dum ad cicatricem perueniant. hoc emplastrum alii nigrum, alii unguentum de lithargyro coctum appellant, nec à Tripharmaco Mesues alia re differt, quàm quòd plus habet aceti & olei. Recentiores enim parem aceti modum & Lithargyri: duplum oleum commune uel rosaceum commiscent. Differt autem à Nutrito, quòd aliud Tripharmacum est Mesuæ: quia in hoc materia cruda est, ex quo non ita siccat, & uim aliquam concipit è plũbeo mortario in quo conficitur. Quod ex lithargyro & œnelæo fit, contra rheumata ualet, induratos musculos adiuuat, & cruenta iungit. Litharg. lib. 1. octo dies, uel plures in sole teritur affuso uino giluo, tenui, pellucido,

Galeni pharmaca.

Tripharmacum.

Nutritum.

cido, odoro, subadstringente. Ac quanto plus uini combibet, tanto efficacius futurum est: posteà cum sesquilibra, libris duabus olei plus minusve excoquitur, dum non inquinet. At hæc assidue uersare spatha necesse est. Melina sunt multa. 2. de compositione pharmac cata geni, quæ glutinent. Quod sequitur ex uino, Hære, luxata firmat, recentes puerorum strumas discutit, inueteratos sinus, quiq́ue in uacua penetrent, percurat. Recentia uulnera etiam magna conglutinat. Litharg. auri lib. 1. hoc est unc. 12. sic enim perpetuo libram Græcorũ usurpamus: diu teritur in sole affuso uino giluo, tenui pellucido, ut prius. Quo teretur diutius, & plus liquoris rapiet, eò præstantius euadet Ex quo iterum læuigatur in mortario, instillato deinceps atque alternatim modo oleo concalfacto, modo uino illo: atque utroque quantum fieri potest, saturari debet.

Hic in cacabum transmittitur, & cum olei & uini giluí ana unc. 9. uel eo pluribus excoquitur: bene coctæ lithargyro, immiscentur resinæ pini læuigatissimæ lib. 1. ceræ albæ drac. 10 opopanacis sesquunc. coquuntur oīa molli igne, dum nõ inquinent. In usu, sanguine agrestis columbę cõspergitur. Al. Critonis quod iungit recẽtia, cicatricem ducit & extrahit. Litharg. lib. 1. ceræ lib. 1. terebin. unc. 2. æruginis unc. 2. ol. ueteris unc. 9. aceti unc. 2. & semiss. Litharg. oleum, acetum, ærugo blando igne coquenda sunt: iam propriè coeuntibus resina ceraq́ue coniungitur, coquuntur dũ sint corpus, & nõ inquinẽt. Magis glutinabit pharmacũ, si myrrhæ, aloes, sarcocollæ ana drac. 1. misceas, aut ea q̃ per se glutinent. In malignis, squãmæ & uitreoli genera cõspergi possunt. Celebre & polycreston Macherionis pharmacũ ad ulcera maligna: recentia glutinat, phlegmonẽ prohibet, præcipuè ubi aliquid cõtusum fuerit: rabiosi canis morsibus medetur impositũ, ac subinde cõmutatum: phagædenis cõuenit, aurium nariumq; ulceribus carnem generat. In genitalibus & nudatis ossibus idẽ efficit. Aristol. rotundæ, galbani, opopanacis, æruginis, iridis, ammoniaci, myrrh. ana unc. 1. terebint. ceræ, ol. omphacini an. unc.

Critonis.

Macherionis.

7.& semiss. Aerugo ex dimidio olei seorsum terit, cum reliquo oleo, cera & terebinthina molliter coquuntur: ærugo additur: postea uerò ammoniacum ex aceto, fusum, galbanum purgatum, & opopanax permiscentur, postremo refrigeratis reliqua insperguntur. Aegyptia

Aegyptia Andrumachi.

Andromachi uulnera ense facta, uel profundissima, triduo glutinat, quod capite de ossium uitiis describetur. Dia chalciteos fistulas & magna ulcera coniungit. Axungiæ ueteris bene purgatæ fibris & sine sale lib. 2. ol. ueteris, lithar. ana lib. 3. chalciteos unc. 6. conficiatur ex arte. quòd si palmaria spatha defuerit, saligna rudicula cō mouebis: aut ex ea materia quæ glutinando conueniat, non radice cannæ, cui magna uis inest detergendi. Salix

Salix.

uerò siccat & astringit, idque sine morsu, quæ omnia glutinando idonea sunt. Quod è succo liliorum cōficitur, diuturna malignaque ulcera conglutinat: nimio humore languidis malè coalescentibus, cicatricem ægrè trahentibus utilissimum est: uehementer siccat, idque citra morsum, ut incisa capita musculorum possit coniungere. Succi foliorum lilii unc. 5. mellis & aceti ana unc. 1. coque lento igne, dum crassescat. Alii è symphyti succo & aliis quæ per se glutinent, melle rosato & aceto sambucino eadem pharmaca componunt, quæ efficacissimè glutinent. Ad neruorum uulnera cochlearum carnes concisæ tritæque adiecta myrrha & thure conferūt.

E succo liliorum.

Ad neruos

Eosdem neruos uniunt lumbrici terræ triti & impositi. Iā uerò cruentis, suggillatis, excisis quacunq; parte corporis, uitiligini, lepræ, maculis, crustis efficacissimè opitulatur quod paratur ex Atractylide. Attractylidis effossę cum radice, deinde siccatę umbra, postremo tritæ unc. quatuor, ol. dulcis unc. quatuor, colophoniæ sesquilibra, ęrug. unc. 2. ceræ unc. 8. Oleum, cerā, colophoniam liquefacta excolato: deinde æruginem, postea herbam commisceto: iuncta omnia frigida immergito, manibus uersato pinsitoque: pista in aqua noctem sinito, atque ita usui reponito: uerùm colophonia nostra siccior est. Liquida quoque ueteres utebantur, quę si desit, sicca partim oleo, partim terebinthina mollienda erit. Hoc autem

Ex attractylide.

autem glutinat recentia: Rhodini uel myrtini unc.1. terebinth. unc. 1. æruginis drach.2. si quidem lota est, & molliora sunt corpora, alioqui sesquidrachma. Barbarum Galeni: Picis lib.1. bituminis ceræ ana selib. ammoniaci, mannæ ana unc. 3. cerusæ sesquun. ol. unc. 20. nam sic melius quàm drach. 18. Al. Est & aliud insigne barbarum emplastrum nigrum, quod capite de hæmorrhagia describetur. Plura quoque primo & secundo de compositione pharm. κατὰ γεν. Atq; hinc ad recentiorum medicamenta transeundum, si prius monuerimus digerentia & attrahentia cerato temperata fieri sarcotica: è sarcoticis fieri glutinantia, si quid astringentiũ permisceas aut si iunxeris quæ siccent magis, & astringeant, reddi: epulotica. Basilicum magnum Mesuæ glutinat neruos. Celebris est puluis (quem rubrum uocant) ex sanguine draconis, & sesquialtera ratione uel dupla thuris. Alii calcem, bolum armenum, santalos cõmiscent. Sunt qui hoc modo cõficiant: Symphyti maioris, boli armeni ana unc. 1. picis Græcæ unc. 3. mastich. olibani ana semunciam, sanguinis draconis, mummiæ ana drach. 2. Pulueres suturis insperguntur, uel in cerato imponuntur. Sanguinem draconis collecticon uariè conficiunt. Thus, mastichen, bolum armenũ æqualiter mista, hirci sanguine mactati Augusto mense concorporant. Alii aliter ex eadem materia. Quidam bolum armenum terunt, faciuntq́ue ut plurimum sorbeat sanguinis hircini & sorborum succi. Plinius sorborum succo & caprillo sanguine compingit Eidem Plinio & Solino sanguis est draconis, qui dum uulneratus elephas concidit, colliso casu dracone colligitur. Aetius è succo herbę Indicæ (quem dracunculum uocant) fingi credidit. Dracontio nostro uis inest glutinandi. Cartilagines mediam naturam habent ossa & carnem. Itaq; glutinantur non tam siccantibus, quàm quæ catagmatica, aut quæ porotica è gignendo callo appellant, nec tam mollibus, quã quæ ἔναιμα carnẽ uniunt. Eaq́; natura constant tenaci & uiscida, pix, manna, caro & saliua cochlearum uiscum, glutinum fabrile, polen uisco illigatus, tragacantha in aceto fusa. gummi arabicum,

Barbarum.

Qua ratione in uaria genera remedia commutes.

Pulus rub.

Sãguis draconis.

bicum,aloe pinguis,terebinthina è uino lota,muccagi-
nes,aliaque id genus : quibus sanguis draconis , puluis
ruber & alia quę per se glutinandi uim habeant,coniun
gitur . Ita concorporata pharmaca illinuntur , compin-
guntur,adhibētur in splenis, & ueluti incerata tela quæ
arctius consuatur , ut pharmacum firmius inhærescat .
Sed si magna uulnera sunt,fibula uel acu prius conduce
re oportet:deinde medicamento impingere. id in carti-
laginibus aurium & narium fieri debet . Cochleæ cum
Cochlea. suis uolutis diu teruntur in mortario,ut nihil asperi re-
liquum sit.Sanguis draconis sub quadrupla,manna sub
octupla ratione adiungitur, permiscentur in mortario,
& affiguntur . In naribus(quod ante dictum) ne uulnus
concidat , atque ita cartilago diffideat , fistula concaua
paranda est, quæ introducatur, & qua parte uulnus con
tingat,illinatur pharmaco: altera uerò nasi pars quæ fo
ras uertitur,quaq; pinnæ eminent, emplastico medica-
mento cōpingatur. Aurium caua,argilla impleri debet.
Argilla prius cochleæ saliua,& acidi punici liquore su
bigatur. Alioqui drach. 1.aloes excipiuntur fabrili glu
tine soluto ex aceto. Aliud Tragacāthę drach. 1.in aqua
Rhois maceratur,muccago elicitur, in qua excipiantur
myrrh.aloes,sanguinis draconis ana drach 1.omnia pau
ca terebinthina,colligantur adhibentur in pellicula,uel
lintheolo. Atq; hæc tandiu inhærere oportet dum coa-
lescat cartilago,nisi prius excidant. Quæ sequuntur,iu-
sta ratione probata sunt posterioribus chirurgis. Planta
ginis,utriusque cōsolidæ,betonicæ,uerbenæ, pimpinel
læ,pilosellæ,millefolij,linguæ canis,caudæ equinæ ana
Viride Bonantini. M. 1.concassata coque cum lib. 3.sepi arietini:colatis ad
de resinæ,ceræ,galbani ana quartaria 3.sarcocollæ quar
tarium unum, terebinthinæ quartarium 1. & semiss. li-
quata omnia & ad ignem circunducta, ex arte miscean-
tur. Aliud,è Centaurii minoris manip. 6.macerentur no
Ecentorio. ctem integram in uino albo,postridie in eodem uino ad
dimidias coquito , colatum succum recoquito , dum sit
mellis crassitudo:postremo reponito. In usu,accipe suc
ci unc 3.terebinth.libr.1.ceræ nouæ quartarium 1. re-
sinæ,

finæ,thuris,gũmi arabici, mastiches ana ℥.1. lactis muliebris unc.2. Optimũ hoc medicamentum & amicũ neruis:cruenta glutinat,dura emollit, fluxiones inhibet, arcet putredines,detergit sordes,à fera morsis auxiliatur atq; omnino dignum laude est. Cẽtaurij succus leniter astringit,siccat,tergit citra morsum:ex quo miscetur medicamẽtis, quæ fistulas,sinus,rheumatica ulcera coniungãt,& cicatrice claudant, quæq; ueteres duritias emolliant.Plãta admodũ parabilis est, maximè laudata ueteribus, de qua libellus etiã Galenus attributus est.Eius radix inutilis est.Herba cum floribus postremo Vere colligenda,& ut prius,exuccãda,reponẽdus in multos usus succus est.Eadem siccatur umbra, ut in tempore trita in puluerem,putridis,sordidis,cancrosis, & aliis uitiis inspergatur.Eodem modo Marrubium, Scordium, Apiũ, & aliæ plantæ plurimæ chirurgo ueluti opes quædam, suo tempore comparandæ sunt. In medicamẽto de quo agitur,glutinandi uis aucta est adiecto uino.Similiter & aliis emplasticis,mastiche,thure, gummi Arabico, quæ cum leniter astringant,molliant, reprimant, in communem usum medicamenti conspirant. Aliud Dini:Betonicæ,centaurii ana manipul.2.coque,& cola,ut prius:excolato succo adde resinæ quartarium 1.terebinth.lib.semiss. sarcocollę unc.1. ceræ unc.2. liquefiant omnia ac leniter bulliant:acetum paulatim affundatur:ubi refrixerint omnia, è muliebri lacte manibus conuoluantur. Pares uires habet cum priore, benignum est, ut neruis possit conuenire. Centaurium,betonica, resina,neruis punctis amica sunt:sarcocolla mitissimum est colleticõ: aceto fit,ut altius permeet,& melius attrahat,lacte muliebri mollius pharmacum est: nec ita cohibetur eius tenuitas. Al.ceræ albæ,resinæ ana quartarium 1. olei unc. 2.terebinthinæ unc.1.thuris, mastiches ana unc. dimid. Ad Pimpinellæ, melangianæ,aut loco eius,telephii,maioris semperuiui,uel attractylidis,uerbenæ uermicularis, aut potius semperuiui minoris ana manip. 1. coquãtur uino ut prius,dum duæ uini partes euanuerint: & hæc omnia percollentur, exprimanturque atque ite-

Centaurij succus. *Dini.* *Anserini.*

rũ coquantur ad craſſitudinẽ:tum adde reſinę lib.1.cerę albæ,libr.ſemiſſ.maſtiches ℥.2.refrigerẽtur ut prius, & lacte muliebri ſubigantur: leue colleticõ eſt. *Viride ex herbis.* Viride ex herbis fortius eſt,& iã malignũ quid prę ſe ferẽtibus cõuenit,quod ex cap.de purgãtibus repetendũ eſt. Vnguẽtũ gloriæ. *Bedegar.* Olei bedegaris lib.1.cerę quartariũ 1.ſeminis albarum roſarum ſemuncia. Oleum bedegaris nõ ita parabile,quia quid Barbarorũ bedegar parũ conſtat. Vteris autẽ uel ſpongiolis illis quæ in canino rubo colligũtur,uel cymis attractylidis. Alioqui tenerioribus cacuminibus aculeatæ plantæ, quę ab herbariis Bedegar appellatur:uel eadẽ e carduo ſyluestri,(quã cardonetã uocant)detruncabis.Incoques autem horum quoduis oleo & uino nigro:dum uinum exhalauerit,materiam uehementer exprimes. *Semen roſarum.* Semen roſarum eſt, quod detractis foliis & apicibus luteis excuſo capite decidit. *E vermibus* E uermibus,neruoſis partibus glutinandis,utriuſque ſimphyti, cynogloſſ.piloſellę,utriuſque plantaginis ana manip.1. uermium terrenorum libr. ſemiſſ.conquaſſata omnia ſeptem dies in ol.ſeſquilibra madẽt, deinde leniter cocta in ſuum oleum exprimuntur: expreſſo ſucco & oleo,miſce ſepi arietini purgati lib.1.picis naualis lib.ſemiſſ.picis Grecę quartarium 1.galbani,opopanacis,terebinth. ana unc.1.thuris maſtiches ana ſemuncia:alia liquãtur: galbanum,opopanax,thus,maſtiche aceto macerantur : ex quo ſoluta aliis permiſcentur , & ex omnibus efficitur corpus. *Lumbrici terræ.* Lumbric terræ triti & per ſe impoſiti , neruos glutinãt. Aureum,Cerę citrinę lib.ſemiſſ olei boni lib. 2. & ſemiſſ. terebinth. unc. 2. reſinę & colophonię ana ſeſquunc.olibani,maſtiches ana unc.1.croci drac.1. cera cum oleo liquatur,deinde reſina, colophonia , terebinthina confunduntur : ſublatis igne, thus, & maſtiche inſperguntur, poſtremo reſperſo croco omnino intinguntur.His ergo pharmacis utendum erit, ubi cruorem & ſordes exterſeris , ubi curaueris ne quid interſit ulcerum labris:ubi denique neque dolor,neque phlegmone,neque alius caſus eſt, unde glutinatio prohibeatur . Digitis,acu,fiſtulis, deligatione,diuiſa labra con-

iungenda

iungenda ſunt:arida reſperguntur, illinuntur liquida, craſſa, uiſcidaq́ue: ut in magnis uulneribus neque ſatis cohærentibus impinguntur,ſuperdatur ſtuppa è uino nigro preſſa, ex eodē ſplenia,faſcias, ſubligacula madere utile eſt: quanquam & aceto imbui poſſint, colliganda omnia eo deligationis genere, quod contineat, reformet,cogat, quantum uidelicet caſus expoſtulat. Puluis ruber oui candido, poſtea quoque terebinthina excipitur,atque imponitur.Quoties commutatur medicamentum, auſtero uino fouetur uulnus. Rarius autem commutari debet, quarto primùm die,deinde ſexto. Linrea eodem uino inculcata ſuper imponuntur: atque hęc do nec coaleſcat uulnus: A quo ſi qua macula relinquitur, detergente materia exteri oportet.

FINIS SECVNDI LIBRI.

IACOBI HOLLERII STEMPANI,

DE MATERIA CHIRVRGICA LIBER III.

De vtili materia in vitiis ossium. Cap. I.



AM explicanda nobis ea pars remediorum quæ ad ossa pertinet. Vitiis ergo quæ ossa fecerint, eodem ferè momento succurrere oportet. Alioqui phlegmone succenditur, quæ saniem facit, agit cuniculos, vlcera dispergit alta, exesa,& curanda motis, ἐμμότους inde uocat Hippocrates. Ex quo denigrantur ossa, cariem inducunt, sideratione corrumpuntur. Aliis femur claudica manca manus est, ad solitos flexus torpet articulus, uel is extortus est. Huic conuulsis neruis, distorto corpore, crudeli morte vita extinguitur. Ille gangræna & putredine contabescit, extinctoque sensu paulatim conficitur. Itaque in tam lubrica medendi parte, omnem consilii rationem moueamus, maturrimè occurramus, vt nihil naturæ pereat, nulla cicatrix, nulla vestigia mali, aut honesta certè relinquantur.

Quæ neglectis ossibus superueniãt

Laborant ergo (vbi accessit iniuria) corrupta, fracta, collisa, fissa forata ossa & mota articulis. Ad quæ uitia alia quoque suboriri solent. Accessio mali est, si cum vulnere læsa sunt, multò magis in articulis, ubi nerui, tendines, ligaméta, nuda carne & ossea loca sunt, in quæ laxa ac commota & iam nouo casu imbecilla, excrementa corporis facilè decurrunt.

Labores ossium.

Adde

Adde quod ibi cartilago eſt, in qua cicatrix formari nequit. Hic ergo aſperior caſus eſt, dolor, vigilia, febres, deliria, conuulſio & mortes ſæpenumero commouentur: & ut articulus maior eſt, ita periculum grauius creare ſolet. Verùm non alia chirurgiæ parte ditior ſuppellex veteris diſciplinæ, nuſquam hæc curioſa magis quàm in oſſium medellis. Infinita propè reperit, & literis tradidit: quædam etiam authoritate principium ære publico in ciuitatibus extruxit, quæ ad hanc curam oſſium pertinerent: ferramenta uaria, exciſorios cultros, ſcalpra raſoria, limas, ſpecilla, aliquot terebrarum genera, modiolos, forfices, forcipes, meningophylacas, uolſellas, ſcalas, ſcamna, cõtos repagula, uectes, gloſſocomia, canales, ſphęria, ſtathmia, trochiſcos, pennas, incerator canaliculos, fiſtulas, ſetas, fila byſſo, & auro texta, alia quoq; plurima q̃ ad purgãda, tenenda, reformanda, tentanda, conſtituenda deniq; oſſa facerent. Et in una deligandi cura quamplurima uſu diuerſa ſuis etiam nominibus ueteres diſtinxerunt, linteola, faſcias, hypodeſmides, ſplenia, apodeſmos, regulas, ferulas, ſpathulas, habenas, laqueos, mitellas, puluinos modo ſcroteos, modo molliuſculos: nodos, acus, aciass & alia ſexcenta, quorum multa retenta ſunt: alia antiquata, quædam deſerta partim ignorantia, partim negligentia. Adde quòd multis in rebus facilior, nec tam operoſa curandi uia inuenta eſt. Atque hic quoque peculiare nomen habuit deligandi forma, & catagmatici uocata eſt, quanquam non in omni querela oſſis ea neceſſaria eſt, ſed aliquando in orbem, aliquando in aſciam ducta, nonnunquam etiam ſine deligationibus id genus ſplenia uſurpantur: quorum omnium ratio ex libris primum Hippocratis κατ' ἰητρεῖον de fracturis & articulis, deinde commentariis Galeni petenda eſt. Corruptum os pingue eſt, nigrum, molle, carioſum, quod ſupernatis grauibus ulceribus aut fiſtulis, hiſque uel longa uetuſtate uel putredine occupatis euenit. Nudatur os cui uitium acceſſit, ulcere exciſo, ſubſecta carne, ſi latius ſergit oſſis iniuria, quã ulcus fuit. Abſceſſus oſſiũ priuſquã corruptelã trahant, partim melotide, partim e ſanie cognoſci poſſunt.

Quã multa auxilia inuẽta oſſibus

Deligationis materia

Deligatio.

Corruptella oſſis.

Remedia corrupti oſſis.

Abſceſſus oſſis.

posſũt. Hinc enim ſordes uberior, & ui maiore quã pro ulcere ſcaturit, eaq́; tenuior eſt, nõ craſſa, ut à carne: nõ glutinoſa, qualis eſt à neruis: neq; unguinoſa, ut ab adipe diſfluit. Adhæc in abſceſſu oſsis oræ ulceris diſſident magis, ægrè coaleſcunt, & interiore quodã motu uitiũ ſignificatur. *Medicamẽta in ſanioſis oſſibus.* Saniosis oſſibus medicaméta cõueniunt quæ plurimũ ſiccent, quorũ materia ex capite de purgãtibus pharmacis petenda eſt. Quę in ſuperficiem extat caries, ea ſola radula eximi poteſt, ſed ab igne tutius remediũ eſt. *Corruptum os.* Corruptũ os ad uiuã ſcobé elimandũ, exterebrandũ, inurendũ, excidédum, perãputandum quoq; totum eſt, ubi deſperatur malum Miſerum quidé, ſed unicum præſidium, & inſtanti exitio præferendum. Vbi ergo ulcere conciſo uel amputata carneos undique nudatum eſt, quod uideatur pingue, nigrum, aut carioſum, ſemel iterumve inurendum ferro, aut ſcalpro deradendum, donec iam aliquid cruoris oſtendatur: quæ integritatis nota eſt. *Raſura oſſis.* Qui radit hæc, audacter imprimere ferramentum debet, ut & agat aliquid, & maturius deſinat. Finis eſt, cum in nigritie ad os album: in carie ad ſolidum uentum eſt. Neque alia facienda ſunt, cum in ſummo oſſe iniuria eſt. Sed hæc uitia aliquando ſecedunt oleo feruente, aquis quas fortes uocant, & mollioribus cauteriis: de quibus capite de pyrotic. Nonnunquam etiam matura putredine, modo per ſe, modo leni tractu decidunt. Quòd ſi malum altius deſcendit, caries quidem ſpecillo tenui explorari debet, quod ut cedenti oſſi altius infigitur, ita longius caries procedit. Nigrities colligi poteſt ex dolore & febre. Quæ ubi mediocria ſunt, illa altè deſcendiſſe non poteſt. Manifeſtior tamen adacta terebra. Nam finis uitii eſt, ubi ſcobes nigra eſſe deſiit. In maiori carie, maior aſperitas & inæqualitas ferro deprehenditur, & hoc quidem minus firmiter inhæret, & cito elabitur loco cui impreſſum eſt. Igitur caries tota, ſæpius uerſata terebra excalpenda eſt: ex quo candente ferro, foramina perpurganda: ut iam nullo affluente uitio, lacuna carne repleatur. At os quod uel nigrities totũ peruaſit, uel excedit caries, excidere oportet.

tet. Exciduntur oſſa ferè in capite, pectore, & membris. Idq́; modo ſcalpris, modo terebris & modiolis quorũ omniũ ratio à Galeno, Celſo & aliis tradita eſt. Sideratũ mẽbrum non tã crudeli quã miſerabili auxilio ſemel perãputandum eſt: in quo quicquid corporis emortuũ eſt, lacerandũ ſcalpro, & nouacula excidendũ eſt. Siquid autẽ uiuæ carnis, nerui, uenæ, arteriæ ſupereſt, nec urget caſus, qua parte corruptela deſinit, uincula arctiſſimè cõſtringenda, ut ea omnia defecta alimẽto celeriter exoleſcãt. Quod quũ euenit, ea corpora ferro, ut prius, & nouacula exſecãda ſunt. Hæc aũt quia nõ placuit Hippo. corpus etiãdũ uiuens ferramẽtis irritari: ne inde cõmotus dolor, hæmorrhagia & animi deliquia (quod ferè fit) ægrum è uita tollant. Alii maiora uaſa & neruos prius deſignant, medias carnes interſecant, & illa ipſa ad ſanam partem filo illiqueant, ut intabeſcant mora, & ſponte ſua decidant. Qua etiã arte hæmorrhagias & conuulſiones magis declinent. Iam uerò legitima ſerra ſit, & bene comparata, quæ quam celerrimè tranſcurrat. Linteum interponi poteſt uino uel aceto madens, qua parte commota ſerra uiuentem carnem affricat, ne ſcilicet exaſperetur caro, & profluuium ſanguinis moueatur. Præfecto oſſe reliquæ partes contra hæmorrhagias cauterio inuruntur. At ſi uiuente oſſe circunducta caro emortua eſt, priuſquam malum in os tranſeat, excindenda illa eſt, & iniectis uinculis, omnis aditus quo ſanguis ad os decurrat, intercipiendus eſt: imperanda uitæ parſimonia, & ea alimenta quæ facilè diffluant, nihilq́ue ſucci craſſi lentiq́ue gignant, ut os ipſum cum ſuis uinculis paulatim emarceſcat, ac tãdem excidat. Ad celeritatem operis ubi utrunque licet, maluit Hippocrates in articulis quàm medio membro oſſa reſcindi. Reliquis iniuriis oſſium ferè accedit ulcus: idem adſtrictioribus linteis & ferulis aliquando contrahitur. Sed hoc genus ulceris leniotibus pharmacis: illud autem aliorum ulcerum legibus curari debet. At non antè uias claudere oportet, quæ per ulcus ad oſſa pertinent, quàm hæc ſedulò explorata, & omni carie, ſorde, nigredine perpur-

De excidendis oſſibus.

Perãputatio mẽbri.

Vnde mors amputatis membris.

Alia ratio.

Vlcera coniuncta vitiis oſſium.

gata ſint. Quin & præcluſum iter patefacere oportet,&
anguſtias ferro ampliare : deinde ſpongia molli aut pe-
nicillis implendum cauum,ut ne coeat,ſed dehiſcat ul-
cus,dũ uel integendũ carne, uel feruminãdum callo be
ne purũ os uideatur.In altis cuniculis ſpõgia, linaméta
penicilli ſumma parte religãtur filo quod foras propen
deat,ut in tépore facilè reducãtur. Vt ãt quæ ſuccreſcit
caro toti ſuo oſſi coaleſcat,purum os eſſe & ſiccũ neceſ-
ſe eſt , inſpergendumq; medicamentis,iri,manna,aloe,
myrtha,arido thuræ,ariſtolochia,& eo genere cephali
corũ,quod capite de Sarcoticis deſcriptum eſt.Sed quę
Regeneratio carnis in uitijs oſſium. cõtinentur oſſibus caro generatur, ut paulo ſiccior futu
ra eſt,ita magis ſiccãtibus gaudet,quo genere etiã deter
ſa,raſa,exterebrata oſſa cõſpergi debét. Vt uerò ducéda
carne ab oſſibus recedis,ita uis ſiccantiũ téperanda eſt,
donec iã cicatrix trahenda ſit . Ac carne replere oſſa, &
fiſſa iungere ſæpenumero opus eſt , ubi callum gignere
nõ licet, nimium diſſidentibus fracturæ labris, & ubi in
maiorem circulum uel os ipſum maius exciſum eſt, ue-
rum multo ſtabilius uinculum callus eſt . In fracturis
In fracturis cum ulcere ratio ferularum & linteorum. cum ulcere,ſi quidem tranſuerſum hoc eſt idemque ma
gnum , ferulis abſtinendũ : in recto ulcere ferulæ ad la-
tera committi poſſunt . In utroque maior copia faſcia-
rum adhibenda , quia declinanda aſtrictio , confirman-
da tamen deligatio eſt: quod uel aſtrictio uel copia lin-
teorum efficit . Linteorum multitudo aſtrictioribus fa-
ſciis præferri debet , ubi molle corpus & cum fractura
ulcus eſt. Aſtrictior deligatio & ui maiore cõfixę ferulę
Siderate partes nimia aſtrictione. ſæpenumero ſiderant partes, atque exulcerant . In tu-
more , ulcere inflammatione & dolore ferulis & omni
aſtrictione interdicédum.Ferulus Hippocrates ſeptimo
primum die ſublato metu inflammationis adhibet. No-
ſtri ſtatim initio . Albucaſis in leui malo primo die, in
grauiore uitio quinto uel ſeptimo. Solutis ergo linteis
& refixis ferulis,ſi quid cóputruit,excindendum ferro,
priuſquam ad implendam çarnem ueniatur . Viden-
dum quoque priuſquam impleas, ut omnis diuiſio oſſis
nuto cohæreat.At ſi qua ſquamma aut fragmentum ex-
ceſſerit,

cesserit, ea suo ossi sedulo coaptãda sunt: aut si acumine carnem subintrãt, molliter præcidere oportet, etiã diuisa carne & excisa, si res exigit: uerũ in columis fragméti radix qua ossi suo etiãdum hæret, seruanda est. Alioqui scalpello serrula leniter elimãda, aut uolsella prehensanda est. Quòd si nihil molestię squãmę adferũt, neq; possunt suis ossibus recõciliari, uel medicamentis detrahes, uel ita sines, donec maturitate quadã p se decidãt. Sic enim celeriter cogetur callus, & caro ossibus concrescet: Quæ uerò squãmæ rapiuntur ferro, necdũ maturæ uiolétia reuelluntur, fistulas ægre sanabiles relinquũt. Hic ergo declinãda uis est. Squãmas detrahunt medicaméta in cephalicis descripta, capite de Sarcoticis, erucæ radix, utriusq; brionię, cucumeris agrestis. Aristolochia peculiariter elicit testulas caluariæ. At quæ deméda ossa sunt, mędicamétis siccari conuenit, ratione uitæ simili: cauterio, radula quoque atteri, uolsella molliter agitari, perforari terebra, ut maturius, uel spõte sua, uel leui cõmotione excidant. In fractis ossibus & loco motis multarũ rerum cura est, ac circa initia omnino prohibéda fluxio, dolor, inflammatio. Os ergo quod uel abiit articulo, uel fractum dissidet, primùm quidem reformare atq; constituere oportet: deinde ita continere, ut ne recidat: postremo confirmandum callo, carne, resiccatis humoribus, qui colligãtia uincula relaxent. Primum tamen ineunda ratio, an reponi possint: deinde an sine periculo reponantur: postremo qua arte conuenienter & celeriter, minimo dolore ac molestia reducantur. Concisis articulorum uinculis, dissectis cartilaginibus despe ratio est: tumq́ue bene agitur cum ægro, si solum claudicat, si manco membro, si deformato & obtorto articulo superesse datum est. Non reponendum) inquit Hippocrates) tibiæ os qua parte suo utrinque articulo copulatur, si quidem rescissa cute per uulnus prominet: alioqui conuulsio, phlegmone, gangræna, sideratio commouentur, quæ ægrum breui momento è uita tollant. Quæ ut declines, quàm ut os reponas, potius cogitandum. Reformanda luxatio primo die, uel certè altero.

Squamma.

De detrahẽdis squãmis

Medicamẽta.

In fractis & luxatis multa cura

Desperata.

Non statim reponenda.

Nam

Quando reformanda laxatio. Nam tertio & quarto quiescere oportet, quo ferè tempore nouæ iniuriæ sese proferunt: hinc ad decimum tutior reponendi occasio est. Quòd si restituto osse con-
Contra conuulsiones. uulsio incidet, rursus articulum excludes, calida liberaliter irrigabis, fouebis oleo, & molli lana conteges. In
luxatis & fractis ossibus hæc sunt præcipuè tasis, vel si
Tasis. mauis, antitasis, diaplasis, epidesis, apothesis, uel ypothesis, Extenditur membrum manibus prehensum, uel iniectis laqueis, ubi ui maiore opus est, ut diductis & adductis marginibus soluti ossis, oræ oris molliter cõsuescant, nihil exasperetur, nihil diffringatur, quod in fracturis denticularis, scabris & serratis sæpè contingit. Vi
Cautio intẽsione. dendum quoq; ne in distentione, neruus, uena, arteria, musculus, tendo, ligamẽtum, atq; inde os & membrum
Cognoscenda in luxatis. contra naturã extorqueantur. Sed in luxatis, compages articuli & ossium copulatio prius recognoscenda est, quàm multis, longis, prominulis & obstipis capitibus cõstet: quot, qui sinus & acetabula, quàm alta hæc, quomodo inflexis alueis decliuibus, lubricis, quibus scilicet capita illa & exerta ossium tubercula inserantur: q̃ superciliorum forma: qua fide ceruices ossium complectantur, quibus uinculis iunctura articuletur: quæ cartilagines intercedant, qui tendines, musculi & nerui ad cõstantiam articuli concurrant: in summa, qua omnino ratione flectant, tendant, diuertant, atq; uno uerbo, copulentur. Vertebræ duplici capite prominent, duplici
Exemplum in vertebris quoque acetabulo sinuantur: altera alterius acetabulis sua capita inserit, eademq; paria faciens, & quasi relata gratia suos alueolos explicat, in quibus uicinę uertebrę processus reponantur: muccosis uinculis utræque coniungantur, quæ soluta, cæsa, arefacta, distracta morbo, uertebras exarticulant. Quas iam cognoscas ægrè reformari, quia scilicet intelligas quàm multis cardinibus, quaque societate coeant, quàm denique uario implexu conserantur. Itaque omnis articulata iunctura sæpius oculis ipsis usurpanda, sicq; animo & mente concipienda est, ut ad uiuum pressæ articulorum formæ cum res exigat, oculis ipsis, ut ita dicam, obuersentur. Sic enim expli-

explicatur opificium naturæ, quod in fractis & luxatis sedulò persequamur. Atque omnino qui extendit, componit, ligat, continet, hoc efficiat, ut iusta naturæ teneatur catastasis. Sic enim Hippocrates, quod naturali figura membri & partis Galenus definit. Extensum membrum loco redditum manibus tractari, palpari, & legitimè conformari debet, diaplasin appellant. Quòd si neque sic constitutum est, ad mochlian, lorum, habenas & usitatas machinas ueniēdū. Quæ omnia ex libris Hipp. & cōmentariis Galeni petenda sunt. Sequitur epidesis quam catagmaticin appellant, in qua multorum prouidentia est. Sed maximè ut contineas, phlegmoné arceas & procures callum. Ac primum an sit deligandum, statuere oportet, tum qua deligandi forma: ac ferè apodio archæon, uaria tamen ratione. Ex quo decernendū quibus, q̃ multis, longis, latis, q̃ deniq; firmis fasciis opus sit. In spleniis eadem uersetur cura: idonea forma linteis quærenda est. Cognoscendū præterea unde primū ineas, quæ sit futura progressio, q̃ multi & quales circuli, quo modo distinguantur orbes, qui conueniant anguli, quibus interuallis, ubi & quādo laxior uel astrictior deligatio, qua parte desinat, quo loco & qua arte nectātur nodi, aciæ ducantur, cōplicentur habenę, quando rendo regulæ, ferulæ, puluinaria, mitellæ adhibenda sint, quādiu continere omnia & quādo soluere oporteat. Atque in sano mēbro probanda prius deligatio, q̃ in ægro periculum facias. Postremò in ea figura collocandum membrum, in qua diutissimè cōstare possit, & minimè doleat. Iustos hæc cōmentarios desiderāt, & hæc nō tā docendi q̃ mouendi causa dicta fuerint. Neq; ignorandum unum os parum extendendū esse terebra, minusq; inurendum: semel enim ustum ægerrimè tum callo tum carni reconciliatur. Ac nec minima cura esse debet, ut ne diutius os apertum expositumq; aeri maneat. Grauis enim ea consuetudo noua est, quia sic calor insitus aeré expirat. Sunto igitur tecta & q̃ minimum licet nudata ossa. Sic enim conclusus calor & non exhalans, saniem foras dispergit, atque ita purgata ossa celerius cō iungit.

Diaplasia.

Epidesis.

In varis & valgis deligatio. iungit. Extorta valgorum crura pertractis intro uinculis & astrictis asserculis ita cōponenda nō quasi dirigas sed nō aliter q̃ si è uaro ualgum trāsformare uelis. Inflexis uarorum cruribus aptanda omnia & colliganda sunt quasi è uaro ualgum efficias. *Abscessus ossium.* In abscessu paruo ossium deligatio catagmatici locum habet, sed paulò laxior & sine ferulis. In magno non est deligandū catagmaticos. Satis faciunt splenia uino insuccata nigro, subaustero, q̃ deinceps atq; conueniéter hinc inde adhibéda sunt, nō ut hoc illi insideat. Longiora sunto q̃ q̃ solum ambitum membri comprehendant. *Ratio spleniorum.* Nam si quadrantalus circulus est partis, paulò longiores splenes triētalibus esse oportet. Obliquè inseruntur mēbro & aduersa parte decussant. Atq; hæc quidē spleniorum ratio alia quū os abscedit, & saniosum est: alia eorum q̃ in deligationibus fascias confirmant. Hic enim æqualiter affinguntur membro, ne alterum extremū alteri insideat, aut reduplicet, quum uidelicet longius splenium est: neve breuius atque decurtatum inane spatium, & quasi fossulam relinquat. Ab utrisque spleniis tum quæ longiora, tum quæ breuiora sunt, inæqualis, aspera, & inconcinna fit deligatio, in qua æqualitas, uel maximè quærenda est. Alia rursus illa ratio est à plagulis quæ fractio iugulo & costis adhibentur, *In iugulo & costis.* quarum prima atq; altera in decussem collocātur & se intersecāt: tertia porrigitur in longum, obstipat fracta, & reliqua splenia confirmat. Aliter quoque ut sunt uitia & partes commutantur. Sed hæc peculiarem commentarium requirunt. In fasciis remedia adhibentur, quæ madorem linteorum contineāt. Sic enim prohibetur dolor atque inflammatio. Fasciæ initio plures & astrictiores, si neq; dolor, neque phlegmone non uulnus aut aliquid tale prohibeat. Ac ferè inebriantur *Vini ratio.* uino crasso, nigro, modicè austero. Vinum hoc superficiem cogit, uim suam ad repellendum altius imprimit: ex quo præcidit inflāmationum causas. Quod nimium adstringit, dolorē facit, tenue, album, giluum, fuluum, etiam si contrahat, repudiandum tamen est ut totum reprimentium genus, quod aqueo humore solutum est, papauer,

papauer, mandragora, cicuta, multò magis in articulis & neruosis partibus labor est: quia non sola qualitas, sed & horum corpus intro penetrat, & neruosa lædit. Hinc etiam calor qui uitam fouet, interdum extinguitur. Vino igitur crasso, nigro, modicè austero, fasciæ & splenes saturentur. Minister adsit qui subinde affuso uino lintea perfundat: alioqui cum periculo resiccantur: quod ne fiat, noctu præcipuè & æstate prouidendũ. Hyeme uini loco œnelæo uti satius est, quo etiam tempore prius intepuisse iuuat: & succidæ lanæ splenibus præferuntur. In fracturis & luxationibus ubi exertum os est & ulcus facit, quodque cum periculo reponatur, quandiu conuulsio in metu est, abstinendum fasciis, & succida lana utendum est. Eaque ut prius imbuenda uino, curandumque est ut assidue irrigetur, & non squalescat. Astringit leniter lana hæc, & tepido calore fouet. In his fumoso uino & nimis odoro ideo abstinendum quòd caput feriat.

Lintea madere opus est.

Quando lana succida pro fasciis vtendum.

Atque hæc omnia decreta sunt ueteris disciplinæ, quæ Galeno probata sunt. Iustum quoque insuccandis linteis medicamentum ad dolores & inflammationes, oui candidum è rosaceo uel myrtino fractum. Alii contra eadem uitia aceto oxelæo fascias imbuunt, detur id bene carnosa parte & sine ulcere. Quòd si suspecta est ministri cura, qui negligẽtius fascias respergat, & nouo madore compluat, unde lintea exarescant, cerato albo utendum erit. Adde quòd cura illa odiosa esse potest. Verum ceratum hoc ut repellat, & phlegmonem inhibeat, uino minus est efficax, & magis usurpandum post initia, iam abeunte periculo inflammationis, ubi fractura simplex, nec in fragmenta uaria contritum os est. Igitur cerato pars ægra, fasciæ & splenes illinantur, adhæc extremæ partes, sed manus præcipuè & pedes ne quod deligatione extringitur, infirmum scilicet frigidumque membrum concipiat, ex quo putredine tandem corrumpatur. Ceratũ hoc catagmaticon ygron & λευκὸν ueteres appellarunt. E cera pingui & duplo oleo conficitur. Oleum sit recens rhodinum uel myrteũ. Quòd si cera

Alia quibus fasciæ imbuuntur.

Ceratum album.

Compositio cerati albi.

uetus fuerit,nec ita mollis, paulò plus olei miscendum
erit. Picato quoq; ueteres usi sunt, si quid contusum es
set, si quid coquendum atq; mitigandum, pissiran ciro-
Pissociron. tin & pissociron appellant. Eoque magis usurpandum,
Picatum ceratum. quia contusa oĩa & cruda quæ ossibus incumbant, q̃ ce-
lerrimè saniem fecisse iuuat, ne subiecta ossa tépore cor
rumpantur. Atq; hoc præcipuè in caluaria, deinde reli
qua ossium natura, magis etiã qua parte subsunt nerua-
cea corpora, procurãdum erit. Liquido cerato albo pix
addita picatum facit. Ac tantũ picis misceatur, ut inde
color in nigrũ transeat, uerum cerati corpus nõ immu-
tetur. A pice molli utrũque præstari potest: hæc enim
media cõpage inter oleum & ceram ambigit. Quæ cera
durior, uel huic pariter dura est, mollienda manu : ma-
nus itaq; oleo inquinatur, atq; hinc ad igné pix illa pin
situr, uoluitur, cõtrectatur dum satis emollescat. Alio-
qui ceræ & pici oleum nõ duplum, sed ferè triplum mi
sceatur, ut picatum inde coeat, quod tam liquidum sit q̃
ceratum album esse opus est. Sed in contusis liquidius
conuenit ubi mitigãdum. Ad coquendũ iustiore corpo-
re cõpingi debet. Eædem seruandæ leges hac parte, in
Ritinociron eo quod ritinociron appellãt resina ceræ mista. Ac resi-
na liquida, qualis est larigna quædã & terebinthina, ce-
ratum nimis diluit, nisi admodum exigua misceatur. Re
sina cõpage ceræ seruabit cerati corpus. Dilutum est ex
ceræ unc.1. terebinthinæ liquidæ drac.3. olei unc.2. So-
lutum quidé & molle est, nõ dilutum nimis, ex ceræ un.
2. colophoniæ unc.1. olei unc.4 Corpulentum satis ubi
ceræ & resinæ utriusque unc.2. olei unc.4. permiscétur.
Sed de cerato quod resinam capit, plura capite de sup-
Vis cerati resinati in luxationibus. purantibus. Verùm in luxationibus hoc cerato præci-
puè utendum, quia scilicet articulata ossa magis conti-
net, & hunc lintea firmius affiguntur, hærent diutius,
uincula uero humore laxa & uiete melius exiccantur.
Fracta denique firmius cohærent, & callo suo fidelius
compinguntur. At quæ sine lentore lintheis capiuntur,
quale austerũ uinum est, ante resiccantur quàm soluere
oporteat. Ac tertio primùm die ferè absoluimus. Sicca
autem

autem lintea duritie & asperitate lædunt, elaxataq; mi nus cōtinent. Hæc ergo ratio magis ineunda, si quando periculum grauius metuitur, atq; ideo cura maior desideratur. In his uitiis ossium magnum diachalciteos usus est. In metu inflammationis mollitur subduplo rosaceo, deinde austero uino imbuitur, illinitur parti, & in linteis adhibetur. Ex aceto uini loco subigi potest, si neque uulnus, neque neruacea natura, neq; aliud quicquam prohibet. Contra œdemata & inflationes q̃ astrictione linteorum extuberant, idem medicamentũ auxilio est. Omnia uerò leuia sint & mollia: Grauitas enim opprimit, & dolorem creat. Idem durities efficit & exasperat: utrũq; callum retardat. Perfusiones fiunt ex aqua tepida, eo calore tẽperata, quẽ manus perferat: in frigoribus hydrelæon melius est. Perfunditur pars tertio & quinto die quoties uidelicet lintea absoluuntur, idque liberaliter, unde prurigo acquiescat, & materia eius in halitum dispergatur. In articulis tepidæ usus est tensa relaxat, dolorẽ mitigat, & phlegmone aduersatur. Iam septimo die tardius aliquãdo affunditur, non ut discutiat, sed euocet sanguinẽ: unde cõcreto porò ossium fracturæ cõferantur. Capitis fracturas neq; uino neque re alia nisi quã minimum madefacere iussit Hipp. Dioscorides ex ueterum usu corticẽ ulmi aqua incoquit, decocto fracturã fouet, & os perfundit quod iam egere callo uideatur. Id de radice ulmi nõ cortice Galen. prodidit. porosin Græci uocãt geniturã calli, & inde porotica, q̃ callum gignant. Callus neq; caro est, neq; os, sed inter utrumq; ambigit: itaq; deposito metu inflãmationis, purgatis uitiis q̃ curã tardent, oĩno cogitandum ut coeat porus, & inde effractæ partes solidétur. Eaq; cura septimo primum die ferè suscipitur æstate, decimoquarto hyeme: quo iam tempore id genus periculis perfuncta ossa uideãtur. Etenim intra ea spatia febres & phlegmonæ magna ex parte sese proferunt: quãquam aliquãdo latente uitio & maleficium trahẽte uigesimo die & post uigesimum, nec opinantibus nobis eueniunt. Neminem uerò latere arbitror non antè de porò cogitandum

Diachalciteos.
Cõtra inflãmationes.
Contra œdemata.
Perfusiones
Contra pruriginẽ à deligatione.
Decoctum vlmi.
Porosis.
Callus.
Quando gignẽdus callus.

dum quàm contusa, in pus uersa, detersa ulcera & sicca
ta, ossa quoque bene explorata fuerint. Hic ergo gene
ratur callus, ubi moderāda perfusio ut inde pars niuido
colore floreat, & leniter attollatur: nimiū est si subsidet
& pallorem ducit. Fistulosa ossa & spongiosa, quæque
plus humoris in se continent, celerius coalescunt, & cal
lum contrahunt: quod in iugulo & id genus ossibus cō
probatur. Alimenta sunto q̄ probum sanguinē, crassum,
Alimenta ad poron. uiscidum, multū gignant. Panis triticeus è farina prima
ria: triticum legatur graue, densum, unde ptisana cōpa
retur: cartilagineæ animaliū partes, neruaceæ, cutaceæ,
pingues, ligamenta, tendines, petioli, uentres, linguæ,
rostra, capita hœdorū, ueruecum, & porcellorum agni-
na caro, & suilla, palmulæ pingues, castaneæ, uinū stri
gens, & cætera generis eiusdē. Medicamenta sunto em
Medicamē-ta. plastica, lenta, quæ modicè calfaciāt, & siccent è gyry si
mila, manna, gummi, fabrili glutine, mastiche, tragacan
tha, pingui cera, lachrymis & succis generis eiusdē. Tri
Triticea farina. ticeam farinā probat Hippo. q̄ subacta longius trahatur,
digitorū sequax: hæc ut reliqua, liquore oui, myrtino,
aqua, uino, muccagine concorporatur, dum lentore quo
dā bene cohæreat. Qualis si desit, & aridior tantum ad
manum est, thus pingue, eiusq; pollinem & fuliginem,
liquidā resinā, mel quoq; uiscidū permiscebis. Sed alia
quidem initio, resinā & mel post initia quum iam exces
serit periculum inflāmationis. Thus quoque in lima-
cum mucco & saliua: aloe, & myrrha, mel etiam, si qui
dem resiccandum magis, in eodem mucco diu uolutan
tur, & in aluta impinguntur. Finge igitur aduersa parte
Exemplum in naso fracto. effractum nasum, ut intrò desideat. Eodem die aut non
multò pòst reformare oportet. Itaque quicquid in carti
laginem incidit, excitandum leniter est subiecto crassio
re specillo, qua maximè parte delabitur quod fractum
est, ut sublatū molliter suo corpori decenter coalescat.
Lene fit specillum non asperum, ad digitelli formam fa
Specillum nartum fractarum. bricatum è buxo uel ebore: digitis quoque utitur Hip
pocrates, sed præfert indices, ut qui narium cauis magis
conueniant. Ac suis quisque uti potest: alioqui magni
tudine

tudine respondeant, sintque molles quales pueri habẽt & mulieres. Atq; hos diutius insistere oporteat, vt quæ reformata iam sunt, contineant. Alioqui in longitudinem implicata linamenta, & molli pellicula cincta circonsutaque intus adiicienda sunt. Aut eodẽ modo compositũ aliquid ex arido penicillo & fimbriis linteorum. Aut grandis pinna gummi uel fabrili glutine illita, & molli pellicula circundata, quæ desidere cartilaginem non sinat. Alioqui fistulas & tubos plumbo, argento, canna ad hanc rem comparare oportet. Frustulo pulmonis ouis aliquãdo usus est Hippocrates, quod fortè aderat. Spongia non utendum putat, quia fortasse humore rapto exturgeat, dissoluatque iuncta. Abstinendum quoque omnibus quæ uel uehementer spirent, uel grauiter oleant. Omnia uerò memoratis medicamẽtis illinẽda sunt. Vinculis autẽ & habenis illis ex aluta molli non ita opus est, etiam si quod fractum est in latus torqueatur: si modò repositum aliis artibus contineri potest, ut plagulis quas uiscida illa pharmaca inquinent, & iis similiter comparatis, quæ intrò naribus inferuntur. Emplastra quæ pertinacius hærent, fotu tepidæ reuelluntur. Atque hinc ad catagmatica, de quibus antea. Sed horum materia impræsentia locupletanda nobis. Caninũ cerebrum in linteo adhibetur: superdatur lana inculcata oui cãdido: iam squalescens cõmutari debet: quatuordecim diebus solidat. In Sardinia fontes esse calidos scribũt, qui fracta ossa solident. Vinum picarium in lana succida efficit, ut luxata celerius coeant. Purgatur hybisci radix, atq; hinc medulla rasa in splenio adalligãtur. Potest adiici tritici farina, & cum liquore oui ita subigi, vt sit cataplasma. Radix illa aquam coagulat, in qua sub dio horas aliquot maduerit. Musco uiticis utuntur ueterinarii: quernũ alii, alii in ulmo lectum præferunt. In honore est ueteri exemplo quam conferuam vocant. Muscus est densus, herbaceus, spongiosus, hærens aquatilibus petris, cuius efficax natura nobili historia consignata est. Putator quidam ex alta arbore deciderat omnibus ferè ossibus confractis. Præsto aderant

Caninum cerebrum.

Hybisci radix.

Muscus.

Cõferuam.

Historia.

rant amici, qui corpus eius uniuersum eo musco obliga runt, atq; ita relatum domum in quiete tenuerũt, subin de consperfa aqua ex eo flumine, quod muscũ alluebat, ne uidelicet muscus emarcesserit. Karò nec nisi deficien te herba remedium mutatum est. Atq; hac medela incre dibili celeritate cõualuit. Aestate bene carnoso duroq; corpore, recenti malo exemplum uetus liceat imitari. Vetus est & uulgo familiare auxilium in iis qui ex alto

Pellis ouilla præcipite, aliquid fregerunt, aut contuderunt. Pellis ouilla recens detracta corpori affigitur, quæ myrteo te- pido uel rosaceo perfundi potest. Sed eos præcipuè iu- uat, quibus aliquid cruoris in cuté diffusum est: conco- quit enim ac digerit. Poroticõ est, farinæ triticeę unc.6. sanguinis draconis, mastiches, thuris, sarcocollę an. ℥.1. omnia oui candido iuncta in linteo uel aluta alligãtur. Triticea farina, gummi & mãna incoquũtur aqua: fit ca taplasma quod reprimit, continet, & poron gignit. Atq; hic possunt è tragacantha, gummi, sarcocolla & aliis id genus muccagines colligi ad cataplasmata: è pauca mate ria ferè sedecuplam muccaginem conficias. Iam uerò ce leberrimum, & medicinæ ueteri decãtatum remedium, Isis appellatum: quod in neruorum uitiis describetur.

Moschionis Laudatum quoque Moschionis catagmaticon: inserto callo uulnera coniungit, cõtusis testiculis & aliis parti- bus medetur: hydropicos liberat. Exerta sedis tubercu- la reprimit, & rhagadas sanat dilutum butyro: gutturo- sis remedio est: omnem duritiem dissoluit: luxatis & cõ tortis articulis prodest: clauos adimit, qui in pedibus & manibus sine ulcere excitantur, atque omnino multi- plicis usus est. Cuius mistura sic habet: Lithargiri, pi- cis, seui uitulini ana unc.20. terebinth. unc.x. mannæ. thuris tantundem, cerę unc.5. æruginis unc. 1. opopana- cis unc. 2. galbani tantundem, olei cicini, aceti, succi mo ri ana heminam unam, picis liquidæ heminę dimidium. Lithargyrus leuissime teritur, & fictili uase uel æneo cũ cicino coquitur: ubi efferbuerint, adeps & manna inii ciuntur: assidue mouentur dũ coeãt & spissentur: hic pix cera resina admiscentur. Iam non inquinantibus galba
num

nũ immittitur, deinde ærugo & opopanax aceto resoluta. In alio uase mori succus & pix liquida ad crassitudiné cocta cæteris permiscétur, coquuntur rursus ad puritaté: ex quo in uas aliud quod uinum habeat, deponũtur, atq; ita permittuntur triduũ: postremo ex eodé uino pista ad usum reponũtur. Adhibetur pharmacũ in linteis, & in aluta fractis ossibus intéditur. Alioqui e duplo rosaceo dissolutũ nõ aliter quã ceratũ albũ fasciis illinitũ & plagulis. Aegyptia Andromachi mollit, digerit, adstringit, uulnera cruéta iungit, & alia adiuuat: uomicas exugit, permagna uulnera ense facta etiã profundissima triduo glutinat, præcisos neruos & musculos cõmittit: luxatis, fractis, cõtusis, attritis & cõtorsis ossibus remedio est, & cõtra inflãmmationes ualet: dolétes neruos & musculos lenit: ferarũ morsibus adhibetur: lippiétibus & cephalalgicis solatio est impacta frõti: callos emollit, & scirrhos edomat ac breuiter optimũ ad plurima remediũ est. Describitur à Græcis Galeno & Aetio uitiosis iã & corruptis tũ Græcis tũ Latinis codicibus. Nos ex Galeni sentétia ita restituimus: Ceræ, litharg. ana denarii 144. ammoniaci denar. 72. terebinth. unc. 4. & s. alias unc. 4. succidæ lanæ ustæ unc. 2. & drac. 2. aristolochiæ, thuris, squãmarum æris, & stõmatis ana unc. 1. myrrhæ drac. 3. alias drac. 4. opopanacis denarii 2. olei ricinii, si cyonii uel antiqui libr. 4. & s. Sic enim Gal. pro sex heminis olei Andromachi, Asclepiades autem heminas 3. scripsit. Litharg. oleo coquitur dum concrescat, squãma iniicitur: ubi non inquinant, cera conspersa mari, ut uoluit Asclepiades, deinde ammoniacum sedulo contusum imponuntur: liquatis his terebinthina additur: auferuntur igne: hic thus & lanarum cinis insperguntur: refrigerata manibus conuoluuntur, & usui sunt. Nigrum catagmaticum Asclepiadis, quod quia optimum, ἀρίστη uocata est, admiranda in fracturis, etiam ossibus depressis: immersa hæc & ab aliis seiuncta callo copulat. Litharg bitumiuis ana unc. 25. ceræ, picis aridæ ana unc. 12. & semiss. resinæ piceæ, terebinth. ana unc. 6. & drach. 2. aluminis, propoleos ana denar. 30. ammoniaci

Aegyptia Andromachi.

ἀρίστη Asclepiadis.

vnc.3.æruginis denar. 10.&.s.olei sextarii 4.Lithargyrus in oleo coquitur,dum non contaminet:cera & bitumen seorsum liquescunt,neque commouétur,his pix fusa traiectaque colo cõiungit: omnia lithargyro vniunt. Ammoniacũ verò bene cõtusum posteà immittit,atque ita coquuntur omnia in solidum corpus:hic prȩmollita cera & propolis permiscentur: ubi probè coierint, subducuntur igne, tumq; alumen & ærugo in pollinem trita respergunt,uersantur omnia,& oxycrato mersa subiguntur. Panalithes ad contusa,fracta etiam cum vulnere,uulnera neruorum & uertebrarum: purgat collectiones,incisum scrotum solidat, uenenatos morsus bestiarum sanat,aliaque præstat plurima. Olei dulcis unc.9. bituminis,ceræ,resinæ piceæ,picis aridæ an. libr. 1. Litharg.cerusæ,æruginis an.denar.10.thuris,ammoniaci, myrrhæ,aloes ana unc.1.opii,succi pomorum mãdrag. ana denar.6.aluminis,chalcanthi,chalciteos, croci ana semuncia,aceti quod sufficit. Quæ teri possunt omnia à lythargyro ad crocum in puluerem trita ex aceto conducuntur in mortario,dum sit luti crassitudo. Oleum, cera,bitumen in fabales pillulas diuisum nihil uersando colliquantur,liquatis pix & resina commiscétur, co lantur omnia,atq; reponuntur. Fracturis ossium caluariæ,cartilaginum,utilissimum est barbarum quod capite de Hæmorrhagia describitur,& alia, quæ superioribus libris scripta inuenies.In fracturis prima cura sit, ut initio repellas phlegmonem,& dolorem prohibeas. Tertio iam & quinto die si quid contusum erit, in pus & saniem conuertes : suppurationem sedulò purgabis : siccabis ulcus,& si qua ossis vitia sũt,corruptela,caries. malè iuncta squãma,ea omnia diligenter adimes:fracturæ partes ritè coaptabis,& callo iunges. At pôstremum vlcus, implédum,& cicatrice claudendum est.Cõtingit aliquãdo in capitis nuda membrana,vt minus tergendo siccandoque quàm conueniat fungus succrescat, quia uidelicet in tumorem laxum & mollem membrana extuberat. Hic ergo siccãdum magis,& quæ tergeant,incidant,laxent intermiscenda. Cõcreti calli signum est quum

Panalithes

Ordo curationis in fracturis.

quũ iam ſine ulcere exudante ſanguine faſciæ intingun tur. Tum.n.coactus porus aſperginem ſanguinis è ſpon gioſis oſsium cauernis foras extinguit. Id ferè fit criticis diebus 14. 17. 20 21. & hinc ſuccedentibus ſeptenariis. Signum quidem à veteribus annotatum, quanquã aliquando ſine eo calli concreſcunt. Conueniens callus eſt, qui neq; maior, neque minor, durior aut mollior q̃ oportet, neq; diſtortus eſt. Iuſtus callus confirmari debet medicamentis quæ ἔναιμα vocant, quæq; cruẽtis vul neribus adhibentur. Siccant leniter, & callum mediocri ter confirmant. Ac de his multa capite de glutinãtibus. Callum confirmat affuſum vinum, quod τεθαλασσωμένον & θαλάττιον Græci, Latini ſalſum & marinum vocant: quod ſi deſit, ſalté vino leniter adſtringente liquefacere oportet. Idem vinũ efficit, in quo balauſtia, roſa, myr ta, muſcus qui veluti canities quędam quercui inhęret, abſinthium, vlmi cortex & radix præcoxerint. Addunt poroticis quæ callum durant, bolum armenium, galbulos cupresſi, & alia id genus. Sed hic moderatio quædã adhibenda eſt, ne nimium ſtringendo nimiùm atteratur callus. Confirmant poron roſacei vnc. 4. reſinę vnc. 3. ceræ vnc. 2. colophoniæ, maſtiches, thuris ana ſemuncia, coni cupresſi, radicis erythrodani ana dra. 1. Melius fiet auctis emplaſticis, minuto oleo, & adiecto momẽto croci. Al. Thuris, farinæ piſtrinalis, picis, maſtiches, boli armenij an. vnc. 2. ſepi arietini, ceræ albæ ana ſelibra. Liquefactis ceræ & ſebo reliqua infriantur: in miſtura linteum ſępius inculcatur, & ſatis inquinatum fracturę impingitur. Sparadrapum vocant. Vtuntur Apoſtolico & Oxycroceo. Apoſtolicon materiam attrahit cogendo poro: ſiccat, confirmat. Oxycroceum duriorem poron magis emolliat, quàm extenuet: vtrunque emplaſticon & gignendo callo idoneum eſt. Iam uerò conſtare arbitror remedia comparari, vt mollis & dura corporum natura eſt, vt alio callo tibiam meſſoris, alio pueri conſeras. In hoc enim minùs ſiccantia, minùs ſtringentia iuſtum poron contrahent. In meſſore fortioribus omnino vtendum eſt. Callus maior extenuandus eſt dedu-

Conueniens callus.

Miſta quæ confirmant poron.

Sparadrapum.

Apoſtolicõ.

Oxycroceũ.

Callus maior.

cta parte alimẽti, & mutata qualitate diu leniterq; affri canda pars est ex oleo, sale, nitro. Eadẽ calida marina fo ueri debet, ĩduciq; malagmatis quę discutiãt, quæq; cõ trahant: colliganda arctius: oleribus utẽdum & uomitu. Alterum mẽbrum perfricandum, uinciendum molliter, & sinapismo illinendum, unde plus sanguinis excipiat. Paulus in recẽti callo qui supercreuit, uehemẽter strin gẽtia instituit, arctissimè legat, lamina plũbea, interdũ apposita. In eo uerò qui iam uetustate induruit, si quidẽ pudendum inde ac deforme mẽbrum est, neq; officium facit, cutem aperit, deradit, poron terebra pertundit, la cerat scalpro, quodq́ue uidetur superesse, peramputat. Quòd si nullum naturæ munus per callum intercidit, si nullus aut non ita conspicuus membri pudor est, nullus denique dolor, pręstabit abstinere ferro. Qui uerò infra modum crescit, aut non crescit quidem, quo iam tempo re admotis auxiliis debuit coalescere, alia ratione pro-moueri debet. Ac ferè tardatur callus, quia nimium ac sæpius fouetur locus, parum conuenienter adstringitur, sæpius & ante tempus fasciæ resoluuntur. Non rarò quo que in ratione uitæ peccatum est. Omnia ergo commutanda in melius, ac de integro ad pręcepta artis, ad auxilia & alimenta, quæ callum gignant, recurrere oportet. Quòd si atrophia & inopia alimenti totius corporis callus nõ prouenit, in primis consuluendũ corpori, deinde affectæ parti, postremo ad curã calli decurrẽdum est. Sępe etiã astrictioribus linteis affractum mẽbrum uitium contrahit, atque intabescit. Hic ergo instauranda uita est, distringenda ligatio. Ac de remediis quę ad hanc rem faciant, dropace, sinapismis & aliis dicentur quædam capite de Pyroticis. Sed quia hic casus uitiosa ossa interdum sequitur, pauca quoque hoc loco contra hoc genus mali differemus. Extenuatum membrum uehementer iuuat commoda deligatio, sed contra quàm in fracturis. Marcescente tibia femur superius alligamus ab inguine ad genu deducta fascia: atque initio quidem qua scilicet inguen proximum est, arctior deinde paulatim relaxatur. Sic enim per communes uenas quasi riuulos

Excrescens callus recẽs & uetus.

Vnde tardatur porus

Extenuati membri curatio.

Deligatio extenuati membri.

si riuulos sanguis deorsum exprimitur. At contabescẽte dextro femore, uel toto crure, femori sinistro fascias inii cimus è genu ad inguina ductis orbibus: atq; initiis astri ctior deligatio: astricta quoq; sed minus, quo propius inguen appetit. Qua quidem arte aliqua pars sanguinis ueluti diuerticulo in gracile membrum recurrit. Sit au tem ea ratione temperata deligatio, ut neque dolorem creet neq; uniuersum sanguinem à sano membro repri mas. Hoc n. alere frugalius, nutrice tamen certum est: quod quum languẽti mẽbro aliquid proprii alimẽti im periat, retineat tamen unde tenuiter sed cõmode nutria tur. Eadem ratio in superioribus membris seruanda est. Arescẽte ulna brachium deligamus: cõtabescẽte brachio uel tota manu, ad reliquã manũ uincula cõuertimus, fri ctione, perfusione, metasyncriticis uocatis, dropacibus, sinapismis ea ratione utẽdum erit, quæ capite de Pyroti cis describetur. Sunt etiã acopa ad mẽbra cõfecta macie accõmodata: quale est Damocratis. Illinitur à cibo: mar cidos exuccosq; senes reficit, & calore fouet: Hyeme & in frigoribus inungitur dormituris Vespere. Ammonia- ci, ceræ albæ, mellis recentis adipis anserini recentis, thuris ana unc. 10. galbani, medullæ cerui, œsypi, tere- binthinæ pellucidæ ana unc. 4. uini falerni, alioqui gil ui odoriferi ad circiter heminas quinque, olei hemi- nas 40. Parandum est maiusculo mortario: thus & am- moniacum confringuntur, & affuso uino macerantur: teruntur, circunducuntur duro cochleari, dum sit mellis crassitudo: mel. œsypus, medulla cerui deinceps immit- tuntur, uersantur, circumaguntur, donec cum aliis bene cocant. Dum hæc fiunt, cera figlino uase cum oleo eli- quatur: ex quo adeps, terebinthina, galbanum permi- scentur: unita omnia transuasantur, & spathula com- mouentur. Refrigerata pinsuntur manibus, postremo aliis in mortario coniunguntur: fitque liquidi boniq; mellis crassitudo: stanneo uase uel buxeo reponi debet. Neruorum doloribus, perfrictionibus, inflammationi- bus uteri in pessis utilissimum est. Distortus callus, si quidem mollis est, laxante fotu & diaphoreticis exina-

Acopon Damocratis ad membra tabida.

Distortus callus.

niri debet: fouet̃ tepida, hydrelæo, altheę, & similium decocto. Discutitur arida ficu mista stercori columbino. Sed utrunq; genus medicamẽtorum libro.1. abunde explicatum est. Si uerò nimium induruit, eadem quę in supercrescente & inueterato poro cõsilia sunt. Mollior adstringẽtibus firmari debet. At uix durior esse potest, nisi ea de causa fragilior uideatur, ubi nouo callo opus est. Est quũ in cartilagine, neruo osse muccosus humor colligitur infirmitate naturæ, quæ cõcoquit: albus is est & uiscidus, qui similitudine puris medico possit imponere: cedit enim digito pressus atq; dilabitur. Is si negligitur, sic ossa afficit, ut hæc inde corrumpantur: uicinæ carnes uitium trahant, & mucco elangueãt. Ex quo fit, ut relinquant ossa, societasq; illa & copulatio quæ ossibus est cum carne, dissoluatur. Aliquando quoq; in tophos humor ille concrescit. Sed de tophis posteà disseretur, ut de gangliis, quæ inde etiã cõmouentur. Contusis neruis, osse, cartilagine muccus ille magna ex parte nasci cõsueuit, qui cum crassus sit, lẽtus & frigidus, & in alto desideat, nõ ita facilè uacuari potest. Curandum tamen, ut laxata cute, fusa incisaque materia in halitum & uapores sensim expiret: alioqui facto uulnere repurgari debet: quanquam partium ratio prius habenda est, alioqui periculum fit, ne uel occidas, uel grauiter lædas. Quod in igne similiter animaduertere oportet. Finge igitur contusa costa, fracta, collisa, coiisse muccum, & desperatis, aliis auxiliis ad ferrum & ignem decurrendum. Periculum imminet, ne uenæ, arteriæ, nerui qui interseruntur costis, conuulnerentur: ne uel ferro uel igne intima mẽbrana uioletur. Inueterato malo, inquit Hippocrates, & desperatis aliis remediis, si quidẽ dolor est, & muccum illum caro lateris concepit, optimum in igne remedium est: uidendum tamen, ut neq; os cõtingat ignis (nisi iam corruptum atq; sideratum uideatur) neque superficiem solam transcurrat, sed carni prudenter imprimatur, ut ad membranam non perueniat. In fractis & dimotis ossibus inflammationum reliquiæ disperguntur, ne inde rigeant articuli, & ad suos motus colligen-

Mollior callus & durior.

Muccosus humor.

Muccosos humor quo modo uacuandus.

colligentur. Disperguntur pharmacis quæ molliant atque discutiãt: frictione & motu: frictio sit lenis, mollis, quæ paulatim intendatur circunductis manibus modo sursum ac deorsum, modo in latera & orbem, ut inde musculorum fibræ molliantur, & reliqua inflammatio euanescat. Leniter quoque mouendus articulus, ut paulatim & sine dolore naturæ suæ consuescat.

De remedijs neruorum. *Cap. II.*

SEquitur neruorum locus, in quo tendines & ligaméta includantur: neq; subtilius de nominibus disputetur, qua parte præcipue rerum nõ uerborum doctrina requiréda, & cura sedulò suspicienda est. Igitur uulnerant̃ nerui, cõtundũtur, dolét, torpent, rigent, cõtorquentur. Sauciato neruo conuulnerari caro ferè cõsueuit. Sauciatur, quia pungitur & inciditur. Qđ quũ accidit, omnino procuretur, ut ne ante tẽpus os uulneri coeat, & iungat̃ cutis, unde sanies nerui suo ueluti emissario interclusa, neruos lacessat, atq; hinc oriatur dolor, phlegmone, febris, deliriũ, cõuulsio ad quę horrédæ mortes postremò insequãtur. Excludéda sũt à neruorũ cura, qua certè neruos cõtingãt, quęcũq; uel natura sua uel aduẽtitia qualitate refrigerent, quæcunq; acria, quæ humectent, laxét, molliant, concoquant, putrefaciant. Cuidam ad flexum natium qua in femur desinit, coiit abscessus: expurgata sorde detectus neruus est, qui frigore percussus uniuersum crus stupidum reliquit. Alteri uulnus magnum in brachium illatum est cæsis etiam neruis, qui à ceruicis finibus per brachium decurrunt. Adhibitis iustis remediis, lanæ quoque oleo caléte tinctæ superdatæ sunt, iisdemq; obstipata ceruix contra iniuriam frigoris. At is egressus domo publico se dedit: ubi paulatim frigescéte lana oleum quoque refrixit: ex quo dolere cœpit, tensoque membro & ad ceruicem usq; progresso malo, totus ferè conuulsione riguit. Omnino ergo ui frigoris uindicandus neruus est, multo magis quum uulnus accesserit. Frigidum enim, inquit Hippocrates, ulceribus inimicum & neruis. Itaque dum hi curantur, quumque inseruntur pharmaca, non solùm uidendum erit, utne hæc

Vitia neruorum.

Vulnera neruorum.

Cautio.

Vitanda in neruis.

Frigidum quantũ noceat neruis

Historijs ostenditur, quòd noceat frigus

hæc imponãtur frigida,ſed ẽt ne vulnus aut certè q̃ mi-
nimũ frigori exponatur. Inuſta ala uetat Hipp. ne dum
curatur ulcus,brachiũ altius attollatur,ueritus ſcilicet
ne ita explicata ala excepto frigore uioletur. Idq́ue me
tuendũ magis,quũ in ulcere dolor eſt,quẽ ultio cómo-
uit,qualis eſt ubi cauteriũ impreſſeris:deinde etiã ſi lo
cus neruaceus eſt,& aliquid neruorũ nudũ exiſtit.Gra-
Aeria quã tũ noceant. uior quoq; iniuria aerium eſt,q̃ quum admota cuti ue-
hementer lædãt,ægrum quidẽ præcipitabunt, ſi nuda-
to neruo cõtinenter inferãtur.Quidam poſteriore tibia
vulneratus eſt,qua parte tres illi muſculi in tendinem
coeunt,qui calcẽ cóprehendit, atq; hinc in plantã ex-
porrigitur.Itaq; aperto neruo medicamentum quod ha
bet euphorbium,cõtinenter illitum eſt. Ex quo dolore
Vitioſa curandi via Theſſal. facto,conuulſis neruis,atroci morte ſublatus eſt.Tole-
rabilior fortaſſe uideatur,q̃ nihilominus periculoſa eſt
medendi via,iam olim Theſſalo & antéceſſoribus Gale
ni familiaris. Cuidã ergo diuiſa caute cõpuncto neruo
vulnerata ſtylo manus eſt huic pharmacũ Theſſalus im
pegit,quo cutis coaleſceret. Atq; inde orta inflãmatio-
ne cataplaſma e farina tritici hydrelæo cocta inſtituit,
ex quo cõtabeſcés æger intra ſeptimũ dié iugulatus eſt.
Alia inimica neruis. Gladiator quidam ad genu qua patella eſt, & tenuis la-
tusq; tẽdo ſeſe explicat, vulnus acceperat : in quo capta
curãdi uia uſitata Theſſalo,ortaq; inflammatione idem
adhibitum cataplaſma,calida aqua liberaliter affuſa cõ-
ſperſum quoq; oleũ eſt. Atq; hoc genere curandi tũ hic
gladiator periit,tum alii rapti ſunt,alii claudicarũt,qui
buſdã manca,cõtorta,inutilis manus reddita eſt:multis
putruere articuli:ac breuiter quibus ſupere datum fuit,
graue aliquod detrimentum corporis incurrerunt.Col-
ligendũ ergo peccaſſe Theſſalios,qui ĩplexum morbum
Explicatur peccatum Theſſaliorum. quaſi unum & ſimplicẽ curarent, & quum mederentur
morbis,nullã rõnem affectæ partis ſuſciperent. Pecca-
tum quoq; hac parte, ꝙ calida fotus, cõſperſus oleo,&
cataplaſmate illo inductus neruus eſt. Hæc enim ut alia
genera inflãmationum iuuare poſſint, inflãmatis neruo
rum uulneribus inimiciſſima ſunt. Atq; hæc obiter de
uitioſa

uitiosa illa curandi uia. Nunc aũt legitima medendi rõ explicãda, & iusta neruorum remedia describenda sunt. Atq; si lubet, ad curã reuocentur, cui manu stylo vulnerata neruus suffixus est, & aliter gladiator, qui ad genu vulnus acceperat. Optimum enim docendi genus atq; clarissimum, qđ suis legibus quidé & ꝑceptis constat, exemplis quoq; ita illustratur, ut tota curandi rõ ueluti q̃dã rerum historia sub aspectum ueniat, & quasi oculis ipsis usurpetur. Quæ ꝑfectò uia hac ꝑcipuè medendi parte consectanda nobis, in qua ꝑcipitia multa occurrunt, & nõ nisi graui iniuria uitæ aberratur. Itaq; ponamus cõfixum neruum uulnerata manu, leue quidé vulgari sensu, at reuera periculosum vulnus, etiamsi stylus tã subtilis q̃ acus pupugerit. Etenim orietur dolor, & ille malorũ uersus notatus initio connectetur, si uel negligas, uel aliena remedia instituas. Quæ oĩa duplici ratione defugere oportet. Primũ quidé iusta medẽdi uia: deinde ubi remediis nihil proficias, ꝑfecto neruo unde grauiores illæ iniuriæ cõmouentur. Nã non solũ neruo sed capite musculi vulnerato, si quidem alia auxilia desperantur, ad ferrũ decurrere oportet, oĩnoq; ꝑciden-dus tendo, & neruus est. Sed (si datur) alia prius ineunda medendi uia: primumq; animaduertendũ, an os vulneris & uia ad neruum satis dehiscat. Vbi enĩ angustiora sunt, & ꝑterea metus est, ne celeriter coeant, in crucé uel decussem confixã cuté intersecabis: multò magis si quid grauioris iniuriæ iminet, ut sit, qua sanies effluat, qua trãspiret neruus, qua deniq; uis medicaméti ad punctum neruum permeet. Ac plethorico deplẽdus sanguis statim initio, Cacochymo uitium pharmaco expurgandum est. Dextra manu læsa è malleolo dextro sanguiné detrahes: dextro pede vulnerato, axillaris dextra aperienda est. Intersecta cute uel alio facto vulnere, si quid cruoris inest, lanã, linoxylon, linteolũ molle specilli nucleo adalligabis, intinges q; sapa uel melicrato, ne asperitate lædãnt: tum exprimes, & cruoré inde molliter extergebis. Ac dulci sapa uti oportet, non ea quæ astringat. Post initia loco sapæ, uinũ dulce, deinde ét ui-

Legitima curatio.

Optimũ docẽdi genus.

Hypothesis

Duplex ratio curãdi.

φλοία.

curo ꝑ topica.

num album, q minimũ aquę ſuſtineat, utile eſt: quo iam tépore ad cicatricem uulnus adducitur. Fugiendũ uinũ quod acre eſt. Ex quo oleo calente manũ uulneratã, carpũ, alã, ceruicẽ totã, ſed præcipuè qua in deorſum abit, & dorſi initiũ largiter fouebis. Sic ãt oleũ calere decet, ut neq; mordeat feruore, neque tepore ſoluat. Oxelęo ſimiliter uti licebit æſtate qdem, & bene carnoſo ægro: uerũ neq; hoc neq; oleũ cõtingat neruũ. Atq; his locis omnibus ſuperdanẽ lanæ eodẽ oleo delibutæ, & aliæ ſic cę ſu palligant, ne qua parte ſubeat frigus. Aeger domi deſidet tepido cõclaui: uino interdicit, parſimonia imperat, procurant omnia, quibus ſeries illa malorũ auertat. Ac pro lanis complicata lintea æſtate: hyeme linoxylõ vſurpari poteſt. Bis terve uno die reſoluunt omnia, ſæpius ẽt hyberna noƈte, & ubi intercidit aliquid nouæ iniuriæ. Repetit oleum & lanarum calor refouet, oinoq; adhibet cura, ut ne quid frigeat: quę omnia ad quintum & ſeptimum diẽ uerſanda ſunt. His rebus ita prouiſis, ſimul atq; ſanies ulceris exiſtit, de medicamentis cogitandum erit. Quorum ferè duplex genus eſt. Atq; illud quidem abunde ſiccat, leniter aſtringit, digerit, & aliquando exterget: quæ omnia ſine ullo morſu & aſpredine efficere oportet: datur hoc in concerptis linteis, & expoſito neruo adhibetur. Vbi enim opertus neruus eſt, altero tãtùm genere vti licebit, quod longius quidẽ à neruo, ſuperdatur cuti temperatura molli in plagulis, ut uicina quoq; cõprehendat. Atq; hoc paulo acrius eſt, ſed ut ne mordeat, tenui natura, ualde ſiccat, moderatè calefacit, apertũ uulnus cõtinet, & ſaniẽ nerui foras eripit. Aperto neruo carptũ linteolum primo genere delibutum inſeritur. Ac medicamenta iã nõ oleo, ſed dulci ſapa soluẽda ſunt: deinde hoc genus acrius in ſplenio ſuperaccommodatur: ex quo modo cataplaſma impingitur modo lanæ adalligãtur, oleumq; & alia, ut prius quandiu uideli cet res in metu eſt, ſedulo adhibentur. Accedunt ad hæc quæ purgent ulcera neruorum, quæ neruos glutinent, quæ putredini aduerſentur. Priuatim quoq; in punƈtis neruis abſceſſus quidem parui, diſtinƈti ſpaciis ſuboriuntur,

Fotus ex oleo & oxelæo compunƈto neruo in manu.

Lanarum vſus.

Quando ſoluẽdæ lanæ.

Duplex genus medicamentorum in vulneribus neruorum.

Secundum genus.

tur,& uicina occupant,quibus remedia inuenta sunt. At que operto neruo regenerata carne ad acria ueniendum δι' εὐφορβίου & similia, quæ non nisi periculo nudatum neruũ attingat, ét si nõ ignoro,qui experientia, freti(ut affirmãt)externum neruum cãdenti fero curent,atq; ita omni iniuria ꝓhibeant. Nunc ergo ad ea oĩa materia remediorũ deinceps explicet,initio ducto ab oleis. Olea côueniunt ad fotus,& q̃bus pharmaca diluantur, dulce, bimum,trimumve,nõ astringens,anethinum,chamęmelinum,zãbacinum,lumbricinum,hypericinum,canabinum,caryinon,rosaceum, in quo terreni uermes inferbuerint:terebinthinum,ricininum,sicyonium,rutaceũ, galbanarium, styracinum, sinapinum, raphaninum,ex ouis pressũ,& alia quæ in anodynis descripta inuenias. Leuiora initio quãdiu dolor metuitur,acriora ubi iã discutiẽdum est. In medicamentis quæ aperto neruo adhibeas,alia mitiora,alia magis cõtrahunt. Atq; hæc materia secundo libr. ferè explicata est. Cera utimur,resina, & metallicis prius elotis. Calcem ex aqua dulci sæpius extinguimus,sæpius lauamus:ex quo solutã plurimo rosaceo nudato neruo imponimus:at rosaceo sine sale cõparato uti côuenit. Quidã ét ex matura bacca oleę cõfectum uolunt. In eodẽ vsu est diapompholigos,quod hoc loco ita cõficiatur: Cerusæ,põpholygos,lithar.ana ℥.2. cadmiæ ℥.4. medulæ cerui ℥.3. ceræ,olei ros.ana libr.1. myrtini selibra: metallica trita, cribrata, lota, liquatis aliis intermiscentur : coquuntur omnia dum non inquinent. In usu(quòd & de aliis crassioribus pharmacis semel dictum sit)diluendum oleo : æstate, rosaceo : hyeme,chamæmelino & aliis generis eiusdem. Phœnicino similiter utendum erit, quod minus habeat chalciteos. Pastillorum eadem ratio Polyidę,Andronis,Passionis, qui in hęmorrhagia describentur. Chalcãtho loto & reliqua materia minuta in pollinem comparẽtur:diluuntur ut prius,& durioribus naturis magis conueniunt. Calx sub canicula tertio lauanda mari, atque imbuta oleo, operto neruo opponitur. Melius elota & magis resoluta sapa,uel,ut alii,multo oleo etiam exposito ner uo

Particularis materia.

Olea.

Medicamẽta in nudis neruis.

Lauanda cera,resina,et metallica quando.

Phœnicinũ

Pastilli.

uo adhiberi pôt. Aqua uerò in remediis neruorũ oĩno abſtinendum, niſi ubi calor & acrius medicamentum tẽperandum: ſic enim miſceri poteſt, efficiendum tñ eſt, ut dum liquantur illa, abſumatur aqua in halitum, & ſolã uim qua tẽperet, relinquat. Amicum neruis dia tu meli tos, tetramyron appellant, qđ iã exoletis myracopis cõfici non pôt. Non longè aberit qđ hac temperatura cõparetur: Mellis, terebinth. liquidæ an. unc. 3. olei nardini, coſtini, roſacei, chamæmelini an. unc. 3. uini odoriferi lib. 1. foliorum maioranæ, calendulæ, florum chamæmeli, anethi, meliloti, roſarum, roriſmarini an. drach. 2. cinamomi, radicis acori, cyperi an. drac. 1. Hæc oĩa nocte integra macerentur uino, poſtridie olea ſup affundãtur: coquantur oĩa dum expiret uinum: reliqua concepta colo traiiciantur: expreſſum oleum melli & terebinthinæ ſeorſum fuſis uniatur, moueãtur oĩa in cineribus ſublatis igne puluis reſpergatur ex ambaris & moſchi ana granis duobus. Sunt & alia id genus, q̃ in anodynis deſcribentur, quæ ceræ, terebinthinæ & melli miſta ad rem p̃ſentem pertineant. Sunt qui ſolo melle ex roſaceo piſto uti ſoleant. Eſt & hoc è melle qđ cõueniat. Litharg. olei ueteris an. un. 4. colophoniæ, ceræ lotæ, axungiæ veteris ana vnc. 3. & ad circiter drac. 3. Lithar. oleo coquitur, deinde axungia, poſtremò cera, & colophonia ſeorſum fuſa coniunguntur: in vſu ſoluitur vt prius. Aliud. Ceræ vnc. i. terebinth. ſemuncia, olei maſtichini vnc. 3 mellis ſemuncia: coquuntur oĩa molli carbone: ſubductis igne inſperge pulueris lumbricorum, mirrhæ radicis ſymphiti ana drac. 1. verſentur oĩa, & ſedulò cõiungantur. Aegyptia Andromachi, Giluum Haliei, Iſis quæ in his libris ſcripta inuenias, ſoluta roſaceo vſui ſunt. Sed quæ parantur melle, magis tempeſtiua ſunt, quo tempore ſordeſcit vlcus. Quæ vero fiunt è metallicis, & ſiccãt magis, leniora quidem initio, fortiora poſt initia uſurpanda ſunt. Turunda poſteris imbuitur terebinthina, oui luteo, & momento croci inſeriturq; decliui parti uulneris, qua emiſſarium ſordis pateſcit: terget & lenit. Iam uerò quæ purgent ulcera neruorum, quæque

Aliud è melle.

que glutinent, ex secundo lib. repetenda sunt. Peculiari ter neruos cõiungit uocata Cizicene. Thuris quamopti mi, myrrhæ, aristolochiæ, chalcitidis ustæ lotæq; iridis galbani ana semuncia, lythargyri, terebinth ana unc. 1. olei unc. 9. Omnia aheno capta blandis cineribus coquenda sunt, mouendaq; sine requie: postremo in frigidam mersa manibus coniunguntur. Aliud. Carnis limacum unc. 2. myrrhæ, thuris, picis torrefactæ ana drac. 1. Tunduntur carnes, reliqua uerò in puluerem trita sedulo intermiscentur. Aliud. Carnis cochlearum bene contusæ unc. 3. farinæ pistrinalis, picis siccæ, pulueris lumbricorum, & radicis symphyti ana ℈ 2. terebinth. è uino lotæ semuncia: iungantur oĩa. Vsitata sunt unguentum de uermibus, Basilicum magnum Mesuæ, emplastrum relatum ad Andromachum, Diachilon in linteolo, inciso neruo soluta adhibentur, soluuntur rosaceo & terebinthina mistis. Intestinum terræ per se intritum & appositum, uel aliis cochlearum more intermistum. Atq; hæc obiter. Nunc autem breui cõpendio oĩa cogamus. Cõpuncto neruò prima ratio totius corporis habenda est, ut uel purgetur pharmaco, uel phlebotomo deplea tur. Deinde prouidẽdum, ne diuisa cutis celerius coeat: quod si metuitur, intersecandum atq; ampliandum uulnus est: extergendus cruor, & si expositus neruus est, primi generis pharmaco integere oportet. Oleo fouenda manus, carpus, cubiti articulus, ala, ceruix: superalligandæ lanæ, instituenda uita quæ grauiores casus prohibeat. Qui si iam existunt, neq; remedio locus est, intercisa cute, satis ampliato uulnere medium neruum p̃cides: hic enim detrimentum partis certo exitio uitæ p̃ferendum. Præfecto neruo extra periculum æger est, & cõmuni illa curandi uia uulnus claudere oportet. Iã uerò intacto neruo & plaga satis hiante, eadem captanda medendi uia quæ aperto neruo exposita est: nisi q̃ relicto primo illo genere pharmacorum, tãtum utimur secundo, de quo iam cõnectatur oratio. Atq; hæc materia in multiplici natura rerum posita est. In cerealibus subtilissimus est orobus: hoc solum calidius est. Lupinus

Cizicene et quæ glutinent neruos

Elimacibus

E cochleis.

Vsitata posteris.

Compendiũ eorum quæ dicta sunt.

Secundum genus pharmacorum.

Ceralia. nus quoq; & cicer in usu sunt. In farinam cõmoluntur,
Lixiuium. incoquuntur lixiuio, coguntur oĩa in cataplasma. Lixi uium ut est materia unde excolatur ita uel acrius, uel clementius esse par est. Præstantissimum è ficu & tithy malis. In liqualibus succus est cyrenaicus, medicus, scor
Liquabilia dolascer, quibus Assæ nostræ & Bengerinum successe runt: sagapenum, propolis recens, opopanax, galbanũ, piũ, resina, terebinthina præcipuè & larigna, adeps qui sit tenui & calida natura, ex feris, p̃datoriis auibus & ru
Planta. sticis, de quibus in attrahentibus. In plantis tithymalo rum succus & cinis, succus & puluis maioranæ, calamin thę, sabinæ, anagallidis, baccarum lauri & iuniperi, aco ri, mari, aristolochiæ, mei, gentianæ, ireos, enulæ, bryo niæ. Adhæc piper, cardamomum, zynziber, caryophil
Metallica. lon, cinamomum aliaque id genus. Metallica usui sunt misy, chalcitis, squamma, ærugo, chrysocolla, calx, sul phur uiuum, uitreoli genera, arsenicum. Fermentum quoq; utile est, sed quanuetustis simum: euphorbium, ca storeum, stercus columbinum. Postremò quoque multa
Formulæ quædam. rum usus est hac parte; quas in attrahentibus scriptas inuenias. Terebinthina p se in natura molli: in dura cũ pantillo euphorbii satis efficit. Eadem rõ ppoleos, si qui
propolis. dem pinguis est: durior cõueniente oleo uel adipe mol liatur. Fermentum uetus p se, cum propoli pingui, mel le, pice liquida uel pari terebinthina mistum. Lacte ẽt tithymali leniter intingitur: ex aceto pistum efficacius est Sagapenum, terebinthina, oleum simul liquescunt, uel cum his sagapeni loco, galbanum, opopanax & alia id genus: tantumq; olei intermiscendum, ut sit tempera tura mellis. Resinis liquidis, terebinthina, abietina, pi nea utendum siccis, fricta abietina terebinthina, strobi lina quæ durioribus idonea est, pauco oleo soluendæ sunt. Sulphur uiuum, non lapidosum, tenuium partium aut castoreum ex oleo subigitur eodem temperaméto. Mollia enim hæc omnia & compage quę consistat qui- dem, sed nõ diffluat, esse oportet. sordium instar in mol lioribus corporibus, crassitie mellis in durioribus. Te- trapharmaco duodecima pars sulphuris, arsenici, eu-

phorbij,

phorbii, calcis immiſcetur: ſoluẽdum prius ex oleo. Medicamenti δι' εὐφορβίου plurimus uſus eſt, quod quia in ceratis ferè eſt, de his quoque breuiter nobis diſſerẽdum. Igitur cerata variè concinnantur è cera, pice, reſina, propoli, adipe & oleo. Simplex è ſubdupla cera, vt in catagmatico: pari, vt emplaſtrode: ſubtripla & ſubquadrupla ad oleum, vt in acopis, temperatur. Miſcetur adeps & terebinthina liquida, ſed vtroq; miſto oleum iuſta ratione minuendum eſt, ne temperamentum liquidius diffluat. Picatum quodque aridam reſinam capit è ceræ parte una, tribus & quatuor olei, ſubdupla pice vel reſina ad ceram compingitur. Quæ ratio ſeruari poteſt in ceratis, quæ galbanum, propolim, ſagapenum & alia id genus concipiant. Terebinthina & quæ liquida ſunt, ſubtripla cera commiſcentur: duplo interdum miſto oleo, interdum triplo. Iam verò euphorbij bimi & trimi ferè æquale pondus, & ceræ temperatur: ad unc. 1. ceræ, drach. 6. euphorbij: recentis ſexta pars ſatis eſſe poteſt. Quarto, quinto & ſexto anno æquale ſit ceræ euphorbium: vetuſtiore vtendum non eſt. Sextula euphorbii aliquando ſatis eſſe poteſt. Et vt ſunt corpora, vt vicina cuti vel longius ab hac punctura eſt, ita lenius & acrius pharmacum miſceri debet. Ac quanto plus cœperit euphorbij, tantò acrius futurum eſt. Sed omnino in euphorbio annorum habenda ratio. Neque aliter ſtercore columbino & puluiſculis acrioribus qui ceratis inſpergantur, vtendum erit. In cerato è ſtercore columbino modus ſtercoris interdum decidítur, tantumque æruginis crudæ ſufficitur, quantum ſtercori, ſubtraxeris. Ceratum aliquando ſuccis illis plantarum imbuitur, aut puluiſculis permiſcetur. Verum exempla quædam ſubiicere melius eſt. Acerrimum erit, ceræ ſeſquuncia, olei vnciæ quatuor & ſemiſſ. euphorbij recentis ſemuncia. In medio tantum drachmæ tres euphorbij: in infirmo ad circiter drach. 2. Satis vſitatum eſt veteribus quod ſequitur. Ceræ vnc. 1. terebinthinæ liquidæ, picis ana ſemuncia, euphorbij recentis drach. 2. Euphorbium liquatis alijs permiſcetur, vel ex oleo tritum confuſis cæ-

Ceratorum ratio.

Simplex.

Modus euphorbij.

E ſtercore columbino.

teris coniungitur. In usu uim medicamenti sensus iudicabit. Acrius arrodit, & os uulneris amplificat: hinc quoque rubor & dolor grauis in ambitum excitatur. Hoc ergo celeriter reuellendum, relictoq; linamento quod fortasse incumbat neruo, oleo paregorico fouendus locus est, donec acquiescat dolor. Hicque benignius ceratum misto adipe, deducta parte euphorbii, imponendū. Languidius neq; sensum ullum neque calorem mouet, auctoq; euphorbio acuendum est. Iusto uero pars molliter incalescit, & leni quasi prurigine titillatur. Atq; hęc in cerato δι' εὐφορβίου, de probando pharmaco in toto hoc genere communia sunto. Cæterum falli contingit quòd à languidiore medicaméto pariter atque ab acriore dolor excitatur & inflammatio, idque præcipuè ubi uulnus cutis angustius est. Nam cū medicamentum non attrahat, aut attrahat quidé, sed minus quàm conueniat, sanies multa colligitur, quæ insidens neruo eas iniurias accersit. Sed ab acriore paulo post quam adhibitum est, à languidine multo post dolor & alia id genus commouentur. Atq; hæc medicamenta bis terve interdiu absolui debent, nocte non mutantur nisi longiore. In medicamento quod è metallicis conficitur, usitata ueteribus: Misy, ęrugo, chalcitis & squamma æris. Misy & chalcitis exoleta sunt, nisi ad uitreoli & cuprosę genera decurras. In his thus additur, adés, resina, galbanum, quę uim metallorum emolliant: Oleum sesquialterum ceræ, cera dupla, tripla, media inter hæc ratione ad metallica. Eadé resinæ sextupla & septupla est thuri uerò & galbano nócupla, quincupla & septupla est. Validissimum est, ceræ lib. 1. olei ueteris sesquilibra, hyeme etiam ad circiter lib. 2. chalciteos crudæ unc. 1. misyos unc. 1. squāmæ æris unc. 3. terebinth. unc 2 galbani sesquuncia, thuris ℥. 3. hic cera quadrupla thuri, octupla galbano, sextupla resinæ dupla metallicis. Infirmum cerā triplam capit ad cremata metallica, augetq; modum thuris & galbani, ut utriusque pondus ferè subduplum sit ceræ, ad libram unam ceræ, galbani uncias duas, thuris uncias tres. In medio media seruanda ratio. In his cera sit mollis, resina liquida,

Probatio medicamēti

Medicamētum è metallicis.

Proportio ceræ ad oleu, metalla, et alia.

na liquida,thus & galbanum utraque pinguia.Metallica modo cruda,ut ſit acrius pharmacum:modo cremata,ut ſit clementius,uſurpantur. Eadem ſub canis ardoribus ex aceto acerrimo pluribus diebus interuntur. Acetum uetus præferédum, quod nihil auſterum,nihil uinoſum reſipiſcat. Sed hac arte ſquamma præcipuè elaboranda eſt. Thus quoq; eodem aceto leniter interi utile eſt: Cera,oleũ,reſina colliquantur:thus & galbanũ intermiſcétur:metallica in aridum pollinẽ uerſa paulatim reſperguntur,uoluuntur ſpatha in prunis, & ſedulò coniungũtur. Aliud eſt è metallicis,quod à Galeno deſcriptum eſt: Ceræ unciæ ſex,olei unciæ nouem, miſyos drach.6. chalciteos denarius unus, ſquãmę uncię duæ & s. thuris ſeſquũcia,galba. ℥.2. Magdalides inde fictæ uſus tẽpore diluuntur,& in lita linteolis applicantur. Eſt & tertium genus διὰ τῶν τηκτῶν, è liquabilibus: quod & pũctis neruis & canũ morſibus auxilio eſt. Sed hoc ut alia è metallicis,duris corporibus idoneum eſt: quanquã aliquando in teneris naturis infirmo pharmaco utimur,cerato διὰ στιάτον tẽperamus,oleo deniq; prolixius hebetamus. Picis unc 4. aceti acerrimi unc. 6.& ad circiter drach.4. opopanacis unc. 1. Pix ſit mollis, inferueſcat aceto dum conſiſtat: opopanax aceto fuſus aliis cõiungatur in calidis cineribus. Dilatatum manu in magnitudinem uulneris interdum apponitur,ſi quidem durum corpus eſt: in molli diluitur oleo,& in ſplenio accommodatur.

E liquabilibus.

Aegyptia Andromachi. Giluum Haliei & alia: uerùm paulò craſſiora nec ita diluta in eodem uſu ſunt. Sequitur Iſis illa ſacra,& ex templorum adytis repetita,quæ iuditio ueterum omnia emplaſtra ſuperat. Ex Vulcani templo, Aegypto tranſlata eſt, hieroglyphicis primùm deſcripta. Erant hieroglyphica monumenta rerum in myſteriis Aegyptiorum deſcripta, nõ literis ſed formis animalium & mutarum rerum, ne prophano uulgo innoteſcerent. Qualia Orus Apollo Græcus author commemorat, Scribonius Glichoni, Græci Epigono, alii Hermioni hierogrammateo attribuunt. Neruis punctis & uenenatis morſibus utiliſſima eſt: curat artuum fra-

Iſis.

Hieroglyphica.

Virtus Iſidis.

ſturas etiam cum uulnere:effractam caluariam perſanat:
facit ad detectam membranã tegentem cerebrum diluta
roſaceo demerſas ſquãmas oſſium , & teſtulas caluariæ
extrahit. Cephalalgias ueteres perſanat , ſi raſo capite
dies uiginti inſideat. Imponitur fronti cõtra hæmorrha
gias narium, & fluxiones & oculos . Anginoſis affigitur
collo:glutinat,incarnat,mollit,& fiſtulis inditur dilutũ
roſa in collyriis. Celeriter pus generat.idemq; per ſpi-
racula exorbet latẽte uia:gangrænas & putredinẽ cõpe-
ſcit. Suppurationibus mamarũ prodeſt:prolapſis inteſti
nis è uulnere ac repoſitis , poſt arctatum uulnus fibulis
aut ſartũ acia utiliſſime imponitur Lateris , ſtomachi ,
uentris, iecinioris,lienis frigidum dolorẽ ſedat. Ad lu-
xatum omne,& eiectũ,& repoſitum articulamentum be
ne facit. Podagricis mirifice prodeſt. Cãcros,ſerpentes,
& carbunculos reprimit,purgatq́ue. Ad neruorum uitia
omnia acopo melius facit : trahit aculeos , parotydas &
callos diſcutit . Adenas ulcerũ & mẽbranas ita eliquat ,
ut per ſe decidant: uacillantes ungues,uel cõfirmat,uel
extrudit. Gõmotum dentem ſtabilit, ulceribus narium
medetur,ac breuiter præter cætera admiranda eſt. Sed
narie deſcribitur:miſtura hæc magis placuit. Ammonia
ci æruginis raſæ, ſalis ammoniaci uel foſſitii, ſquammæ
æris more ueterum uſtæ,aluminis,ariſtolochię rotũdę,
& ut, Scribonius,ſarmentitiæ,thuris ana unc. 1 myrrhæ
aloes,galbani,aut ut Aſclepiades , mannæ ana ſeſquun-
cia. Scribonius ſextãs:ceræ lib. 1.& ſemuncia ut Heras,
Andromachus, Aſclepiades:Scribonio triens: aliis unc.
1.colophoniæ,terebinthina ana libr.2. & unc. 1. ut An
dromachus, Heras , Paulus: alii ſcribunt denarios
ſex,alii denarios ſexaginta. Quidam codices habent de
narios centum. Scribonius terebinthinam omittit,& co
lophoniæ ſcribit pondo quatuor alias pondo duo & beſ
ſem . Adhæc olei ueteris ſeſquilibra , cui rationi con-
ſentit Scribonius,& ſextarium ſcribit:alii libr. 1 ponũt,
alii ſelibram,heminas duas,heminæ demidium, unc. 3.
Certum eſt autem copioſum oleum eſſe neceſſarium,ut
pharmacum cõſiſtat. Epigonus addidit ſucci radicis dra-
contii

Miſtura.

contii sesquunciam: alii præterea succi seridis unc. 1. succi marrubii sesquunciam. Galenus sine succo seridis aliquando confecit, & alumen sustulit. Veteres ferè tantũ sex denarios usti aluminis miscuerunt. Alia teruntur, alia liquefiunt pro sua quæq; natura excepto galbano, quod in mortario cum tritis pharmacis circũ agitur, aceto paulatim fuso, idq; melius in sole: ex quo aliis liquatis intermiscentur omnia: ubi uerò sublata foco intepuerint, manibus aceto tinctis diu uersantur: ærea pixide ad usus reponuntur. Medicamentum diluitur uino uel aceto ubi glutinandum: aceto, ubi molliendum, In gangrænа & putredine succos illos recipit: in uulneribus neruorum succum dracontii: alumen ubi repellendum. In punctis neruis fit compage mellis: in aliis modo crassius, modo liquidius, ut res & corpora postulabunt. In proxima laude est ἀνίκητον, cui propter insuperabilem uirtutem nomen inditum est. Parem Isidi uim habet: diluitur ferè oxelæo, immittitur fistulis, contractos articulos laxat, mollit, digerit. In abscessu uentris, coli crassius dilatatum manu imponitur: thorulus oxelęo calente madens superimponitur, qui bis quotidie eodem oxelæo irrigandus est: tertio primum die uel quarto ab solui debet. Hic si quid exasperauit, fotu olei mitigatur: ita efficit, ut ne purulenta uomica colligatur. Iam collectam extenuat, & per intestina quasi miraculo depellit. Reliqua uerò Isidi similiter efficit, mistura sic habet. Squammæ ęris unc. 7. & drachm. 2. aliàs unc. 6. & semiss. in aliis sesquuncia: pyrethri, herbæ pedicularis, cocci cnidii, seminis sinapi, cachryos, alioqui granorum paradisi, stercoris columbi, aristolochiæ sarmentitiæ, æruginis, cyperi, seminis erucæ, cumini ana unc. 2. aliàs denar. 6. nitri, salis ammoniaci ana unc. 4. baccarum lauri, mannæ, iridis ana unc. 15. al. unc. 2. & semiss. aceti acris sextarii 16. al. 12. decocti caricarum cyati 4. & semiss. hoc est, ad circiter unc. 7. olei heminas 5. hoc est, ad circiter libr. 4. Tunduntur primùm quę teri possunt: ex quo aceto sparso iterum contunduntur sub canicula: ubi uersata diu exarescant: hic iniecto fi-

Præparatio isidis.

Usus.

Compositio aniceti.

cuum decocto & oleo omnia coniungantur. Reposita in
ære rubro per interualla aceto respergantur, ut seruen
tur mollia. In usu unc. 2. dissoluuntur aceto, & cum sex
tuplo cerato quod resinam habet, octuplo, quadruplo
permiscentur. Descriptum prius decoctum caricarum
& ceratum, quod resinam habet. In cæsis neruis non a-
lia pharmacorum ratio. Linamenta primo genere deli-
buta nudato neruo imponuntur: aliud e secundo genere
superdatur in plagula: cataplasma, lanæ, & alia simili-
Transuerso cæsi. ter comparantur. In transuerso uulnere ut periculum
maius est, ita liberalius depletur sanguis, seuerior uitę
lex ponenda est. Iā sit exemplo gladiator ille qui prio
re femore qua musculi in patellam abeunt, transuerso
Hypothesi. uulneratus sit. Magnum sit uulnus & profundum: uacuā
dum corpus. Purgandum uulnus cruore terso, nudus cæ
susque neruus bene diluto pharmaco è primo genere
in carpto linteo obstipandus est. Superdandæ lanæ oleo
uel oxelæo delibutæ, totum crus oleo foueatur, inguē,
ile, pubes, spinæ pars quæ lumbis & coccyge interclu-
ditur: ac breuiter tota spina dorsi & ceruix calente oleo
irrigentur: contegantur lana superiore ratione. Sæpius
absoluantur ut prius, præscribatur quies, uinum exclu-
dat, decumbat lecto, omnes aditus frigoris intercludan
tur. In eam figuram componatur femur in qua citra do-
lorem permaneat, quod & puluino molli innitatur, le-
niter proclinetur parte aliqua, ut quum cęperit esse sa
nies, commodè repurgetur. Quo tempore ad secundum
genus pharmacorum ueniendum, quale est quod habet
euphorbium. Sed hic labris nimium diffidentibus sutu
Sutura. ra opus est, quæ & musculos capiat, & subiectas mem-
branas intertextas carni, & carnem ipsam altius confi-
gat. Verum adhibenda cura, ne uel neruus, uel tendo,
uel uas denique magnum transcursu acus uulneretur:
deinde etiam ut decliui parte emissarium relinquatur,
qua sanies defluat, quaque medicamenta uulneri inse-
rantur. Iam uero ubi & uulnus purum & intectus carne
neruus est, ubi iam omnia in tuto posita sunt, ad com-
munem uulnerum curationem te conuertes. Longa qui
dem

dem medendi uia: sed hic præcipuè cogitandum, ut nequum nimium properes, tardius absoluas. In rebus dubiis, & quæ non urgent, sat cito, ueteri sententia, si sat bene. In recto uulnere minor metus est: deligatione utendum, parcius depletur sanguis, neque iaturis opus est, si quidem fasciis coniungi posit: pharmacis ea seruetur ratio, quæ in transuerso præscripta est. Nunc de putredine & abscessu, quæ uulneribus neruorum malè curatis suboriri solent. Adolescens Galeno commissus est, cui ex contusione medii digiti articulus computruerat. Itaque Galenus contusum locum cataplasmate ex hordeacea & lixiuio induxit, tensa uero in ambitum, & cognatione dolentia oleo calente liberaliter perfudit: subtracto deinde cataplasmate madentem locum molliter extersit lana quidem sicca: ex quo subiecit catagmaticum ceratum quod oleo ad ceram duplo cõficitur, misto euphorbio. Communis enim curandi ratio puncti, cæsi, contusi nerui & tendinis. Adolescens ergo postridie melius habere cœpit, dolorque & tensio ad brachium satis remissa est quo die pro hordeacea orobi farinam lixiuio iunxit. Tertio die omnia repetita sunt, fotus, ceratum, cataplasma. Hicque superior manus & brachium omni iniuria liberata sunt. Sed in contuso articulo sempiutre corpus membranaceum apparuit, ex iis quæ mediis tendinibus cõnexa in seriem digitorum extenduntur: quod leniter commotum facilè decidit. Rectè quidem quod computruerat leni tractu commotum est: etenim tum demũ rescindi ferro aut uolsella, uel digito putrefacta reuelli debẽt quo iã tẽpore ueluti maturitate quadã facilè sequantur: neque maior uis nõ dum maturis inferenda est. Itaq; separatis putridis mẽbranis, quũ incolumis tendo nudatus esset, Polyidæ pastillus sapa dilutus in carpo linteo adhibitus est, & ceratum superdatum quod capit euphorbiũ: cui cataplasma ex orobi farina & lixiuio adiectum est. Quarto die non aliud superesse uisum est, q̃ ut reliquias inflammationis discuteret: alioqui ad cicatricem sese cõuertisset. Quũ ergo nescio quid durũ relictũ esset, abũde siccati-

De putredine.

Historia.

bus uti instituit: usúsque est Iside medicamento, postremo ad epulotica transit. Atque hoc exemplum tibi positum sit ad contusis neruos & putria. In utroque conferunt initio cataplasmata & hordeacea uel fabacea cocta oxymelite, postea aliquid lixiuij additur, & reliqua farinarum genera usurpantur orobi, lolij, cicerum, supinorum: postremò solam lixiuium sine oxymelite coquendis farinis utile est. Plura contra putria in purgantibus. In contusis sed opertis neruis & cute integra oleū satis esse potest, quod laxet, discutiat, & dolorē leniat: qualia in anodynis scripta sunt. In dolore pix liquida & paregorica misceri possunt. At simul contusa cute & ulcerata, siccandum simul & constringendum: ubi saluare cataplasma athletarum ex oxymelite & fabacea farina coctis: Recens contusum membrum, fluentē calidū sanguinem à recens cæso animali excipiat, eóq; immergatur: aut in thoracem anima, is uia facta immittatur. In abscessu qui puncturæ in ambitum enascitur, Oribasi pharmacum accommodatum est. Ceræ, colophoniæ, butyri ana unc. I. picis aridæ mellis ana semunc. ærug. drachm. 2. ærugo in puluerem trita diutissimè in aceto uolutatur, & liquatis aliis sedulò permiscetur: coquuntur omnia mota asfiduè dum consistant. Iam ad reliqua neruorum uitia properemus; ac de dolore in anodynis. Torpor motus & sensus iniuria est, qui & stupor appellari potest: ubi præcipuè anatomica ratione recognoscenda neruorum radix est, quæ semel læsa suum uitium longè latéque dissem inat, cuiq; remedia primum adhibenda sunt. Frustra enim digitum acopo fouebis, ubi ex eo obtorpuit, quia inualsit ceruix, quo loco dorsum exterminat. Et ante remedia de causa mali quæstio habenda est. Torpor ergo & in totū corpus spargitur, & in membra pręcipuè, crura & manus: plurimum quidem à refrigeratione, deinde neruorum angustia, quia uel luxata uertebra uel innato tuberculo opprimatur. Aliquando quoque excepta aura torpedinis genus hoc uitij neruis inuexit. Quòd si nihil horum incidit ad ignauiā referenda & in erroribus uitæ causa quærenda

In contusis et putribus.

Abscessus.

Torpor.

Spectanda in torpore.

rẽda eſt. Quibuſdã ſolennis uacuatio: arthriticis, ſtatus materiæ curſus recurrente periodo in neruos corporis reſpergitur. Quartanæ & alii morbi id genus in ſtuporem reſolutionem corporis degenerãt. Intẽperies quoque hoc genus uitii nonnunquam gignit. Itaque in torpore in obſoleto ſenſu corporis & motu, de cauſa mali, de origine neruorum qui in læſæ partes abeunt, quæſtiones primùm habeantur. Calefaciendum quod refrixit, reponendum, conſtituendumq́ue quicquid loco ſeceſſit: incidendus humor, atq; diſpergendus, qui acetabula, uincula, neruos, articulamenta deniq; infarcit: curanda tubercula, laxandæ anguſtiæ, reformanda uitæ lex: incitanda uacuatio, diuertendus materiæ curſus, & omnino contraria remedia contrariis uitiis adhibere conuenit. Quæ calefaciant, & hinc neruorum iniuriæ repugnent, ampliter ſcribentur in dolorum remediis. De luxatis oſſibus ſuperiore capite ſatis diſputatũ eſt. Reliqua auxilia partim ex primo libro, partim ex adytis medicorum repetenda ſunt. Quod autẽ ad originem pertinet, ut ſuo quæq́; loco medicamenta imponantur, meminiſſe decet, nonnunquam motum oboleſcere ſeruato ſenſu: aliquando uerò permanente motu aboleri ſenſum: utrunque etiam interdum obtorpeſcere. Atque ubi idem neruus tum ad ſenſum, tum ad motum à natura parti datus eſt, ſeruato motu incolumem ſenſum eſſe oportet. At incolumi ſenſu non protinus motus integer eſt. In multis corporis partibus neruorum fibræ ad ſenſum in ſuperficiem explicantur: rami uerò muſculis inſerũtur, ut moueant: ubi ſaluo altero motu ſi lubet, ſenſum exoleſcere contingit: multo magis quũ alio atq; alio ortu utrique enaſcuntur. Multis quoque partibus ad uarios motus multi nerui, tẽdines, muſculi à uariis locis inuecti ſunt, quod in capite, artubus, ore, thorace, & maxillis, atque adeo toto corpore facilè intelligat, quicunque in anatomia diſciplina fuerit exercitatus. Vt ergo iniuria paris eſt, ita requirendus neruorum ortus, cui (ſi opus eſt) remedium inſtituas. Ridiculum enim intermiſcentibus uel contortis labro & genis ad eos

An ſeruato motu pereat ſenſus & contrà.

Exẽplis tres declaratur.

ad eos neruos confugere, qui a tertia cerebri propagine in totam fere faciem disperguntur. Motus enim in vitio est, neq; sensus iniuria ad quæstionem proponitur. Requirendum ergo, nunquid detrimenti ceruix accepe rit, qua parte latus ille musculus longè lateque in facië explicatur: num qua relaxata vincula, nunquid iniuriæ à temporalibus musculis & neruis primum ortum sit. Neq; absurdum minus quod sequitur. Cuidam in itinere e pluuia & frigido aquilone suprema ceruix inalserat, læsa quoq; grauiter ea iunctura quæ ad vocatum dentem articulata est. Atq; hinc optimo iure sensus cal uariæ obtorpuit, quia ab ea vertebra sublatis neruis, vis sentientis animæ capiti inspiratur. Igitur quum frustra calidis medicamentis pugnatum esset, quæ capiti impingebant: accersitus Galenus ad dentem vocatam vertebram remedia conuertit. Igitur recalfacta parte quæ primum inalserat, sensus caluariæ celeriter instau ratus est. Multis iunctura illa frigore perculsa ut & tertio & quarto articulo collum modo constans, modo intortum dolensq; riget, neq; pro libidine conuertitur, vbi frustra capiti remedia imponas. Sed adhæc designã dæ partes, vnde vincula procedant, oriantur nerui, inducantur musculi quibus ceruix capiti colligatur. Sed & post dentem articuli vel pelluntur loco, vel frigore percelluntur: atq; hinc laborant musculi qui è collo in thoracem sese explicant: ex quo efflatu intercepto materia vocis, vox quoque interdum supprimitur. Verum omnino meminisse oportet in tota spina leues esse iniurias quas frigus intulit: grauiores quæcunq; uel phlegmone uel tuberculo commouentur. Asperrimum malũ est luxatis articulis, multo maximè quum intro pulsa, & in obliquum uel angulũ torta uertebra est. Sic enim nerui angustius comprimuntur, qui è spina quidem exigui pauciq; foras discurrunt: plurimi uero atque præcipui feruntur intro, & semel læsi longe grauissima pericula interminantur. Quidã subsectis strumis obtumuit nudato neruo, eoque perfrigerato qui uocem fingit. Alteri in dorsum deturbato uox intercepta est. Atque hic curato

Historia quædam.

Efflatio læsa.

Comparantur inter se spinæ iniuria.

Nerui è spina foras & intrò.

Historijs explicatur locus cui remedia imponas.

curato dorso, ille concalfacto uocali neruo uocem recu perauit. Pausanias sophista in dorsi initium præceps corruit, atque hinc seruato motu, intermortuus sensus est, qui ultimis duobus digitis & dimidio tertij inspiratur. In graui peripneumonia & pleuritide, ad extremos usque digitos sensus quibusdam uiolatus est, plurimis brachium condolescit, aliis quoque motus leniter obtunditur, læsis scilicet neruis qui à dorsi initio prima costarum spacia intercurrunt, & in brachium, ulnam, extremos quoque digitos sparsi deferuntur. In torpore & tremore manuum recognoscendum, num quid uitij ea parte spina fecerit, quæ quarta & nona uertebra intercluditur. A sexta quidem, septima & octaua in totã manum nerui dimittuntur intermistis fibris à superioribus articulis. Sed è septima & initio dorsi, interiore manu & posteriore plures decurrunt: in ulnam, ultimos digitos & dimidium tertij dispescuntur. A superioribus coniugijs uertebrarum in superius brachium, exteriorem prioremq; manum, maiores quoque digitos nerui disperguntur: quanquàm ita hi omnes sese implicãt, ut non facilè in medio cursu & finibus separentur. Ceruice læsa qua quintum spondylium quarto conseritur, offensat respiratio, quia hinc diaphragma neruos excipit. Affecto dorso & neruis qui costarum spacijs interseruntur, uox hominem deficit: quia maior uis illa spiritus, qui materia uocis est, non efflatur. Lumborum iniuria & inde laborante abdomine ingrauescit respiratio, & excrementa segnius depelluntur. Quidã è scala præceps in lapidem impegit, qua lumbi sacrum os exarticulant, isq; locus intro compulsus & oblique luxatus est. Ex quo cępere crura frigescere, ortaq; inflammatione alui excrementa & urinæ restiterunt. Puero in captura piscium spina perfrixit, qua lumbi desinunt: cõdoluit uesica, aluus sine uoluntate stercus deiecit. Alter in eadem iniuria inuitus omnia commingebat. Cuidam puero in osse sacro exarticulata & intro pulsa uertebra est. In quo neglectum malum occalluit, atque inde factum, ut non nisi ægre & in stillicidium urina expríme-

Accidẽtia manuum ĩ graui pleuritide & peripneumonia.

In uitijs manuum.

A dorso & lumbis iniuria.

Suppress. & sine uoluntate: ĩcta urin.

primeretur. Alteri obliquè torta articulatione, urina in totum suppressa est. Atq; hæc non iniuria, si quis intelligat è finibus lumborum neruos in crura plurimos, quosdam in uesicam, podicem & genitalia dispergi: maximos posteriore parte recta in poplitem decurrere: minorum alios quidem qua pubis os foratum est in priora crura disseminari: alios uero oblique ad inguina diuerti, unaque cum magna uena & arteria, atque extra has in anteriores partes femoris deferri. Ab osse sacro alia quoque neruorum soboles superioribus intexitur, unde & uesicæ & alijs partibus perplexæ fibræ inserantur. Atq; hæc obiter. Neq; enim huius instituti est anatomiam describere: sed parum explicata remedia uideri possint, nisi etiam designetur locus, cui applicentur. Frustra enim torpentem pedem excites, & anum uesicamq; refoueas, quum à lumbis prima mali labes orta est. Atq; hoc in lumbis semel explicatũ, in alijs spinæ partibus & inde factis iniurijs seruare cõueniet. Et quæ de torpore, de paralysi quoq; & tremore dicta putẽtur. Contra q̃ oĩa in doloribus Acopa scripta inuenias. Isi, aniceto, alijsq; generis eiusdem uti liceat. Nunc ad reliqua transeundum. Igitur rigent nerui, atq; contorquentur: utrũque quia conuulsi, gangliis occupati, & eo uitio impediti, quod inflexis neruis ancylin, quodq; tensis atq; rigentibus orthocylon appellant. In ancyle contendi membrum nõ potest, & quasi reuulsum mancũq; manet galiancon Hippocrati qui inde cubito est breuiore, ancos Galeno appellatur. In altero uitio exertũ est rigidum nec iam inflectitur: quia uidelicet ueluti alternante imperio, motum efficiunt ceduntq; nerui, tendines, musculi quicunq; à natura ad mẽbrorum flexus cõtentionesq; instituti sunt. Atq; hæc quidem in totũ corpus incidunt, in neruos, tendines, musculos & articulata cõiugia, per quæ collum capiti copulatur, sed præcipue in digitos, cubiti iuncturas & poplitis. Familiaria arthriticis e materia crassa quæ in articulis concreuit. Eadem efficit cicatrix magna, quæ in callum obduruit. Iisdem immoderata siccitas, & flatus aliquando causa est.

Nerui crurum.

Rigor et cõtortio.

In quibus partibus ancyle etc.

est. Atque hic facile discutitur. Siccitas hydrelæo, in *Causa.*
quo semen lini, althææ, fœnigræci & horũ folium & ra *Curatio.*
dix inferbuerint balneis aquæ dulcis, in lito dulci oleo
& similibus tẽperatur. Rescinditur cicatrix, ut cõtractę
partes elaxẽtur uitatis neruis & tendinibus. At schir-
rhus frequentissima causa est. Is ergo statim initio laxã
te materia quæ præterea remolliat, tẽtari debet: hydre
læo in quo tum illa, tum cucumeris syluatici radix, &
lauri folia præcoxerint. Irrigandæ partes, fouendæque
sicyonio, irino, aliisq; id genus, ex quo lenioribus aco
pis utendum erit, quæ molliter affricentur: atq; hinc su
perallligantur lanę modo succide, modo oleo delibutæ:
Blandè commouetur articulus, ut paulatim assuescat na
turæ. Itaq; initio diachylon, & leniora malactica oleo
lirino, irino, anethino, sicyonio, & aliis id genus dilues
atq; hinc articulum molliter affricabis. Posteà uerò A-
mythaonis pharmaco, Cathægetæ, Asclepiadis, Anice
to, Isi, emplastro de meliloto, immisto quidẽ oleo sed
paulo crassiore tẽperamento utendum erit. Atq; omni
no ea cõsectanda curandi ratio, quæ in malacticis pluri
bus explicata est. Cõuulsio, inquit Hippocrates, exina *Conuulsio.*
nitione fit & repletione, at illa ferè in desperatis poni
tur: Hydrelæo tamen, balneo, media materia & iis quæ
tepido humore laxent, uti licebit. In repletione quali
tas quoq; materiæ includenda, quæ uel acrimonia, ut
sanies in neruis, uel frigore mordeat: de quibus ex Hip
pocrate quædã iam ante annotata sunt. Adhibetur m
dicus, irrigãtur olea quæ leniãt, laxent, discutiant, qu
lia multa in doloribus resoluẽtibus, attrahentibus sc
pta sunt affricantur acopa, illigantur lanæ, impingu
tur emplastra eiusdem naturæ, quæque omnino contra
causam mali depugnent. Malagma Scribonij quod Ca *Malagma*
thægetæ pharmaco simile est, ad omnem rigorem, con *Scribonij*
uulsionem, tensionem, contractionem, dolorem ner *ad multa.*
uorum & caninum spasmum, ad ancylas denique &
ganglia utile est. ℞ dellii, sepi uitulini, ireos ana unc. 2.
opopanacis, galbani, ammoniaci, cachryos, aut baccarũ
lauri, uel granorum paradisi ana unc. j. piperis grana cẽ
tum

tum viginti, ceræ vnc.7. terebinthinæ vnc.6. Trita arida cribrantur: quæ succum habent, cum resina subiguntur: cera particulatim fracta in feruentem aquam demittitur, subacta manibus aliis intermiscetur in pila: versantur omnia: sed pilum conuenit subinde perungere oleo cyprino, vel terebinthino, aliove generis eiusdem. Liquescit pharmacum in oleo, ut sit acopon, quum res exigit.

Ganglia. Ganglia uocamus concretiones quasdam & contortiones ad cartilaginem uel neruum, ex lenta crassaque materia, quale neruorum alimentum est. Alii ganglion definiunt tumorem nerui à ui externa, casu, ictu, laboribus: nam rarò sponte prouenit. Extremis membris ferè nascitur: rarius in cubito, capite & reliquo corpore. Atque hic tumor inæqualis est, renititur & in latera pressus diuertit, nec in orbem circumagitur.

Curatio. Quibusdam partibus curantur ferro, aliis vt pedibus & manibus, non nisi cum periculo cultro vulnerantur. Ammoniacum ergo ad ignem dilatandum manu, molle atque vnguinosum, aut eorum medicamentorum aliquod quæ in malacticis descripta sunt, emplastri temperatura. Callidum & ita diductum, vt totum ganglion comprehendat, affigi debet: superdatur plumbi lamina, eaq; arctissime constringenda, alligandaque vt nullo modo ganglium diuertat. Alij solam laminam sine pharmaco adalligant. Atque vbi dierũ aliquot interiecta mora emollitum ganglium videatur, detracto plumbo & pharmaco statim pollicem dextrum ganglio infiges, reliquos digitos in ambitu constitues, omnino premes, & quanta vi poteris ganglion vrgebis, donec solutum diffluat. Hæc quidem veterum iam exoleta ratio est. Nostri melius: pediculum membranaceum, glandulas, venarum nouã propaginem vnde ganglium coit augeturque, annotant: viã ferro aperiunt, nudant omnia, filo vasa intercipiunt, neruos deliniant, pediculum, glandulas, venas unde nutritur uitium ligant, siccant, tabefaciunt, urunt, precidunt, atque ea ratione quasi radicem mali extirpant: ut postea noua regenerata suffectaque materia nouum ganglium renascatur. Quanquam hæc curandi ratio non sine

ne periculo est, si quidem & ganglium magnum est & eo loco, ubi insignium uasorum neruorumq; coitio fit. Subsunt quoque aliquando putrefacta corruptaq; uasa insignis uenæ aut arteriæ, quæ nudatæ sanguinem effundunt, quem nemo supprimat: unde æger paulò pòst extinguitur. Terebinthina, calx uiua, adeps anserinus, bene temperata ganglion dissoluunt. Aliud quod etiam facit ad ancylas: Cerusæ, olei ueteris, piceæ an. lib. 1. ceræ unc. 2 galbani, ammoniaci an. unc. 1. Cerusa oleo coquitur ad puritatem: hic ammoniacum immittitur, deinde resina & cera: postremo galbanum præmollitum igne. Alij quoque aliter comparant. Plura ad ancylas & quæ cõuulsis & ganglijs bene faciant, septimo cata geni: quale est Tetramyron antea notatum e melle, quod cõtractis & conuulsis utile est: & dysodes acopon. Ceræ, terebinthinæ, medullæ cerui an. unc. 1. galbani, ammoniaci ana denar. 6. olei ueteris sesquilibra, Et alia quæ proximo capite describentur. Atque hic terminetur oratio, ubi monuerimus ligamenta duriora eaque præcipue, quibus inter se ossa coniungãtur, in minori esse periculo. Neq; ab alijs metuendum, quæ musculis inserũtur. Vtrũque genus vulneratum ualde siccantia medicamenta perferre potest. Tendonum media natura est. *Ligamenta.*

De dolore. *Cap. III.*

ACcidunt multa in opere chirurgiæ, quorum remedia aliquot consperſa locis obiter annotata sunt: cõtra callos, gangrænas, putredines, cancros, contra uermes, rheumata, & alia. Iam de dolore simul & intemperie atq; hæmorrhagia instituenda oratio, à quibus curãdi consilia sæpenumero conturbantur. Dolor ergo omnino fit subita alteratione & soluta corporis continuitate. Alteratio intemperiem facit elementorum, sed à calore & frigore dolor acerrimus: à siccitate mediocris: ab humiditate propè nullus uel stupidus excitari solet. Atq; hæc ferè non tam qualitate quàm copia dolorem facit. Est quum intemperies sola partem afficit, quæ si inualuit & radicem fixit, ægerrimè percuratur. Est quũ collectus humor etiam excruciat: acerrimus quidem, ut

Doloris causæ. *Alteratio calida & frigida grauissimos dolores infert*

feruida

feruida bilis: & frigidiſſimus,ut qui uitreus à Praxago
ra appellatus eſt. Id quod ad curandi rationem maximè
Dolor ab in temperie. pertinet. Atque omnino qui contumacior dolor eſt,nec
facilè manſueſcit,intemperiem oſtendit. In quo ſummo
pere cauendum erit, nec(quod ferè fit ignorantia artis)
frequentibus phlebotomiis, ſæpiùs reuocatis catharti-
cis cucurbitulis ęgros ex carnifices. In quibus ſolis ſum
ma morborum præſidia medicorum vulgus collocare ſo
let. Primùm ergo quæſtio habeatur de prægreſſis & cō
tinētibus dolorum cauſis, deinde curandi conſilia ineā
tur:comparentur remedia quæ præſentibus uitiis opus
Solutio continui. eſſe uideas. Diſſoluunt corpus acria,ut quæ arrodant ſe
cantia,ferrum,lapis & alia: quæ contundunt, ut obtuſa
quædam corpora,in quæ incurras, aut quæ aliunde mo
ta ui maiore corpus appetant. Adhæc quæ diſtēdunt,uis
flatuum & humorū copia: poſtremò quæ uel calore uel
Generalis curatio. frigore vehementer lædunt. Iam uerò contraria omni-
bus quærenda remedia: qualia certè antegreſſa cauſa &
doloris proprietas,pars denique ægra dolensq; præci-
puè indicabunt. Ac dolori quàm celerrimè occurren-
dum,neq; committendum,vt diutius crucientur ægri,
quibus in deſiderio vel magna celeritas mora eſt. Negle
ctus dolor labefactat vires,fluxiones attrahit: vnde ex-
acerbatur,phlegmone incenduntur,cōuulſiones rapiūt
ægros,ac ſæpe mortes: aut certe vlcera madeſcunt, quę
ſicca eſſe ſeruata naturali ratione,& vacua excrementis
neceſſe eſt. ἀνώδυνα vocant παρηγορικὰ & λυσιπόνια, quæ
dolorem ſedent, tenui ſubſtantia,primo gradu calida,
vel ita temperata,vt familiaritate elementorum natu-
ræ partium conſentiant: oleum dulce, ætate medium,
Olea. chamæmelinum,anethinum,è ſemine lini,altheæ,fęnu
gręci,è dulcibus amygdalis, e lumbricis,vulpecula, me
li,lutra,erinaceis,limacibus, & pullis cygni oleo tabe
factis:è floribus ȝābaci,hyperici, ſambuci oleo immer
ſis,perſolatis,ac ſubinde commutatis. Oleum extortum
è tritico incude & candente ferro,ex ouis preſſum,è ſar
mentis vitium: alia quoque plurima, quæ primo libro
deſcripta ſunt. Atq; hæc omnia tenſa,conſtricta,refrige
rata

rata iuuant. Rosaceum lenit, repugnatque causæ ubi à calore dolor, uel à dolore calor commotus est. In anodynis butyrum est, æsypus, lana bene succida, suillus adeps, uitulinus, asininus, felinus, uulpinus, melinus: è cercopitheco, simia, cuniculo, ciconia, catello, Sciuro quo ad aurium dolores Archigenes usus est: Otide, phalacrocorace sortilegarum superstitione, anatinus, anserinus, gallinaceus, olorinus, ex anguillis & dulcis aquæ piscibus: sed præcipue humanus. Hæc omnia sunto recentia, bene purgata & conuenienter lota, si quid ranco ris, situs, salsuginis, acrimoniæ, aut alieni uitii conceperint. Lenit diachylon minus solutum rosaceo & chamæmelino. In summa, quæcunque coquunt & moderanter emolliunt, doloribus medentur. Sed confectis recens utendum erit solutis rosaceo, uel conueniente oleo. Liquidiora sunto si quidem cuticularis dolor est: nō ita liquida, si is altius cruciat, id quod in anodynorum usu semel dictum sit. Eo modo parygro recente & tetrapharmaco dilutis rosaceo uti licebit. In hoc genere muccagines sunt è semine lini, altheæ, fœnugræci, nucleis cydoniorum, maluæ, altheæ, loliorū radicibus, gummi arabico, tragacantha, atq; oīno media materia, q̄ aliquid medullaceū habeat & unguinosum. Colliguntur aqua maluacea, liliacea, chamæmelina. Esto quadrupla aqua. Semine ad circiter duplam muccaginem efficiunt iniecta aquæ calidæ. Paucum gummi multā muccaginē reddit, quo modo etiā radices q̄ quasi medulla pingui præditæ sunt. Iungūtur oleo quod sit sesquuplum, & ceromatis. Lac muliebre & uaccinum ad dolores facit. In lacte chamæmelum, althæa, malua, melilotum, anodyna semina interanea, pedes, capita hœdorum, & ueruecum percoquuntur ad insessiones, fotus & balnea. E materia pista, & butyro, uel paregorico oleo iuncta fiunt cataplasmata. E farinis hordei, tritici, mica panis similaginei, incoctis sapa, uinis dulcibus & lacte finguntur epithemata, iunctis, si lubet, uitellis oui, affuso rosaceo, resperso croci puluisculo: lenient hæc omnia & concoquent. Tenella fraxini folia aqua cocta pistaq;, malignis, cancrosis

Rosaceum. Pinguia. Sciuri adeps. Malactica & peptica anodyna sunt. Cōsistentia anodynon. Muccagines. Lac. Balnea, fotus, insessiones. Cataplasmata & epithemata. Fraxinus. In magnis doloribus.

crosis & dolentibus ulceribus remedio sunt: decoctum in eundé usum ad fotus adhibetur. In magnis doloribus & ueheméter intentis locis assiduè fouendũ tepida, hydrelæo, interaneorũ hędi & uerucis decocto, aliisq; generis eiusdem, deinde impingendum cataplasma lene & molle. Grauitas enim, durities, asperitas omnino declinãda sunt. Iã uerò in hoc genere pharmacorum uitium est, ꝙ quæ leniunt, ferè relaxant, fundunt, liquant, unde in plethora & cacochymia, materia calore fusa locus infirmus dolensq; opprimitur, grauius dolet, amplius distéditur: sæpe etiã uiribus suis, concidit atq; eneruatur. Ex quo rosarum folia, absynthii cymas, aliaq; generis eiusdem cõmiscenda putant, ubi ad fotus, balnea, insessiones, epithemata pharmacũ præparatur. Sed hic astringentibus abutendum non est. Etenim nimia astrictio dolorem auget. Modus est, ut inde fluxio molliter reprimatur, contineantur uires, & iustum dolori solatium adferatur. In balneis dolentes articulos præligari iubent, obstipantque repellente auxilio, priusquam in solium descendatur. Atq; omnino uacuandum prius corpus est, si quidem postulat casus: ex quo ita mitigandus dolor est, ut ne quid inde uires aut quamminimum detrimenti patiãtur. Sed tum maximè cura uirium suscipi debet, ubi aliquid urget, quod naturæ uiribus excludatur: qualis est fœtus in dolore partus, qui ut edatur, firmo abdomine, robustis lateribus, utero ualente, contentis neruis omnibus matris, suis denique uiribus opus habet. Itaque in laborioso puerperio dum laxamus uias, & dolores consolamus, summa ratio uirium semper habenda est. Eadem cura sit in calculis, & doloribus thoracis, ubi sputum crassius, & suppuratio repurganda est. Atque hæc, de iis, quæ reuera anodyna sunt, dicta fuerint: quorum multa ad ea quæ postea dicentur, referri possunt. Itaq; genus aliud effingunt quod sublata causa dolorem uincat, quale est oleum laurinum in refrigeratis: uiolaceum calefactis: siccat hydrelæon: sinapismus, ubi pars aliqua humiditate elanguit. Adhæc quæ contra copiam & uitium materiæ adhibentur, ex quo medentur doloribus,

Noxa lenientium.

Astrictio.

Virium ratio.

Fœtus.

Dolorem leniunt.

bus, phlebotomia cathartica, clysteres commansa & naribus inserta, diamassemata & erina Græci uocant, apophlegmatisinis, ptarmica, hoc est sternutatoria, quæ lachrymas, menses, mariscas emoueant, sudores eliciant, aliaq; generis eiusdem. In doloribus, inquit Hippoc. remedia sunt, phlebotomia, purgatio, ustio, sectio, sternutatio, calfactio, refrigeratio. At caloris in sedandis doloribus frequẽtior, frigoris ãt rarior usus est. Calor enim naturæ familiarissimus, quiq; uim frigoris possit retundere, & graues æstus partium attemperet. Inimicum uitæ frigidus est, eoq; solũ utimur, ubi intẽperies calida sine materia est, ut in erysipelate quodã, æstuante capite, aut alia parte corporis ab ardore solis, & ambustis. Ac tertium genus, si lubet, statuatur eorum quæ stupefacto sensu dolorem fallunt, quia quod doleat, sentire necesse est: & extincto sensu, dolor necessario conquiescit. Narcotica, ypnotica, & carotica talia appellant. Ac de omnibus ordine disseramus. Colore dolorem sedant tũ quæ reuera anodyna sunt, tum oleum laurinum, iunipe-rinum. Baccę macerantur uino, deinde oleum extunditur mola coxariis & frigidis articulorum doloribus. Ad hæc galbanarium, sulphurinum, styracinum, piperinũ, è cinamomo, cardamomo, nuce myrepsica & caryophillis expressum. Nardinum, costinum, cnidelæon, sinapinum, è sabina, ruta, maiorana, roremarino, saluia, cẽtaurio, enula, iri, gentiana, aristolochia, bryonia, acoro & alia materia, quæ iam ante capite de resoluentibus & attrahentibus descripta est. Oleum terebinthinum è terebinthinę lib. 1. laterum antiquorum uel ut Albucasis recẽtium, (quò plus olei imbibant) unc. 1. mastiches, styracis ana unc. 1. Lateres igniti extinguuntur oleo, & infriati cæteris commiscentur. Capiuntur omnia capsula uitrea, ita resoluuntur igni. Triplex liquor deinceps effluit, quorum tertius optimus est. Aliud. Flores rorismarini amphora uitrea includuntur, quæ incerato duplici linteo obstipanda est: elicitur oleum calida arena. Oleum philosophorum, petrelæon de lateribus, Sabinum & alia permulta, quorum descriptio ex Arabum

Sententia Hippocra. 6. Epid.

Calor et frigus.

Tertium genus.

Oleum terebinthinum.

Oleum e floribus rorismarini.

ſibris petenda eſt. Eiuſdem generis eſt oleum ſęcarium, quod de tartaro appellãt. Efficaciſſimum balſaminum, quod uariè cõficiunt. Thuris candidiſſima, maſtiches an. unc. 2. ligni aloes unc. 1. caryophyllorum, galangæ, cinamomi, zadoris, nucis myrepſicæ, cubebarum ana unc. 1. myrrhę, aloes, ladani, ſarcocollæ, caſtorei an. ſemuncia: baccarum lauri ſeſquũcia, ireos, ariſtolochiæ rotundæ, dictamni, ſymphyti maioris an. ſeſquũcia: gummi quod elemi uocant, unc. 6. terebinthinæ pondus omnium: conporata omnia reſoluuntur igne in alembico chymico rum arte. Primùm extillat aqua, deinde oleum poſtremò pinguis melligo. Cõtra omnia uitia & cauſas neruorum ualere dicitur. Sunt qui addant aliquid olei roſacei & myrtini, uermes terræ lotos è uino albo, & aquam illam quę folliculis ulmi includitur. Cõtra dolores & flatus uteri, uentris, coli ſingulariter facit. Olei anethini lib. 1. ſeminis agni caſti, ſem. rutæ ana drach. 3. cinamomi unc. 6. conquaſſata hæc oleo immerguntur, & diebus quadraginta inſolantur ſub caniculæ ardoribus: alioqui loco tepido ad focum diutius continentur, dum uim materię oleum abundè combiberit. E decima parte caſtorei uel euphorbii & oleo remedium comparatur ſingulare perfrigeratis. Atque euphorbij magnus omnino uſus eſt alſioſis partibus, quæque doleant, & uehementius pręfrixerint. Cuidam à genu acerbiſſimus dolor hyberno frigore cõmotus eſt, cui Galenus ceratum quod euphorbium capit, ungendo loco à balneo inſtituit: quod quum ſucceſſiſſet, dolore protinus ceſſante, idem remedium proſpero ſemper euẽtu in aliis perfrigeratis atque hinc dolentibus particulis uſurpauit. Adhibetur remedium & à balneo & ante balneum. Sed iam ferè exoleuit lauandi conſuetudo, eaque res multis curioſior uiſa eſt. Loco eius fouenda pars eſt decocto meliloti, rutæ, chamæmeli, quæ in uino præferbuerint. In cephalalgiis à frigore & hemicraniis, laudatum ueteribus auxilium, quod paratur cera, oleo & euphorbio. Ac miſturæ ratio ſuperiore oratione abundè notata eſt. Duplo ueteri euphorbio loco recentis utendum

Balſaminũ.

Ad dolores coli, uteri, uentris.

Euphorbiũ.

dum eſt, poſtquàm ſedulò animaduerteris ætatem euphorbii, & legitimum ab adulterato ſatis diſtinxeris. Alij naturali proprietate hemicranicos iuuari euphorbio prodiderunt, ſi ex aceto tritum aduerſis fronti & tempori illinatur. In eundem uſum drachma recentis euphorbii in unc. 3. olei diſſoluitur, atque inſtillatur auri. Sunt qui miſtis uino tenui, giluo, odoro, & chamæmelino oleo omnium partium dolores perſanent. Radix cucumeris agreſtis in taleolas ceditur, & cum cauliculis abſynthii hydrelæo coquitur. Experimento ueterum ſingulariter iuuat hemicranias: decocto fouentur partes, materia ad cataplaſma ſubigitur. Calidum ut reliqua uſurpantur, adhibita cura ut ne refrigeſcat. E ſex uitellis aſſis, myrrhæ ſemiſſe drachm. granis 4. ellebori nigri oleum exprimitur ad focum in ſartagine, ſingulari remedio ulceribus puerorum, & omnino dolentibus callis, putredine, uerminulationi, ſcabiei. Callis dolentibus ſtyracis unciæ duæ, uel eo plus in ſeſquilibra olei diluitur. Ex aſſerculis iuniperi lauri, abietis, ramentis cinamomi, calami aromatici, ſerragine ligni ſancti oleo immerſis exprimitur oleum ea arte, quæ primo libro deſignata eſt, uel qua è iunipero Meſue, è cinamomo Nicolaus elicit. Diuturnis doloribus & qui intus crucient, efficaciſſima acopa à ueteribus prodita ſunt. Quorum alia leniora, quæ externis doloribus adhibentur, quale oleum eſt: alia mediocria, quibus etiam compages craſſior eſt. Atque hæc ex oleo, laxante materia & moderatè calida temperantur, adipe, galbano, terebinthina, colophonia, inueteratis atque internis doloribus accommodata. Tertium genus iam acrius idemque corpulentum magis, quod contumacioribus uitiis & in alto corpore latentibus imperatur. Acopa duplo, triplo, quadruplo, pari interdum ad reliqua quæ ſolida ſunt, oleo permiſcentur. Myracopa ſola odoris ſuauitate ab acopis diſtinguuntur. Ac iam ſubiiciamus formulas, ad quarum initar infinita prope acopa comparentur. Maioranæ, roriſmarini, fœnugræci ana lib. dimidium: ſurculorum

Miſtura uini & chamæmeli.

E radice cucumeris.

Nõ permittendum, ut refrigeſcat remedia.

Oleum ex ouis.

Ad dolentes callos.

Acopa.

Myracopa

Acopon. Aſclepiadis

liorum lauri libr.2.flores iunci odorati unc.1.uini ueteris, olei dulcis ana sesquilibra: stirpes contusæ triduum macerantur uino. Sed adhibenda cura est ut ne hoc uapescat: tertio die oleum superinijcitur, coquuntur omnia in diplomate moderata pruna. Atque vbi vinum expirauit, exprimũtur omnia, ut simul oleum in vas nouum diffluat. Ex quo capitur olei libr. 1. ceræ vnc. 2. vel eo plus, ut fiat ceratomalagma. In quibusdam codicibus adduntur radicis cucumeris agrestis, nardi celticę an. libr. 2. quæ cum aliis vino maceranda & oleo coquẽda sunt.

Aliud. Aliud ischiadicis, opisthotomicis, & omnibus doloribus neruorum: Ceræ selibra, terebinthinæ libr. 1. guttæ ammoniacæ in aceto dissolutæ unc. 1. opopanacis unciæ duę, galbani, medullarum cerui & tauri, œsypi ana. unc. 2. olei irini unc. 9. mellis unc. 3. Cera oleo colliquatur, terebinthina additur, deinde medulla & ęsypus, reliqua igne remollita & cum aliis fusa permiscentur. Quod sequitur paralyticos sanat, & neruorum doloribus medetur. Rutę uiridis unc. 3. pulegij sicci, cyperi ana unc. 3. salis, nitri unc. 2. fœnugræci, mercurialis, succi marrubii, rorismarini, aristolochię ana un. 3. amigdalarum amararum desquãmatarum lib. 3. iris illiricæ uel florentinæ, terebinthinæ, baccarum lauri, radicis cucumeris agrestis, guttæ ammoniacæ ana selibra, ceræ lib. 1. olei lib. 9. uini modus controuersus: alii enim unc. 5. alii lib. triginta: iusta mensura fuerit libr. 12. In quibusdam exemplaribus adduntur sabinæ selibra, ellebori albi sesquilibra, myrti uiridis unc. 9. foliorum lauri siccorum ℥. 9. bdellii libr. 1. quæ si adiicientur efficacius fiet acopon: sed ita uini & olei demẽsum augẽdum erit. Interuntur quæ contundi possunt paulatim affusa aqua: ex quo iterum tundenda sunt: contusis uinum oleumque inspergantur, ut integram noctem madeant: postridie incoquantur. Atque ubi uinum exhalauerit, omnia cõcepta sacco extringantur, ut eliquetur oleum: cui excolato cera, rasina, bdellium, ammoniacum deinceps confundantur.

Acopæ è quibus fiãt. E crocino, nardino, enulato, costino, quæ à Mesue describuntur, fingas acopa: condienda musco, ambare & aliis

aliis aromatibus,ut ſint myracopa:cera additur,liquida terebinthina,ſtyrax,galbanum,opopanax. Similiter & ex laudatis oleis,quęq; ſuauiter oleant. Tereſtrem teſtu dinem acuminata cãna ueteres transfigebant,qua parte ceruix clauiculæ cõmiſſa eſt,& inde ducto ſanguine aco pa perfundebant,coque meliora putabantur, quò plus ſanguinis combiberent. Stãneis uaſis,uitreis,plumbeis & buxeis reponenda ſunt. Sunt qui mirabilem vim tribuant renaſcentibus corniculis ceruorum, ubi primum extuberant & quaſi plumata lanugine integuntur. Coquunt vino,dum mollicie diffluãt. Singulariter excitat torpétes neruos,atq; paralyticos:Saluiæ,chãpępyteos, maioranę,florum meliloti & chamęmeli ana unc.2.olei nardini lib.3.uini gilui,tenuis,odori,ſubauſteri ſeſquilibra:omnia illa uino reſperguntur,macerantur nocte, poſtridie oleũ ſuperfunditur,coquuntur in diplomate: cõſumpto uino diploma ſubducitur,materia rariore ſacco excipitur,ut purum oleum diplomate relinquatur,in quod materia uehementer exprimenda eſt. Poſtremò oleo miſceãtur corniculi cerui,ut prius tabefacti un.3. maſtiches drac.6.croci drac.1.Al.Olei coſtini,olei nardini ana unc.2.terebinthinæ unc.1. ceræ ſeſquuncia moſchi grana ſex.Al.Extremitatum ebuli, ſurculorũ lauri & roriſmarini,maioranæ,calendulæ, ſaluiæ,chamępyteos ana unc.2.florum chamęmeli, roriſmarini & lauãdulæ ana unc.1. baccarum lauri & iuniperi ana ℥. dimidium,radicis enulæ,ireos, acori, ariſtolochiæ ana drac. 6.pyrethri drac.2.ſeminis lini,althææ,fœnugræci,ſinapi,cardamomi, naſturtij ana drachm.1. conquaſſentur omnia & noctem integram madeant in uino, poſtridie coquantur in duplici uaſe. Atque ubi totum propè uinum euanuerit,omnia magno conatu exprimantur: expreſſo ſucco immiſce olei lumbricorum olei terebinthinæ ana unc. 4. coquantur ad craſſitudinem: in alio uaſe ſeorſum liquentur igne molli, olei coſtini & nardini ana ſelibra, ſtyracis, galbani, reſinæ, terebinthinæ ana unc. 1. opopanacis Benieoin uocati ana ſemuncia, maſtiches, ſarcocollæ, thuris ana drachma. 2. liquata

Cornua ceruorum.

aliis vniantur, & rursus coquantur puris carbonibus, sedulò uersentur spatha. Subducta foco rursus circumagantur ut paulatim refrigescant: quod cùm fit aqua miscellanea quæ odorem mosci rapuerit, respergantur: atque ita reponantur alsiosis, inueteratis neruorum causis & profundis doloribus. Ad uenena frigida, & inde dolentia præcordia nihil prestantius uino tenui, giluo, acri & odoro: feruefacto utitur Hipppocrates & condito. Alii aromatite, ueteres etiam allio & sale: Alexipharmacis, theriaca, antidoto Mithridatis. Nec omittendum nostra memoria usitatum remedium è ramentis & de limata scobe Gaiaci, vel ligni sancti. Eligatur graue, densum, unguinosum, quod ad lucernam pingue quid resudet: nihil expiret graue, non sit obductum situ, arrosum carie, aut euanidum, quæ uitia subterraneis locis non perflatis, ubi diutiùs latet, & à cortice celerius, ferè contrahit. Ac dum elimatur scobina, contumax esse oportet & odoro halitu quodam euibrare nares, sternutamétumque commouere, gustu acri & aromatico: quod enim dulce uel acidum est, minus probatur. Recenti ferragine utendum est: expirat enim & uim amittit uetustate. Cæsa sit materia (si quidem resciri potest) ad æstium solstitium, ætate media, quia tenella arbor crudo humore aqueoque plena: uetusta uerò exucca & arida est. Mediis annis plus habeat oleamenti, quod in præsentia desiderãdum est. Maceratur die uno breuis atque diutius, ut uel acrius uel clementius pharmacum desideratur. Meracum coquitur ad dimidias plus minusque, & aliis intermistum, ut sunt consilia medicorum, igne puro, fideli vase bene operculato, uel quod inflexo tantùm corniculo foras hiante leniter exhalet. Ac cute quidem magis resiccat: summa uis tamen in carne, & intestina pulpa pingui, vnguinosa, suauiter olente. Incidit, terget, tenuat, calefacit, sudorem mouet, quà quidem amarum & acrimonia præditum est: terreno elemento corroborat: vnguinosa parte & aerea laxat, mollit, anodynum est. Ex quo frigidis articulorum doloribus, neruorum causis auxilio est, medetur tophis

Cõtra uenena frigida.
Gaiacum.
Probatio gaiaci.
Vis gaiati.

tophis. Reliquias quoque luis venereæ partim attemperat, partim sudoribus extringit: eaque frequenti experimento paucis diebus obliterat: de quo iam à multis iusti commentarii editi sunt. At suo quisque vtatur modo, eligat, diuidat, maceret, coquat, temperet, exhibeat. Sit aqua sextupla, octupla, decupla, duodecupla. Nam in his omnibus controuersa res est, quam facile dirimet quicunque nouit omnia ferè remedia integris viribus multifariam posse deformari, eaque oportere uitiis & corporibus, ætati, cœlo & aliis variè accommodari. Igitur sua quisq; probet, nec damnet aliena. Meminisse tamẽ conuenit, ut attenuantium omnium, sic huius ligni immoderatum usum admodum periculosum gracilibus: deinde quoque iis quibus mediocre corpus est. Hinc enim calor acrior effectus tabem inducit. Eadem ferè ratio. Iuncati ligni, uarini aut Synarini: quod recens cognitum est. Decisis frustulis, alii etiam puluere utũtur in duodecupla, uigecupla, & eo copiosiore aqua maceratis, & dum pars tertia uel quarta expirauerit in diplomatis uapore uel clementi igne coctis, cui in usu quadrantem uini albi, tenuis & odori infundi iubent. Atque hæc in præsentia de medicamentis, quæ calore suo dolorẽ leniant, & frigidam intemperiem corrigant. *Iuncatum lignum.*

Nunc ad ea transeundum quæ refrigerent, & anodyna sunt. Duplex horum genus est: alia enim tantum refrigerant, alia etiam stupefaciunt. In primo genere sunt aqua etiam tepida, oleum conditum rosis, uiolis, nymphæa, papauere, mandragora, cucurbita cucumere, altерco, lactura, portulaca, lenticula palustri, psyllio, polygono, caphura, floribus herbæ quæ primula Veris appellant, millefolio: & ea omnino materia, quæ reprimit, nec ita astringit. Ex oleis & cera alba, cerata fiunt: cera mollitur igne, manibus uersatur, & immersa aqua modò rosacea, modò uiolacea circunducitur. E descripta materia aquæ resoluuntur igne, quæ uocant stalagmata colliguntur muccagines, exprimitur succus: omnia ceratis permiscentur. Recenti succo utendum est, quia celeriter acorem trahit atque corrumpitur. Muc- *Quæ refrigerent.* *Olea.* *Cerata.* *Aquæ, muccagines, succi.*

cago

cago quoque paucos dies sustinet. In his lintea incul centur, applicanturque dolenti loco. Subinde commu tantur, dum ardor simulque dolor conquiescat. Sitque hæc cerati formula: Ceræ albæ unc. 1. olei uiolacei unc. 3. misceto in uase duplici, subductis uapore ignis muc caginis seminis psyllii sesquunciā cōiungito, & affusæ rosaceæ semuncia respergito. Sunt qui cerusæ è uiolacea lotæ unciā unā plus minus ve adiiciāt. Idē prestant unguentum rosatum, uiolatum, papauerinum & alia, q̄ ad horum instar cōficias: Nutritum Rasis, populneum tum unguentum tum oleum. Populnei oculi uere collecti pari rosaceo infundūtur, uini paulo plus q̄ olei adiicitur, macerātur oīa diebus septē & quotidie cōmouentur: octaua coquuntur die mollibus prunis donec uinū absumatur. Licebit quoque caphuræ momentum immiscere. In feruidis doloribus aurium, palpebrarum, mammarum, pedum, manuum, tendinum & neruorum, utilissimum & inuentu facile Galeni auxilium. Ouum crudū optimo rosaceo permistum: Oribasius cocto utitur & è uino pisto: Alii coctura durum & cōstans emplastri modo calidum apponunt. Aestuosis interaneis à cātharide & uenenis lacte utendum pcipit Hippoc. Reuocandum in memoriam quod ante dictum est, in ardore graui, ut feruēte erysipelate parcendum esse oleis, & iis oīno q̄ celeriter flāmā cōcipiant: hoc enim est ueteri sententia incendium oleo restinguere. Optimum est Galeno & antiquis celebratum, quod Asclepiadi tribuunt: laudauit Octauius: Nutrito Rasis quod cerusam capit finitimum est: facit ad ani uitia dolentia, achoras, herpetas, acrem serpiginē, erysipelata: exasperata pharmacis delinit, extinguit cancros, pudendis & genitalibus cācro, maligno ulcere & dolore læsis, solatio est. Paratur hoc modo: Oleum dulce, rosaceum, myrtinum, demēso nouem unciarum pistillo & mortario plumbeo tādiu uersatur, dum fit strigmentosum ac liuidum. Hic lithargyri & cerusæ utriusque tritæ pondo coniungitur, & usui in plumbeo uase reponitur. Dolentibus cerebri membranis in uulneribus capitis, optimo rosaceo uel sanguine colum-

Cerati formula.

Vnguenta.

Parabile Gale. remediū ad multa.

Contra cantharidas et uenena.

In graui ardore parcēdūm oleis.

Sententia uetus.

Paregoricō Asclepiadis usus multiplicis.

columbino utrifq; tepentibus Gale.usus est. Semina papaueris, alterci, psyllii, cydoniorum, cucumeris & simi lia cõtunduntur affusa rosarum aqua, lactucæ, uiolarum aliorumq; id genus donec fiat quasi pulticula: aquarũ loco succus exalterci, lactucæ & papauerum foliis affundi potest: folia quoq; sub cineribus cocta, uel ad ignem emollita & calida adhibita, dolorem sedãt. Succi foliorum & capitum papaueris, alterci, cicutæ, uiolarum, lactucæ, pomorum mandragoræ oleo dulci uel optimo rosaceo infunduntur, diebus aliquot insolantur & quoti die agitantur: deinde coquuntur blando igne donec solum oleum reliquum sit. Ac sint olei lib. 5. succorum 2. coctis probe permisceatur opii, styracis ana unc. 1. calidis doloribus, phreneticis, conciliando somno fronti, tẽporibus & naribus illinitur. Psyllium feruida immersum inflãmato oculo applicatur. Ceratũ è psyllio aliis partibus dolore pressis atq; calẽtibus idoneum est. Cydonia & alia quædam genera malorum, ut persica, hoc modo concoquenda sunt. In ollam nouam aqua diffunditur, subiicitur focus: malum e figlini ansa uel aliter suspenditur, vt ne cõtingat aquam, sed sublatis uaporibus infumetur, & eo anhelitu emollescat: eximitur cutis, mollita caro & medullaceum corpus tẽperanter calens dolenti loco adhibetur. Eadẽ arte quæ refrigerent melius in diplomate & vaporibus cõparantur. Iam familiare est podagricis epithema Asclepiadis: Medullæ panis similaginei lib. 1. incoquatur lacte, deinde cum tribus vitellis oui, sequuncia rosacei subigatur, & drachma croci intingatur. Quòd si asperior dolor est, immisceatur opii soluti sapa semuncia. Sed ad narcotica non temere decurrendũ, de quibus hinc sermone ducto differamus. In narcoticis potentissimum est opium, deinde cicuta, altercum, mandragora, torpedo piscis. Opium succiso scapo & calice papaueris quasi e plaga fluit. Sed aliter adulterant. Synceritas probatur odore graui, gustu amaro, leni corpore, denso, graui, candido, neque aspero, neque grumoso, quodq; statim aqua diluitur & nebulam facit: in sole statim resudat & se diluit: difficilius

Psyllium.

Modus coquendi cydonia & alia id genus

Epithema. Asclepiad. ad podagrã

De narcoticis.

Opium. Probatio opij.

accen-

accenditur,& in lucernis pura nec atra elucet flãma:cre
Vsus opij. bro extinguitur,& extinctum odorem seruat. Vsus eius
uacuato corpore,desperatis leuioribus auxiliis in ar-
dore graui,intolerabili dolore,acriore sensu,firmis ui-
ribus uel non ita fractis. Deinde si quidem tenuior &
acrior humor est aut spiritus:nam in crassis lentisq; hu
moribus periculosa narcotica,minus ubi crassus flatuo
susq; spiritus dolorem acerbiorem excitat. Interdicun-
tur pueris,senibus grauidis mulieribus,& quibus ætate
uel morbo calor languidior est. Postremò ubi iam uale
tudo impatibilis odium ægro, desperationem medico
uitæ attulit. Eoq; maximè ut inde obstupescat sensus,
ac solatium ægro,& remediũ morbo procuremus. Quæ
Noxa ab opio. ut præstet,nouum tamen uitiũ corpori contrahit,quod
posteà calidis medicamentis obliterandum est. Nã uel
potentius,uel sæpius admotum caliginem oculis & ru
gas facit,surdastros reddit: deuoratum mortiferum est.
Hinc aliæ partes ad motum sensumque torpent,& uiri-
Qui omnino damnarunt opium bus defectæ excrementis corporis opprimuntur: Vt nõ
omnino absurde à Diagora,Erasistrato & Andrea uete
ribus medicis in totum damnatum sit: Sed posteà vsus
eius nõ improbatus & adhibita ratio ut ne noceret, at-
que aliis pharmacis eius uiolentia retusa est. Quidam
cremabant olla dum ruffum & molle euaderet:sed ultri
na uim eius exolescere scribit Galenus. Alii cauto cy-
Quibus diluitur opiũ, & utendi modus. donio & qua pateret,pasta præcluso incoquunt. Hæc
obiter ne in re lubrica & plena periculi chirurgus ca-
dat,neve quidpiam nisi mature & optimis medicis au-
thoribus moliatur. Diluitur sapa è musto, uino dulci,
muliebri lacte,liquore oui:permiscetur rosaceo,amyg-
dalino oleo è castoreo dum fit mellis crassitudo:ita plu
res menses macerari melius est, sed multo magis cum
dandum est in corpus. Medicamentis quæ opium cape-
rent,semestribus & annotinis ueteres utebantur,ad se-
Quibus permiscetur. xtum annum & aliquãdo decimum asseruabant. Specil
li nucleus puro linteolo,lana molli,linoxylo denique
circũuoluitur,imbuitur pharmaco, tum quãmolissime
fieri potest,dolori illinitur. Clementius est misto casto
reo,

reo, pipere, cardamomo, myrrha, cinamomo, sinapi, croco, pirethro, & aliis quæ multum calefaciant, coquant, leniant, incidant, discutiant, quãtum uidelicet casus in præsens exigit. Atque ubi crudelior dolor est, æqualis oĩum modus est & opij: alioqui dupla, quadrupla, sextupla, decupla quoq; reliqua opio inuenias. Quæ oĩa ut sæuit dolor, & sunt corpora, summa rõne distinguere oportet. Quod uocatur Meconium, languidus est opio. Succus est contortis prelo uel contusis, in mortario foliis & capitibus papaueris: cui si semen tritũ immisceas coquas ad spissitudinem, & in sole sicces, opium habebis. Iisdem aqua coctis interdum extinguitur quod imbecillimum est. Siccatur umbra, & ut opium usurpatur. Alii pollinem ex aridis calcibus papaueris ad stuporem miscent. Cortex radicis mandragoræ magis narcoticus est sua radice. Cicuta similiter & altercο utendum est. Torpedo piscis inde nomen habet, & Græcè carci, quæ etiam procul & è longinquo, uel si hasta, uirga, remo, harpagine, fune attingatur, inspirata ui, odore uel aura leui sui corporis, quanuis præualidos lacertos torpore retinet, & celeres ad cursum pedes alligat. Pisces alios sepultos limo primum consopit, deinde ad escam rapit. Exemplum uero sponte oblatum, ut alia plurima ad salutem hominis & remedia medici transtulerunt. Viuam torpedinem oleo extinguunt, ut sit narcoticon. Et hoc quoque mirum quod inuenio. Et capiatur, cum luna in libra fuerit, triduoq́ue asseruetur sub diuo, faciles partus facere: postea quoties inferatur, adiuuare: non alia ui fortasse, quàm quòd uelut induciis dolorum datis, natura ad excludendum fœtum confirmatur: felle quod suo pisce calidius esse oportebat, genitales partes illitæ ad uenerem torpent. Viua torpedo subiecta plantis arthriticos in præsentia & in reliquã uitã dolore liberat. Inueteratas pœnas capitis consopit. Nigra præfertur: tãdiu insistat, donec permeante aura dolor obdormiscat. Noui podagricos, qui sæuiente malo dolentem pedem frigidissima perfundãt. Alii hybernas reponunt niues eidem remedio. Sed ubi

Modus mistura.

Meconium

Cortex radicis mandragora.

Torpedo.

Remedia è torpedine

Oleum è torpedine.

Ad facilem partum.

Remediũ podagricorũ.

ubi frigore dolor obtorpuit, petrelæo fouent, & paroxyſmis liberantur. Arcanum hoc eſt Albucaſis. Bina capita aut plura alliorum cum unc. 1. opij trita permiſcentur, & uocato alēbico quod uitreum ſit, capta reſoluuntur igne, deſtillat aqua ſingularis, quæ per ſe datur demenſo cochleari, aut cum uino internis doloribus. Aliter quoque excolatur ſacco ſubquadruplo ioſacchare addito & exiguo cinamomo. Alij opio quadruplã theriacam permiſcent, & dant alembico. Cruciatis dentibus aquæ id genus inſtillãtur, infunduntur auribus captæ auriſcalpio: hinc topica auxilia imbuuntur, inſucantur lintea, quæ oculis & aliis partibus applicant. Alia aqua. Theriacæ unciæ duæ conditæ enulę & ireos ana unc. 1. ſucci baccarum lauri & iuniperi, ſucci betonicæ, centaurij minoris, uerbaſci, marrubij ana unc. 3. florum nymphææ & uiolarum, corticis radicis mandragoræ ana unc. 1. ſeminis alterci albi unc. 1. opij uncię duę, excepta alembico artificio reſoluuntur: ſed melius in diplomatis. Veneno læſis quæ urant corpus, internis doloribus qui cum febre cruciãt, ut prior exhibetur. Diarhodon Nili ad fluxiones acres & cruciatus intolerabiles oculorum. Roſarũ reſectis, unguibus drach. 4. croci drach. 2. gummi arabici drach. 1. ſpicæ, opij ana ſcrupuli dimidium: uniuntur aqua. Quidã è Græcis aucta ſpica & opio conficiunt, quod in uocato Sief roſato poſteritas ſecuta eſt. Ac conſtare arbitror, ut aſperior dolor eſt, ita conuenire opium augeri. Initijs inflammationũ conuenit hoc collyrium album. Gummi arabici, tragacanthæ ana ſemuncia, ceruſæ lotæ drach. 6. opij ſoluti ſapa uel uino dulci drach. 1. iunguntur liquore oui. Incrementis utile quod ſequitur: Sarcocollæ (ut dicunt) nutritæ drach. dimidium, amyli, tragacanthę ana ſemũcia, ceruſæ lotæ drachm. 6. thuris ſeſquidrachma, opij drach. 1. conficiuntur aqua. Rectè quidem initio, quæ reprimant: incrementis etiam quæ leniant, author commiſcuit. In uigore lenientium modus augendus eſt. Sarcocolla uero nutrienda, uel ſi lubet, macerãda hoc modo, ut ſit ſuauiſſima, ſiccet, incarnet & cicatrice claudat.

Arcanum. Albucaſis.

Alia aqua contra maleficia.

Diarhodon Nili.

Siefroſatũ.

Collyrium album initio. Aliud incremẽto.

Sarcocolla nutrita.

dat. Trita igitur dies aliquot maceretur rosacea, consumpta aqua, rubi canini succus affunditur, quem ubi cõbibit subijcitur lac mulieris uel asinæ: postremò resiccatur illa: puluis usui est. Mirabile collyrium Alexãdri in ophthalmia graui & dolore: Cadmiæ ustæ & elotæ drac. 10. cerusæ lotæ unc. 1. scoriæ ferri, ustæ, lotæ, gummi arabici, tragacanthæ ana semuncia, opij drach. 2. cõpinguntur è pluuia diluto prius opio è sapa, quod reliquis collyriis commune fit. Sunt qui thure addito & momento croci conficiant, unde leniendis doloribus magis conueniat. Cadmia uerò & scoria hac arte cõparandæ sunt. Ex his fragméta parua crudis fictilibus cremantur, donec percoquantur uasa: hic metalla extinguuntur lacte, semel atque iterum cremãtur, ustaq; extinguuntur: transferuntur in mortarium, ubi ex aqua fontis diu uersantur & omnino perpurgantur, arida in pilam repetuntur, uolutantur manibus affusa pluuia, postremò sicca teruntur in puluerem, planè diuino auxilio ubi lippitudo & fluxio acris est, ubi siccanda suppuratio, lachrymatio & alia. Suaue epuloticon est, & implet carne. In pruritu, ustione & ardore mirificè iuuat captum liquore oui. Asclepiades cadmiam fractam excipiebat melle, fictile cremabat, quod multis rimis uel breui foramine pateret in uertice, donec è nigro fumus albidior exhaleret. Atq; hęc mistura detergendo & incarnando magis idonea est. In usu collyria liquidissimè diluuntur liquore oui, muliebri lacte uel asinæ, decocto meliloti ex huius unc. 1. & aquæ unc. 9. uel decem coctis ad tertias. Palpebra molliter attollitur: medicamentum tepidum è corniculo instillatur, uel eodem reuersæ palpebrę sublinuntur, linteolum molle inculcatum lacte & oui albumine superdatur, laxiore fascia, molli, leni, simplici & iisdem liquoribus insuccata omnia continentur. Ad aurium dolores opium sapa diluitur, pari castoreo seorsum trito coniungitur, uel duplo. In usu lacte, sapa, rosaceo uel amygdalino dissoluũtur. Infunditur autem ut reliqua, oricularijs clysteribus uel auriscalpiis, ὠτεγχύτας uocant ὠτογλυφίδας. Aliud

Collyrium Alexandri.

Cadmiæ & scoriæ præparatio ad multa.

Asclepiad. cadmia.

Decoctum meliloti oculare.

Vtendi modus.

Ad aurium dolores.

Opii soluti sapa,castorei triti ana drach.1.myrrhæ scru
puli duo,croci scrupulus unus:diluuntur ut prius. Alio
qui coniunguntur lacte,sapa,oui candido, ut sit mellis
crassitudo. Linamentum molle uel auriscalpium auersa
parte (κυαθίσκον uocant) obuolutum lana mistura intingi
Ad dolores dentium. tur,& quamblandissime inseritur auri. In cruciatu den
tium aquæ instillantur,catapotia induntur cauis.Opii,
myrrhæ,styracis ana drach.2 piperis albi tusi & cribra
ti,galbani ana drach.1.è uino cretico uel simili catapo
tia formantur. Eodem modo multa confinges è pipere,
cardamomo , pyrethro & aliis triplis uel quadruplis
opio. Styrax, cera,mastiche, galbanum,terebinthina
opio ita permiscentur , ut ex aliis prius coalescat cata
potium, quod sexta parte opii diluti sapa imbuatur.
Edulca sint & odora,bene etiam sapiant quæcunq; mi
sta opio insinuantur denti , uel corpori inferuntur per
Podagricis os.Podagricis.Styracis liquidi drach.2.opii drachm.1.
Al.Cerati rosacei sesquuncia,opii semuncia,croci dra.
1.Al.quod statim dolore liberat. Succi absynthii, cro
ci,opii ana drach.1.ceræ semuncia,unguenti irini drac.
6.uini cretici uel similis quantum sufficit:cera & unguē
tum una colliquantur in diplomate, intinguntur croco
opium dilutum sapa coniungitur , omnia succo absyn-
thii & uino perluuntur : irini loco aliquo ex descriptis
myracopis utendum erit. Al.Seminis cicutæ desquam-
matæ drach.6.croci,opii ana drachm.1.passi cretici uel
uocati maluatici quod sit satis : trita reliqua excipiun-
tur cerato rosaceo,& passo imbibuntur. Al. Dialthææ
unc.1.styracis drach.2. opii scrupuli duo,croci scrupu
lus 1.Ita diluto tetrapharmaco,parygro & aliis parego
ricis,opio subtriplo,subquadruplo , subdecuplo etiam
Internis doloribus. plus minusue unguenta finges.Conueniunt internis do
loribus Asteriacæ diacodyon,Philonis antidotus,Re-
quies,Trochisci ex electro,trochisci stellæ, pillulæ ad
cynoglosso , Panacea , Harmonia , & alia de quibus
ad medicos omnino referendum est. Ac breuiter non
nisi summa rõne narcotica imperanda sunt, ubi intole-
rabilis dolor est,ubi cõficiuntur uires grauia animi de-

liquia

liquia incidunt,& à reliquis auxiliis deſperatio eſt. Ac quanquam ſuus cui qui dolor atrociſſimus eſt, ſed ei præcipuè qui natura molli & puſillo animo natus ſit, non protinus tamen ſubſcribendum ægro. Sed ea prius animaduertenda ſunt, quàm ad narcotica temere decurramus. Atque hæc de refrigerantibus & narcoticis. Siccitas aqua tepida, hydrelæo, dulci oleo, tempore balneorum temperatur. Humiditas phlebotomo cathartico, ſinapiſmis, dropacibus & cauteriis uacuanda eſt. Atque in hoc etiam genere ponendum eſſe argentum uiuum, quo iam ueluti extremo præſidio in lue uenera uti ſolenne eſt, ſatis indicat diffluens illa ſaliuatio & alui profluuia. Hydrargyron uocant, quia liquidum: quatuor olim generibus diſtinctum, naturali quidem duplici: altero, ut aut ille, uomica liquoris æterni quod que è uenis metallicis ſponte diffluit: altero quod exudans in argentariis fodinis cameris hæret & guttatim coit. Fuit & factitium duplex: alterum è minio, alterum è marmoris ramentis. Iam uerò è plumbo quoque eliquatur. Eligatur purum, ſplendidum, albicans, bene depuratum plumbo: quod iterum repurgandum, excolandum, macerandum & ut loquuntur ſedulò extinguendum eſt. Ac dum extinguitur, & aliis intermiſcetur, diu uerſari tundique neceſſe eſt. Extinguitur ſal uiaſani hominis, qui neque ore neque naribus olidum quid ſpiret, qui non oleat hircum, qui denique omnino inculpata ualetudine perfruatur. Adhæc terebinthina & inde oleo, uel amygdalino, amaris, detergentibus, tenuantibus pharmacis, quæ conſolentur neruos, maleficis iniuriis corporis & medicamentis aduerſentur. Poſtremo ſedulò miſcetur acriter uolutando circumagendoque, donec effuſum omninoque reſolutum in axungiis, unguĕtis, oleis & miſtura quæ lubeat, atq; ita periiſſe uideatur, nuſquamque integritas eius appareat. Modus autem ad pinguia ut ad circiter quadrupla ſint, ſextupla, noncupla, euariante ratione, ut eſt uitium & corporis natura. Sed miſturæ uſuſque ratio ex aliorum commentariis, qui de lue uenerea ſcripſerunt, re-

Hydrargyron, & eius differentiæ.

Cõtra uitia hydrargyri

petenda est. Contra interna uitia quæ relinquat hydrar-
gyron, lac caprinum multum subinde potum, & subin-
de reuomitum auxilio est. Vinum quoque in quo absyn-
thium, hyssopus, organum, apii & ormini semen, cacumi-
na centaurii minoris, gentianæ radix & alia id genus in
ferbuerint. Mirabile hoc contra ea uitia hydrargyri.
Scobs ex auro subtilissime delimatur, & in superiore ui-
no propinatur. Balneis quoque utendum est, & aqua il-
la theriacali. Illinendum corpus oleo quod è sulphure
comparatur. Alia quoque iniuria corpori accedit fri-
ctionibus illis, usuque hydrargyri. Nam dum fricantur
ægri, atque inedia, æstuariis, sudoribus, saliua, proflu-
uiis, graui animi cura, fastidio, uigiliis & doloribus te-
nuantur, sanies quædam necessario eliquescit, quæ nisi
uel sudoribus uel aliter uacuetur, suppressa parte aliqua
desidet: hicque mora lentescit mucco similis, tandemq;
in tophum coit: quod quum fit, acerbissimi dolores in-
terdum commouentur. Eadem rursus aliquando in pe-
riosteon sese dispergit, intus cruciat, ossa atterit, cariem

Tophi generatio.

nigredinem, siderationem denique comminatur. Con-
stat autem experimento impatibiles cruciatus, qui inde
generantur, frustra adhibitis aliis auxiliis impresso cau-
terio sæpenumero percurari. At summa vi imprimen-
dum ferrum est, quod omnino igne excandeat: quia ui-
delicet in rebelli uitio quum semel ad crudele auxiliũ
decurrendum est, agere clementer & quasi blandiri ma-
lo, sæuire est. Sæpe fit etiam quum neque tophus, neque

Sanies insidens periosteo.

aliud quicquam foras emineat, ut uirulenta illa sanies
intus delitescat, quæ membranis ossium & neruis insi-
det, eaque discruciat: ubi cultello facienda uia est, ua-
cuanda materia, & si quid uitii os contraxit, cadente fer-
ro mali uestigium omnino obliterandum est. Atq; hæc
sunto communia iis qui cinabrio uocato, aliisque gene-
ris eiusdem infirmantur.

De Hæmorrhagia. *Cap. IIII.*

NOn è recenti solum sed & inueterato ulcere san-
guis effluit, apertis, ruptis, excisis uasis. Ex arteriis
hæmorrhagia periculosior est, deinde è maioribus ue-
nis,

nis,quas inde emorrus uocauit Hippocrates. Apertis adstringentia,ruptis glutinantia,exesis sarcotica & boni succi alimenta remedio sunt. Atq; uniuersa hæc materia aliis locis explicata est:uerum & hoc loco, quæ ueteribus medicis ac posteris ad hæmorrhagias probata sunt,aliqua ex parte referentur. Aperta sunt tum quæ clausulis dehiscant,tum quæ poris atq; spiraculis rarefacta sint:eaq; iuuant plantago,balaustia, hypocisthis, rhus,omphacium,galla,& hæc magis, si deflagrās igne, austero uino uel aceto extincta sit & intrita,acacia,malicorium,& capitula punicorum,symphyti radix,porrū contusum,polygonum,pernicea,terra sigillata, argilacea,figlina,bolus armenus,rhabarbari magma, rubigo ferri,lapis hæmatites, passæ uuæ nucleus, flos gallii, menta oxycrato tincta,lanugo quę cotoneis quæq; quibusdam salicibus insidet, & quæ ex his paniculæ depen dent:fragorum herba,cynosbatus,aqua frigida, uinum adstringens,acetum, oxycratum & alia quæ in epuloticis,glutinantibus & repellentibus prius descripta sunt. Eadem quoque ruptis,& hæc peculiariter conueniunt, thus,manna,aloe,mastiche,tragacantha, gummi, amylon,gluten,larigna terebinthina,pix sicca,colophonia, gypsum,farina pistrinalis,cochlea cum domo trita. Horum alia in puluerem trita insperguntur,alia impingun tur. Ac ferè meliora sunt quæ emplastica: ex quo in oui candido,resina liquida,tragacanthæ succo, conuenien te muccagine rectè imponuntur.In eadem quoque materia linamenta madent: linamenta uero ut res exigit, figura commutantur,ac ferè omni genere linamentorū usos ueteres in hæmorrhagiis inuenias. Aliud ergo linamentum in longitudinem implicatur, macron moton, alii limniscon uocant, quo in profundis ulcerum uasis uti necesse est.Eadem crassiora fingi possunt & tenuiora: quæ si penem referant, illi priapiscotus motus, nos fortasse penicillos appellabimus: quibus in uteri hæmorrhagiis & angustioris sinus ulceribus opus est. His exilia quidem sed oblonga linamenta in propinquo sunt,quos uermiculos uocant; hi uasis hiantibus infe-

Remedia in genere.

Ad aperta.

Galla.

Ruptis.

Vtendi ratio.

Linamentarum differētia.

Penicilli.

Vermiculi. runt, est & sphenifcos cuneolus contortũ linamẽtũ &
Sphenifcos ĩplexum angustiore cono, & base ampliore: hoc naribus
Cuneolus. inditur, & iis vlceribus, quæ ore quidem latiore patẽt,
sed in sinum paulatim contrahuntur. Qui verò motos
ellychniotos appellatur, non à figura sed materia nomẽ
habet, fungi genere uel spongiæ, unde & uulnerarii pe-
Loco elly- nicilli & funiculi lucernarii fingebantur. Nunc è mol-
chny. lioribus spõgijs: fungorum pediculis, iunci genere quẽ
scriptum uocant, quodque pro ellychnijs lucernarijs
utuntur: medulla scambuci aliisque id genus loco elly-
chnii uti licebit. Quæ dum intruduntur cauis, si quidẽ
replicantur, specillo impelli possunt. Eo modo Hera-
Spongia. clides spongia modo sicca, modo in acetum acre mersa
uti præcipit in narium hęmorrhagiis, sed extrema par-
te alliganda filo, ut tempori reuelli possit: quæ si tena-
cius inhæsit, madefacienda aqua, ut facilius redeat.
Rursus linamentum aliud στρεπτὸν cõtortum, è materia
ita contorta & implexa, quales ferè turũdæ uulnera-
rię confinguntur. Aliud genus est ξυστὸν derasa quædam
lanugo linteorum, τιλτὰ vocant & ξύσματα, quasi vol-
suras & rasuras quasdam quæ concerptis ac depexis lin
teis colligũtur. Atq; hæc uariè formari possunt, ac sæpe
in floccos, κροκίδας uocant, & tomenta conseruntur, un-
de implent uulnera, sordes extergent, siccant, offarciunt
uasa & uicina loca, ex quibus hæmorrhagia commoue-
tur. Vt ergo figuræ sunt partium & uulnerum, ita lina-
E pilis lepo- menta uariè commutentur. Iam uerò è pilis leporis pe-
ris. nicilli, uermiculi, flocci, cuneoli conuenienter fiunt. Et
rursus è lanugine illa salicis atque cotoneorum. Ascle-
piades lanugine utebatur quæ Platani foliis inhæret:
quidam panniculis salignis: alii molliter euellunt
quod uelut muscus candidus populi foliis adnascitur.
Hæc autem liquoribus & medicamentis quæ retineant
insuccantur. Vermiculus hianti uasi inseritur, floc-
cus eadem materia saturatus superdatur & alia simili-
ter, ut postulat casus. Tum ligantur omnia iniectis vasi
Deligatio. tribus aut quatuor fasciarum orbibus, uel etiam pluri-
bus ad eam partem unde profluit sanguis: ex quo fascia
ad

ad radicem uasis paulatim adduci debet, ut sursum uersus magis magisque adstringatur,& illabentem sanguinem retineat. Tertia die resoluenda lintea sunt, neque commutanda linamenta, si quidem firmiter inhęrent, tantumque irriganda pharmaco, & ut prius religanda sunt. Quæ si uacillant, digitus uasi imprimendus, reuellenda turunda, noua omnia de integro repetenda sunt: idque tandiu reuocandum, donec renata carne ac bene stipato uase extra periculum omnia uideantur. Aliquã do fit, ubi in superficiem uasa exponuntur, ut digitus impressus sanguinem sistat coacto grumo. Atque is medicamento inungi potest quod & lentum sit & glutinet. Quòd si uas longius recessit, specilli extremo lana, linamentum, aut aliquid tale obuoluetur, quod conueniente pharmaco madeat, atque ita inducetur. At si patitur locus, nudatur uena, hamo præhenditur, leniter intorquetur, intercipitur laqueo: aliquando etiam uolsella capta duobus locis deligatur, atque media intercditur, ut extrema in se coeant, & nihilominus ora præcludantur. Id uero in maioribus uasis non caret periculo. Vbi nec id quidem res patitur, candenti ferro inuri possunt. Funiculi uero quibus religantur, sunto è molli lycio uel serico, sed qui firmiter præstringant, teneãt nec facile dissoluantur, aut putreant. Itaq; chordis aliquando utendum erit, sed tenuioribus quales testudinibus musicis intenduntur: setas alii usurpant. In magnis vulnerib. & ea sede quę uenas insignes habet, profusio magis metuenda est: id ferè intelligi potest ex impetu ruentis sanguinis. Hic ergo maiore cauendum cura: siccis linamentis vulnus implendum est, supraq; imponenda spongia ex aqua frigida expressa, aut potius lintea complicata, quæ uocant diplomata, & ea manu comprimenda. Quòd si nec hoc modo sanguis acquiescit, & multo sanguine lintea inquinantur, ea sæpius cõmutabis. Et si sicca parum ualent, aceto madefacienda sunt. Id uehemens ad sanguinem supprimendum est, Ideoque quidam id uulneri infundũt. Probanda quoque hæc ratio, cauum concerpto linamento impletur,

Prehensio. *Præcisio.* *Cauterium.* *Vbi magis metuitur hæmorrhagia.* *Acetum.*

Alia ratio in metu hæmorrhagiæ. platysma superdatur & diplomata. Hæc uero pulticula potius inculcantur, quæ retineatq;, qualis ex ouo, farina gyri uel triticea, & bolo armeno parari solet. Atq; omnia fasciis alligantur, quæ madeant oxycrato. In somno & interuallis, in excubiis esse oportet, qui subinde recognoscat, nũ quid sanguinis per lintea exudet. Sic enim noua consilia capienda sunt, aut solutis linteis noua imponenda. Sed alius rursus metus subest, ne vi maiore & ante tempus retenta materia magnam inflammationem postea moueat. Ideoque scriptum ab Hippocrate, utile esse crebro sanguinem fluere ex omni uulnere, nisi sit in uentre. Recognoscendum tamen est, num qua ante uulnus profusio præcesserit. Sic enim profluens sanguis celerius retinendus est. At si ante tempus suppressa materia est, & inde metuitur inflammatio, quod putes superesse, uel phlebotomo, uel aduersa parte fixa cucurbitula detrahes: unde abeat metus, & sanguinis cursus reuocetur.

Nõ temere supprimendus sanguis

Ratio partium in supprimendo sanguine. Adhibenda quoq; partium ratio est: nam quæ natura frigidæ, exangues, neruaceæ, quale cerebrũ, qualis uterus est, multo effuso sanguine grauius læduntur. Adhæc quæ plurimo spiritu indigent ut oculus, eo deterius suo munere perfunguntur. Præterea quibus plurimus calor opus est, ut uentri quo cõcoquat, thoraci quo uitam foueat, larga profusione peius laborant. Itaque tempestiue claudatur sanguis, iusta ratione leuato corpore, ut phlegmonem prohibeas, reficces uulnus, unde possit celerius coalescere. Atque omni adhibita cura desperatis aliis auxiliis ad ignem & cauteriis decurrẽdũ:

Ignis et cauteria. multo magis si quid putre, rodẽs, serpẽs, aut uermiculosum: si eiusmodi locus est, qui facile computrescat, qualis est sedes, os, genitalia, quique uim ignis sine periculo sustineat, ut qui in carne & sine neruis est. Sed ad hæc non prius decurritur inflammationis metu, quàm satis multa materia profluxerit, quàm bene purgatũ corpus

Escharotica. & uacuum excrementis extiterit. Escharotica hoc loco uehementius adstringere oportet, ut firmam neq; deciduam crustam efficiant: Alioqui remedia profluuio uincuntur, & excussa crusta maior uis sanguinis erumpit.

In

In remediis laudantur phlebotomia, cucurbitula, sanguisuga, uincula aduersa parte & catà ephthyoftian re uellendo adhibita. Cucurbitulæ ratio ex libello nostro repetenda: de phlebotomia & sanguisugis alio quod pa ramus opere differemus. Purgatio sæpe necessaria, sed tardius opitulatur, nisi interuallis & quasi datis induciis hæmorrhagia moueatur. Id fere fit quũ statis periodis humor acris ad partem unde profusio est, uerti consue uit. Atque his ferè remediis adstringentibus, emplasti cis, delegatiõibus, funiculis, uinculis, auersionibus, præ cisionibus, igne & cauteriis hæmorrhagiæ retinendæ sunt. In remediis uidendum prius, qualia esse oporteat, quæ singulis partibus medeantur. In hæmoptyicis qui sanguinem è thorace reiiciunt, atque omnino ubi lon ga & anfractuosa uia est, quæ medicamentum inuehat, qualis est ad renes & pulmones, adstringens quidé & ui scida materia necessaria est. Verum ne quod adstringit, restitet in uia, & quod uiscidum est, lentore suo hæreat cursu, aliquid medicamentorum quæ tenuitate partium prædita sint, necessario miscẽdũ erit. Vbi uero recta uia est, aut non adeo inflexa, ut ad gulam, uentriculum, inte stinum rectum, uterum & uesicam, eo genere medicamẽ torum quę tenuia sint, nihil est opus. In exteriore cor pore satius fuerit, ulcus emplasticis obstipari, in concer ptis linamentis aut turundis: deinde uias intercipere re pellentibus auxiliis, qua scilicet sanguis decurrit. Frigi dum enim & adstringens, quale repellentium genus est, ulceribus mordax. Et in iis frigido utendum, unde fluit sanguis aut fluxurus est, non ut partibus quidem adhi beatur quæ sanguinem reddunt, sed superioribus locis ubi uenæ sunt communes, qua ad ulcus materiæ cursus est. Aliæ quoque partes, ut thorax & quę diaphragma ti uicinæ sunt, quæ exangues, natura frigidæ & nerua- ceæ, frigido læduntur magis. Itaque iam auersa mate ria neque id quidem locis omnibus, frigida conueniét. Columbæ sanguis & eo magis pharmacum e thure, aloe oui candido, & pilis leporis hæmorrhagias e membra nis cerebri reprimunt. Thuris partes duæ, aloes pars

Phlebotoma &c.

Purgatio.

Ratio remediorum ex ratione partium.

Quomodo frigidis vtẽdum.

Locus Hippocratis 5. Apho.

Ad hæmorrhagias meningum.

Medicamẽtum è thu-

re, aloe, ouo & pilis leporis. una, uel eo plus in duriore natura: trita excipiuntur liquore oui. E mollissimis pilis leporis uermiculi finguntur, illinuntur pharmaco, & apertis uasis inseruntur. Ex iisdẽ pilis formatur floccus, qui eodẽ medicamento imbuitur, & ita superdatur, ut incumbat uermiculo. In eu-

Historia. nucho summã manum ulcus malignum occupabat, secutą profusio: adhibitum hoc remedium, nec eo quidem acquieuit sanguis. Postea uerò in totum restitit linamentis ex dilutissimo oxycrato pressis, subinde irrigatis ne exarescerent: id in corporibus sensus acrioris fieri conuenit. Cuidam e vulneratis cerebri membranis largius profluentem sanguinẽ acetum cohibuit, quum iam uaria

Thus, Manna. genera remediorum frustra tentata essent. Loco thuris usurpatur manna, ut quæ adstringat magis, sed thus emplasticoteron pharmacum reddit. Loco pilorum leporis linoxylo, quod lingua Syriaca uocatur Cotton, & memorata lanugine cydoniorum bene depexa atq; carminata, postremò cõmodè intorta uti licebit.

Spongia. Spongiarũ hac parte multus usus est: nã & inde cuneolos modo siccos, modo aceto tinctos, tum naribus tũ ulceribus, quæ sanguinem fundunt, effingimus. Spongias forti aceto immergimus, & magna uolsella captas in candente lapide uolutamus, ut inde fumus sanguinẽ supprimat. Sic usus Heraclides. Easdem alii sed molles ex oxycrato pressas imponunt. Verum in eo quod sequitur omnium ueterum medicorum consensus est. Spongia noua, alioqui uetus, sed marina, uel lixiuio querno repurgata, acerrimo aceto inebriatur: ex quo inquinatur liquata pice, deinde trito bitumine, galla, uel re simili conspergitur, atque ita crematur testa figulari clausa, dum cinerescat. Alii aceti loco taurino sanguine imbuunt: ex odoro uino propinant singulari ope dysenteriis, menstruis & internis hæmorrhagiis. Datur puluis in ouo sorbili hæmoptoicis, & iis qui sanguinem uomunt: aridus inspergitur expositis locis, unde prorumpit sanguis, & emplasti-

Lana sordida adstringens, &c. cis auxiliis commiscetur. Eandem uim attribuunt crematis lanis sordidis: utrunque cinerem in clysteribus dysentericorum iniiciunt. Olla recenti quæ lato dehiscat ore

ore copiosa lana includitur, operculum superdatur uasi quod uel glutino uel figlina terra, alioqui gypso subactis aqua fideliter compingitur: in clibanis & fornacibus largo igni cõburitur, dum olla percocta sit: sic enim Damocrates. Ea prius immergi aceto potest, aut contaminari liquefacta pice, atque omnino ita comparari ut spongia, deinde cremari. Hippocrates absumendis carnibus putridis & excrescentibus inspergit. Alii eodem auxilio impetigines exterunt. Emplastra sunt gypsum crudum, gyris farinæ, si oui candido excipias. Cochleæ cũ suis uolutis & saliua cremantur nouis fictilibus, cinis sectæ arteriæ inspergitur, & sanguinem sistit. Muccus saliuosus, qui compunctis cochleis & limacibus redditur, emplasticus est, in quo cineres & puluisculos, qui sanguinem claudant, conuenienter adhibebis. Vitellus oui exassatur, ut in puluerem possit resolui, & hæmorrhagiis meningum cerebri inspergitur. Barbarum quod mirifice sanguinem compescit, uulnera magna præcipue capitis præ cæteris glutinat, fistulis, lacunis, fractis ossibus medetur. Bene facit hepaticis & lienosis: citra inflãmationem glutinat, neruis, cartilaginibus, & ossibus præcisis remedio est. Cuniculos ulcerum & purgatos sinus coniungit: ualet ad canum hominumque morsus. Præstantissimum uero ad sanguinem supprimendum, præsertim in iis qui sanguinem reiiciunt. Nam in aluta pectori, dorso & lateribus affigitur, ac ueluti miraculo cõpescit. Ceræ, picis, resinæ pini, bituminis an. lib. I. mãnæ ℥.6. cerusæ unc. 4. chalcanthi unc. 4. opopanacis unc. 2. olei semũcia, uel ut aliis melius selibra, aceti sextarius. Ceram, bitumen, oleũ, & maiorẽ aceti partẽ in olla colliquato, deinde picẽ & resinã adiicito, quas in minima frusta prius concidito: ubi semicoctum fuerit medicamẽtum, ollam subducito, utcunq; refrigeratis attramentũ sutorium purgatum, & ex aceti sextario læuigatum siccatumq; paulatim inspergito, commoueto ne quid efferuescat. Cũ nõ inquinat pharmacũ, ollam deponito, opopanacem in reliqua aceti parte (nã maior pars statim initio cũ aliis in ollam data est) maceratũ immittito: ut dissolutus

Cochleæ.
In hæmorrhag. arteriarum.
Vitellus.
Barbarum.
ad cructa

ſolutus fuerit, ceruſam & mannam tritas inſpergito, & paulatim tepefaciens curato ut coeât, & nec opopanax, nec manna aduratur. Hic in mortarium trāsfuſa omnia circumagito, miſceto, ac tandem reponito. In uſu medicamentum æſtate quidem tertia die ſolui poteſt, ſi quidem res ipſa atque neceſſitas poſtulet: acſere non niſi quinto detrahitur, ut hyeme ſeptimo. Vitreolum crudum chalcitidis loco miſcere licet, & ſi bitumen deſit, pix liquida ſupponitur, aut mummia appellata, quam alii humiam uocant, cui in claudendo ſanguine mira uis ab Arabibus medicis tributa eſt.

Mummia.

Concorporatur oui albumine, ſucco polygoni, plantaginis & ſimilibus. Fingū tur inde catapotia hoc modo. Muccaginis, gummi arabici & tragacanthæ collectæ in aqua rhois aut cornorum ana drac. 2. mummiæ, maſtiches ana drac. 1. zuccari roſacei quantum ſufficit: tenentur ſub lingua hæmoptoicis: uomētibus ſanguinem in ſorbili ouo diluuntur.

Pilulæ quæ ſanguinem claudant.

In cruētis dyſenteriis cum decocto oryzę toſtæ aut auenæ, ſucco plantaginis, roſarū, uirgæ paſtoris, hordei cremore; in quo tragacantha maduerit, aliiſque eiuſmodi clyſtere iniiciuntur. Commiſcentur emplaſtris, cataplaſmatis & aliis quæ ſanguinem cohibent. Diſſoluuntur liquore oui, & inde cuneoli apertis uaſis & naribus imponuntur, aut floccus inde madidus profuſioni obſtipatur.

Aliæ pilulæ

Alia catapotia eiuſdem uſus: lapidis hęmatitis, boli armenii, coralli rubri, mummię, & in pulmonariis, pulmonis uulpis reſiccati ana drach. 1. ſeminis urticæ & cinamomi (ubi medicamenti uim altius penetrare conuenit) ana drachm. dimidium, zuccari raſocei ſemunciа. Iungantur in catapotica ex muccagine tragacanthæ, uel ſyrupo myrtino. In medicamentis quæ ſanguinem ſiſtant, adhiberi poſſunt trochiſci ex electro aut carabe, e terra ſigillata, nonnunquam etiam narcotica, quæ ſoporem faciant, & frigore ſanguinem compeſcant. Hæc ut alia diluere & uſurpare oportebit.

In eroſione.

In eroſione ubi uniuerſo corpori conſulueris, nec aliter mederi datum eſt, ueniendum ad paſtillos. Andronis, Paſionis, Polyidę & ſimiles ex quinto de compoſitione pharmacis

macis catà geni: epiſcheticus; à retinendo Græci uocant. Sed uariè deſcribuntur ab antiquis. Aliter enim ex Heraclide, Critone, Aſclepiade, Andromacho, apud Galenum, Paulum, Aetium & Celſum, ſcriptum Andronium inuenias, ſed hic ſatis ſit Aſclepiadis formulam acripſiſſe, quanquam & hæc uariè à poſterioribus deſcribatur. Vt Galenus, cytinorum drac. 10. aluminis ſciſſilis drach. 4. chalcanthi drach. 12. myrrhæ drach. 4 thuris, ariſtolochiæ gallæ ana drac. 8. in quibuſdam adduntur ſalis ammoniaci drach. 4. Puluis ſit ex omnibus, qui excipiatur auſtero uino. Polyidæ qui & ab iiſdem poſterioribus medicis aliter atque aliter conficitur. Hoc modo ex Aſclepiad. Gal. Malicorii drach. 6. mirrhæ drach. 8. aluminis drachm. 5 thuris drach. 4. chalcanthi drach. 3. fellis taurini drachm. 6. uino dulci aut paſſo excipit: ad hæmorrhagias auſtero uino excipi poteſt. Paſionis, Squammæ drach. 12. æris uſti, ſalis ammoniaci, aluminis, æruginis, thuris ana drachm. 8. reliquis in ſole tritis ex uino uel aceto thus additur: paſtilli forma in uſu aceto diluuntur. Atque hi paſtilli eo lubentius additi ſunt, quia in plurimos uſus chirurgi conuertantur. Recentibus uulneribus, putredini, cariei oſſium, fiſtulis, auribus purulentis, ozenis, oſſibus corruptis, uulneribus neruorum, nomis, phagædenis, calloſis ani rimis, pterygijs, excreſcenti carni, inueteratis ulceribus, dyſenteriis, aliiſque plurimis uitiis medentur, in quibus ualidè ſiccare neceſſe eſt. Soluuntur uino dulci, ſapa, œnomelite, uino albo, fuluo, aceto, uino, aqua, oxymelite, oxycrato, melicrato, ſuccis myrti, ſolani, cichorii, polygoni, auſtero uino, oui candido & aliis id genus. Eligendum autem quod diluas, ut res in præſentia & corporis natura poſtulabit. Dulcibus, ſi temperanda aſtrictio: auſteris & acidis, ſi prohibenda putredo & ſiccanda fluxio eſt: iis quæ detergeant, ubi & ſordes eſt quam detergeas, & ſanies quam exhaurias. In hæmorrhagia autem aceto, oxycrato, auſtero uino, ſuccis quoque memoratis diſſolui debent. Ac primum quidem ubi uehemens hæmorrhagia eſt, ualidè aſtringentibus mate-

Paſtilli epiſchetici.

Polyidæ.

Paſionis.

Vſus paſtillorum.

materiæ impetus retundi debet, quibus paulatim pastil li cõmiſcentur: poſtremò ſolis paſtillis utendũ erit. Sũt & quæ ſequũtur, celebrata ueteribus medicaméta, quæ quia ſangninẽ ſupprimerẽt, iſchęma appellarũt. Chalci tidis dr. 16. alii 8. mãnę dr. 12. terebinth. frictæ & aceto extinctæ dr. 12. trita omnia inſpergũtur locis unde pro fluit ſanguis quãquàm & ſuccis & liquoribus & gummi compingi poſſunt. Datum Ario à Dioſcoride Tharſæo mirificè ſanguinẽ ſiſtit. Chalcitidis drac. 8. mannę drac. 16. contunduntur, cribrantur, & miſta in pixide ærea re ponuntur. Vbi uſus poſtulat, gypſi crudi triti par modus cõmiſcetur. Heraclidæ: malicorii acidi unc. 3. aluminis unc. 4. chalcitidis ℥. 1. terũtur omnia in aliméto tortili, naribus induntur & locis aliis unde emanat ſanguis. Al. Chalcitidis dr. 6. mãnæ dr. 2. terebinth. colophoniæ an. dr. 4. Adduntur his ad cruſtas calchanthũ, miſy, auripig
Eſcarotica. mentũ, ſandaracha, calx uiua. Debilior cruſta à calce ui ua & auripigméto, niſi aſtringẽti materia cõiungantur. Ferrum candens igni, æs, aurũ & argentũ cauteria ſunt. Sed ab auro & argento mollior eſchara relinquitur. Ce
Cauteria. lerius auxiliũ à ferro cauterio eſt. E ſubere uel ſpongia orbiculus tenuis feruida pice immergitur, & ita calens hæmorrhagiæ oppingitur. Alii malicorio, galla, radici- bus aſtrictoriis prius ignitis cruſtas efficiunt. Recentio- rum eſcharotica ſunt uitreoli Romani ſemuncia, balau ſtiorum unc. 3. aluminis unc. 1. f. puluis. Al. Colopho- niæ unc. 3. boli armenii ſeſquuncia, maſtiches, olibani, ſanguinis draconis, an. ſemuncia, ſymphyti roſarum ana dr. 1. ſed hoc iſchema potius quã eſcharoticon dicatur. Vtũtur ſupprimendo ſanguini puluere rubro, ſanguine draconis & aliis de quibus antea. Plura uerò eſcarotica ex proximo capite repetenda. Vitreolis autem crudis utendum eſt, ſi cruſta fiat: uſtis & acerbo ſucco tinctis, ſi aliter ſiſtẽdus ſanguis eſt: uſtura enim aſtringẽdi uirtus exoluitur. Adhibitis remediis membrũ ita collocari de bet, ut altior ſit locus unde hæmorrhagia, reliqua parte quæ radici uenæ propior eſt, ut ueluti reſupino uaſe & decliui quaſi deorſum refluat ſanguis. Si uulnus eſt in ex tremo

tremo femore, qua parte genu est, hoc quidé superius esse oportet, ut femur totum qua inguê spectat, paulatim summitatur. Sit membrũ in quiete & ea figura situm, in qua plurimũ cõquiescat, nec doleat, ac mitella cõfirmare manus & puluino crura melius est: æger quoq; aduersa parte decumbat. Instituatur uita unde sanguis acquiescat: aquæ potus & similia: interdicatur iis unde efferuescat, qualia uina quædã sunt, fortia & calida alimẽta. Ac tũ præcipuè hæmorrhagiæ cauendũ erit in ulceribus, quum hęc intus exultãt natura quæ in arteriis est cõmota foras, ut uitiũ quo premitur à se repellat. A forti in ulceribus pulsu, inquit Hippocrates, profluuium sanguinis. Sunt qui in hæmorragijs narium, quod in commentariis ueterum scriptura inuenias, profluente sanguine nomen ægri hominis & alia quædam plena superstrictione in fronte scribant. Alii granum salis aduersę auri inserunt, manumq; frigida immergunt, atque ita sisti sanguinem multa experientia profitentur. Nec desunt qui idem promittant admota urtica, quam Græcam uocant, cum sale ex aceto trita. Nonnulli utuntur millefolio. quidam porrum præcisis summis foliis naribus admouent, & inspirato halitu sanguinem cohibent: linamenta porri succo imbibita naribus immittunt.

De Pyroticis Cap. V.

SAtisfactum arbitrabor institutæ rei argumẽto post adscripta remedia quæ parantur igne & eo genere pharmacorũ, quę inde pyrotica nominant. Quorũ ut memoria superiora oratione sæpenumero facta est, ita & plurimus usus incidit: ac de iis oratio deinceps connectatur. Itaq; duplici ferè ratione iuuãt: nã uel eo adhibetur, ut uita parti restituant: uel euincant uitia, quæ nullis aliis auxiliis expugnentur. Ac prius ueteri sententia decretum est, quæ non sanant pharmaca, sanat ferrum: quæ nec ferrum, sanat ignis. Atque commune hoc consilium est in omnibus quæ nulla alia ratione possint sanescere, ut uel uastentur igne, uel ferro peramputentur. Ac primùm quidem medicamento curæ periculum facimus quod clementissimum est, deinde ferro excalpimus,

Duplex usus ignis.

Sententia uetus.

lacera-

laceramus, compungimus, idq; paulò durius: postremò acie resecamus, uel delemus igne. In quo austera quidē & aspera curatio est, & ueteri sermone MALA MEDICINA est, in qua aliquid naturæ perit. Sed crudelem medicum necessitas facit: uerùm crudelitas blanda oratione quasi ueneno leniri debet, & fabulis occupato ægro stupefactoq; sensu exercenda est. Eadem quoq; seueritate utimur in quibusdā notis & tuberculis quæ pudenda corpori excrescunt, & partibus nudis adnascūtur. Medicamenta ergo quæ aliquid corpori detrahunt, ea uel extergent atque discutiunt, uel latente igne depascunt. Quæ uerò languentem uitam partim calore partim spiritu recreent, blandiora sunt quàm ut exurant. In quo tamen genere reperias quæ ruborem moueant, quæ bullas excitent, quæ deniq; (si quidem diutius immorentur) tandem exulcerent. Atq; hæc omnia vt res & casus postulat, accommodanda sunt. Sunt igitur pyrotica dropax, sinapismos, phenigmos, cathæretica, siptica, escharotica, ignis denique & inde cauteria. Dropaces picationes uertunt, non è uerbo quidem, sed pittotapitana, & pittosas ueteres appellarunt, unde Latina uox conuersa est. Alii etiam dropacistas: è pice & quarta uel quinta parte olei, quibus subduplum, plus minusve piperis, & pyrethri, euphorbii & similiū misceri possit vnde melius calefacit, ut accepto sulphure, cinere sarmentorum, & sale siccando magis conuenit. Sic.n. permisceri solent: quia tum dropax tum sinapismus, adhæc phœnigmus eò sunt vt refrigerata calfaciant, confirmētq; partes, quæ partim frigore, partim assidua fluxione elanguescunt. Atq; hic siccandum magis: in frigore qualitas ignis augeri debet. Alia quidem possunt plurima, hic tamen præcipuus eorum vsus est. Et hæc in genere metasyncritica ueteres appellarunt, quæ uidelicet exuccas, aridas & propè extinctas partes pristinæ naturæ reddant, & ut ita dicam, recorporent. Alutæ dropax impingitur, uel linteis complicatis quæ ptysmata & diplomata Græci uocant. Deglabratur cutis eraso pilo: dropacismus calens inducitur: idem subinde reuellitur prius-

Sententia ueius. *Medicamēta pyrotica.* *Pyroticorū genera.* *Dropax.* *Vsus dropacis.*

priusquam refrigescat. Reuocatur pharmacum, dum inde efflorescat locus, & leniter extumeat. Nimium est, cum immoderato usu pharmaci qui tumor prius extitit, idem subsidet, & qui erubuerat locus exalbescit. Hoc.n.uolumus, ut dropacis ope reuocata anima pars quasi mortua reuiuiscat, calorem suum ac spiritum recipiat, & iam proprio alimẽto perfruatur: postremò etiã corporetur, quæ confecta macie intabuit. Verùm alia tardius, alia celerius uitam recipit. Quæ breui rubet & ignem concipit, ea celeriter instauratur: tardius autem, quæ ægre recalescit. Desperatio est, quum neque frictione, neque perfusione & fotu tepidæ, neque dropace melius coloratur. Aliis satis fuerit, si trib. aut quatuor diebus adhibeatur dropax, nec id assiduè quidẽ, sed uno die: bis hyeme, semel ęstate. Aliis bis terve singulis diebus, nonnunquam rarius, tertio scilicet uel quarto quoque die affigitur, vt uidelicet uel facilè cedit, uel cõtumax languor est. Ac tepida prius fouisse confert, uel smegmate affricasse, quod aliquid thapsiæ, euphorbii, piperis, pyrethri, radicis capparis exceperit. Alii perfricant sabano, hoc est asperiore linteo, panno cilicio, uel simili, qui asperioribus setis contextu fuerit. Accõmodata quoq; folia ficulnea, pumex, os sæpiæ, squatinæ corium, aliaq; plurima quæ asperitate roborem trahant. Hæc autem iis qui ægre reficiantur & plusculum refrixerint. Ac tum quidem dropax affigitur: qui si pertinacius hæret, quo iam tempore detrahitur, tepida foueri debet: quem quum detraxeris, furfurum decocto eaq; materia, quæ partim leniat, partim extergeat, locum fouebis. Non absimile dropaci picinum oleum quod pisselæon quidam appellãt, è pice liquida mistum & oleo. Contra glabrera & caniciem veteres usi sunt. SINAPISMVS paralyticos, coxarios, podagricos, inueterata rheumata, hemicranias, quęq; caloris inopia laborant, adiuuat. Caricæ uno die macerantur aqua, nõnunquam cappares, si grauius malum est: in leuiore casu & sensu acriore panis triticeus, multoq; magis si in solã superficiẽ agere oportet. Iam vero macerata materia contundi debet.

Modus utilis dropacis

signa utilia dropacis.

Frictio.

Sinapismus Vsus.

Materia sinapismi.

debet. In leni sinapismo, subduplũ sinapi : in medio cri, æquale permiscetur. Acrior est, qui duplum recipit. At sinapi subtilissimè læuigandum, & quo tempore unà cũ reliqua materia pinsitur, affundenda aqua in qua caricæ illæ uel alia maduerint. Sunt in ueteribus qui acetum prætulerint: alii aquam, quod experimento didicerint sinapi uim aceto exolescere, cuius rei authores sunt Galenus & Oribasius. Eodem modo quo dropax usurpatur. Si quis dolor aut feruor à medicamento extiterit, tepida, rosacei fotu, illitu cerati rosacei, cerusa & aqua rosacea pista, & aliis generis eiusdem extinguitur.

Vtrũ aceto an aqua vtendum.

phœnigmus

PHOENIGMVS rubore facto etiam uesicas mouet & exulcerat, ut ad eorum genus referri possit quæ quia illinita exulcerant, uocantur ἀμυκτικά. Ex nasturtio, sinapi, radice enulæ, lepidio, columbino fimo, caprillo stercore, unde διακοπραγίας, aceto pistis. Adhæc scilla trita, tunicis allii & nucleis, cantharide, urtica, pulegio, ranũculis, tapsia, euphorbio, tithymalis, fæce usta, metallis acribus, lacte ficulneo. Lac ficulneum ante maturitatem pomi excipitur, siccatur umbra: uulnera aperit, & cum axungia exterit uerrucas. Quædam concepto igne eadẽ prestant, qualis est lana sordida bene carminata: admouetur igni dum uehementer incaleat. Assæ carnes, & diuisa oua similiter assata utraque calida imponuntur. Reliqua uerò quum usus est, uisco, melle, axungia uetere, terebinthina, cerato, acrioribus gummi & resinis, sapone, ut res exigit, & corpora uel mollia, uel dura sunt, excipere oportet. Alia quæ friabilia sunt, affricantur. emplastra uerò imponuntur loco, qui prius palpatur manibus, exercetur ferulis, aut asserculis euerberatur: affricatur etiam, ut laxatis spiraculis medicamenti uirtus celerius penetret. Anacardia trita septem diebus macerant aceto, in eodem coquunt, dũ tertia pars aceti euanescat: refrigerari sinunt, excipiunt concha quod enatat oleosum. Id mel anacardinum est. Quidam eadẽ ratione macerant coquuntq; ad dimidias, per linteolum excolant, traiecto succo mel adiiciunt atque ita coquunt ad crassitiem: anacardia uerò cocta in umbra siccant & ad smegmata

Materia phœnigmi.

Lac ficulneum.

Vtendi ratio.

Mel anacardinum.

mata reſeruant. Alii anacardos conquaſſant, ſepeliunt melle dum hoc uim anacardii ſatis conceperit. Licebit etiã anacardia & hermodactylos in puluiſculum terere & affricare, excipere ſapone & aliis. Fermentũ aceto tinctum anacardino melle & cauſticis cõcorporatur. Puluiſculus è ſinapi, piperis, euphorbii ana drachm. 1. infricatur, uel exceptus anacardino melle illinitur: & in ſapone imponi poteſt. Sapo in cauſticis iure numeratur ab eo qui libellum ſcripſit de materia ſimplicium, quẽ falſo attribuunt Galeno. E ſeuo bubulo, caprillo, ueruecino, hircino, & lixiuio è calce, quod poſtea deſcribemus: acriter relaxat, ſordes corporis exterget, exiccat ſimiliter nitro, mittitur in cauſtica. Aliis quoq; rebus additis modo clementior, modo acrior parari poteſt, ut magis minuſve ſiccet, calfaciat, extergeat. Nam quod capitellum uocant, unde ſaponem cõficiunt, tum mollius tum uehementius licet effingere. E ficus, ranunculorũ, tithymalorum cinere fortius eſt: mitius autẽ è uulgari & uſitata focis materia. Adduntur ſales, pyretri radix & capparis: adduntur acria unde uis ſaponis intendatur. E ſebo uetuſtiore efficacior eſt. Quòd ſi recens uſurpatur, & eluitur, & acria detrahuntur, moderatior ſapo cõfici poteſt. Cantharidum pars fere una, & ad circiter quatuor partes axungiæ una conteruntur, poſt ſeptimum diem molli pruna concoquuntur, colantur, & ad phęnigmum reponuntur. Ab horum plurimis breui tempore rubor fit, deinde bullæ excitantur, ulcus etiã ſi diutius inſtiterint. Veſicæ cõfiguntur, humor exprimitur, relinquitur ulcus per quod uitium oĩno repurgetur: hac arte coxarii, podagrici, hemicranici, cephalalgici ſæpenumero releuantur, repurgantur uiſcera, atque oĩno corpus ſordibus & excrementis liberatur: ſexcenta deniq; uitia uetuſta contumaciaq; percurantur. Verum maturius detrahendum pharmacum quàm exiſtant bullæ, ſi tantum uita calorq́ue refouetur: quia ſic exhauriant, quod ad redintegrationem partis attractum ſit. Et quæ perfrigeratum corpus calfaciant, duorum ſunt generum: tenuiora alia, alia uero craſſiore natura. Tenuioribus u-

Sapo.

Cãtharides.

Vſus phænigmorum quæ exulcerant.

In tabidis et pfrigeratis partibus

Duo genera calfaciẽtium à ſubſtantia.

perfrigerata partes quomodo refouendæ. tendum,ubi celerrime excalefaciendum corpus, quod recens inalſit. Craſſioribus locus eſt in iis partibus quibus paulatim calor elanguit,quia uidelicet hinc tardius quidem calor corpori infertur:exceptus autem longius perſiſtit. Tenuiora celerius permeant,ſed inde fugax caliditas,& quæ paulò pòſt diſſoluitur. Tenuia ſunt piper nigrum,album,ſinapi, & quæcunque tuſa in pollinem facile reſoluuntur. Craſſum eſt zyngiber, & huic proximum piper longum,quæ non ita facile inferiatur. In *Ceratum.* perfrictionibus uſitatum Galeno ceratũ dieuphorbion ex oleo tenui & calido,recenti euphorbio adiecta cera: de quo iam ante lib. I. capite de neruis, & dolore abunde diſceptatum eſt. *Catharetica.* CATHAERETICA ſunt æs uſtũ, ærugo,ſquamma æris,alumen crematum,puluis mercurialis,teſta & terra furnaria,teſtarum, concharum, ranarum,panniculorum,rerum cauſticarum cinis, alia quoque in epuloticis deſcripta. Nemomena uocat Hippocrates quæ excreſcentem,putrem,calloſam carnem exedunt. Sunt qui horum loco ſuctu longo,dentibus, pinna detrahant. Alii uinculis iniectis tabefaciunt. anauronchiſmon ueteres appellant. Quidã nouacula excindunt uel abſumunt igne. Vbi uero profundius malum eſt cathæretica Aegyptiacum & alia,aqua ſiccante & tergente eiuſdemq; poteſtatis liquoribus diſſolui conuenit. Oleum quod è uitreolo exprimitur ſiccando & exterẽdo efficaciſſimum eſt. Tubuli plumbei illiti medicamẽto conueniente: Ariſtolochiæ gentianæq; radix,ſpõgia ſimiliter illita immittuntur. Candelæ cereæ miſta materia cathæretica confinguntur atq; introducuntur. Fiſtulæ argenteæ aut plumbeæ locis aliquot quaſi feneſtris peruiæ conformantur,qua medicaméta iniicias: ut qua parte peruiæ ſunt,medicatus liquor diffluat, & uitium attingat. At hæc non niſi periculo perferat nudatus neruus aut ſpiramenta uaſis quæ in partem læſam deſinãt. Pſoricon in melle, Aegyptiacum,uitreolum, arſenicũ, ſandaracha,arſenicum in axungia. Atque hæc ſubuigecupla fere ſunt ad mel & axungiam: naſturtii & ueratri albi par modus in pollinem reſolutus. Quod ſequitur

ozœnas,

ozœnas, ægylopas, polypos & corrupta ossa summouet sordidis, putridis & serpentibus ulceribus exceptum linaméto & cum melle imponitur. Lamponis est ueteris medici. Ex ære rubro nec sæpius conflato scobem colligimus, eiusq; unciam capimus, salis ammoniaci uel uulgaris torrefacti unc. 2. & tantundē ammoniaci, aluminis unc. 3. aceti acerrimi lib. 4. & semis. Arida teruntur, aceto perfundũtur in uase ex ære rubro. Excoquuntur oĩa & pistillo ex eodē ære circumaguntur. Alioqui in ardore solis sub canicula continentur, uersantur sæpius donec pharmacum exarescat: hic in mortario iterum conquassantur, & in puluerem minuuntur. Hæc in melle adhibentur, insperguntur cauis, & naribus inspirantur, uel per fistulas insufflantur. Hæc ferè in superficiem agunt, excrescentem carnem cõplanant, inutilem adimunt, leniter arrodunt, atterunt uerrucas, polypos tabefaciunt, absumunt putria pudenda, deniq; faciei tubercula resiccant ac detrahunt. Aere usto more ueterum utendũ erit eoq; rubro, quodq; attritum colorē minii referat uel cinabaris. Cum pari modo sulphuris & salis fictili crudo inuritur, donec uas ipsum percoquatur. Spiramenta uasis circumlinenda sunt & obstipanda creta figulari uel argilla, ex quo fornaci omnia cõmitti debent. Quidã pro sulphure alumen indunt: alii aceto solo sine, alii respergunt. Ustum cõterunt, ac ferè lauant, sed minori effectu q̃ ut cathæreticon habeatur. Ustum uero & elotum præstantissimum ad cicatrices remedium est. Quod seplasię ostendunt durum, nigrum, solidum, crustaceum, longe recedit ab ære usto ueterum. Conuenienter cremãdum est: nam & supra modum ustum nigrum euadit. Lanę sordidæ obstipantur olla quæ & cruda sit & ore ampliore. Ea impleta lanis, figulari terra, gypso, glutine sedulo obsignanda est, ut nihil hiet, nullis expiret rimis: ita fornaci data percoquitur. Succida lana ita cremata flaccidis carnibus respergitur, easq; liquat. Ex antimonio cremato, cathæreticus cinis est, qui etiã absumit cancros. Quod ex eo & sublimato oleum elicitur, quodq; è calce uiua, uitreolis, aliisq; generis eiusdē, feruẽtissimum

Lamponis ad polypos & multa.

Cathæreticon usus.

Aes ustum.

Aes ustum seplasiariũ.

Lanæ sordidæ.

Antimoniũ

Olea calidissima.

esse consueuit. Hippocrates siccatum salem subduplo
melli mistum urit olla noua, pulverem excrescenti car-
ni aut putridæ inspergit, fasciā arctius adalligat, ut uis
Pulus acris Galeni. medicamenti altius impellatur: id aliquoties repetit,
persanato uitio locū aceto calido eluit. Admodū acris
est puluis qui sequitur. Sandaracæ, arsenici, chrysocollæ
ana: humidiora ulcera resiccat, maligna curat, excrescen
tem carnem detrahit: exceptus melle cremari potest, ut
tenuior euadat & minus affligat: etenim tenuitas partiū
Septica. efficit, ut uis ignis minus mordeat. SEPTICA cathære
ticis acriora sunt, exedentia uertunt', altius penetrant,
tenellam, carnem tabefaciunt calore multo, nō ita cras
so corpore Arsenicum, sandaracha, dryopteris, chryso-
Materia septicorum. colla, pityocampe, aconitum, sanguis equi admissarii:
sed hæc ferè cum cathæreticis permiscentur. Nam hæc
acriora septica sunt. ESCHAROTICA ut nihilo plus
Escharotica. caleant, rodunt tamen acrius crassiore materia: eaq́; du
ris & callosis corporibus conueniunt, ut septica mollio
ribus. In escharoticis calx uiua, hoc est recens, nec con-
spersa aquis: uini fęx cremata & aceti, quæ secundū mē
sem nō superat. Atq; omnino septicis iuncta adstrictio,
quæ acrimoniam non eluat, crustam faciet. Vtriusq; ge-
Vsus septicorum et escharoticorum. neris septicorum & escharoticorum usus est in solutis
ulceribus, quęq́; nimio humore fluant, putrilaginosis,
depascentibus, & ubi ex intemperie partis ad cicatricē
non ueniunt. Escharoticis peculiariter utimur in can-
Escharoticorum proprius vsus. cris, carbunculis, hæmorrhagiis: sed paulo ante q̃ hæc
adhibentur, frugalis uita, frigida liberaliter pota, uini
abstinentia, alimenta refrigerantia, multo magis ubi fe-
bris uel iam subest, uel in metu est, instituuntur. Neque
prius ea ratio uitæ commutanda, q̃ uis ignis omnino ac
quiescat. Frigida quoq; continetur ore, si naribus genus
Cautio. hoc remediorum immitti debet. Contingit aliquando
uim causticam dilui, quia ea parte cui inseritur, multus
humorisq́; frigidus & aqueus colligitur: hic ergo reme
dii potentia augenda est. Est quum uim ignis altius pe-
netrare oporteat, quæ tamen obiter retundatur, quia
non ita aperta uia est, atque ita restitans medela sensim
elan-

elanguescat. Hic ergo si nihil prohibet, uia ferro facienda est, & intro compellenda remedia in eum locũ qui igne affligendus est. In expositis partibus regio quædã circumscribitur nucali testa, umbilico è cera facto uel re simili, quæ suis marginibus constans pateat in medio, qua scilicet ignis summittatur. Aliquando etiã ubi latius explicanda medela est & amplianda crusta, escharoticon nucis alueolo includitur, ut totum uentrem eius compleat, atq; ita imprimitur. Eadem ratio in aliis machinis, quæ uel angustiore ambitu uel ampliore uentre confingi possunt è cera, lignis & radicibus. Alioqui emplastrum paregoricon in platysmate extenditur, platysma meditullio decussatur, qua escharoticon pharmacũ inseras. Rursus aliud platysma escharotico superdatur, plagulæ quoq; & fasciæ adalligantur quæ contineant. Atq; hæc oui candido & rosaceo mistis inculantur, totaq; uicinia linteis constipatur, quæ in eodem liquore oui, & oleo inquinaueris. Septon sandarachæ, auripigmenti ana drach. 2. calcis uiuæ, mannæ, thuris, aristolochiæ ana drac. 6. pumicis, resinæ ana drac. 4. iridis drac. 2. teruntur omnia. Al. Arsenici lib. 1. calcis uiuæ drach. 2. diebus triginta in aqua mersa tundere oportet, idque in sole aut certe igne: bis quotidie aqua mutãda est: siccatur pharmacum, & usui reponitur. Aliud. Sandarace, auripigmenti, calcis uiuæ, pumicis ana denar. 4. eadem macerantur arte. Al. Squãmæ æris denar. 4. sandar. den. 2. elleb. nigri, aluminis, al. auripig. an. denar. 1. læuigatis utitor. Aliud. Squãmæ, sandaracæ, auripigmenti, ellebori nigri, seminis urticæ torrefacti ana denar. 1. cum rosaceo tritis utitor. In serpente & humidiore ulcere utendum arido: in cancro & struma cũ rosaceo subactum adhibetur. Atq; hæc ferè materia septorum est, quã exuras, eluas: cerato & aliis temperare possis. Excipiuntur æsypo, butyro, axungia, saliua aliisq; generis eiusdem, unde acrimonia retundatur. Elleboro magna uis inest contra callos: iniectus fistulæ ad tertium diem callum adimit. Iniiciendus è lixiuio acri, aut ea aqua in quaacria metallica elueris. Interitur prius, & in sextuplo li

De ratione applicandi escharotica

emplastr. paragoricon, vide sup. 35:

Septa composita.

Elleborus.

quore iniicitur. Puluis eiusdem excrescẽtem carnem at
Callus. terit. Iã uerò callus est dura & cõpacta caro, unde pars
stupet, albicat, pallet, & ita stringitur, ut non expiret.
ectilotica sunt quæ callos detrahunt. Oppugnantur cal
li primum quidem malacticis, deinde causticis, postremò ad ignem ferrumq; decurritur. Eradũtur vnguibus, lacerantur scalpris, exscindũtur cultris ad uiuũ, quodq; reliquum sit caustico remedio absumitur, vel candenti ferro affligitur: at fluxio reprimenda prius quàm execetur callus. Exciso callo tepida fouetur locus, repurgatur melle & ærugine si qua sordes extiterit, & ad cicatricem abluitur aqua, in qua alumen diffluxerit. Ectilotica sunt scilla cocta & cum calce trita, nitrum, sal torrefacta, fex cremata veteris acrisq; vini, fæx aceti, cortex salicis vstus & aceto pistus, calx cremata cum pueri impubis urina, ærugo melli, sali, thuri æqualiter mista. Calx irino uel ligustrino cerato capta: testi terraque furnaria, pumex crematus, ex aceto trita omnia: nasturtii farina aqua subacta, bdellium pingue cum melle, ammoniacum aceto fusum cum pari ærugine: radicis lilii cinis, ęrugo cocta lęuigata, amygdala e melle trita. Squãmæ unc. 1. æruginis denar. 2. cerati létiscini vel mastichini vnc. 8. plus minusve. Harpax cũ modica ærugine. Est autem Harpax mistura è viuis calce & sulphure. In callis laudatum est Galeno oleum lentiscinũ, quia mollit, digerit, astringit & reprimit; quæ omnia difficili ulceri opus sunt & oris. induratis. Terebinthinum similiter & mastichinum. dia chalciteos aucto modo chalciteos fluxionem reprimit, quæ callum fouet & hunc exterit: accommodatum est duris naturis. Itaq; in fistulis quæ fluxione & duritie laborant, duæ partes medicamenti duabus partibus olei diluuntur, atque oleum mediæ ætatis esse conuenit. Constat remedium multis experimentis Galeni, quod ita in rem præsentẽ parandum est. Lythargyri, olei ueteris ana unc. 3. axungiæ ueteris unciæ 2. chalciteos unciæ quatuor, quinque, sex, ut sunt corpora dura uel mollia paretur, cætera ut prius, ita diluatur oleo, ut liquidum infundi possit. Atque oleum

Materia ectiloticon.

Harpax.

Olea quæ callis conueniant.

diacalciteos.

Remediũ ex perimẽ gal.

lenti

lentiſcinum, maſtichinum ad eã rem idoneum eſt. In ex poſito callo ſolidius eſſe oportet. E lythargyro, chalciti de, ærugine, ſquãma oleo uetere & aceto ectilotica ferè cõpegit Aſclepiades. Megetis ſingulare remedium, ammoniacũ aceto diſſoluitur & pari ærugini permiſcetur, quæ ſi difficilius unientur, oleum quod conueniat addi poteſt: alioqui loco æruginis Aegyptiaca ammoniaco miſceãtur. Atque hęc ut nihil initio effeciſſe uideãtur, perſeuerandum tamen: ſemel enim & nec opinante medico perficiẽt quod uelit: id quod in emplaſtro dia chalciteos Galenus teſtatus eſt. Ectiloticon Aſclepiadis, lithargyr. unc. 1. olei ueteris unc. 2. & ſemis, æruginis, chalcitidis, ſquammæ an. ℈. iij. aceti denarii 6. Al. Lithargyri ſelibra, olei ueteris libr. 1. chalcitidos unc. 2. ſquammæ æris unc. 1. aceti unc. 2. &. s. Aliud. Lithargyri ſelibra, ſquãmę chalciteos, æruginis ana ſemuncia, aut ut ſit fortius, unc. 1. aceti unc. 3. & dr. 6. olei ueteris libr. 1. & ℥. 4. Lithargyrus oleo coquitur ad craſſitudinẽ, deinde ſquãma leuiſſimè trita inſpergitur, aſſiduè mouentur: hic uas foco ſubducitur, ac rerfrigeſcenti pharmaco ærugo & chalcitis ex aceto trita paulatim immittuntur, & & circunducta ſpatha permiſcentur: coquuntur iterum dum non contaminent: poſtremò traducta in mortarium circumagantur, ſubiguntur, uniuntur probè & ad uſum reponuntur. Durorum corporum medicamentum eſt, quæ callum contraxerint, nec facilè cicatricem trahant: excreſcentem carnem reprimit, crudis ulceribus conuenienter adhibetur: poſtremo fluida & diuturna iuuat. Sed initio quidem malactico temperare præſtat œſypo, & eo cerato quod inde comparatur, butyro, medulla cerui & aliis id genus. In ſumma hęc obſeruata medicis in curando callo, ut is paulatim molliretur, incideretur, diſcuteretur. Atque hoc nomine reprimens auxilium fere miſcuerunt, quia in callos humor aliquis ueluti mali fomes illabitur. Adde quòd quæ malactico & laxante pharmaco ſoluta ſunt, confirmare oportet, & hinc quoque reprimentia commiſcentur. De callo qui oſſibus adnaſcitur ſuperius abundè ſcriptum eſt.

Materia cõtra callos, Aſclepiadis.

Ectiloticon Aſclepiadis

Alia ectilotica.

Ectilotica quibus generibus pharmacorum miſceatur.

Tophi à lue uenerea.

Tophi uerò qui à lue uenerea relinquuntur, iisdē quoque remediis curari debent, nisi contumacius repugnēt. In his enim & breuissima & tutissima curandi uia igne perficitur, multo magis si suspicaberis tunicam adnatā ossi, & inde os aliquid uitii contraxisse. Quòd si fit, blandiorem illam curandi artem quæ tophum mollit, secat, discutit, & frustra & cum periculo adhibeas. Hoc loco igitur malum malo medicari oportet. Cauteriū topho accommodatum condatur prunis dum uehementer micet atq; excādeat: neq; enim rubere satis est, ut neq; leniter trāscurrere tophum & molliter attingere. Etenim immisericorditer premēdus ignis est, inurēdus tophus, ut iam os subiectū oculis exponi possit. Malo nodo malus cuneus quærendus est, ut est in prouerbio, rarò q; crudele malum nisi crudeli malo depelli potest. Exusto topho cura quædam ossis ineūda est. sed tum maximè cum inducta crusta exciderit: uidendumq; nunquid arrosum, putre & cariosum extiterit. Hinc ergo ad ossium medelas recurrendum: si qua ramenta decesserint, cura sit ut partim frugali uita partim siccantibus remediis intabescant: sic enim sponte sua excident. Ac remedia illa quæ siccent iam ante commemorata sunt, & postea describētur aquæ fortes & alia generis eiusdem. Verùm naturæ corporum partiumque habeatur ratio. Etenim cum cruris articulo quàm cum media tibia clementius agendum est: neque enim uim ignis thorax sustinet, quam femur medium tolerare possit. Sed de his antea capite de aperienda uomica disputatum est. Fit aliquando ut excrescant ossa atque supra modum emineant, ἐξοστώσεις nominant uoce ambigua: ubi pleraque frustra instituas quæ tophis adhiberi solent. Escharotica è materia septica confices mistis metallis acribus, quæ crassa & astringenti potentia prædita sint, ut firmior trahatur crusta: qualis est cadmia, chalcanthum, chalcitis, uitreoli genera cruda omnia: quia scilicet ustura tenuiora fiunt & adstringendi uim deponunt. Cruda igitur & intrita saliua hominis uel aceto subigenda: cocta uerò crustam infirmius cuntrahunt. Septa parmiscenda aut cremata

Crudele malum crudeliter depellendum.

crudis

crudis quum altius imprimenda crusta. Verùm celerrimè operatur ignis, si quidem æger perofrat: atque is uariis modis adhiberi potest. In quem usum tubuli lignei, cannales ęnei, ferrei, argentei uariè confinguntur, aptantur cannæ & pennæ scriptoriæ, ut extrema parte in æquabilem circulum circunscribantur. Ea pars imprimenda loco, quem urere necesse est: aqua feruida per tubolum infunditur contra clauos & uerrucas. In ea aqua althææ radix, tragacantha, chamæmelum, hysſopus, pulegium quæq́ue molliant, incidant, discutiāt, concoqui possunt, ut non solo igne sed alio quoque genere curandi uitium pertentes: aquæ loco, oxycrato, oxymelite, uino & aliis uti datum est. Archigenes in ægylopas liquatum plumbum & feruens per infundibulum instillabat: alii utuntur uitro. Sed machinas quibus hæc omnia infundantur, corniculorum more patere magis necesse est eo extremo quod dehiscit foras qua que medicamēta cauo immittuntur, ne si quid diffluat, in nudas partes elabatur. Aliter quoq̀ue lana sordida specilli nucleo adalligatur, feruente oleo uel butyro intingitur, atque ita imprimitur loco. Fortius est, si è uitreolo, calce, antimonio & uocato sublimato, aliisq́ue id genus axtortum igne & chymicorum arte oleum fuerit, aut minore impendio hæc eadem materia oleo inferbuerit. Sunt qui nucali testa, uoluta cochleæ, crusta panis, oui cortice inurant. Alii è radice aristolochiæ, gentianæ, struthii, ramento myrti, buxi & aliis id genus cauteria affingūt. Continentur omnia in prunis, dum carbunculent. In ore, nare & aliis partibus eiusmodi ne quid obiter uioles, enodi canna uel calamo scriptorio utendum est: atque hæc primum inseruntur cauis, dum extrema parte laboranti loco insideant: tum per eadem tenue ferramētum candens inferendum, atq; ita inurendum malum est. Vstione Arabica exemplo ueterum usa est posteritas: uaccinum cauterium quidam appellant. Dioscorides in eo intercisitio ubi pollex brachiali committitur, caua ueluti lacuna subsides, in qua lana oleo imbuta substernitur, deinde caprillum stercus

Ignis.

Archigenes ad Aegylopas.

In cauis partibus.

Vstio Arabica.

feruidum

feruidum sæpius imprimitur uolsella captum uel forcipe, donec uapor per brachium ad coxam sentiatur peruenire. Melius Antylus, Plinius & Arabes cauum illud quod paulò infra unguem sub pollice pedis est, eo stercore inurunt, donec uis ignis halitu per tibiam & femur grassante in coxam penetret: hoc enim usturæ genus coxariis inuentum est. Alii stercoris loco hermodactylos & ranunculorum folia adalligant. Quod uidentur imitari leniore quidem remedio, qui lẽticulam aqua feruente plenam pedibus adiungunt, ut plantę calorem ignis concipiant, atque hinc uapor per totum membrum ad coxam transmittatur. In ea aqua plurima concoquunt, chamæmelum, melilotum, anethum, ebulum, maioranam, chamæpytim, maluam, althæã & alia id genus quæ leniant, incidant, discutiant. Ouillo fimo, aprino & aliis generis eiusdem ad ustiones similiter uti licebit. Commutandum subinde fimum est, priusquàm deferbuerit. Auro & argento lenius, ære & ferro acrius inurimus. Ferro utitur Hippocrates in carne: fungo in neruo & osse, si quidem legitimnm opus est Hippocratis quod peri ton entos pathon inscribit: ubi buxeis fusis oleo feruente tinctis & fungis hepar inurit. Omnino autem magnitudo uitii & natura partis cum ui remedii conferenda est. Cæsim, punctim cauteria imprimuntur, adiguntur longius, latius & in circulum circunferuntur uno loco uel pluribus, semel ac sæpius transcurrunt tantum & leniter attingunt, uel diutius insidenti ui maiore imprimuntur, ut natura morbi, corporum & partium sustinet, ex quo uariæ cauteriorum formæ inuentę sunt. Muniuntur uicinę partes, ut ne uis iusto latius proserpat, oui candido & rosaceo, muccagine psyllii, cerusa è rhodastagmate lota, & iis omnibus quæ quia phlegmonem prohibẽt, aphlegmænonta Græci nominant: eaque in spleniis & linteis adhibentur. *De crusta detrahẽda.* Crustas autem nutare prius quàm detrahantur, & ueluti maturitate quadam cedere oportet. Alioqui uis afferri solet, ex quo profundum ulcus relinquitur, hæmorrhagiæ commouentur, dolor, fluxio, inflammatio denique *Quæ crusta detrahunt.*

nique irritantur. Tempeſtiuè deduci poſſunt butyro ioſtagmate uel rhodoſtagmate loto, adipe anſerino & gallinaceo, farina tritici in porri uel rutæ ſucco, lenticula cocta & cum melle miſta, oleaſtri foliis cum melle litis, ſulphure trito ex oleo, concuſis nuccum intraneis, porri foliis ſaliua piſtis, lacte cum melle cocto, albo ſtercore canino, cinere uſtarum hirundinum, aut cochlearum terreſtrium, crematis minore centaurio, dracontio, ſtercore humano, chalcite trita & ſubtriplo melle, uel chalciteos unc. 1. ireos ſemuncia, adhibentur per ſe & cum melle. Nutrit lithargyro & uſto butyro, radice ononidis, columbæ fimo cum melle, quod & carbunculos ſcarificat. In ſumma, detergente ſimul atque incidente materia, aliquando etiam molliente & paregorica: ac breuiter quæ ualde ſordida & contumacia ulcera repurgant, eadem cruſtas detrahunt. Abſtinendum hac parte iis quæ adſtringant. Quòd ſi pertinacior cruſta eſt & aſtrictior, inuſta caro ſordem includit, atque hæc incluſa periculum aliquod denunciet: quicquid eſt uſtum ſcarificare conuenit, ſic enim ſordes aperta uina defluet. Recentiores chirurgi in ſeptis numerant ſtuppas canabinas in cinerem uerſas, hermodactilos, anacardia, bryoniæ radices, alumen, unguentum apoſtolorum, uitreoli genera, caproſam, quæ pro chalcantho, chalcitide, miſy & ſori uſurparunt. Ad cruſtas crudis; ad exedendum & uim ſepticam uſtis utendum magis. Addunt æruginem, unguentum uiride, ægyptiacum, trochiſcos è calce. Calcis unc. 4. terantur cum melle non tam multo quidem quàm in purgantibus dictum eſt. Satis fuerit modo trochiſci inde coeant, qui capſula figlina ordine collocati, & clibano dati eo crementur, ut in cinerem abeant. Al. Succi radicis aſphodeli unc. 6. calcis uiuæ unc. 2. auripigmenti unc. 1. arida ſucco immerſa ſub canicula perſolentur, dum ſqualeant. Alii trochiſci cancros abſumunt, & polypos narium. Calcis uiuæ, arſenici citrini ana drachm. 2. uitreoli, æruginis, aluminis ana drach. 1. gallarum, acaciæ, balau-

Recentiorũ remedia.

Trochiſci è calce.

E ſucco aſphodeli.

Albũadicõ.

ſtiorum

ſtiorum ana dimidium drachmæ : teruntur omnia in mortario æneo quod ſit expoſitum igni uel ardori ſolis : reſpergitur aceto,eoque acerrimo : idque ſubinde repetitur,& acetum nouum refunditur: quinto die trochiſci fiunt,ſiccantur umbra,loco ſicco & frigido repo nuntur,qualis eſt patens Aquilonibus.In uſu, uino diluuntur,& in linamentis adhibentur.Cantharidum uen tres fermento cogunt uel ſepo. Sed à cantharidibus urinæ ardor metuitur . nam & hæ illitæ capiti genus hoc mali inferre poſſunt , cui gargariſmus e lacte & ex eodem inſeſſio remedio eſt. Sublimati(quod uocant)plurimus uſus eſt,ſed paucum ut antè dictum eſt , plurimo butyro,adipe,œſypo temperandum ex duodecuplo, & aliquando uigecuplo. In adipibus ſepticus eſt è ranis uiridibus qui ſint familiares ſepibus & arboribus. E natatricibus nõ ita calet. Quæ ſequuntur ex quinto de compoſitione medicam.κατα γένη tranſtulerunt. Niger paſtillus Andromachi,malicorii denar. 10.ariſtolochię rotundę , gallæ an.denar.8.aluminis , aloes ana denar. 4.myrrhæ , chalcanti ana denar.2.thuris denar.4.colliguntur uino , & ex eodem dulci in uſu diſſolui debent. Al.Sandaracæ , auripigmenti ana denar.2. manpræ , thuris denar.4.tritis utitor. Sandaraca rara eſt niſi uenas illas colligas , quę ueluti linea quædam rubra arſenicum tranſcurrent. Plurimos uerò finges paſtillos hac ratione fere dupla calce,ſubduplo arſenico,miſta parte aliqua gallarum , thuris & aluminis. Trochiſci de arſenico recentiorum . Calcis uiuæ lib. 1. auripigmenti rubri & citrini, alchali,acaciæ ana ſelibra:tri ta miſcentur cum capitello.Eſt autem ſal alchali, quan tum conijcio , genus quoddam ſalis quale ueteres fingebant è quercu,corylo, trunco harundinis carbunculatis & aqua dulci uel marina coctis,ſalem nigrum appel labant:aut quod poſteritas è braſſica marina facit, quan quam & è beta & nitroſis complantis comparari poteſt. Alioqui torrefactum ſalem cum hydrargyro tandiu piſtillo uolutabis,dũ ſal nigreſcat:alii aliter alchali inter pretantur . Capitellum ita fit . Calcis uiuæ , ſalis ammoniaci

Cãtharides. *Ranarum adeps.* *Paſtillus niger Andromachi.* *Sandaraca* *Materia paſtillorum.* *Trochiſci de arſenico.* *Sal alkali.* *Capitellum.*

moniaci ana lib. I. trita ſubigantur lixiuio è fabaceis ſcapis: deponuntur olla quæ è fundo hiet anguſta rima: aliud figlinum ſubiicitur, in quod lixiuium paulatim diffluat. Vas utrunque in idem ſeptimum initio defodi debet. Ex eo lixiuio & ſebo ut antè dictum eſt, fit ſapo: cathæreticon, ſepticon & lene eſcharoticon capitellum eſt. Alii tres partes cineris fabaceorum, unam uiuæ calcis ſubinde perfodunt aqua, diu conuoluunt, & per quaſillum rarum tranſcolant. E ficulneo lixiuio, tithymalino, & omninò è materia cauſtica capitellum acrius eſſe poteſt. Eſt apud Paulum ſimile quid capitello, κονίαν σαπωναρικὴν appellat, lixiuiam ſaponarium interpretari licet. Aliud quoque capitellum quod fiſtulare uocant, arſenico, ſublimato, uitreolo additis, ut una cum aliis in lixiuio extillent. Sexcenta id genus è materia quæ fiſtulis conueniat, effingi poſſunt. Sed ut redeamus ad piſtillos, horum uſus eſt in nomis, phagædenis, fiſtulis, rheumaticis & malignis ulceribus, reduuiis unguium, putredine narium & aliarum partium, polypis, ozenis, condylomatibus, putreſcentibus gingiuis, excreſcente carne, gangrænis & aliis generis eiuſdem. Sed omnino partium corporis & uitiorum habeatur ratio. Vis acrior obtundi poteſt tritis paſtillis, & triginta uel quadraginta diebus inſolatis, perfuſiſque frequente aqua, eaque ſæpius commutata: aut ſi non datur uti ſole, ſubinde perpluantur aqua, eaque uel ſimplici uel roſacea, aceto, uino & aliis ut res exigit: ſiccentur, aquæ iterum perfundantur, eaque tandiu reuocentur, dum dilutam ſatis exoleuiſſe acrimoniam perceperis. Aliquando miſcentur melli, & una comburuntur, alias cerato diluuntur. In fluidis & humentibus uitiis galla, malicorium, alumen & alia quæ ſiccent & reprimant, commodè temperantur. Atque omnino tutius eſt à leuioribus ad acriora ſenſim progredi. In humido & ſordido ulcere pinguibus abſtinendum: arida inſperguntur. In calloſo & ſqualente uitio ſicca pinguibus excipi debent. Septica faciunt Arabes, quæ à Græcis deſcripta ſunt, & alterum genus

Lixiuia ſaponaria.

Capitellum fiſtulare.

Paſtillorum Vſus.

Vis paſtillorum quomodo obtundatur.

relinquunt, quod humido calore cum fętore partes cor rumpit. Quę ex hydrargyro fiunt, præcipitatum, sublimatum, cinabrium, solani succo, brassicæ, limonum & aliis attemperant. Licet etiã quod ueteres factitarunt, non tribus sed quod proximè dicebatur, triginta & quadraginta diebus terere in sole sub canicula, uel loco calente bis aut sæpius, quotidie mutata aqua, ut uitiis, partibus & corporibus accõmodentur. Minium e micis metallicis, è sterili gleba plumbi, è cerusa usta quod alii Syricon, alii Sandicem uocant, ad epulotica potiùs referendum. Quod uerò è sulphure & hydrargyro factitium est, in causticis censeri debet. Sed de his anteà: usurpant præter hæc aquas fortes, & ut dicunt Alchymistarum, ex rebus acribus: stercore gallinaceo, columbino, arsenico aliisq; id genus, ut quibus aurum ab argento metalla à metallis separant. Salis ammoniaci, auripigmenti rubri & citrini, cuprosæ, æruginis ana: trita in alembicum uitreum bene stipatum luto & undequaque clausum deponuntur: quæ ubi lento igne concaluerunt, liquorem reddunt: sed qui primum defluit, uel abiicitur, uel in alembicum repetitur: hic ignis augetur duplo: qui secundò fluit: fideliter reponitur. Alii ex aluminis rotundi, uitreoli Romani an. lib. I. salis, nitri, uel crematæ fæcis aceti sesquilibra, aquam eadem arte eliciunt. Hæc callosis corporibus idonea sunt, & ossibus. Suspecta in naso, labris, palpebris, digitis, & pudendis, mollibus atque exiguis partibus, ubi uena, arteria, neruus insignis est: ac primùm quidem minimum sit qđ imponitur, deinde ut res exigit, & ferunt corpora, augeatur. Ac iam constare arbitror, pyroticorum omnia, modò mistura, modò ustione & lotura retundi posse. In mistura oui liquor, psyllii muccago, ceratũ rosaceum, unguentum album, dialthæas, emplastrum è muscillaginibus, & alia propè infinita, quæ ad mediam naturam ueniunt, quæ refrigerant, molliunt, usurpari debent. In ustura ignis est figlina cruda, pasta & alia, de quibus anteà. Eluũtur aqua, aceto, uino & aliis generis eiusdem. Neque hoc in dubio est uacuatis ac iam repurgatis corporibus

Minium.

Aquæ fortes.

Vbi suspectæ aquæ fortes, & alia id genus.

Quibus temperes pyrotica.

poribus pyrotica adhiberi, quo iam tempore à lenioribus auxiliis desperatio est. Postremò leniendæ partes, quas uis ignis exasperauit.

LIBRI TERTII ET VLTIMI FINIS.

De ma chirurgica perfecta 1.
De repellentib. 2.
De attrahentib. 5.
De resoluentib. 7.
De mollientib. 12.
De suppuratib. 19.